

1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES.

VOL. III.

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER.

MDCCCLXXVIII.

INDEX DISSERTATIONUM.

K. ZACHER:

DE NOMINIBUS GRAECIS IN
ΑΙΟΣ ΑΙΑ ΑΙΟΝ.

DE

NOMINIBUS GRAECIS

IN

ΑΙΟΣ ΑΙΑ ΑΙΟΝ

SCRIPSIT

KONRADUS ZACHER.

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER.
MDCCCLXXVII.

JULIO ZACHER

PATRI CARISSIMO

SACRUM.

De nominum Graecorum formatione quum recenti tempore multi viri docti quaesiverint, cognatarum maxime linguarum comparatione factum est, ut totius quasi aedificii species jam sit adumbrata, et quas sermonis fabricator animus in hoc vocabulorum genere secutus sit leges, in universum cognitum sit atque perspectum. Sed multum abest ut etiam singula omnia jam appareant, ut quae illarum legum in singulis factae sint mutationes et exceptiones omnibus cuiusque generis exemplis collectis et vel minutissimis rebus accurate perpensis patefactum sit. Cui rei quanquam non plane desunt qui operam dederint, tamen latus etiam nunc patet campus eiusmodi quaestionum studiosis. Atque mihi quidem jam pridem suffixum *ιο* propter summam in conformandis vocabulorum terminationibus vim atque varietatem accuratiore quaestione dignum visum est. Egerunt de hoc suffixo praeter Boppium Schleicherum L. Meyerum G. F. Aly, de nominibus *ιο* suffixi ope formatis. Diss. inaug. Lips. Berol. 1873., et Gustavus Meyer in Kuhnii annalibus XXII (1874), p. 481 sq. — denique A. Fick „zum sogenannten ja-Suffix im Griechischen“, in Beiträge zur kunde der idg. Spr. herausg. v. Dr. A. Bezzenberger, cuius commentationis, quum confecto jam libro meo prodierit, mentionem non prius facere potui quam in addendis p. 257 — sed generatim omnes, nam etiam Aly, licet exempla omnia enumerare studuerit (quod non nulla praetermisit facile ignoscas) accurata singulorum pervestigatione abstinet. Tam vastum autem est huius suffixi imperium, ut qui omnes eius regni regiones accurate inspicere voluerit, non uno volumine se possit continere. Quamobrem unam mihi elegi provinciam, eam,

ad quam primam advena ex alienis oris delatus sum, quae est suffixi *ιο* cum vocali praecedente in terminationem diphthongoparalectam contracti, i. e. vocabulorum in *ειο οιο υιο* et simil. desinentium. Sed ne hanc quidem quaestionem nunc perficere mihi licuit. Nam tanta est harum ipsarum vocum multitudo atque varietas, tanta quaestionum diversarum, si quis penitus omnia perspicere studeat, copia et difficultas, ut certa scribendi necessitate oblata in uno horum vocabulorum genere me continere cogerer. Itaque id mihi sumpsi, quod simplicissimum videbatur et maxime suis numeris absolutum certisque finibus a ceteris segregatum, quod vocabula in *αιος αια αιον* desinentia continet. De hoc enim vocabulorum genere minime dissentire videntur viri docti, qui omnes quantum scio consentiunt, diphthongum *αι* natam esse ex suffixi *ιο* iota cum *α* stirpis vel finali vel consonantem finalem *ϝ* vel *σ* praecedente in unum sonum contracto. Sed quo diutius in his vocabulis perquirendis versabar, eo plura dubia esse intelligebam, eo plures undique redundabant difficultates. Quas etsi solvi non omnes posse intelligebam, quum tamen aggrediendas ducerem, factum est ut multo quam speraveram ampliorem librum nunc publici faciam juris.

Et quoniam omnis quaestio grammatica duplex est, ut primum quaeratur quid sit, deinde quomodo ea quae sunt videantur nata esse et explicanda, ego quoque in duas partes disquisitionem meam divisi. Priore parte de diversis terminationis *αιος* formis agitur, ut huius terminationis regnum accuratis finibus a cognatis dividatur, et quaenam vocabula in quaestionem cadant appareat; posteriore quaeritur de terminationis *αιος* natura, generaque formationis ratione diversa distinguuntur. Atque quum duo maxime genera sint, unum eorum, quae s u f f i x u m *ιο* cum *α* stirpis contraxerint in *αιο* (cui generi ea quoque adnumeranda esse apparebit quae a stirpibus in *ο* ducta sunt) alterum eorum, quae p l e n a m t e r m i n a t i o n e m *αιο* addiderint stirpi alicui sive integrae sive mutilatae: hoc quidem genus perexiguum est, quum id ipsum terminationi *αιο* proprium sit, ut originis semper fere conscia paene nunquam sui juris ut ita dicam se esse putet. Nam quanquam permulta vocabula in *αιο*

desinentia ita nata esse persuasum habeo, ut fingentes non ιο sibi viderentur addere primitivo sed plenam terminationem αιος vel αια (id quod in iis praecipue factum est quae significatione primitivi non mutata formam tantum addita illa terminatione augent, quod derivationis genus vocari solet paragoge ionica), tamen haec omnia fere a stirpibus in α vel ο desinentibus descendunt, itaque eorum quae a stirpibus in α suffixi ιο ope derivata sunt analogiam legitime sequuntur, eamque ob causam non possunt non eidem cui haec classi adnumerari. Huius autem classis duo rursus genera sunt distinguenda, eorum quae ι suffixi ιο cum α stirpis prototypae suffixo et quae cum α interiore quasi stirpis prototypae membro contraxerunt. In illis arctius conjuncta sunt α et ι quam in his, illorum αιος magis plena terminatio esse videbatur, quamobrem ego quoque in commentatione saepius veram hanc terminationem appellavi.

Ceterum propositum erat non modo universas huius formationis leges investigare, sed etiam singulorum vocabulorum omnium quae sic terminantur intelligere formationem. Quamobrem de significatione saepius quaerendum erat quam nunc solet in disquisitionibus grammaticis, sed his ipsis quaestionibus spero me non nullis esse gratificatum. Nominibus propriis abstinui, ut quorum origo saepissime perobscura sit, sed adjectiva a nominibus propriis derivata quam plurima invenire potui adhibui. Et quum ceteri in eiusmodi quaestionibus soleant adjectiva tantum et substantiva masculina in quaestionem vocare, mihi rectius videbantur neutra quoque et feminina adhibenda esse, licet haec diversis suffixis ια formata sint, quae saepe difficile est discernere; sed ubi de toto formationis genere dixi, brevitatis causa plerumque simpliciter de nominibus in αιος locutus sum pro eo quod debebam, nominibus in αιος αια αιον. Suffixum ιο primarium quod vocant distinguere a secundario, quum et difficillimum sit et saepe omnino fieri nequeat et ad cognoscendas formandi leges nihil afferat utilitatis, supervacaneum duxi.

Omnes de his vocabulis quaestiones absolvere quum in animo haberem temporis angustiis impeditus sum. Pauca igitur quaedam nunc omisi, quae otiosiore aliquo tempore

conficiam, accuratiorem inquam disquisitionem de nominibus in *ιμαιος* et *ιαιος*, deinde de vocis *μνᾶ* propagine, denique quod gravissimum est et difficillimum, de accentu qui mirum in modum variat in hoc vocabulorum genere.

Compluribus quae conscripto jam hoc libro prodierunt operibus uti non jam licuit, ut Corporis inscr. att. volumine altero, Curtii Studiorum vol. IX et X, Bezzenbergeri annalibus quibus inscribitur Beiträge zur kunde der indogerman. sprachen, aliis.

Restat ut ex animi sententia gratias agam quum iis a quibus in rebus a philologia remotioribus benevole adjutus sum, tum G. Dittenbergero, qui qua est liberalitate et benevolentia roganti mihi de rebus maxime epigraphicis nunquam defuit.

PARS PRIOR

DE TERMINATIONIS *ΑΙΟΣ* FORMIS DIVERSIS.

I.

De iota ante vocalem eliso.

1. Diphthongorum *αι οι ει* vocalem posteriorem saepius elidi ante vocalem sequentem, inter omnes constat. Idem etiam in terminatione *αιος* interdum factum est, quanquam multo rarius quam in *ειος*, quod saepissime correptum est in *εος*. Ut singulas dialectos percenseam, praecipue Lesbii, si grammaticis fides habenda est, saepe *αος* pro *αιος* dixisse videntur. Qua de re Ahrens dial. aeol. p. 100: „Grammatici docent, diphthongum *αι* saepe ante sequentem vocalem apud Aeoles *ι* abjicere; exempla afferunt *Ἄλκαος, ἄκμαος, ἄρχαος, Θήβαος, Ῥώμαος, πάλαος, βεβαώτερος*. Nunc haec in poetis leguntur: *Ἀθανάα* Alc. 3 [Bgk. 9], Theocr. 28, 1 [*ἀθανάας* in edd. Junt. Call. et in cod. D; in cod. 11 *ἀθηναίας*, in cod. 6 *ἀθαναίας*, in cod. c teste Studem. *ἀθαναίας*, sed expuncto *αι*], *Φωκάας* Sapph. 14 [44, 4 Bgk.; ex Ath. IX, 410 D. Sic codd. Marc. Palat.], *Ὑμήναον* Sapph. 44 [Bgk. 91; *ὑμήναιον* libri Hephaest.; add. Bgk. 107, ubi . . . *μήνιον* lib. Plotii], *Νικιάας*, quod e libris restituimus Theocr. 28, 9 [cf. id. dial. dor. p. 547—548], *μάομαι* Sapph. 115, neque alienum est *ἄϊ* pro *αἰεί*." *Ἄλκαος* idem postea restituit Alc. fr. 24 (Bgk. fr. 32), pro eo quod libri Strabonis exhibent *Ἀλκαῖος*. In inscriptionibus tamen fere semper *αι* inveni: *τὸ τελευταῖον* Conze Reise auf Lesb. p. 35 A. 14. *δίκαια* ib. A 28. B 4. 8. *δικαίτατα* ib. B 17. *Ἡραίω* ib. C 20 (sed huius nominis patronymicum *Ἡραείω* A 37. Ceterum conf. de hoc titulo H. Sauppii commentatio de duab. inscr. Lesb. Progr. Gött. 1870). In inscr. Ery-

thraea (Wien. akad. sitzungsber. 1872. p. 335 sqq.) saepe est *Ἐρυθραῖοι,* bis nomen proprium *Ἑκαταῖος* v. 5. 34. *δικαίων* v. 26. *δικαίως* v. 44 (quanquam hic titulus ut qui in Erythraeorum usum a primo exemplo descriptus sit, non meram exhibet dialectum lesbiacam). *Κυμαίοις* est CI. 3528, *Φιλοκύμαιος* ib. 3524, 33 saepius, *δικαίως* CI. 3640. *Ὑμεναίω* n. pr. Kaibel, Cyriaci Lesbiaca VII (Ephem. Epigr. II, p. 1 sqq.). *Αο* non inveni nisi in *Μελαντάω* in decr. Cum. CI. 3524, *ἐμ Φωκᾷ* pro *Φωκάᾳ* Conze it. Lesb. tab. VI, 1. Ante patronymici terminationem superadditam *ι* elisum est in *Ἀρχίππα Ἀθαναεία* Conze it. Lesb. p. 17, *τῶ Ἡραείω* ib. 35 A 37. Multo saepius in iisdem inscriptionibus *οι* diphthongi iota eliditur: *ποήσασθαι* Conze 35, A 19. 26. ibid. p. 29. *ποήσω* p. 35. B 19. *εὔνοαν* CI. 3524, 19, *εὐνόας* ib. v. 44. In tit. Erythr. quidem est *εὔνοια* v. 18. 32. 51. *πρόνοια* ibid. 23. *ποιήσασθαι* CI. 3640. *ὑμοίως* CI. 2167. — Perraro in dialecto Boeotica *ι* elisum est, cuius rei exempla affert Ahr. dial. aeol. p. 188 *ἀετός, Πλαταεῖος.* Causa mihi videtur in aperto esse. Nam quum Boeoti eo tempore, quo novam receperunt litteraturam paulo post bellum Peloponnesiacum, ad significandam diphthongum *αι* adhibuerint signum *H,* jam tum apud eos apparet in usu fuisse eam priscae diphthongi *αι* pronunciationem quae postea apud omnes Graecos in usum venit, scilicet ut *α* et *ι* in unum sonum e coaluissent. Quod quum ita esset, non elidi potuisse *ι* quod non supererat ex illo *αι* scripto quidem duabus litteris in litteratura vetusta, sed simpliciter pronuntiato e, luce clarius est. — Neque tamen saepius invenias *ι* elisum in dialecto Thessalica, quae quidem semper retinuerit *αι διφθόγγως* pronunciatum. Exempla elisionis sunt in titulis a Leakio descriptis, ab Ahrensio Dor. p. 528 seq. repetitis *Γεννάοι* pro *Γενναίου* 2, 5 et *δικαοῖ* ib. 13. Ante patronymici terminationem *ι* elisum est in *Ἱπποκλεάδα Γεναεῖος* Heuz. Acarn. inscr. 56. Dubitaveris de *Ἑρμάου Χθονίου* in tit. 23 ap. Ussing, Inscr. Gr. ined. Havn. 1847, utrum pro *Ἑρμοῦ* sit, ut *Ἕρμαο χθονίου* in tit. 3 Leakii an genitivus nominis *Ἑρμαίας* quae videtur vetustior forma vulgati *Ἑρμείας* an pro *Ἑρμαίῳ* ab *Ἑρμαῖος.* De *Ἑρμαῖος, Ἑρμᾶος Χθόνιος* cf. quae disputat Keilius Syll. inscr. Boe. p. 75

sq. Multo major in titulis Thessalicis est numerus eorum quae in *αιος* desinunt, maxime patronymicorum ut *Πανσανιαῖος, Πυρριδαῖος, Εὐκλειδαῖος, Ἑρμαῖος* al. ap. Ahr. Dor. p. 535, et permagna multitudo in inscr. Pharsalia publici juris facta ab Heuzey, ann. de l'assoc. pour l'encouragement des études Grecques 1869 p. 114—123. Ac vel vocabula ab his nominibus derivata, in quibus ceteri fere Graeci solent diphthongi *αι* elidere iota ante terminationem derivativam, in Thessalica solent retinere *ι*, cf. in inscr. Phars. *Γενναίειος* v. 32. 33. *Δικαίειος* v. 28. *Ἱστιαίειος* 45. *Περραίειος* 48. 49. Cf. v. 46 *Εὐβοίειος*. — Nulla elisionis exempla inveni in dialectis Phocica, Locrica, Arcadica, Cypriaca, Elea (nisi exceperis *Ἡϱϝαοίοις* in foed. Eleorum et Heraensium CI. 11 = *Ἡραεῖοις* = att. *Ἡραιεῦσι*). Dorienses *ει* tantum et *οι* videntur corripuisse in *ε* et *ο*, in *αι* retinuisse iota. Ahrensius quidem p. 188 unum exemplum iota omissi affert *ἀεί*. Sed cf. *χαός* et *λᾶον*, de quibus infra accuratius agetur. — Denique vel Ias, quae pro *ειος* et *εια* atticis sexcenties exhibet *εος εα* (Bredow dial. Herod. p. 154 sqq.), ex *αι* diphthongo nunquam *ι* expellit, ne ante aliam quidem terminationem, dicit enim non *Φωκαεύς* sed *Φωκαιεύς*, non *Ἀχαΐη* sed *Ἀχαιΐη* al. (Bredow. p. 140 sq.).

2. Sed Atthidi illam diphthongi *αι* mutationem in quibusdam vocibus esse usitatam, notum est. Qua de re recentiore tempore plures viri docti egerunt, Wecklein Cur. Epigr. p. 12 sqq. Gerth, de gr. trag. dial. in Curt. Stud. I, 2 p. 203 sqq., Hartel, Hom. Stud. III, p. 20 sqq., Cauer de dial. Att. vetust. Stud. VIII, 267 sqq. Itaque ut pro *καίω κλαίω κναίω αἰετός, αἰεί* dixerunt *κάω κλάω κνάω ἀετός ἀεί*, sic etiam, cum prius dixissent *Ἀθηναία* (persaepe in inscr. Euclide vetustioribus, ut CIA. 1, 27. 32 A, 3. 15. 18. 28. 48, 5. 55, e 2 et saepius: etiam Aeschylus hac forma usus est Eum. 288. 299. 614, aliis locis habet *Ἀθάνα*, quae forma apud Soph. et Eur. sola reperitur), postea *Ἀθηνάα* CIA. 351, 2. CI. 150, 2, dehinc contractum *Ἀθηνᾶ*, et pro vetustiore *ἐλαία* (quae forma semper apud tragicos, v. Gerth p. 204. 208, et in ceteris dialectis omnibus) *ἐλάα*. Atque in ceteris quidem vocibus quae *ι* suffixi *αιο* omiserunt, *α* breve est (cf. infra s. v. *γαῖα*, et Cauer p. 269),

in *ἐλάα* longum. Cuius rei causam recte Cauer p. 270 intellexit hanc esse, quod prima vocabuli forma fuerit *ἐλαιΐα*. Solent enim eae arbores, quae frugibus maxime vel floribus conspicuae sunt, ab his denominari. Itaque ut nos dicimus *rosenstrauch, apfelbaum,* sic Graeci *ῥοδέα* a *ῥόδον, μηλέα* a *μῆλον, ἀμυγδαλῆ, κερασέα, κιτρέα, κοκκυμηλέα, κρανέα* (cf. Lob. Paral. p. 339), *μορέα, συκομορέα, συκέα.* Neque tamen sola terminatione *εα* haec arborum nomina formantur, sed etiam in *ια* desinunt. Eius generis sunt *ἰξία* ab *ἰξός, οἴα* (att. *ὄα*), ab *ὄον,* fortasse *κρανία* ap. Hippocr. et Theophr., cf. Lob. l. l. *Κυδωνία* non hac ratione videtur explicandum esse, quum etiam fructus nomen suffixo *ιο* formatum sit: *μῆλον κυδώνιον*, itaque et haec et arboris appellatio proprie ethnicon esse videtur. Ignotum est veriloquium vocum Homericarum *μελίη* et *φυλίη*. In *συκία* tab. Heracl. 1, 172, cf. Meister in Curt. Stud. IV, 375, rectius fortasse dicas, *ι* Doriensium more pro *ε* positum esse, ut in *χρύσιος, χάλκιος* al. Num *βυβλία*, quod ibid. legitur 1, 58 (cf. *βυβλίνα μασχάλα* v. 92) arborem significare possit, nescio (Meister l. l. p. 437). Sic igitur ex *ἔλαιον ἐλαιια,* inde *ἐλᾶια, ἐλάα*. Brugm. in Curt. Stud. IV, 145, 13 *ἐλάα* ex *ἐλαϝια* factum esse censet, similiter Savelsb. Dig. p. 21, qui ex *ἐλαϝια* natum esse putat *ἐλαιϝα*. Sed Pottio (EF. 1[1], 208) et Curtio (Et. n. 5?8) auctoribus vocabuli *ἔλαιον* radix fuit *li*. Accedit quod, si *ἐλαία* ex *ἐλαϝία*, itaque etiam *ἔλαιον* ex *ἐλαϝιον* natum esset, haec vocabula non possent non in Iade sonare *ἐληίη ἐλήιον*, id quod infra luculentius demonstrabitur. — *Γεραός* pro *γεραιός* est Soph. OC 238, et probabili conjectura a Dindorfio restitutum v. 200. Nicand. ap. Ath. XV, 684 D: *καὶ γεραὸν πώγωνα.* — *Δείλαος* cod. Rav. exhibet Ar. Eq. 139. — Ethnica ab oppidorum vel regionum nominibus in *αια* desinentibus derivata ante suffixum modo servant *ι* modo omittunt. Itaque apud tragicos mox *Ἀχαιίς Ἀχαιικός* praebent libri, mox *Ἀχαΐς, Ἀχαϊκός*. Gerth p. 204. In inscriptionibus atticis saepius invenitur *αι* quam *α*. Iota omissum est in hisce: *Ἁλαεύς* CI. 578 (sed *Ἁλαιεύς* CIA. 157. 188. 230. 337), *Ἀνακαεύς* CIA. 176, *Ἐλαεύς* 172, 4 (sed *Ἐλαιεύς* 164, 6. 170, 7), *Ὀαεύς* 318, 8 (sed *Ὀαιεύς* 122, 2. 148, 2), *Πειραεύς* CI. 102, 14. 751 (sed multo saepius *Πειραιεύς*; ante Eucl. haec

forma sola scripta invenitur), *Φωκαΐδες* CIA. 199, 7 (sed persaepe *Φωκαιῆς*). Contra semper retinent *ι*: *Βησαιεύς, Κυδαθηναιεύς, Θοραιεύς, Φηγαιεύς; Αἰραιῆς, Ἀστυπαλαιῆς, Ἑστιαιῆς, Ῥηναιῆς, Ὑδαιῆς; Ἐλαιούσιοι; Ἐλαιῖται* ex urbe *Ἐλαιέα* sive *Ἐλαία* oriundi; *Ποτειδαιᾶται* (et *Ποτειδεᾶται*). Similis inconstantia cernitur in ethnicis derivatis a nominibus in *εια* et *οια* desinentibus, ut *Ἀλωπεκεεύς* et *Ἀλωπεκειεύς, Πελειᾶται Πελεᾶται, Λευκονοιεύς Λευκονοεύς* al. Hanc inconstantiam non aliter video explicari posse quam sic, ut putemus, illo tempore, quo hi tituli exarati sunt, i. e. saeculo quinto et quarto maxime a Chr. n., in multis vocabulis iota quod in fine diphthongorum erat ante sequentem vocalem tam exiguo atque teneri sono pronuntiatum esse, ut ambigui saepe homines esse possent, merumne *α* vel *ε* audirent, an halitum aliquem exilem iota similem subintelligerent. Non alio modo ex *αιο* fieri potuisse *αο* apparet nisi sic, ut paulatim iota vocalis sonus tabesceret quodammodo et evanesceret. Atqui ipsa huius vocalis natura ea est, ut inter duas vocales, praesertim cum tenuius sonat, paullulum consonet, et ad eum sonum appropinquet, quem nos jod vocamus. Haec est Hartelii sententia, quae mihi quidem videtur unice vera esse, ut plane non intellegam, quo alio modo Cauerus, qui hanc explicationem rejicit p. 267 n. 17, rem explicare possit. Quae autem hic profert argumenta, ea nullius plane sunt momenti, immo eum non intellexisse quae Hartelius exposuit arguunt. „Primum, inquit, verisimile non est, eiusdem rei, diphthongorum scilicet in breves vocales correptarum, eadem aetate diversas fuisse causas; nam in *ποεῖν*, quod sit in inscriptionibus, Hartelius o pronuntiatum esse putat, in *ποιηταῖς* Arist. Eq. 583 oj.“ Heus dialecticam viri docti artem! Hartelius quum contendat, duarum rerum diversarum, et *ι* in *ποεῖν* elisi, et *οι* in *ποιηταῖς* correpti eandem esse causam, *ι* scilicet attenuatum, Cauerus eiusdem rei diversas causas esse potuisse negat! „Deinde aut Homeri aut poetarum scenicorum aetate *ι* vocalem vim habuisse in j spirantem transeundi nullis aliis exemplis Hartelius probavit.“ At mehercle qui tot tantisque argumentis et exemplis nondum eo adduci potuit, ut rem intellegat, ei vereor ut omnino quidquam possit persuaderi, nisi fortasse quisquam Graecos nescio quos signo

quodam j consonae in his vocibus usos esse demonstret. Itaque speremus fore, ut Cyprii eius rei auctores fiant. „Nam quae p. 18 affert, ea satis diversi sunt generis, siquidem ι post consonantes ut in καρδίας, ἐγχώριος paene in spirantem attenuari posteriore aetate multo facilius poterat, quam inter duas vocales, quarum cum priore conjuncta diphthongum efficiebat.“ Hoc argumentum Cauerus ex nostro more diphthongorum pronuntiandarum sumpsit. Nos enim duas vocales tam celeriter eaque oris conformatione proferimus, ut in unam fere coalescant. Et tamen, qui attente audiat, qui quidem sciat auscultare, quod non omnium natura fert, etiam apud nos tenuem quendam halitum consonae j similem intelleget intercedere inter diphthongum et vocalem sequentem, ut non eia dicamus, sed ei^j^a. Quanto facilius id apud Graecos fieri potuit, a quibus diphthongos, similiter ut a romanicis quae nunc sunt nationibus, ita prolatas esse, ut utraque vocalis maius quoddam ius haberet et ab altera posset distingui, argumento est diaeresis, quae quam usitata fuerit Graecis non est quod moneam (quam ne a terminatione αιος quidem alienam fuisse docent Θηβαΐαις Eur. Phoen. 655, Θηβαΐας Soph. Antig. 1135 ab Hermanno restituta. Cf. Lob. Path. El. II, 11. In χαΐα Ar. Lys. 91 non αιος est terminatio, sed ιος, et inter α et ι excidit σ, in βουγάιος, δάιος digamma omissum est). Diphthongi nostro more pronuntiatae autem non possunt διαιρεῖσθαι. „Postremo in plerisque eorum vocabulorum, in quibus antiquissima aetate j spirantem inter vocales evanuisse ratio etymologica et linguarum cognatarum comparatio docent, productio suppletoria facta est, de qua egit Brugmannus Stud. IV, 177 sq., quae quoniam in exemplis posterioris aetatis nunquam facta est, in his non j spirans, sed ipsa ι vocalis evanuisse putanda esse mihi videtur.“ Parum diligenter vir doctus illam Brugmani disputationem ad quam nos relegat legisse videtur. Nam concedo equidem in quibusdam vocabulis j consonam ex prisca aetate et haud negaverim fortasse ex ipso indogermanico quod vocant aevo traditam, semper, cum evanesceret, produxisse vocalem affinem, eam ipsam ob causam, quod inde ab initio robusta fuerat consonans, non sonus tam tenuis ac debilis qualem nos in αιο exstitisse putamus. Quod in ἥιγμαι = jεjιγμαι, et in verbis puris in ajω

εjω, in genitivis *ἐμίοιο*, *τίοιο* et in aliis factum esse potest. Quanquam eiusmodi exempla non ita multa sunt. Sed quae ad nostram quaestionem maxime pertinent, dor. *πέληα* = *πελεjα*, *Λύκηος* = *Λυκεjος*, lesb. *πεμπεβόηος* = *-βοεjος*, *Κυθέρηα* = *Κυθερεjα*, ion. *ἀνθρωπήιος*, *ἑταρήιος*, *Καδμήιος* al. (Brugm. p. 180, 8), deinde feminina dor. *ὀξῆα*, *ταχῆαι*, *βαρῆαι*, comparativi *πλήων*, *μήων* (ib. 9); *Πασιχάρηα* = *-χαρεσjα*, *ὄρηος* = *ὀρεσjος*, ion. *ἀληθηΐη*, *ἀσφαληΐη* al. (ib. 10) — nonne productionem suppletoriam passa sunt? nonne in his j ex *ι*, in multis vel inter duas vocales, natum, nonne recentiore quodam tempore natum? At animadvertas huius productionis inconstantiam, quum ex iisdem formis primariis prodierint ion. *Λυκέη*, *βόεος* *ὁμοβόεος*, *ἀνθρωπέη*, *ὀξέα*, *τρηχέα*, *βαθέα*; dor. *ἁδέαι* Epich., *ἁδεᾶν* Alcm. *ἡμίσεα* Archimed., att. *πλέων*, lesb. *ἀλάθεα*. Propter hanc ipsam inconstantiam omnino non debuit hoc argumentum adhiberi.

Itaque quae Cauerus contra Hartelium profert, nihil valent. Haec etiam Joannis Schmidt sententia est in censura eius Studiorum Curtianorum voluminis in Jen. Litt.-Ztg. 1876, p. 367, addentis, Hartelii explicationem solam convenire cum legibus physiologiae quae vocatur sonorum.

3. Hartelius l. l. non propter se ipsam hanc diphthongorum mutationem atticam tractat, sed ea explicare studet, qui factum sit, ut apud Homerum maxime et lyricos vocales longae ac praesertim diphthongi vocabulorum finales ante vocalem vocabuli sequentis initialem corripiantur. Hanc enim correptionem longe saepissime patiuntur diphthongi *αι οι ει ου*, perraro pro rata parte *ῳ ω ῃ η ευ*, ut suo jure videatur censere, illius correptionis causam esse *ι* (sive *υ*) paullatim debilitatum et consonae leniter spiranti simile factum. Sed hoc etiamsi veri perquam simile ducimus, tamen quum ad nostram quaestionem non pertineat mittamus, illud vero accuratius nobis spectandum est, quod etiam in mediis vocabulis nonnunquam diphthongus ante sequentem vocalem corripitur. Egerunt ea de re G. Hermannus de dial. Pind. p. 9 sq. Boeckh de metr. Pind. p. 289. 424. 492. T. Mommsen Ann. crit. Suppl. ad Pind. Ol. XIII, 78, p. 174 sqq. Heinr. Schmidt, Gr. Metr. 121. Valcke-

naer Eur. Phoen. 1475, Diatr. 109. Kvičala Sitzungsber. d. Wien. ac. XLIX, 513 sqq. Christ, Metr. p. 20, novissimus Hartel l. l. III, 11 sqq., qui quum exemplorum satis magnum numerum collegerit, tamen accuratius de criticis fundamentis quaerere debebat. Quamobrem Hartelium plerumque secutus nonnulla omittam, alia addam, alia emendatiora proferam. Exempla igitur ex Homero attulit haec: *οἷος* pro pyrrhichio adhib. N. 275 *Σ* 105. *η* 312. *υ* 89. *ἔμπαιον οὐδὲ βίης υ* 379. *χαμαιεῦναι Π* 235. *χαμαιευνάδες, κ* 243. *ξ* 15. *υἱός Δ* 473. *E* 612. *Z* 130 et saepius. Apud Hesiodum legitur *γαιήοχον* Theog. 15 (nam sic, non *γεήοχον* legendum esse infra demonstrabimus s. v. *γαῖα*); apud Pindarum *γαιαόχῳ* Ol. XIII, 78 (etiam hoc loco errare eos qui *γεηόχῳ* corrigunt, ibidem exponetur). *αἰόλλει* Pyth. IV, 233. *τοιαῦτα* Pyth. VIII, 55. *ποίᾳ* Pyth. VIII, 20. *παντοίων* Nem. V, 25. *υἱέων* Nem. VI, 23. Quibus Hartelius addit, quae *ει* habent in libris manu scriptis, quum editores plerumque scripserint *ε* vel *ι*: *ἱππείῳ* Ol. I, 101. *ἵππειον* Pyth. II, 12. *ἱππείαν* Pyth. VI, 50. *ἱππείων* Nem. IX, 9; *λατρείαν* Nem. IV, 54. *Αἰάντειον* Ol. IX, 112. *Κλειοῦς* Nem. III, 83. *Ἀρείας* Nem. IX, 41. *βατείᾳ* Ol. VI, 54. *δουλείας* Pyth. I, 75. *εὐμενείᾳ* Pyth. XII, 4. *εὐσεβείας* Ol. VIII, 6. *μαντείων* Pyth. XI, 6. *Ἰσμήνειον* Pyth. XI, 6. *Θειαῖος* Nem. X, 24. *Θειαῖε* Nem. X, 37. — Ap. Tyrtaeum 10, 20 Bgk. *τοὺς γεραιοὺς*. — Ex tragico sermone ante omnia spectandum est verbum *ποιέω*. Aeschylus diphthongum correptam habet semel, Prom. 935: *Ὁ δ' οὖν ποιείτω*. Apud Sophoclem codex optimus Laurentianus et paene ubique cum hoc consentiens Florentinus *Γ* saepe, sed neque semper neque plerumque iis locis quibus *οι* corripi oportet exhibent *ο*: *ποῶ* OR 918. *ποεῖς* Ph. 752. El. 624. *ποεῖ* Ph. 926 (*ποεῖν* Laur.). El. 319. 623 (*ι* eras.). conj. *ποῶ* Ai. 1395 (*ι* eras.). *ποεῖν* Ph. 1010. OR 537. OC 1018. 1037. 1517. Tr. 385. 390. 598. 743. El. 337. 385 (*ι* eras.). *ποήσω* Ph. 120. *πόησον* OR 543. *ποῆσαι* OC 1033. *ποεῖσθαι* Ph. 552. OC 1144. Sed *οι* diphthongus correpta est in *ποιεῖν* Ph. 409. *ποιήσω* El. 1045. Tr. 1249. *ποιήσεις* OC 652. Ai. 1155. 1356. El. 1044. aor. conj. *ποιήσω* El. 1276. *ποιήσῃς* Ai. 1369. Med. *ποιεῖ* OC 584.

ποιεῖσθε OC 278. ποιεῖσθαι OR 240. OC 459. Apud Euripidem correpta est diphthongus in his: ποιεῖς Alc. 1108. ποιεῖ Bacch. 301. fr. Alex. 56 (ex Stob., ubi M. Vind. ποεῖ). fr. Dan. 332, 5. ποιεῖν fr. Alcm. 94. ποιεῖσθαι Phoen. 516. Multo saepius apud hunc syllaba ποι in iis thesibus est, quae syllabam ancipitem admittunt, praecipue in quinta. — Ac Hartelius quidem illa Laurentiani Sophoclis quae etiam in Aristophanis Ravennate saepe adhibita est scriptura permotus omnibus his locis censet restituendas esse formas quae non οι sed ο habeant ποῶ, ποεῖς cet. p. 21: „Die unzähligen inschriftlichen belege der schreibung mit einfachem ο, die zeugnisse der besten handschriften .... lassen annehmen, dass hier die gewöhnliche attische form mit blossem ο gehört und nicht etwa ποjεῖν gesprochen wurde.“ Sed in atticis inscriptionibus Euclide vetustioribus multo saepius ποιεῖν invenitur quam ποεῖν (Cauer. l. l. p. 274; de posterioribus adhuc nondum constat): apud Aeschylum et Euripidem scripturae per ο in codicibus nulla videntur exstare exempla: Sophoclis codicem Laurentianum ipsum vidimus non raro οι exhibere, ubi brevi syllaba opus est. Quibus rebus luculenter demonstrari videtur, recte judicasse Ellendtium qui in lex. Soph. s. v. ποιέω scripsit haec: „Memorabile est, ποῶ ποεῖς in optimis libris Flor. Γ. LA tam crebro reperiri, quanquam non tam constans eius usus est, ut nimis diligentibus codicum cultoribus mutandae scripturae religio esse debeat. Sed ea scriptura, Doriensium potius, quam Atheniensium propria putanda, a nimia correctorum quorundam diligentia profecta videtur, οι ne in thesi corriperetur caventium; nec tamen ποῖος et τοιοῦτος quisquam aliter scribere aggressus est.“ Modo pro correctoribus Ellendtii ponamus grammaticos orthographiae studiosos, cf. enim quae docte disseruit Lehrs in censura Platonis a Schanzio editi, Wiss. Monatsblätt. 1876. Qui rei status apud Aristophanem sit, nescio, quum scripturae ποεῖν quidem ex codice Ravennate exempla attulerit Gerth l. l. p. 205, 19, ex Equitibus fabula sumpta, sed non dixerit, habeatne hic codex etiam scripturam ποιεῖν, et quibus locis. Sed etiamsi omnibus locis, quibus οι corripiendum est apud Aristophanem, traditum esset ο pro οι, tamen comoediae alia condicio est ac tragoediae. Illi bene conve-

niunt formae vulgares, qualem ποιῖν fuisse constat; haec solet vetera servare: itaque quum retinuerit iota in καίω κλαίω αἴετος, ἐλαία, etiam in ποιέω ubique iota quamvis tenui sono praeditum retinuisse putanda est. Sed pergamus diphthongorum in tragoediis correptarum exempla enumerare: γεραιός Eur. Hippol. 171. Herc. f. 115. 900 (his duobus locis in arsi soluta). Suppl. 42 pro γεράρων Markl. conj. γεραιῶν. βιαίας Soph. Ant. 1140 (quod satis ambiguum, nam quanquam θλ in γένεθλον, quod in antistr. respondet, non necessario positionem facere debet, tamen metri natura videtur exigere, ut versum claudant duae syllabae longae). δειλαῖος Soph. El. 849 (δειλαία δειλαίων: πᾶσι θνατοῖς ἔφυ), Ant. 1310 (δειλαῖος — ⏑́⏑). Eur. Phoen. 1287 (ματέρος δειλαίας : αὐτίχ' αἱμάξετον), Suppl. 279. παλαιός Eur. El. 497 (παλαιόν τε in init. vers.). ἱκταῖος Aesch. Suppl. 385 (μένει τοι Ζηνὸς ἱκταίου κότος. De hoc vocabulo infra § 45 fusius disseremus). ['Ιδαίαν Eur. Andr. 275, quod Hartelius adjungit, non debebat afferri, quum respondeat in antistropha οὐρειᾶν]. τοιοῦτος Soph. Tr. 1175. Eur. Med. 626. Aesch. Niobe fr. 159. τοιόνδε Eur. Andr. 1074. οἷός τε Soph. Ph. 925. OR 1415. OC 262. 803. 1136. 1418. Tr. 742. Apud Aeschylum et Euripidem huius vocabuli diphthongus nisi in inpari versus iambici sede non corripitur. [ποῖος. Hart. affert Phoen. 885, sed hoc loco οι in arsi est, itaque longum, et Or. 155, sed hoc loco ποῖος omnino non est. Neque τοίων Aesch. Sept. 972 afferre debebat, traditum enim est ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν, quibus respondent δύστονα κήδε' ὁμώνυμα. Vides alterum utrum versum corruptum esse, tamen eam de qua agitur syllabam in utroque esse longam. Hermannus felici conjectura edidit ἄχεα δοιὰ τάδ' ἐγγύθεν: δίπονα κήδε' ὁμώνυμα, quae receperunt Ritschl et Weil]. οἰωνούς Soph. El. 1058 (quanquam et hoc loco turbata est antistrophica responsio, nam versui respondenti in fine deest syllaba: νοσεῖ ⏑, quam variis modis vv. dd. supplere studuerunt). Fortasse ει correptum est in ἱέρεια Eur. [Bacch. 1114 πρώτη δὲ μήτηρ ἦρξεν ἱερεία φόνου], Or. 261 (γόργωπες ἐνέρων ἱέρειαι δειναὶ θεαί), ubi plerique editores scr. ἱέρια et ἱέριαι. Cf. Buttm. Ausf. Gr. § 119, 51*. Itaque etiam Iph. T. 34 fortasse legendum ἱέρειαν τίθησί με. — Ex

Aristophane haec affero: δειλαῖος Eq. 139. Nub. 1473. Av. 990. Vesp. 40. 165. 202. 1150. Plut. 850 et saepius, praesertim in hac versus clausula οἴμοι δειλαῖος. Παλαιός Nub. 1187 ὁ παλαιὸς ἦν ⏑⏑́⏑⏑—, Lys. 987 παλαιόρ γα, sic in R et Aug., alii et schol. παλιός, Dind. παλιόρ. φιλαθήναιος Vesp. 283 (ut ipsum Ἀθηναίων ap. Polyzel. fr. 11, 3). τοιοῦτος Nub. 342. ποίαν Vesp. 1369. Βοιωτῶν Eq. 479. Βοιωτοῖς ib. 480. οἴει Lys. 247. 1149.

Sic igitur res se habet, jam summa facienda. Vides in certis quibusdam vocibus diphthongum quae ante vocalem est a poetis corripi interdum, sed saepe etiam servare longam naturam; vides aliorum in hac re alium esse usum, ut Sophocles multo saepius hac correptione utitur, quam Aeschylus vel Euripides; vides in nonnullis horum ipsorum vocabulorum interdum etiam prorsus omitti iota, sed neque in omnibus neque in illis ipsis semper et certis quibusdam legibus; vides denique titulorum scriptores valde titubasse, et ante Euclidem ι saepius servasse, quam omisisse. Quid his omnibus efficitur? Nihil aliud quam quod supra jam dixi: illo tempore vocalis ι sonum in diphthongis ante vocalem sequentem admodum attenuatum esse et in multis vocibus tenerae cuiusdam consonae nostro j similis naturam induisse, ita tamen, ut in ipso sermone attico magna esset inconstantia, quum iota modo vocali plenae similius sonaret, modo ad consonae sonum appropinquaret, modo fortius modo exilius pronuntiaretur (als eine ganz leise schwingung, ut ait H. Schmidt, Griech. Metr. p. 121), et interdum plane evanesceret. De huius soni natura recte Hartelius l. l. 23: „Nun freilich, inquit, physiologisch genau die art dieses j zu definieren, ist eine sache der unmöglichkeit. Auf die auch im Griechischen anzuerkennende doppelnatur dieses lautes, welcher bald dem vocal ι sich näherte, bald als vollberechtigter consonant auftrat, ist längst aufmerksam gemacht worden (Ebel in Kuhns Zeitschr. XIII, 272 ff.). Die mannigfachen umgestaltungen desselben machen eine solche annahme notwendig, die auch Curtius (Gz.[4] 548 anm. und eingehender Stud. II, 180 ff.) zugibt, der nur von einer strengen scheidung abrät.“ Et vero ipsa illa quam deprehendimus usus inconstantia confirmatur,

has duas naturas eodem tempore inter se mutari misceri neque omnino posse distingui.

4. Atque idem rerum status fuisse videtur apud Lesbios. Nam quum grammatici doceant, Lesbios expulisse *ι* ex diphthongis, maxime *αι* et *οι*, ante sequentem vocalem, in inscriptionibus autem *α* multo rarius quam *αι*, *ο* paulo saepius quam *οι* reperiatur, et in poetarum fragmentis saepius quidem inveniantur vocabula quae correptam habeant diphthongum, quibus iota exemerunt editores, sed traditae plerumque sint diphthongi, duplex praesto est explicatio. Aut verum est, quod grammatici dicunt: Aeoles revera pro *αι* et *οι* ante vocales usurpaverunt *α* et *ο*, in titulis autem illis *αι* et *οι* more ceterorum Graecorum communi positum est — quod parum verisimile, quum illorum titulorum ii certe quos Conzius in it. Lesb. exhibet, et Boeckhianorum no. 2166. 2167 Alexandri magni aetate scripti ceterum merum exhibeant aeolismum: — aut Lesbiis idem fuit mos qui Atheniensibus, ut attenuato iota diphthongos ante sequentem vocalem corriperent, qua re factum est ut posteriore quodam tempore, post Alexandrum magnum, haec vocalis plane evanesceret. Jam grammatici, quum suo tempore Lesbios *α* et *ο* pro *αι* et *οι* dicentes audirent, eundem etiam veteribus fuisse morem conjectantes, praesidia huius opinionis in diphthongis a poetis Lesbiacis correptis invenire sibi visi sunt, et hoc modo nata quae de *ι* eliso apud Aeoles tradunt. Alexandri magni autem tempore etiam supererat *ι*, licet pertenui sono praeditum, ideoque in inscriptionibus, ut sermone vulgari severiorem dictionem captantibus, servata est.

5. Sed quae iota vocalis iis temporibus sors erat, ex quibus litterarum monumenta nobis restant, eadem etiam priore tempore fuerat. Ut verba in *αω* desinentia amiserunt iota inter *α* et *ω* intercedens, quod in paucis servatum est: *ἀγαίομαι βιαίω γαίω, δαίω, ἰσαίω, καίω, κεραίω, κλαίω, κναίω, λιλαίομαι, μαίομαι, ναίω, παίω, παλαίω, πταίω, σταλαίω, χαλαίω* (Curtius Verbum I, p. 297 sq. 334 sq.), sic etiam nominum in *αος* desinentium multa, ne dicam pleraque, priore tempore in *αιος* exierunt. Nam solent fere viri docti censere, illud *αο* natum esse ex *αϝο*, ut Ebel KZ. IV, 312, Curt. Et.[4] p. 176. 319. 575. Brugman Stud. IV, 146. 15.

Sed haec paucorum tantum origo est. Digamma habuerunt: *ἀγλαός* cf. *Ἄγλαυρος, γλαυκός*, theod. vet. *clau clou*. Brugm. l. l. p. 144. *ἀέναος ἀείναος καλλίναος* a *νάω ναίω*, quod ex *σναϝjω*, rad. *snu*, Curt. Et. n. 443. *ταναός*, cf. *τάνυμαι* et composita a *τανυ-* incipientia: *τανύγλωσσος, τανύηκης* al. Deinde omnia composita in *-λαος*, maximam partem nomina propria, quae collegit Fick, Die griech. personennamen, p. 123. Tum *Πασιφάη* a rad. *φαϝ*, quae in Hom. *φάε*, in *φάος φαῦος* cet. Curt. Et. n. 407. Cf. *Φαυσίμβροτος, Δημοφάϝων* quod Priscianus in tripode vetustissimo se legisse affirmat. Similiter *πολυπάμφαος* de Phaethonte in Anth. Etiam *κεραός* et *γεραός ἀγήραος* cet. putaverunt nonnulli in hoc numero ponenda esse, quum *κεραός* consentiat cum lat. *cervus, γεραός* cum *γραῦς*, quod ex *γεραϝις* natum videtur (Curt. Et. n. 130). Sed ego aliter sentio, et has quoque voces earum numero inserendas existimo, quarum *αος* ex *αιος* natum est, quas jam enumerabo.

Κεραός consentiunt fere viri docti (Benfey Gr. Wzll. II, 174. Curt. Et.[4] n. 50. Brugmann Stud. IV, 152, 27. Fick I[3] 547) natum esse ex *κεραϝος*, quum *κεραός* apud Homerum epitheton perpetuum sit cervi, cuius appellationes apud gentes cognatas cum *κεραός* plane consentientes omnes habeant *v*: *cervus*, cambr. *karu, carw*, germ. *hiruz*, et bos a Lituanis nominatus sit *karvė*, a Borussis *kurvis*, a Slav. vet. *krava*. Sed iidem consentiunt, *κεραός* derivatum esse a *κέρας*. In *κέρας* autem ubi tandem fuit illud *ϝ*? Ex *κεραϝς* natum nemo putabit. Fick formam primariam putat *karva*, et confert zend. *çrvâ* cornu unguis. Quod si verum esset, *κερας* natum esset ex *κερϝας*, et *κεραός* non ex *κεραϝος* sed ex *κερϝαος*. Sed pro certo nemo poterit affirmare, in *κερας* omnino fuisse *ϝ*. Nam habes lat. *cor-nu*, got. *haur-n*, scr. *çr-ñga-m*, corn. *cor-n*. Itaque ex eadem stirpe vel radice, unde per *na* vel *nu* haec vocabula, per *va cervus* (fort. et *curvus*), *hiruz* derivata, indidem per suff. *ας* (cf. G. Meyer Stud. V, 96) pullulavit *κερ-ας*, et ex hoc suffixi *ιο* ope *κερασ-jo-ς, κέραιος, κέραος*, quod non cervi solius epitheton est, sed etiam ovium Od. 4, 85, et omnino omnium bestiarum cornigerarum Hesiod. op. 527, et est in compositis *βούκερως* Att. *βουκέραος* Nonn. *δίκερως* h. Hom. *ἑλιξό-*

κερως Anth. εὐκέραος apud epicos Alex. et post. aetatis, εὔκερως Soph. εὐρύκερως Opp. καλλίκερως Gal. Anth. μονόκερως Arist. ὀλιγόκερως Geopp. πολύκερως Soph. ὑψίκερως Hom. χρυσόκερως Pind. Att.; in quibus αο contractum est ut in compositis in -γήρως et -κρέως et att. ἀείνως pro ἀείναος. Ex ἄ-κερ-Ϝος natum ἄκερως putat Brugm. l. l. p. 162. Κεραός ex κεραιός natum arguit κεραία, quod inde ab Aeschylo frequenter adhibetur ad diversas res cornui similes denotandas, maxime antennas et machinam quandam bellicam.

Eandem originem esse putaveris etiam vocabulorum γεραός quod Soph. et Nicand. usurpaverunt pro vulgato γεραιός, γηραός in Anth. Pal. Append. 147, ἀγήραος ap. Hom. Hsd. Pind. (etiam forma contr. ἀγήρως jam apud Hom.), μακρογήρως Anth. Artemid., πολυγήραος Asius, πολυγήρως Pl. Axioch. Anth.: ut forma primitiva sit -γερασ-jος vel γηρασ-jος, suffixi ιο ope a stirpe γηρασ derivata. Sed praestat fortasse haec quoque vocabula inserere eorum numero, quae deinceps enarrabimus, quae a verbis in αω αιω αζω sim. derivata sunt. Namque quum verba in αω prius desierint in αjω, ab iis derivantur nomina in -αιος vel eliso ι in αος desinentia, ut e verbis in αιω e. gr. παίω ἔμπαιος. Qua de re infra uberius disputabimus § 67. Itaque ἀγήραος ceteraque id genus vocabula videntur a γηρᾶναι γηράω γηράσκω (Curt. Verb. I, 193. 277) esse derivata. Cetera eius generis vocabula sunt haec:

ταλαός Ar. Av. 687 ταλαοὶ βροτοὶ idem quod ταλαίπωροι vel ταλαίμοχθοι, a verbo ταλαίω vel ταλάω, cuius ι servatum in compositis ταλαίπωρος, ταλαίφρων, ταλαίμοχθος. Curt. Verb. I, 335.

ἵλαος placatus conciliatus clemens, inde ab Homero usitatum, apud Atticos forma ἵλεως, quae ex ἵλαjος nata est, ut gen. ἱκέτεω ex ἱκέταjο. Delbr. Stud. II, 199. Etymon est ἵλαμαι ἱλάομαι. Curt. Verb. I, 173. 277. Vocabuli ἵλαος α quum saepe productum sit apud poetas (Il. A. 583. h. Cer. 204. Hsd. op. 340. Aesch. Eum. 1040 et ap. alios), non inepte Doederl. H. gloss. III, p. 360 his locis legendum esse censet ἱλαῖος. [Quid statuendum sit de forma ut vid. laconica ἱλήϜῳ in epigrammate Lacedaemoniorum Olympiae reperto, ed. Curtius Arch. Zeit. IX. 1876, Inschr. aus Ol. no. 7, cuius me monuit

Dittenbergerus, plane nescio: quo in vocabulo difficile est dictu utrum digamma magis sit mirum an η. Sed digamma fortasse nullo alio consilio positum est quam ut duas vocales dirimeret, vel pertenuem aliquem halitum significaret, cuius naturam non jam bene perspicerent: cf. *ΤλασιαϜο* in inscr. Corc., *Ϝοτι* in inscr. Locr. Oz. (Curt. Et. n. 606), *timokarivos* pro *Τιμοχάριος* Inscr. Cypr. Deecke et Sigism. in Curt. Stud. VI, n. VIII. Cum *η* autem illo quod a Dorismo summopere videtur abhorrere, cf. *Ἀμφιάρηος*. a Pindaro adhibitum. Fortasse verbi prototypi stirps apud Lacones non *ἰλα* erat sed *ἰλε*, ut *ὁρέω ὁρμέω* al. dixerunt, Ahr. Dor. 310; hinc *ἵληος* derivatum pro *ἰλε-ιος*, ut *ὄρηος, λύκηος* pro *ὄρειος, λύκειος*.]

πολύγραος multivorus, quod ab Hippocr. usurpatum testatur Galenus lex. p. 546; derivatum est a *γράω* vorare (Callim. fr. 200).

Ναυσικάα quum a *καίω* ut quidam putarunt derivari non posse mihi videretur, in dissertatione mea de prioris nom. comp. partis formatione p. 37 putaveram, *καα* ex *κασα* factum et a rad. *κασ* = scr. çans laudare praedicare derivatum esse. Quae explicatio quanquam opusculi illius censoribus placuit, tamen nunc mihi falsa esse videtur: rectum viderunt Pottius EF II[1] 271 et R. Peppmüllerus, Comm. des 24. Buches der Ilias, p. 138, qui *Ναυσικάα* ex *καίνυμαι* derivant. Nam ut *Μηδεσικάστη* est *μήδεσι κεκασμένη, πολλὰ μήδεα εἰδυῖα*, et *Ἰοκάστη* est *ἰότητι κεκασμένη*, sic *Ναυσικάα* si a *καίνυμαι* descendit, est *Ναυσικάστη, ναυσὶ κεκασμένη*, quod fere consentit cum significatione *ναυσικλυτός* quae vocabulo esset, si a *κασ* descenderet. *Καίνυμαι* autem, ut *αἴνυμαι δαίνυμαι φαίνυμαι* per suff. *νυ* derivatum est a stirpe in *αι* desinente, quae ipsa brevioris formae in *α* desinentis est amplificatio praesentialis (Curt. Verb. I, 163. 297). Ut *δαίνυμαι* a st. *δαι*, quae in *δαίομαι*, haec ipsa autem ex *δα*, quod in *ἐ-δά-σαντο*, sic *καίνυμαι* a *και, κα*. Et ut a st. *δα* derivata est st. *δατ*, quae in *δατ-έω, δάσσαντο, δέδασται*, sic a stirpe *κα* derivata stirps *κατ*, unde *κε-κάσ-μεθα, ἐ-κέ-κασ-το, Μηδεσι-κάσ-τη*. *Ναυσικάα* igitur derivatum videtur ab illa stirpe primitiva *κα* vel *και*, sed non hoc ipsum feminae nomen inde derivatum puto, sed prius nomen viri *Ναυσίκαιος* vel *Ναυσικαϳος*, unde *Ναυ-*

σίκαος i. e. navibus excellens, et hinc feminae nomen ductum *Ναυσικάα*. Haec etymologia eam ob causam praestat ei quam ipse inveneram, quod ad verbum in lingua Graeca servatum redit, non ad plane ignotum.

ἀλαός. Diversae de hoc vocabulo sententiae, neque facile dijudicandum, quae recta sit. Fuerunt qui a verbo *λάω*, videre, derivarent, ut grammaticus ap. EM. et Suidam, et recentiorum Benfey Wzl. II, 126. Ac licet H. Od. τ 229. 230 *λάων* et *λάε* non possit significare videre, sed nihil nisi vel captum tenere vel vesci, tamen in hymn. Merc. 359 quum Mercurius dicatur tam egregie se occuluisse, ut ne aquila quidem eum videre posset, apparet *αἰετὸς ὀξὺ λάων* non posse significare nisi aquilam acute cernentem. Cui accedit, quod habet Hesychius *λάετε· σκοπεῖτε*, et Suidas *λᾶν· ὁρᾶν*. Unde fortasse etiam explicari potest *φθίσις ἀλαΐα* apud Hippocratem, quae vix cerni possit. Sed habet illa sententia quod displiceat, rectiusque Doederlinus in gl. Hom. no. 97 *ἀλαός* videtur revocare ad *ἀλᾶσθαι*. Dicit enim haec: „Eine nebenbedeutung des verbi *ἀλᾶσθαι* ist die von beraubt werden oder entbehren, die es mit *ἀπλακεῖν ἁμαρτεῖν σφάλλεσθαι ἀπατᾶσθαι* teilt. Pind. Ol. 1, 91 *εὐφροσύνας ἀλᾶται*. Eur. Troad. 635 *ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ᾽ εὐπραξίας*. Dies war wol auch die grundbedeutung von *ἀλαός, ἀλαοῦν*, eigentlich beraubt, und vorzugsweise des augenlichts, blind. Od. 1, 69 *ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν*. X, 503 *ὀφθαλμοῦ ἀεικέλιην ἀλαωτύν*. Il. X, 515 *οὐδ᾽ ἀλαοσκοπίην εἶχ᾽ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων* vgl. XIII, 10. XV, 135. Od. VII, 285 d. h. nicht: keine blinde, nachlässige, sondern: keine erfolglose wacht. Aber *ἀλαός* selbst findet sich auch in der engeren bedeutung statt *ἀλαωπός*, ebenso wie auch *πηρός* Il. II, 599 eigentlich debilis, aber *κατ᾽ ἐξοχήν* coecus bedeutet, und wie Hesychius das blosse *ἀμερής* beraubt, von *ἀμείρειν*, durch *τυφλός* erklärt. Od. X, 493. *Τειρεσίαο μάντηος ἀλαοῦ*. Richtig sagt Lobeck. Rhem. p. 346: *Ἀλαός* usu magis quam ratione quadam perspicua in una notione caeci defixum est; namque etymon parum claret.“ Ab eodem etymo pullulat etiam *ἠλεός* Od. β 243 *φρένας ἠλεέ*, ο 564 *οἶνος γὰρ ἀνώγει ἠλεός*, et per hyphaeresin vocalis *ἠλέ* O 128 *μαινόμενε, φρένας ἠλέ*,

quod etiam Curtius Et.[4] 546 ab *ἀλᾶσθαι* derivat. Formam utriusque primitivam Doederlinus putat esse *ἄλαῖος*, quod valde dubium. Nam *ἄλαῖος* Apollinis cognomen quod tradit EM. 58, 4 non significat nisi errantem, quod autem Hesychius tradit: *ἀλαιός ὁ παλαιός ἄφρων*, id Lob. Path. El. 1, 117 demonstravit *ἀλεός* scribendum esse (quam vocem grammatici saepius afferunt et per *μάταιος*, *ἄφρων* explicant (Schol. Ar. Lys. 987, Eust. 1443, 64. EM. 59, 45) et idem esse atque *παλεός* dicunt. Atque *παλεός* quidem sumpsisse videntur ex Ar. Lys. 987, ubi *παλαιόρ* correpta diphthongo usurpatum non propria significatione veteris sed translata stulti: *ἀλεός* autem nisi fallor ad Homericum *ἠλεός* referendum est). Quanquam non plane veri dissimile est, ex primaria quadam forma *ἀλαjος* aut prima producta (ut in *ἠλασκάζω ἠλίθιος*), correpta secunda, natum esse *ἠλεjος*, *ἤλεος*, aut utriusque quantitatem esse servatam. At non solet alias *αιο* in *εο* attenuari. Quamobrem praestat fortasse alia sententia, ut *ἠλεός* vel ex ipso verbi *ἀλάομαι* primitivo (cf. *ἄλ-η*) per suffixum *ιο*, unde *εο* ut in *κενεός* pro *κενjος*, derivatum sit, vel ab alio quodam verbo *ἀλέω* (cf. *ἀλέη* et *ἀλεείνω*), *ἀλαός* autem ex *ἀλᾶσθαι*. Sed res non liquet. — Aliam sententiam protulit Ahrens in Philol. 27, 255. 35, 48, qui et ipse *ἀλαός* et *ἀλεός* ab una radice pullulare ait, sed non ab *ἀλᾶσθαι*, sed ab *ἀλύω*, unde vel *ἀλϝος* vel *ἄλαϝος* natum sit, ex illo autem vel *ἀλεός* vel lesb. *ἆλλος* derivatum.

His fortasse adjungi possunt *Οἰνόμᾰος*, si a *μάομαι μαίομαι* repetitum est (Curt. Verb. I, 298. Sonne KZ. X, 409) et *Ἀμφιάρᾱος Καλλιάραος* si ab *ἀρᾶσθαι* descendunt. Magis etiam dubia sunt quae jam enarrabo.

πηός affinis ap. Hom. et Hesd., *παός* ap. Nicand. vix recte a plerisque derivatur a *πάομαι*, *πέπαμαι*, ut a Pass. in lex. („denn die *πηοί* waren *ἐπίκτητοι συγγενεῖς*“), neque Benfeyius verum tetigisse videtur, qui dubitanter quidem ad rad. *pa* tueri nos relegat II, 73 („indem die verwanten als zum nähren, schützen verpflichtete gefasst werden“). Rectius Doederlinus no. 813: „Die doppelbedeutung von *κῆδος*, die sorge und die verwantschaft, und der zusammenhang von *πένθος* mit *πενθερός* und die analogie von *ναίειν*, *ναός*, *νηός* machen

es rätlich, von παίειν, ἐμπάζεσθαι abzuleiten das dor. παός, jon. πηός der verwante." Cf. Od. θ 581 ἤ τίς τοι καὶ πηὸς ἀπέφθιτο Ἰλιόθι πρὸ Ἐσθλὸς ἐών, γαμβρὸς ἢ πενθερός, οἵτε μάλιστα Κήδιστοι τελέθουσι μεθ' αἷμά τε καὶ γένος αὐτῶν. Nam in ἐμπάζεσθαι curam habere alicuius rei, aliquid curare, inest rad. πα vel παι, unde ἔμπαιος. Confert Doederl. Hesychii glossam παῶται· συγγενεῖς, οἰκεῖοι. Λάκωνες. Tamen offendit η, nisi πηός ex παjος ut πόληος ex πολεjος.

Κραναός, quod soli naturam asperam et saxosam significat, apud Homerum Ithacae insulae, apud posteriores inde a Pindaro plerumque Atticae cognomen, ϝ amisisse dicitur ab Ebelio KZ. 4, 342, Curtio Et.[3] 535. Cognatum esse vocabulum cum κάρυον, κράνος galea, κρόκη κροκάλη silex, scr. *karaka* kokosnuss, *karkara* durus, Curtio (n. 42 b) facile concedimus. Sed de suffixi natura nihil potest confici. Quamobrem in medio relinquamus. Neque de κράνεια κράνεον constat, utrum cum κραναός cohaereant necne.

Restat ἔρραος, quod non ad verbum in αω revoco, sed ad verbum mutum vel radicem ipsam, unde per αιο suffixum derivari potuit, ut infra § 70 sqq. multa nomina in αιος a verbis mutis descendere demonstrabimus.

Ἔρραος ap. Lycophr. 1316 est aries, Callimacho (fr. 335) esse aprum narrat schol. Lycophr. In libris deterioribus est ἐρρωός. ἐρράς· κριός Hesych. Benfey Wzl. I, 331 et Legerlotz KZ. VIII, 55 vocem derivant a rad. ϝαρς, scr. *vrsh* spargere, generare, quod non incredibile, quum ex ead. radice lat. *verres*, scr. *vrsha-s*, *vrshâ*, *vrshabha-s* taurus, zend. *arshan* vir, gr. ἄρσην ἄρρην. Cf. Curtius Et. n. 491. Itaque ἔρραος fortasse ex ϝερσαιος, ἐρραιος, i. e. qui semen spargit. Quanquam parum constat, quum nesciamus, ex qua dialecto poetae Alexandrini hoc vocabulum sumpserint. Hesychii ἐρράς ex ἐρραός mutilatum esse accentus docet, quam ob rem M. Schmidt hanc formam restituit.

Nihil constat de nominibus propriis hominum, locorum, fluviorum: Δαναός, Μαλαός, Ταλαός, Τηριδάη, Κλάδαος qui et Κλάδεος, Μάμαος, Μέταον, Τάναος, Χάον ὄρος.

Νηπιάας Hom. α 297 per assimulationem ex νηπιέας factum est, ut γοάασκον e γοάεσκον. Cf. Mangold de diectasi Homerica. Stud. VI. 204. 16.

II.

De terminatione ηιος ex αιος nata.

6. Iones, ut saepissime pro terminatione ειος usurpabant ηιος, sic interdum etiam pro αιος quod ceterae habent dialecti pronunciasse ηιος inter omnes constat. Cuius generis sunt νήιος δήιος λήιον al. Sed non constat de legibus et de vocabulorum generibus, quibus haec mutatio astricta sit, multosque perverse hac de re judicare intellegemus. Nam, ut breviter, quid sentiam, dicam, quum duo vocabulorum in αιος desinentium sint genera, alterum eorum quae aut ιο suffixum adjungant stirpi suffixi α ope formatae, ut ex his duobus suffixis nascatur novum αιο, aut plenum suffixum αιο subjungant stirpi alicui, alterum eorum quae et ipsa ιο suffixum cum α stirpis contraxerunt in αιο sed cum α non ad hanc ipsam stirpem formandam adhibito, sed stirpis ut ita dicam proprio atque interiore (v. c. ἀγλα-ία non a st. ἀγλ-α sed ἀγλα-ο): illius generis vocabula nunquam αιο mutant in ηιο, huius interdum. At plerique putant v. c. ὑμενήιος pro ὑμέναιος, δραχμήιος pro δραχμαῖος, ταφήιος pro ταφαῖος dici. E quibus Lobeckius, ut recentioris methodi grammaticae parum gnarus, facilius impetrabit veniam, in Prol. path. p. 473 ποιμνήιος, Ἀλήιον πεδίον, δραχμήιος, ψυχήιος ionice dissoluta esse affirmans ex ποιμναῖος cet. Sed quid quod vel L. Meyerus vgl. Gr. II, 456 inter voces in αιο enumerat· „ποιμνήιο-, zur herde (ποίμνη) gehörig (nur Odyssee 9, 122), und ταφήιο-, zum begräbnis (ταφή) gehörig", et Gust. Meyerus KZ. XXII, 494 enumeratis vocabulis per ιο suffixum a stirpibus in α derivatis ἀγελα-ῖο-ς, ἀναγκα-ῖος al. pergit sic: „statt des α erscheint das lange η der feminina in ποιμνήιος ταφήιος und dem eigennamen Γαιή-ιο-ς", et Curtius Et.[4] p. 633: „Das η von κλαγγηδόν, inquit, verhält sich zu dem α von ἰλαδόν, wie ταφή-ϊο-ς zu πετρα-ῖο-ς"? Sed hoc plane falsum, immo nisi in iis vocabulis in αιος, quorum α non affixum stirpis primarii sed quasi corporale fuit, αιο non potest in ηιο mutari: in ceteris omnibus ηιο ex ειο est natum.

Ad hanc quaestionem dijudicandam necesse est omnia con-

geri vocabula quorum duplex est forma, altera in *αιο* altera in *ηιο* desinens. Quibus collectis et percensis si parebit has formas non terminatione sola inter se differre, sed etiam vel formationis ratione vel significatione, si parebit eadem vocabula etiam *ειο* terminatione uti, et quae in *ηιο* desinunt multo magis cum iis concinere quae *ειο* quam quae *αιο* in fine habent, fieri non poterit quin judex aequus et qui ingentem multitudinem vocabulorum in *ηιο* a vocibus in *ειο* pullulantium respiciat, has formas in *ηιο* desinentes abjudicet a terminatis in *αιο*, addicat iis quae *ειο* in fine habent.

Atque primum quidem ipso, ut ita dicam, corpore diversa sunt duo vocabulorum paria, *βορραῖος βορήιος* et *κλοπαῖος κλωπήιος*. Nam *βορραῖος* et *βορήιος* ab eodem illa quidem vocabulo descendunt *βορέας*, sed *βορραῖος* ex forma *βορρᾶς*, quae ex *βορjας* assimulatione facta, derivatum esse arguit *ρ* duplex, *βορήιος* autem, quod est ap. Herodotum et Apollon. Rhod., ionicam modo formam esse pro attico *βόρειος*, quod vel suffixi *ιο* ope, *βορε-ιος*, vel suffixo *ειο* formatum *βορ-ειος*, apparet. Deinde *κλοπαῖος*, quo Aeschylus et Plato usi sunt, eius vocabulorum generis est, quae a verbis mutis derivantur et agentem maxime significant, de quibus in loco (§ 70 sqq.) fusius disputabimus; derivatum est a *κλέπτω*. Longe diversum *κλωπήιος* apud Ap. Rhod. et Maxim. catarch., quod a *κλώψ* vel *κλωπεύω*, unde etiam *κλωπεία*.

Significatione differunt primum *νυμφαῖος νυμφαῖον* et *νυμφήιος νυμφήιον* ita, ut *νυμφήιος νυμφήιον* penitus consentiant cum *νύμφειος νυμφεῖον*. Nam *νυμφαῖος* significat quod ad Nymphas pertinet, *νυμφαῖον* fanum vel locum Nymphis sacrum: *νύμφειος* apud Eur. Pind. Anth. est nuptialis vel quidquid ad sponsam nuptamve pertinet, *νυμφεῖον* apud Soph. thalamus nuptialis, *νυμφεῖα* apud eundem nuptiarum solemnia. Plane easdem significationes habent *νυμφήιος* ap. Nonn., *νυμφήιον* Callim., *νυμφήια* ap. Mosch. — Aliud differentiae genus intercedit inter *δοχαῖος δοχήιον, τροπαῖος τροπήιον, ὑδραῖος ὑδρήιον*. Nam licet *τροπεῖον* non sit servatum, tamen ea vocabulorum *δοχήιον τροπήιον ὑδρήιον* significatio est, ut non possint non pro *δοχεῖον τροπεῖον ὑδρεῖον* dicta esse. Hoc enim suffixi neutralis *ειον* proprium

est, ut ad certa quaedam rerum genera significanda adhibeatur, praecipue locum (i. e. ad vocabula periectica quae vocantur fingenda) et instrumentum. Neutra significatione usurpatur *αιον*, utraque saepissime *ηιον*, ut *ἀνδρήιον, ἀρχήιον, γναφήιον, μαντήιον, πορθμήιον, πρυτανήιον, χαλκήιον: ἀγγήιον, ἐργαλήιον, κηλωνήιον, κηρυκήιον, πορήιον, πορθμήιον, σημήιον*. Itaque *τρόπαιον* significat signum de hostium fuga (*ἐπὶ τῇ τῶν ἐναντίων τροπῇ*) positum, *τροπήιον* (in uno tantum Hipponactis frgm. 57 Bgk. ap. Poll. X, 75 servatum) instrumentum ad rem quamlibet torquendam, premendam, i. e. torcular (Curt. Et. n. 633); *δοχαῖος* est excipiens, (*δοχεῖον* vel) *δοχήιον* Anth. 6, 66 locus vel vas quo quid excipitur; *ὑδραῖος* (infimae Graecitatis vocabulum, est enim ap. Olympiod. in Bekk. an. p. 1426, Nicet. ann. 1, 5) aquaticus, *ὑδρήιον* Herodoti pro attico *ὑδρεῖον* hydria. Eadem terminationis *ηιον* natura est etiam in *ὁλκήιον* quod vel vasis alicuius genus vel instrumentum navale significat, quum *ὁλκαῖος* sit quod trahitur; sed eadem qua *ὁλκήιον* significatione nonnunquam traditum est *ὁλκαῖον*, neque de veriloquio constat, cf. infra s. v. § 73 ubi fusius ea de re disputabitur.[1] Atque *ὁλκήιον* a poetis tantum usurpatum est metri ni fallor causa: prosaici dixerunt *ὁλκεῖον*, sed etiam apud poetas haec forma legitur (Philem. et Menand. ap. Poll. 10, 176. Epig. ap. Ath. 11, 480 A). Etiam pro *δοχήιον* quod est apud Damoch. Anth. Pal. 6, 63 et Paul. Sil. ib. 66, alii (Alex. Aphr., Sirac.) habent *δοχεῖον*, pro *ὑδρήιον* Herodoteo *ὑδρεῖον* Pol. Plut. Strab. Itaque quum etiam *νυμφήιος* non cum *νυμφαῖος* sed cum *νύμφειος*, *βορήιος* non cum *βορραῖος* sed cum *βόρειος* congruere modo viderimus, duo tantum restant vocabula de quibus quisquam possit dubitare, *δραχμήιος δραχμαῖος* et *ὑμενήιος ὑμέναιος*. Quamobrem

[1]) His additurus eram *σημήιον* pro *σημεῖον*, et *σημαία*, quo vocabulo a rerum Romanarum scriptoribus Polyb. Dion. Hal. Plut. significantur signa Romanorum militaria: sed Dittenbergerus me monuit, genuinam vocabuli formam esse *σημεία* sive *σημέα*, quae formae scriptae inveniantur in optimo Polybii codice Vaticano et in monumento Ancyrano. Quam ob rem hoc loco de hoc vocabulo non agendum est: de formarum *σημεία σημέα σημαία* vicissitudine infra dicam § 13.

quid prohibet quominus in his quoque ηιο pro ειο dictum putemus? Sed ut in utroque vocabulo revera poeta pro αιο posuerit ηιο, tamen ad totam quaestionem nihil efficiunt. Illud enim Nicandri est, temerarii vocabulorum inventoris ac vitiatoris; hoc traditum est in poetae ignoti lusu Anth. 9, 524, 21, per quatuor et viginti versus quaterna Bacchi cognomina ab eadem in quoque versu littera incipientia fundentis, ut in primo α in ultimo ω incipiat; quem satis recenti aevo vixisse dubium esse nequit. Utrumque igitur vocabulum eo tempore natum, quo candidum rectumque de vocabulorum origine et natura judicium, sensusque priscis illis innatus iam diu evanuerat.

Itaque quum ne eae quidem voces in ηιο desinentes quarum quasi sorores exstant in αιο, ab his, sed a formis sive servatis sive amissis in ειο ortae sint, multo magis ea vocabula quae sola terminatione ηιο utentia tradita sunt, ad genuinas formas in ειο revocanda esse censebimus. Quorum vocabulorum ea tantum in quaestionem sunt vocanda, quae a vocabulis prima declinationis derivata sunt, nam de πολεμήιος, ποταμήιος, θαλαμήιος, ξεινήιον, ξυνήιος nemo dubitabit quin pro πολέμειος ποτάμειος cet. dicta sint. Itaque de hisce tantum verbis quaerendum est: Γαιήιος, ποιμνήιος, ταφήιος ab Homero usurpatis, κουρήιος h. in Cer. 108, γενεθλήιος Procl. hymn. 2, 8. ψυχήιος in sermone ionico Luc. v. a. 6. χραισμήιον Anth. 1, 32. Μαιήιος Maeae filius Nonn. Dion. 9, 17 [μαιήιος Nonn. Dion. 9, 167 quum significet μαιευτικός, derivatum non est a μαῖα, sed a μαιεύομαι]. Atque ποιμνήιος quidem et ταφήιος num a ποίμνη et ταφή pullulent, valde dubium est, quum ταφή apud Herodotum primum legatur, Homerus τάφος solum habeat, et ποιμνήιος σταθμός B 470 non solum a ποίμνη sed etiam a ποιμήν possit derivatum esse, ut significet casam pastoritiam, quomodo Duncan et Nägelsbach interpretantur. Etiam γενεθλήιος utrum a γενέθλη an a γένεθλον derivatum sit, jure dubitaveris. Et χραισμήιον, quum χραίσμη non sit nisi Nicandri commentum, rectius videtur ad verbum χραισμέω revocandum. Sed etiamsi omnia illa vocabula a stirpibus in α derivata essent, tamen non sequeretur, ut in iis ηιο pro αιο positum esset. Nam permulta vocabula in ειο desinentia a stirpibus primae

declinationis descendere constat. Cf. *ἀγχόνειος, αὔλειος προσαύλειος, δεσπότειος, κλίνειος, μουσεῖος, νυμφεῖος, σπονδεῖος, χήρειος* al., neutra *θεσμοθετεῖον, μορμολυκεῖον, μουσεῖον, νυμφεῖον, ταμιεῖον ᾠδεῖον*. Itaque etiam *Ἀλήιον πεδίον* et *Νυσήιον*, quanquam ab *Ἄλαι* et *Νύσα* oriunda, recte Herodianus (1, 122 Lentz) facta esse censet *κατὰ διάλυσιν ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ ειος καὶ ἔκτασιν του ε εἰς τὸ η*.

7. Diversa, ut diximus, ratio est eorum, quae *α* stirpis interius cum *ιο* suffixo contraxerunt in *αιο*. Neque horum inter se par condicio, sed classes distinguendae sunt. Nam aut in vocalem ipsam exeunt themata illa primaria, aut in consonam quae ante vocalem suffixi sequentem elidatur. Ab illius generis prototypis pauca sunt suffixi *ιο* ope derivata, *βέβαιος γαῖα, πολύγραος, Οἰνόμαος, Ναυσικάα* et fortasse *φαιός, πηός*, cf. § 37 sqq.; a substantivis ducta *μαῖα μαμμαία, Ἀμφιαράϊα* et ab *ἀλαός ἀλάϊος* (*ἀλαΐα φθίσις* Hippocr). Quid de *χρεῖος, ἀχρεῖος ἀχρήιος, χρεία χρηΐη* statuendum sit, dubium est; Brugm. Stud. IV, 158, Fritsch Stud. VI, 98 radicem dicunt esse *χραϝ*, sed digammatis certum vestigium non est. *ἤιος* mihi ex interiectione *ἰή* natum esse videtur, cf. § 14. In *ἔμπαιος πρόςπαιος λαιός ἔλαιον* iota non suffixi sed stirpis est. Cf. § 22. 25, et supra § 2. Ex his igitur omnibus *η* non habent nisi vocabula incertae originis *πηός* et *ἀχρήιος χρηίη*, in quibus dubium est utrum *η* ex *ε* an ex *α* factum, et si ex *α* natum est, utrum digamma elisum sit, an jod spirantis vi *α* productum et in *η* sit mutatum. Sed ex vocabuli *γαῖα* forma contracta *γῆ* natum est *γήιος* Theo in Anth., fort. et *γήτης* ap. Soph.; v. infra § 40.

Consonantes Graeci tres inter vocales elidebant, *j ϝ σ*. Atque de j in fine radicum vel stirpium parum constat, quam ut affirmare ausim aliquod vocabulum in *αιος* per suffixum *ιο* ex stirpe in *αj* desinente derivatum esse. Unum *ἐλαία* ex *ἐλαι-ία* factum videri supra p. 4 demonstravimus. *Σ* autem ubicunque evanuit, apud Iones quidem et Atticos nunquam vocalem praecedentem produxit, neque ex *εσιος* unquam factum est *ηιος*. Itaque Herodotus licet *ἀνθρωπήιος γυναικήιος στρατηίη πρυτανηίη* diceret, tamen in vocabulis a nominibus in *ος* vel *ης* tertiae classis derivatis semper servavit *ει* (vel

iota eliso ε): Ἀργεῖοι, ἕρκειος, θερείη, ἐπέτεος, τέλεος, ἐπιτήδεος, ὑπωρέη, ἀληθείη, ὑγιείη, ἀδείη, ἀτελείη al. Bred. dial. Herod. p. 127. 186. Unum ἀγγήιον ab ἄγγος analogiam sequitur periecticorum in ηιον: χαλκήιον, κηλωνήιον, ἐργαλήιον, κναφήιον al. Bred. p. 182. Sic etiam illa vocabula quorum terminatio αιος ex ασιος nata, neque in Iade neque in ceteris dialectis unquam η habent: κνεφαῖος, ἀκροκνέφαιος, λεπαῖος, οὐδαῖος, ἐπουδαῖος, κατουδαῖος, ὑπουδαῖος, σκνιφαῖος, χάιος, βαθυχαῖος. δήιος, hostilis, miser, Max Müller quidem in KZ. V, 151, et Leo Meyer vgl. Gr. II, p. 445 ex δασjo natum esse affirmaverunt, ut ab eadem radice fluxerit unde ved. *dâsa* daemon infestus; sed G. Curtius Et. no. 258 monstravit, haec vocabuli sententia quomodo nasci potuerit ex primaria urentis, idemque vocabulum esse δάιος ab Alcmane adhibitum, πῦρ τε δάϝιον fr. 79, et illud δήιος hostilis: Cf. infra § 9 et 20.

Una igitur vocabulorum in αιος desinentium classis, quae αιος ex αϝιος natum habet, η pro α admittit. In his igitur η ex α propter ϝ elisum productione suppletoria factum est, quamobrem eadem vocabula in ceteris dialectis plerumque α longum habent. Sunt autem haec: παρήιον H. cum compositis καλλι- μιλτο- φοινικο- χαλκο-πάρηος. εὐ- χαλκοπάραος Pind. — δήιος H. Lyr. Trag., cum derivatis δηιοτής δηιόω δῃόω δηιάλωτος Δηάνειρα. δάιος trag. Alcm. — λήιον H. Hsd. Hdt. cum composs. ἀ- βαθυ- πολυ- φιλο-λήιος. λᾶον Sophr. et λαῖον falx apud Ap. Rh. — νήιος Hom. Hsd. Ap. Rh. ἐπινήιος Antip. Thess. in Anth. νάιος trag. — ῥήια Hippocr. ῥᾶος grammatici (cf. § 23). — Sed Minerva προνηΐη Herodoti (sic enim traditum I, 92, sed cf. quae infra in § 21 de hoc vocabulo exponam) Aeschylo Eum. 21 est προναία, et pro ληΐη Ionico Dorienses dixisse feruntur λαία (Hesych.: λαίαν· ἐκκλησίαν, κτῆσιν. Δωριεῖς ἐπὶ τῆς λείας), quod restitutum est Pindaro Ol. XI, 44. Quamobrem fortasse rectius apud Aeschylum cum Hermanno scribitur προνάα, et apud Pindarum λάα, quod Ahrensio magis placuit, dial. Dor. p. 142. Quanquam in α producendo propter digamma omissum non sibi constantes fuisse videntur Graeci. Nam ab eadem radice unde λᾶον Sophronis descendit λαῖον apud Ap. Rh., a λᾶός Λάιος et νεολαία, a δάιος composita in -δαιος desi-

nentia ut Ἀρίδαῖος, Θρασύδαῖος (ap. Herodotum Θρασυδήιος) et προναίη scholiasta Aeschyleo ad Eum. 21 auctore dixit Callimachus: χή Παλλὰς, Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύοντο προναίην, quod quoniam ionica dialecto dictum est, scribi nequit προνάαν, sed si longa esset vocalis, προνηΐην sonare debebat. Denique et Attici et ipsi Iones in nonnullis vocibus diphthongum αι vel ηι corripuerunt in ει: παρειά Homero cum Atticis commune, λεῖα Att. pro ion. ληΐη, ἐπίνειον Thuc. Arist. Pol. Str., et vel apud Herodotum VI, 116 traditum est, quod mihi quidem valde suspectum, ῥεῖα et ῥέα ap. Hom. Hsd. Simon. Dubitari licet de Ποσιδήιος, quod potest ex Ποσιδαϝιος factum esse, quum Ποσειδῶν ex Ποτιδαϝαν videatur natum. Nomen urbis in αια desinit: Ποτίδαια vel Ποτείδαια. Sed hoc ex forma dorica Ποτίδας vel Ποτίδαν derivatum videtur: Ποσιδήιος autem sequi analogiam temenicorum, quum bis tantum inveniatur apud Homerum Il. B, 506 et h. Ap. 230, utroque loco hac formula Ποσιδήιον ἄλσος. Ποσειδήιον templi et oppidi nomen est apud Herodotum 7, 115. 3, 91.

8. Nonnunquam et in ipsa quoque Iade, digammate eliso servatum est α breve. Itaque ᾰ est in ἀγλᾰΐα H. Hsd. Att., πυρκᾰΐη H. Hdt. Att. λυχνοκαΐη Hdt. In his vocabulis dixerit quispiam non ϝ esse elisum, sed j, ut ex πυρκαι-ίη, λυχνοκαι-ίη nata sint, velut att. ἀχα-ικός pro ἀχαι-ικός, Φωκα-ίς pro Φωκαι-ίς (cf. supra p. 4). Sed Herodotus neque verbum καίω unquam correptum habet in κάω, neque in vocabulis derivatis ejicit iota quod in fine primitivorum in αιος desinentium fuerat, sed Φωκαιεύς dicit et Θηβαιεύς cet.; Bred. p. 140 sq. Itaque rectius in his vocabulis καΐη ex καϝ verbi καίω stirpe (cf. καύσω sim.) cum suffixo ιᾱ iuncta natum esse putabimus, id quod eo probabilius est, quod πυρκαΐη quidem vocem perantiquam esse constat. Breve α est etiam in γραῖα Homeri et Atticorum, quanquam Homerus γρηΰς dixit vocali producta. Quod in γραῖα autem α breve mansit, causa esse videtur suffixum ιᾰ, quum in γρήιος vocalis producta sit. Cf. infra § 19. Eandem suffixi ιᾰ vim fuisse putet in γαῖα, cui hoc vocabulum a γαϝια ortum videatur. Etiam in illis vocabulis ἀγλαΐα πυρκαΐη λυχνοκαΐη suffixi naturam in causa fuisse, cur α stirpis breve maneret, non incredibile est, prae-

sertim quum ea quae restant suffixo *ιο* formata, plane diversae sint originis. (Quanquam haec non sola videtur esse causa, nam et ipsum verbum *καίω* et vocabula ab eo derivata semper retinuisse videntur *α* breve, cf. Lob. Path. El. II, 36, et vocabuli *ἀγλαΐα* primitivum *ἀγλαός*, licet omiserit *F*, tamen ipsum quoque retinuit *α* breve). Tria enim tantummodo reliqua sunt, quae in quaestionem possint venire. Primum *βαιός*, et apud Homerum *ἠβαιός*. Quod quum vix possit ex alio fluxisse fonte quam *παῦρος*, lat. *paulum*, got. *favai* (cf. infra § 18), ex *βαFjος* vel *παFjος* natum esse videtur. Et *σκαιός* vocabuli formam primitivam fere consentiunt viri docti (Kuhn in KZ. IV, 22. Benfey Wzl. I, 618, Curtius Et. n. 105, Fick I, 799), fuisse *σκαFjος*, quae congruat cum scr. *savya*, zend. *havya*, vet. slav. *šuj* sinister. Sed ex lat. *scaevus* apparet, formam eam, unde *σκαιός* natum est, non fuisse *σκαFjo* sed *σκαιFo*, quod ex *σκαFjo* per epenthesin iota vocalis factum. Similiter *λαιός* ex *λαιFός* factum intelligitur ex lat. *laevus* et Hesychii glossa *λαίας ἀσπίδας. Κρῆτες. λαίβα ἀσπίς, πέλτη. λαίφα· ἀσπίς*. Itaque verisimile videtur, etiam *βαιός*, praesertim quum et ipsum sit oxytonon, non ex *βαFjo*, sed ex *βαιFo* natum esse.

Mirum vocabulum propter *α* longum est *βουγάϊος*, quo bis usus est Homerus *N* 824, *σ* 78. Dubitari nequit quin recte Doederlinus p. 117 secutus Eustathium vocabulum revocet ad *γαίω*, ut significet eum, qui immoderate et imprudenter sibi ipsi confidit viribusque suis gloriatur. *γαίω* = *γαF-jω*, cf. *γαῦρος*, lat. *gaudeo*, Curt. Et. n. 172. Digammate eliso *α* productum est. Quod quum ex Iadis legibus debuerit fieri *η* (quamobrem Zenodotus scribi jubebat *βουγήιος*), suspicor, vocabulum omnino non esse ionicum, sed ceterarum dialectorum et maxime aeolicae proprium. Neque desunt quibus haec opinio possit confirmari. Primum hunc morem syllabam *βου* praefigendi Lacedaemoniis proprium fuisse testatur Hesychius: *βοῦ τὸ μέγα καὶ πολὺ δηλοῖ. Λάκωνες.* Deinde *βουγαῖος* ab insularum maris Ionii incolis dictum esse tradit Eustathius: *οἱ δέ φασιν ὡς Δουλιχιῶται καὶ Σάμιοι τοὺς γαλακτοφαγοῦντας καὶ μηδὲν ἰσχύοντας βουγαίους καλοῦσιν* (quanquam hoc mihi videtur commentum grammatici alicuius locum illum Od. *σ* 78 explicare studentis). *Βούβρωστιν* ab Aeolibus priscis

Smyrnae incolis pro dea habitam esse constat, quod Plutarchus Symp. VI, 8 Metrodorum in Ionicis narrasse tradit: *ἱστορεῖ γὰρ ὅτι Σμυρναῖοι τὸ παλαιὸν Αἰολεῖς ὄντες θύουσι βουβρώστει ταῦρον μέλανα καὶ κατακόψαντες αὐτόδορον ὁλοκαυτοῦσιν.* *Βούλιμος* denique Plutarchus eod. loco maxime Aeolensibus (Boeotos significare videtur) usitatum fuisse dicit: *τὸ μὲν οὖν βούλιμον ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν, καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ β τῷ π χρωμένοις· οὐ γὰρ βούλιμον ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολὺν ὄντα, πάλαι ὀνομάζομεν.* Cf. Peppmüller, Commentar zum 24. B. v. 532, p. 255. Itaque haec locutio ab Ionibus aliena, Aeolum propria fuisse videtur.

Restant pauca quae *ηι* tantum habent, nunquam *αι*, sed interdum *ει*. De his difficile est dicendum, utrum *η* ex *α* an ex *ε* natum sit, et haud scio an haec quaestio omnino non possit perfici. Tamen haec vocabula enumerem: *αἰζήιος* vel *αἰζηός*, quod cognatum videtur cum scr. *yâva*, lat. *juvenis*, *ἤια εἶα εἶα* = *jaϝια* vel *jεϝια*, *θήιον* = *θεϝιον* e radice *θυ*, unde etiam *θέειον* = *θεϝεσιον*. *ἤιος* Apollinis cognomen, et *χρεῖος*, *ἀχρήιος*, *χρεία χρηίη* supra iam dixi non videri habuisse digamma.

9. Raro **Attici** in huiusmodi vocabulis *α* produxerunt in *η*. **a breve** retinuerunt in *ἀγλαΐα*, *πυρκαΐα*, *νεολαία*, *βαιός*, *σκαιός*, *λαιός*, *φαιός*; *γραῖα*; *πρόςπαιος*, *ἔμπαιος*, quod Aeschylus finxit ex verbo *παίω*, plane nescius ille quidem, ut mihi videtur, in hoc verbo inter *α* et *ι* quondam fuisse digamma. **Longum** *α* est in *νάιος*, quo tragici saepe utuntur; quae vocalis natura sit in *δεκαναΐα* Str. *πενταναΐα* Polyaen. *πεντεκαιδεκαναΐα* Dem., nescimus: ab eodem primitivo *ναῦς* derivatum est *ἐπίνειον* inde a Thucydide usurpatum, in quo *α* correptum et mutatum in *ε*, ut in *παρειά* et *λεία*, quibus et ipsis Attici utuntur. *νήιος* nusquam in attica dialecto reperitur. At a *ναός* s. *νεώς* templum derivatum esse affirmant non solum *πρόνεως* sed etiam *προνήιον*, quod in traditionibus quaestorum Minervae non minus saepe scriptum inveniatur quam illud. Cf. Cauer Stud. VIII, 249. Sed cum in his titulis semper scriptum sit *ΕΝ ΓΡΟΝΕΙΟΙ*, dubium est, an rectius transscribatur *ἐν προ-*

νείῳ, nam quum Athenienses dicerent ἐπίνειον a ναῦς derivatum, probabile est, eos etiam a ναός = ναϝός (Brugm. Stud. IV, 154. 36) derivasse πρόνειον. Cf. Ἀμφιάρειον, ut Amphiarai sacrum appellatur a Strab. 9, 404 et Suida. λήιον a dialecto attica alienum unus Aristoteles usurpavit h. a. 9, 6. Ambigunt viri docti de δάιος et δήιος. Poetae epici et elegiaci semper habent η (δήιος ap. Tyrt. 11, 18. 30. 12, 12. Mimn. 14, 10. Simon. in epigr. 136, 3, Solon tetr. 34, 2), apud tragicos utraque forma reperitur. Sed δήιος ipsum apud Aeschylum solum traditum est Ag. 559 δηίων πρὸς τείχεσιν et Cho. 628 ἐπ' ἀνδρὶ δηΐοις ἐπικότῳ (ἐπὶ κότῳ pr. m.) σέβας, cui versui respondet 636 βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος. (Locus corruptus est, necdum sanatus. Nam neque Pauwii emendatio, quam plerique receperunt δήοισιν ἐπικότῳ σέβας, neque Heimsoethii δήοισιν ἐγκότῳ neque Bambergeri δήοις ἐπικρίτῳ neque Weilii δήοισιν ἐντόκῳ veram Aeschyli scripturam videtur consecuta esse. Sed hoc nihil ad nostram quaestionem). Ceteris locis traditum est δάιος Prom. 352. 423. Sept. 119, 146. 222. Pers. 257. 282. 271. 985 (δᾳαν Ἑλλάδα χώραν). Cho. 429. Eum. 160. Suppl. 1065. Apud. Sophoclem et Euripidem haec forma sola reperitur. δαϊόφρων ap. Aesch. Sept. 916 restitutum est a Blomfieldio pro δαΐφρων. Sed δηιάλωτος est Eur. Andr. 105 (dist. eleg.), δηιάλωτος Aesch. Sept. 72 (trim.), ἄδηος Soph. OC 1533 (trim.). δηιοτής et δηιόω apud epicos solos leguntur, δῃόω non modo epicorum et Herodoti sed etiam Atticorum est: Soph. OC. 1319. Eur. Heracl. 995. Ar. Lys. 1146. Thuc. Xen. al. δᾳοῦν non est nisi in monum. attico CI. I, p. 310 δᾳώσας ἑπτὰ μὲν ἄνδρας, et apud Hesychium: δάοι νόσω · ἐπικρατεῖ νόσῳ. De δάιος et δήιος Hermannus ad Soph. Ai. 784 (ὦ δαΐα Τέκμησσα, quum in cod. Leid. legatur δηΐα) adnotavit, hoc significatu miserae hanc vocem etiam in iambis Doricam formam habere, sed ubi hostem notet, communi forma δήιος dici. In melicis autem Doricam formam utrique significationi inservire. Sed Ellendtius in lex. Soph. s. v., quum etiam in iambicis δάιος hostilem significans inveniatur (neque solum Aesch. Pers. 352, δάιον τέρας, quem unum affert locum, sed multo saepius, v. Dindorf. lex. Aesch. s. v.), „rectius igitur, inquit, δάιον et

hostilem et miserum, *δήιον* hostilem significare dicemus." Mihi vero ne hoc quidem rectum videtur. Nam quum saepissime tradita sit forma quam vocant Dorica, bis tantum *δήιος*, ac semel quidem in trimetro, semel in cantico, et quum significatione miseri apud Aeschylum quidem (v. lex. Aesch.) et Euripidem hoc vocabulum multo rarius utatur — apud Euripidem *δάιος* significat infestum, hostilem, perniciosum Io. 214, Rhes. 135. Herc. f. 915 (*δάιοι τοκέων χεῖρες*). 894. Andr. 827. Tr. 1299. Phoen. 248. 1030. 1308. Iph. A. 1495; miserum fortasse significat Herc. f. 914 *δάιοι φόνοι*. Andr. 507 *θῦμα δάιον*, 838 *δαΐας τόλμας*. Quanquam his locis dubitari possit an nihil nisi scelestum significet, qui significatus facile ex significatione hostilis oritur. Ac mihi omnino non videntur illae duae significationes plane distingui posse, quum per multos gradus haec ab illa descendat ita, ut dici non possit, ubi illa desinat, haec initium capiat: hostilis, infestus, perniciosus, crudelis, funestus eamque ob causam lamentabilis, miser primum de rebus dictum, deinde ad homines translatum — haec igitur quum ita sint, casu factum puto, ut in libris *δήιος* illa tantum significatione traditum sit, neque de duarum formarum *δήιος* et *δάιος* vicissitudine regulas posse constitui. Immo aut Dindorfius recte Aeschylo semper restituit *δάιος δᾷος*, aut Aeschylus interdum adhibuisse videtur formam Homericam, quoniam „f o r m i s a poeta ionico adhibitis illum prae ceteris usum esse tragicis" constat (Lechner, de Aesch. stud. Hom. p. 5). Et videtur omnino hoc vocabulum Atthide alienum fuisse, et ex epico sermone a tragicis sumptum doricoque quasi donatum colore. In *δηιάλωτος* fortasse *η* retinuerunt, ne duorum *α* collisione ingratus sonus fieret (apud Eurip. Andr. 105 putaverit quispiam ionicam formam propter metrum elegiacum positam esse, sed in iisdém distichis leguntur formae doricae: *αἰπεινᾷ*, *ἅταν* 103, *ἀγάγετο* 104, *αὐτὰ*, *ἀγόμαν* 109 al.): *ἄδηος* autem non a *δήιος* derivatum est, sed a *δηόω*, quod verbum Atticis fuisse usitatum notum est.

III.

De terminationum αιος et ειος vicissitudine.

10. Etiam cum terminatione ειος saepius mutari posse αιος videtur. Sed plerumque vocabula in αιος desinentia ab illis quae ceterum pari forma exeunt in ειος, non hac terminatione sola diversa sunt, sed vel formatione vel significatione vel dialectorum auctorumve usu.

Interdum pro α stirpis interiore ante suffixum ιο ια positum esse ε, modo vidimus. Quod in paucis quibusdam vocabulis fit: παρειά pro παραϝια, ap. Hom. et Att., apud Homerum etiam παρήιον; ῥεῖα Hom., λεία et ἐπίνειον Att. His accedunt composita a γῆ derivata, quae modo in -γειος modo in -γαιος desinunt, cuius vicissitudinis regulas invenire conabor, quum de γαῖα ipso agam § 39.

A stirpibus diversis pullulant haec: δευτεραῖος vocatur quod die altera (τῇ δευτέρᾳ) fit, δευτερεῖον pretium quod secundo (τῷ δευτέρῳ) tribuitur, eodemque modo differunt τριταῖος τριτεῖον. γύνειος a. st. γυνη, γυναικεῖος a st. γυναικ, ἀρχαῖος ab ἀρχή, ἀρχεῖον periecticum ab ἄρχων. Μελιταῖον catellus insula Μελίτη oriundus, μελίτειον potus molle (μέλι, st. μελιτ) factus: χοαῖος a χοῦς, χρυσοχοεῖον a χέω: βορραῖος a st. βορjα, βόρειος a st. βορεσ. βορρεῖον, quod traditum est apud Xen. Cyr. 577, emendandum videtur, et vel βορραῖον vel βόρειον scribendum. Restat unum vocabulum difficilius explicatu, ἠθεῖος Homericum, pro quo ἠθαῖος Pindarus Isthm. 2, 48: ὅταν ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς. Veteres grammatici ἠθεῖος aut ex θεῖος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ η, ut ἠβαιός ex βαιός, ἠπεδανός ex πεδανός natum, aut ab ἔθος ἦθος derivatum censuerunt (cf. Lob. path. el. 1, 67. Herodian. ed. Lentz II, 58, 5. 171, 20. 517, 10). Quarum sententiarum illa jamdudum explosa est, ac recentiores fere omnes inde a Lobeckio l. l. consentiunt primitivum esse ἦθος, hinc ἠθεῖον dictum esse vel eum qui eadem domo habitet (quum ἦθος apud Homerum semper significet habitaculum), τὸν οἰκεῖον, deinde amicum (Doed. H. gl. n. 990), vel quocum consentimus, τὸν συνήθη

familiarem, intimum (Sonne in KZ. X, 115, Curt. Et. n. 305, Fick Wb. I, 838). Ab eadem radice ἠθάς familiaris, mansuetus, ἠθάλεος suetus, mansuetus, lat. *sodes, sodalis* (Sonne l. l., Fröhde KZ. XII, 160, Curtius l. l.), got. *sidus,* theod. vet. *situs* mos, scr. *svadhâ,* quod iam in carminibus rigvedae utraque uti significatione auctores sunt Boethl. et Roth in lexico Petropolitano: 1) gewohnheit, sitte, regel, ἔθος, 2) gewohnter ort, heimat, ἦθος. Sed ex ἦθος derivatum esse potest ἠθεῖος, non ἠθαῖος, quod recte intellexit Doed. l. l. At errat idem, hanc formam ad ἠθάς revocans. Nam a stirpibus in αδ nunquam descendunt voces in αιος. Immo duae patent explicationis viae. Aut a primitivo quodam ἦθας, neutrius generis stirpe in ας desinenti ut κέρας βρέτας, fluxit ἠθασjος ἠθαῖος (cf. quae infra § 27 de κραταιός dicentur): aut, quod mihi magis placet, fuit quondam in graeca quoque lingua forma quaedam ἡ ἤθη, quae ad amussim congruit cum scr. *svadhâ,* et a qua illud ἠθαῖος ratione plane normali descendit. Id quod eam ob causam veri non dissimile est, quia saepe ab eadem radice nomina idem-significantia in ες (nominat. ος) et in η derivata sunt: ἄνθος ἄνθη, βλάβος βλάβη, νάπος νάπη, σκεῦος σκευή al., v. G. Meyer Stud. V, 67. Kühner Gr. gr. I, 385 sqq.

11. Sed potuerunt sane ab una eademque stirpe et suffixi αιο et suffixi ειο ope derivari vocabula. Quod ubi factum est, plerumque ipsa significatione nihil sibi commune esse testantur. Primum a verbis mutis suffixo αιος derivantur nomina vel agentem significantia vel passiva notione praedita, qua de re infra § 70 sq. accuratius disputabimus, suffixo ειον nomina vel instrumentum denotantia vel periectica, quae significatio suffixo αιο numquam est: τὰ νόμαια = τὰ νεμόμενα vel νομιζόμενα, μαζονομεῖον discus pani distribuendo (νέμειν) destinatus, ὡρονομεῖον instrumentum ad horas describendas; πομπαῖος comes, i. e. ὁ πέμπων, ψυχοπομπεῖον aditus Arverni, ubi animae dimittuntur a terra (πομπεῖον a πομπή, significat enim supellectilem ad pompam necessariam, vel domum huic supellectili servandae destinatum). στροφαῖος versatus, ὁ στρεφόμενος (v. infra § 75 s. v.), στροφεῖον machina ad rem aliquam circumagendam vel glomerandam. (De funiculo torto στροφεῖον traditum est apud Xen. Cyn. 2, 6,

sed Pollux hunc locum citans 5, 29 scribit στροφίων, quod recte Schneiderus Xenophonti restituit. Nam hac significatione neutra in ειον non videntur uti). δοχαῖος excipiens, δοχεῖον receptaculum. A verbo λοχεύω derivata sunt λοχαῖος et λοχεῖος de quibus accuratius atque uberius infra § 72 dicam. λοχαῖος significat τὸν λοχεύοντα vel λοχευόμενον, λοχεῖος quidquid cum puerperio conjunctum est, τὰ λοχεῖα locum natalem.

Restant pauca, quae ab eadem stirpe nominali sunt derivata. Significatione differunt αὔλειος, praesertim de porta aulae, inde ab Homero usitatum, et αὐλαία aulaeum, quod non prius usurpatum reperitur, quam ab Hyperide et Menandro. Cf. infra § 47. Itaque huius diversitatis causa fortasse non solum studium illud distinguendi, sed etiam temporum quibus haec vocabula formata sunt diversitas fuit. Eandem causam esse putaveris, cur a νύμφη dea derivatum sit νυμφαῖος et νυμφαῖον, a νύμφη nupta, virgo, puella νυμφεῖος nuptialis, νυμφεῖον thalamus nuptialis, νυμφεῖα nuptialia. Nam ego quidem, licet iam apud Homerum νύμφη utraque utatur significatione, nullus dubito, quin primitiva vocabuli significatio fuerit „nupta“ (quae est sententia Kuhnii KZ. I, 459, Lottneri ib. VII, 176, Schmidtii Voc. I, 59: cf. lat. *nubere alicui*, de sponsa quae pro marito sese flammeo velat, lat. *nubes nimbus*, gr. νεφέλη, scr. *nabhas* nubes, anglosax. *nîpan* caligare, obscurare, *genip* caligo, nebula), deinde omnino de virgine vel puella dictum sit, et hinc demum translatum ad deas: neque enim mihi persuadere possum, eam ob causam, quod nymphae deae nuptiales essent ac nuptiarum praesides, sponsas novasque nuptas vocatas esse νύμφας (Preller Gr. Myth. I, 567), neque nymphas quidem esse aquarum deas, quarum nomen derivatum sit a rad. *snu* fluere: ab eadem radice plane diversa ratione fluxisse νύμφη nuptae appellatio, nempe sic ut significet eam quae generat, quum ex fluendi notione pullularit causativa fundendi, et hoc causativum adhibitum sit ad notionem generandi, gignendi exprimendam („Vielleicht entwickelte sich dieser begriff der 'jungen frau, braut, heiratsfähigen jungfrau' ganz unabhängig von jenen nymphen; den übergang von 'fliessen', causal 'ergiessen, ausgiessen' in 'zeugen, befruchten' zeigen

sehr viele wörter." L. Meyer, Bemerkungen zur ältesten gesch. d. griech. myth. p. 66 sq.) Itaque haud scio an illae voces *νυμφεῖος νυμφεῖον* ad nuptam nuptialia pertinentes multo sint antiquiores his *νυμφαῖος* et *νυμφαῖον* quae de nymphis dicebantur. — Nulla fere, quantum video, significationis diversitas est inter *μουσαῖος* et *μουσεῖος*. Utrumque raro tantum adhibitum est: *μουσαῖος* a solo Pindaro: Nem. 8, 47 *ὑπερεῖσαι λίθον μοισαῖον*, i. e. monumentum arte musica factum erigere. Isthm. VI, 2 *δεύτερον κρατῆρα Μοισαίων μελέων κίρναμεν* i. e. secundum hymnum canere. Isthm. VIII, 62 *ἔσσυται Μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέος μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι* „festinat Musarum currus (quo vectus modo heroicas res Achillis cecini), ut nunc etiam pugilis monumentum canatur" Diss. *Μουσεῖος* est ap. Eurip. Bacch. 408 *Πιερία Μουσεῖος ἕδρα*, i. e. locus a Musis habitatus. Itaque inter Euripideum usum et Pindaricum id dicas intercedere, ut Pindari *μουσαῖος* notione translata magis et technica dictum sit, quum apud Euripidem *μουσεῖος* ad ipsas deas pertineat. Sed technica illa significatio est etiam in *μουσεῖος κέλαδος* pro *μουσικός* Anth. IX, 372. Omnino neutra vocabuli forma Graecis usitata fuisse videtur, sed ubi adjectivo opus erat, *μουσικός* dicere solebant: praeterea frequenter usi sunt periectico *μουσεῖον* et nomine proprio *Μουσαῖος*, quod fortasse patronymice dictum est more Aeolensium Thessalorum Boeotorum. Adjectiva autem *μουσαῖος* et *μουσεῖος* a Pindaro illud, ab Euripide hoc inventum dictionis insolentiam captantibus, non recepta sunt usu vulgari. Itaque ne alternare quidem inter se hae formae dici poterunt: immo neutrum ex altero pendet. — A *μέλισσα* nullo significationis discrimine ducta sunt *μελισσαῖος οὐλαμός*, Nic. Ther. 611, *μελίσσειον κηρίον* Luc. 24, 42. Eust. Diversa significatione et genere neutro periecticum *τὸ μελισσεῖον*, quod apium vasculum denotat.

12. Non satis claret, quae intercedat ratio inter duo vocabula Homerica *τὰ ὁδαῖα* de mercibus *ϑ* 163, *ο* 445, et *εὐρυόδεια* terrae epitheton, semper hac forma usurpatum *χϑονὸς εὐρυοδείης* in fine versus: *Π* 635, *γ* 453, *κ* 149, *λ* 52. Utrumque ab *ὁδός* repetitum est. Nam quum non desint, qui *εὐρυόδεια* ex *ὁδεύω* fluxisse putent (Eust. Od. p. 1476, 56, Duncan,

Seiler in lexx. hom.), tamen hoc plane incredibile est. Primum significatio refragatur, quam eandem esse patet atque in *εὐρυάγυια εὐρύπορος εὐρύχορος*; ac certe multo aptius terra vocatur quae quoquoversus viis longis abundat, quam in qua longe possis peregrinari, praesertim quum Homerus vocabulo *ὁδεύω* semel tantum utatur *Λ* 569, nec de itinere vel peregrinatione, sed de Trojanis adversus Achivorum naves progredientibus. Deinde ne cetera quidem composita in *ειος* vel *εια* desinentia a verbis in *ευω* derivata sunt: *εὐπατέρεια, χυανοπρώρεια, δυσαριστοτόκεια, Πηνελόπεια* al., nedum illa *ἠριγένεια καλλιγένεια ἀρτιέπεια* sim. quae a stirpibus in *ες* suffixo *ιᾰ* derivata sunt. Quin etiam a verbis in *ευω* compositum hac terminatione unquam derivari potuisse nego. Nam a verbis denominativis posteriores compositorum partes sic solent derivari, ut videantur a radice ipsa descendere, stirpis amplificatione cuius ope illa verba formata erant, denuo abjecta; ut a *πορεύω* descendunt *λαοπόρος, ἔμπορος, ναυπόρος, ναυσιπόρος*, ab *ἀγορεύω λαβραγόρης ὑψαγόρης, δημήγορος* al., a *ποιέω ἀνδριαντοποιός, γελωτοποιός* al., ab *ὁράω ἔφορος*, ab *αὐχέω μεγαυχής μεγάλαυχος*. Patet, *εὐρυόδεια* eadem ratione antiqua fortasse, quum post Homerum rarissime composita in *ειος* desinentia reperiantur, fictum esse, qua *εὐπατέρεια, χυανοπρώρεια*, itaque ex *ὁδός* ductum. Sed dubium est, utrum haec vocabula formae femininae sint adjectivorum in *ειος*, ut scribendae sint *εὐρυοδείη εὐπατερείη χυανοπρωρείη*, an ex masculinis in *-ης* vel *-ευς* desinentibus suffixi *ιᾰ* ope derivata sint. Plerumque *προπαροξυτόνως* scribuntur, sed jam antiqui grammatici ea de re incerti erant, quod testatur EM. p. 396, 24: *εὐρυοδεία· παροξυτόνως ἡ μεγάλη*. Ex locis Homericis nihil lucramur, quum nullum illorum trium vocabulorum alia quam infima versus sede usurpatum sit, ut de syllabae finalis quantitate nihil constet. Sed brevi *α* finali traditum est *εὐπατέρεια* apud Euripidem in systemate glyconeorum Hippol. 67 de Diana:

ἃ μεγάλαν κατ᾽ οὐρανὸν
ναίεις εὐπατέρει᾽ ἂν᾽ αὐ —
λὰν, Ζηνὸς πολύχρυσον οἶκον. [1])

---

[1]) Sic enim scribendum censeo cum Weilio, qui haec adnotat:

Hinc effici videtur, ut non adjectivorum in ειος feminina sint illa vocabula in εια, sed suffixo ιᾰ formata. Atque accedit alterum argumentum hoc, quod adjectiva composita non solent suffixo ειο formari. Ridicule! dicat quispiam; nonne sexcenta composita in ειος desinentia exstant: προςάλπειος, ὑπεράλπειος, ἑπταβόειος, ἀγένειος, ἐπιτήδειος? .... Recte ille quidem, sed benigne praebeat aures paulo accuratius in rem inquirenti. Nempe primum permulta vocabula quae in ειος desinunt speciem quidem negligenter spectanti praebent compositorum, revera sunt decomposita, i. e. per suffixum ειο a nominibus compositis derivata, ut πολεμάρχειος (στοά ap. Ath.), ἐπιτήδειος ab ἐπίτηδες, ἐφήβειος, ἡμιόνειος, δασυπόδειος, τριποδήιος ἕδρη ap. Callim., alia multa. Magna deinde est turba compositorum, quorum pars posterior repetita est a nomine simplici in ειος vel εια desinente: ὑπεράστειος nimis urbanus ab ἀστεῖος, ὑποβάκχειος et παλιμβάκχειος a βακχεῖος pedis metrici nomine, φιλοβασίλειος qui τὴν βασιλείαν amat, ἑπταβόειος, τετραβόειος, ὠμοβόειος alia in βοειος non a βοῦς sed a βοείη corium bubulum, εὐγένειος, λειογένειος al. a γένειον, ἀνοίκειος, φιλοίκειος ab οἰκεῖος cet. Non desunt quidem adjectiva composita quae terminationem ειος pro signo quasi compositionis atque notionis adjectivalis ultro assumant. Quum vero compositorum eadem ratione suffixi ιο ope formatorum longe maxima pars iis constet, quorum prius membrum est praepositio, ex qua pars posterior pendeat[1]), ut μεταμάζιος, ἐναγώνιος: eadem

---

„Valckenaer comprit, que l'épithète homérique εὐπατέρεια ne pouvait se rapporter qu' à la déesse“ [εὐπατέρειαν αὐλάν frustra tuetur Lobeckius ad. Ai. p. 230, Paral. 214, 9, nam licet per grammaticam dictionisque regulas εὐπατέρεια αὐλή dici possit ea in qua versantur οἱ εὐπάτορες, tamen non per carminis Euripidei sententiam, quo quum Diana laudibus efferatur, patet εὐπατέρεια, quod apud Homerum semper feminarum nobilium epitheton honorans est, etiam hoc loco de Diana dictum esse]. „Gaisford proposa εὐπατέρει' ἀν' οἶκον. En profitant de cétte belle correction, j'ai écrit ἃ μεγάλαν, ce qui permet de conserver à la fois αὐλάν et οἶκον (Eustathe ad Iliadem p. 436 cite Ζηνὸς πολύχρυσον οἶκον), et je propose, pour rétablir le mètre glyconique: ἃ ναίεις μεγάλαν κατ' Οὔ-λυμπον εὐπατέρει' ...“

[1]) Apud Homerum enim suffixo ιο terminata haec sunt vera composita: ἀδελφεός, ἀθεμίστιος, ἀπειρέσιος vel ἀπερείσιος, ὁμογά-

sors terminationis *ειος* est, quae omnino ad nullum fere aliud vocabulorum compositorum genus adhibetur. Huius generis sunt v. c. *προςάλπειος, ὑπεράλπειος, ὑπάλπειος, προάστειος, προσαυλείους τύχας* Eur. Rhes. 273, *προβακχήιος, διαβόρειος, καταβόρειος, προςβόρειος, ἐπέτειος* al. — His igitur quae distinximus vocabulorum generibus detractis (quorum omnia exempla, quae innumera sunt, percensere ab hoc loco est alienum), perpauca restant vera composita in *ειος* desinentia. (Composita in -*γειος* non huius esse generis apparet, quum non *ειος* sit affixum sed *ιος*, *ε* radicis sit proprium). Duo Nicandri *πανάκειος* Ther. 508 (quod pro *πανακής* ad similitudinem substantivi *πανάκειον* confictum videtur), et *πανάκτειος* Ther. 626 dubiae auctoritatis, quum optimo codice *Π* traditum sit *πανάκτειλον*. Utrumque vocabulum incipit a *παν*: composita autem hoc priore membro utentia jam apud Homerum adamare suffixum *ιο* videas ex annotatione quae infra paginam est. Nonnus habet *εὐρυγένειος* de sene, quod quum a *γενεά* videatur esse derivatum, hinc diphthongi *ε* recepit. Praeter haec non inveni nisi *πατρογένειος* pro *πατρογενής* apud Plut. Mor. p. 730 E, quod sane permirum et haud scio an codicum culpa Plutarcho obtrusum, quum cetera omnia composita in -*γενειος* a *γένειον* mentum, barba, derivata sint: *ἀγένειος, ἀρτιγένειος, εὐγένειος, λειο- αἰνο- ἀκρο- βαθυ- εὐρυ- ἡμι- κακο- μαθη- μακρο- μικρο- ὀξυ- προ- πρωτο- ῥινεγκαταπηξι- ὑπο- χαλκογένειος*. Denique ex Herodiano Eustathius affert *ἀβελτέρειος*, quod derivatum putarit ex *ἀβέλτερος*. Lentz Hdn. I, 137, 11. II, 438, 25.

Vides quam nihil fere praesidii ex his temporum infimorum commentis iisque plerumque dubiae auctoritatis peti possit ad-

---

στριος, πολυδίψιος, σκοτομήνιος; priore membro verbali *ταλαπείριος*, et ut videtur Minervae epitheton *ἀγελείη*, i. e. quae *τὸν λαὸν* ducit. A *πᾶν* incipiunt: *πανημέριος, πανδήμιος, παννύχιος, πανομφαῖος*; a praepositione haec: *ἀποθύμιος εἰνάλιος εἰνόδιος ἐναρίθμιος, ἐνεύναιος, ἐνθύμιος, ἐννύχιος, ἐνύπνιος, ἐνώπια, ἐπιδήμιος, ἐπιδίφριος, ἐπινεφρίδιος, ἐπισφύριον, ἐπιχθόνιος, ἐπομφάλιος, ἐπουράνιος, καταχθόνιος, κατουδαῖος* (hymn.), *μεταδήμιος, μεταδόρπιος, μεταμάζιος, μεταρίθμιος* (h.), *προθύραιος* (h.), *προτιδόρπιος, ὑπασπίδιος, ὑπερθύριον, ὑπηοῖος, ὑποπλάκιος, ὑποταρτάριος, ὑπουράνιος, ὑποχείριος, ὑπωρόφιος*.

jectivis Homericis εὐπατέρειος, εὐρυόδειος κυανοπρῴρειος. Quamobrem recte mihi de his formis judicasse videtur G. Curtius in KZ. IV, 213: „Die epischen Formen εὐπατέρεια, εὐρυόδεια brauchen wir nur mit ἱέρεια, βασίλεια, δυςαριστοτόκεια (vgl. τοκεύς) zu vergleichen, um zu sehen, dass die stämme πατερ ὀδο hier vor dem ι ein secundäres ευ, εϝ erhalten haben, mit dessen hilfe die ja in den meisten fällen unausführbare feminin-bildung von compositis der sprache gelang". Quamquam dubitari licet utrum terminatio εια ex εϝια an ex εσια facta sit, et fingentis animo obversatum sit masculinum in ευς an in ης. Hac autem ratione multa feminina sunt formata, quorum masculinae unde per suff. ιᾰ derivata videntur formae nunquam fortasse exstiterunt: πανάκεια, ἠριγένεια, Ἰφιγένεια et permulta alia in γενεια, ἀρτιέπεια, ἡδυέπεια, θεσπιέπεια [in ἀκρώρεια, παρώρεια, πρυμνώρεια, ὑπώρεια suffixum est ιᾱ abstractorum] in quibus εια ex εσια natum, et Ποντοπόρεια, αἰνοτόκεια, δυσαριστοτόκεια, ἀμαλλοτόκεια, καλλιτόκεια, ὠκυλόχεια, quorum εια ex εϝια natum est. Praesertim urbium et feminarum nomina hac terminatione formata sunt permulta, quorum illa mittam, horum ea quae originem facilius produnt non distinctis stirpibus quae videantur primitivae enumerem: Ἀγελόχεια, Ἀδράστεια, Ἀλκιδάμεια, Ἀμάθεια, Ἀνδρομάχεια, Ἀστερόπεια, Ἀστυδάμεια, Ἀστυνόμεια, Ἀστυόχεια, Δαμοκράτεια, Δαμοστράτεια, Δηιδάμεια, Δηριμάχεια, Διογένεια, Διομένεια, Εὔκλεια, Εὐπολέμεια, Εὐρυγάνεια, Εὐρυδάμεια, Εὐρύκλεια, Εὐρυόδεια, Ἱπποδάμεια, Ἰφιγένεια, Ἰφιμέδεια, Καλλιγένεια, Καλλισθένεια, Καλλιστράτεια, Καλλιόπεια, Καλλιφάεια, Κασσιέπεια, Κλεοχάρεια, Κυπρογένεια, Λαοδάμεια, Λαομέδεια, Λασθένεια, Λητογένεια, Λιμνώρεια, Νικοτέλεια, Ξενοπείθεια, Πανάκεια, Πενθεσίλεια, Περσεφόνεια, Πηνελόπεια, Ποντοπόρεια, Πρωτομέδεια, Τριτογένεια, Ὑψιπύλεια, Χρυσογένεια, Χρυσοπέλεια, Ὠκάλεια. Rarius simplicia: Ἄντεια, Βάτεια, Θάλεια, Ἀθάνα Κελεύθεια Spartae culta, Κράτεια, Κυθέρεια, Αἴγεια, Μήδεια, Μίδεια, Νύχεια, Πάρεια, Πελόπεια, Πιέρεια, Ῥόδεια, Φαρμάκεια, Φιδάλεια, Ψαμάθεια. Multa a latere habent aliam formam sine ει formatam, ut Ἀνδρομάχη, Καλλιόπη, Περσεφόνη, Πηνελόπη, Κυθήρη, Ψαμάθη, al. Accuratiore haec nomina propria egent disquisitione, sed apparet, terminationem ειᾰ ad

feminina concretae notionis a quavis stirpe derivanda fuisse usitatissimam. Cf. Lob. Paral. p. 462 sq.

De στειλειή cum στειλαῖον, σημεία cum σημαία alternantibus in proximo capite agemus.

IV.

De αιος et εος alternantibus.

13. Quod de terminationum αιος et ειος alternatione dictum idem ex rei natura etiam de εος cum αιος interdum mutato valere patet, quoniam εος fere semper ex ειος natum esse constat. Quin etiam multo rarius et paene dicam nunquam αιος et εος si verae sunt terminationes (itaque de -γαιος et -γεος similibusque hoc non valet) inter se mutantur. Mihi certum eius rei exemplum unum tantummodo notum est ὑπερβόρεος, quod ab eodem prototypo videtur derivatum unde etiam βόρειος et βορραῖος. Quod vocabulum plane congruere cum βόρειος et a βορραῖος eodem atque illud modo diversum esse apertum est.

Sed quum posteriore tempore Graeci αι non διφθόγγως sed μονοφθόγγως ut *e* pronuntiarent, factum est, ut quum in inscriptionibus tum in codicibus, ut ει et ι, sic etiam persaepe αι et ε falso permutarentur. Ac saepius quidem ε pro αι scriptum est, quod ubi in vocibus in αιος terminatis codices exhibent, silentio plerumque correxerunt editores et grammatici. Sed etiam αι non nunquam pro ε scriptum invenias, ut in tit. att. C. I. 511, 1 *ΕΓΡΑΙΩ* pro ἔγρεο, ib. 6 *ΚΑΙΚΛΥΤΙ* pro κέκλυθι; in cod. vetustissimo Novi Testamenti Sinaitico Luc. 22, 10 ἀκολουθήσαται, in versu Euripideo (fr. 118) a schol. Ar. Thesm. 1059 tradito: προσαιδουσσαι τὰς pro πρὸς Αἰδοῦς σε τὰν. Ita factum est, ut vocabula quaedam in εος, εα exeuntia jam satis antiquo tempore [1]) falso scripta per αι non in codicibus tantum nobis servatis occurrant, sed etiam apud grammaticos veteres reperiantur, et a recentibus hac falsa forma sint recepta, et lexicis nostris per αιος scripta contineantur. Quae jam enumerabo.

---

[1]) Hadriani iam temporibus Graecos coepisse αι et ε mutare, saepiusque id fieri inde a tertio p. Chr. n. saeculo, Dittenbergerus me docet.

στειλειή Homerus φ 422 usurpavit de foramine securis, in quod immittitur lignum; *στειλειόν* ε 236 de manubrio: hanc formam etiam apud Nic. Ther. 387 habet cod. *Π*. Alii eodem significatu habent *στειλειός* vel *στελεόν*, de quorum vicissitudine loqui non est huius loci. Antiphanem *στειλεά* et ipsum pro manubrio habuisse, intelligitur hac Hesychii glossa: *στειλέαν· τὴν μακρὰν ῥάφανον· Ἀντιφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ.* At apud Hippocratem ter legitur *στειλαιός*: de fract. 8 (Foes. p. 757 DE, Littré vol. III p. 444): *ἢν δὲ ὁ βραχίων καταγῇ . . . δικαιοτάτη οὖν βραχίονος κατάτασις ἥδε· ξύλον πηχυαῖον ἢ ὀλίγῳ βραχύτερον, ὁκοῖοι οἱ στειλαιοί* (sic ut vid. CK, *στύλειοι* Q′ *στειλειοί* D *στειλαῖοι* FGIJ *στειλεοί* HMN Bosq. *στείλαιοι* Gal. *στύλαιοι* B Ald. Frob. Merc. *στηλαιοί* Gal. in cit. in comm.) *εἰσι τῶν σκαφίων, κρεμάσαι χρή, ἔνθεν καὶ ἔνθεν σειρῇ δήσαντα, καθίσταντα δὲ τὸν ἄνθρωπον τὴν χεῖρα ὑπερκεῖσθαι, ὡς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ γένηται ὁ στειλαιός* (*στειλειός* D *στειλαῖος* FGIJ *στειλεός* HMN Bosq. *στείλαιος* Gal. *στύλαιος* Ald. Frob. Merc.) *ἔχων ξυμμέτρως.* — De morb. mul. I, 90 (Foes. p. 633 37. Littr. VIII, p. 216, 5): *ἢν ἀφθήσῃ τὰ αἰδοῖα, ὧδε ἰῆσθαι· σάρκα βοὸς ὅσον δύο παλαιστῶν μῆκος, πάχος δὲ ὅσον στειλεὸς* (*στειλαιὸς* vulg. *στειλειὸς* D *τειχεος θ στειλαῖος* C Frob. Cord. *στελεὸς* Lind. *στειλεὸς* J *τίλεος* C) *προστιθέσθω μέχρις ἑσπέρης* (Si les parties génitales ont des aphthes, traiter ainsi: chair de boeuf, de la longueur de deux palmes (huit doigts), de la grosseur d'un manche etc.).

Accurate perpensa codicum ratione quattuor traditionis genera distinguenda esse apparet, quorum duo habent *αιος*: C et FGIJK, unum *ειος* D, unum *εος* HMN. In has autem classes vel familias codices distribuendos esse ex ceterorum quoque locorum scriptura apparet. Littréius discrimina non repetens nisi ab eorum Hippocratis scriptorum quae in quoque codice continentur numero et ordine, C secundae codicum familiae assignat, FGIJK tertiae, D primae; de HMN non loquitur. Sed hae classes etiam contextus ipsius natura inter se differunt. Unius familiae sunt FGIJ, quibuscum plerumque K, interdum H et C consentiunt. C codex satis recens saeculo sexto decimo scriptus scatet corruptelis, in dialecto servanda valde negligens, praecipue orthographia corrupta insignis est. Adamat *η* pro *ι*, ut

καταστάσηας p. 413, 7 (paginarum numeros adscribo editionis Littréi, vol. III) *φύσηος* 414, 32, *ἀφεσήων* 422, 6, *ὕπτηος* 424, 13 et saep. Itaque perperam *αι* pro *ε* scriptum esse in hoc codice veri non dissimile, ac reperitur v. g. 432, 11 *περιβολαίων* pro *περιβολέων*. Nihil igitur impedit quominus et in hoc codice et in codicum classe FGIJ, quae non magis diligentia bonisque lectionibus conspicua est, *στειλαῖος* vitiose pro *στειλεὸς* scriptum putemus. — Singularem inter ceteros locum tenent tum D, tum MN, quibuscum plerumque congruit B. — D quum Iadem puram retinere studeat, et hoc studio, et temerariis mutationibus, nonnunquam tamen rectam lectionem retinens, saepe solus, interdum cum nonnullis aliis, exadversum plerosque ceteros positus est. Eius generis sunt *στερρωτάτου* 422, 5 (omnes ceteri *στερεωτάτου*). 424, 12 pro *ὡς* habent *ὧν* KD, *ὦ* FGIJ. 426, 26 *καθίννυσθαι* H. Ald. *καθίκνυσθαι* vulg. *καθέννυσθαι* C *κατίγνυσθαι* BGMN *καθίνυσθαι* FIJK, *καθίδρυσθαι* DL quod temerarie mutatum esse apparet. 434, 10. 17 recta lectio *ἐξειρύαται* in solo D est, *ἐξαρείαται* vulg., *ἐξαρύαται* BMN Gal. in gloss. *ἐξαρεᾶται* 10, *ἐξαρειᾶται* 17 C. 334, 15 *ἐκ τούτου* D pro *ἐς τ.* 440, 3 *ἐπιγένηται* D *ἐπιγίνηται* Q' *γένηται* CMN *γίνηται* Littr. 442, 16 *τείνειν* pro *τινί* D. *τείνῃ* BFGIJK. *τινί* et in marg. *τείνῃ* MN *τείνει* C. 444, 16 *πηχιαῖον* D (al. man.) C. — Ab hac diversa classis BMN, quae maiore etiam purae Iadis studio interdum ultra modum abripitur, ut v. c. 424, 21 *τουτέῳ* habet pro *τούτῳ*, sed saepe sola genuinam retinuit lectionem. Sic in MN solis servata sunt haec: 424, 12 *ὀκλᾶται* (pro *ὡς κλ.*). 15 *ἐθέλει* (pro *ἐθέλοι*). 16 *ἤ* M *ἦν* BN (pro *εἰ*). 426, 17 *κατηγυῖαν* (*καταγ.* DFGHIK). 442, 14 *κατηγῇ* (*καταγῇ* vulg.), 428, 25 *ἴδον* (pro *εἶδον*, vidi). 430, 20 *τὠυτὸ* (sic etiam B, *τὸ αὐτὸ* vulg.). 434, 7 *τετυχήκῃς* (sic et B, *τετυχήκοις* H, *κατατύχῃς* vulg., *τετυχήκῃς* Littr.). 442, 16 soli MN habent genuinum *τινί*.

Itaque quum *στειλαιός* scribae errore ex *στειλεὸς* facile fieri potuerit, vix ex *στειλειός*: quum eiusmodi error a scriba alias commissus sit in C, facile committi potuerit in FGIJ: quum FGIJ codices satis exiguae notae sint et unius tantum codicis loco habendi sint: *στειλειός* autem traditum sit a codice bono D, *στειλεὸς* a duabus manuscriptorum classibus MN et H (nam

H non eiusdem classis codicem esse atque MN, multis lectionum discrepantiis apparet): quum alias quoque D et MN meliores libros se praebeant quam C et FGIJ: — haec igitur omnia quum ita sint, veri simile est, genuinam lectionem servatam esse a MN alias quoque puram Iadem retinentibus, a D severiorem Iadem affectante ex στειλεός factum esse στειλειός, in codice autem classis FGIJ prototypo pro ε falso scriptum fuisse αι. Itaque pro forma vere Hippocratea habenda erit στειλεός. Idemque restituendum Galeni commentario ad locum de fract. 8 pro eo quod traditum est στηλαιοί.

γρυμαία perae quoddam genus. Forma vetus et attica est γρυμέα, usurpata a Sotade ap. Ath. 7, 293 B, Anon. περὶ ὀργῆς in Hercul. vol. p. 1, p. 64. Poll. 10, 160, Phryn. ecl. p. 230 s. v. γρύτη. Testantur scripturam γρυμέα melius atticam esse quam γρυμεία Phryn. app. 53 (Bekk. an. p. 33, 33), quo auctore Diphilus forma γρυμέα usus est, et Et. Gud. p. 130, 5. Falsa scriptura per αι eo tempore in usum venit, quo αι et ε omnino inter se commutari solebant; est apud Themist. or. 21, p. 257 A 23, p. 293 D., Damasc. ap. Phot. cod. 242, p. 352, 14, Hesych. Zon. Theogn. can. 108. Qui suane an librorum culpa praeferant αι, recte L. Dindorfius in Thesauro ait se nescire, nec puto fore, ut hoc omnino possit enucleari.

σημαία in lexicis solet afferri quasi sola eius vocabuli forma et legitima, quo rerum Romanarum scriptores et signa ipsa militaria et militum manum sub signo aliquo comprehensam significant. Sed Dittenbergerus me monuit, genuinam vocabuli formam esse σημεία vel σημέα. Etenim in Mon. Ancyr., quod in eiusmodi rebus accurata scriptura utitur, bis est σημέας 15, 23. 16, 3, semel σημείας 16, 15, nunquam σημαία. Polybii codices optimi Vaticanus et Urbinas semper fere habent σημεία; tribus tantum locis αι traditum videtur 6, 24, 5. 6. 14, 8, 5; ceteris omnibus ει: 1, 33, 9. 34, 11. 40, 10. 2, 31, 5. 3, 105, 6. 113, 3. 6, 27, 2. 28, 3. 33, 9. 15, 4, 4. 18, 25, 5. 26, 2, quorum in nonnullis apographa habent σημαία, ut C 2, 31, 5. 3, 105, 6. 113, 3. 4, 64, 7; E[2] 1, 33, 9. 4, 64, 7. Apud Dion. Hal. in Arch. Rom. 6, 77, p. 303, 28 Kiessl. est σημαίαις, 8, 65, p. 183, 21 σημαίας; sed uterque liber Urb. et Chig. σημεία exhibent 8, 64, p. 181, 30. 8, 88, p. 218, 1. 9, 19, p. 254, 10. Solus Ur-

binas qui Kiesslingio auctore etiam praeferendus est Chigiano, σημείων habet 9, 14, p. 245, 12, et ὑπὸ σημεῖα 9, 19, p. 254, 2, quod non in σημαιῶν et σημαίας cum Chig. et Kiessl., sed in σημειῶν et σημείας corrigendum esse apparet. Apud Plutarchum omnibus illis locis quos affert Wytt. in indice, σημαία traditum esse videtur. Sed huius scriptoris codices non magni pretii esse constat, ac scribas recentioris aevi solitos fuisse σημεία quod in exemplaribus legebant mutare in σημαία, codicum Polybianorum ratio docet.

Sic igitur rem factam esse apparet, ut forma primitiva, qua Polyb. et Dion. Hal. usi sint, fuerit σημεία. Mox ι eliso σημέα pronuntiatum esse intelligimus ex mon. Ancyr., et posteriore tempore pro ε scriptum est αι. Atque congruit σημεία mirum in modum et cum σημεῖον et cum διοσημεία, quamquam ne haec quidem vocabula vulgatam derivandi rationem sequuntur, qua formata sunt v. c. πραγματεία, γραμματεία (an haec a verbis πραγματεύω, γραμματεύω descendunt?), ἁρμάτειος, ὀμμάτειος. Ex subst. in μα ea ratione derivatum adjectivum ut ειο affixum sit ad μ, non novi praeterea nisi σπερμεῖος in hymn. Orph. Itaque fortasse illorum vocabulorum σῆμα σημαίνω σημεῖον μ non suffixi est, sed radicis. Quanquam veriloquium adeo non liquet, ut nemo adhuc de illo conjecturam facere ausus sit. Cogitavi de rad. *sâma* Fick I, 788, unde ags. *gesôm* concors, angl. *to seem*, bor. vet. *soemr* aptus congruus; zend. *hâma* par; ut σῆμα et σημεῖον proprie significaverint tesseram hospitalem, σύμβολον (cf. Il. VI, 174 καὶ τότε μιν ἐρέεινε καὶ ᾔτει σῆμα ἰδέσθαι), deinde de omni signo usurpatum sit. Cf. ἡμι- lat. *semi-* (Fick l. l. et p. 795), *semita*, *similis*.

14. πεϱίναιος. Haec forma tradita est apud Ruf. Eph. p. 51 (medicum exeuntis primi p. Chr. n. saeculi) et Poll. 2, 173, ubi pro περίναιος vel περίναιον, quod in mss. est, Bekkerus restituit περίνεος. Περίνεος saepe est apud Hippocr., ut aphor. 4, 80, de artic. 51, apud Gal. t. 12, p. 210, 456. Libri manuscripti alii περίνεος alii περίναιος alii περίναιον praebent. Apud Aristotelem ter: h. a. 1, 14 Κοινὸν δὲ μέρος αὐχένος καὶ στήθους σφαγή, πλευρᾶς δὲ καὶ βραχίονος καὶ ὤμου μασχάλη, μηροῦ δὲ καὶ ἦτρου βουβών. μηροῦ δὲ καὶ γλουτοῦ τὸ ἐντὸς περίνεος (περίνεον A[a] C[a]). gen. a. 1, 2 (716 a 33):

τοιαῦτα δὲ τυγχάνει μόρια (i. e. signa generis diversi) ὄντα τοῦ μὲν θήλεος αἱ καλούμεναι ὑστέραι, τοῦ δ'ἄρρενος τὰ περὶ τοὺς ὄρχεις καὶ τοὺς περινέους (περιναίους PS). ib. 4, 1 (766 a, 6): ἁπάσῃ δυνάμει ὀργανόν τί ἐστι . . . ἀνάγκη γὰρ καὶ τῷ θήλει καὶ τῷ ἄρρενι εἶναι ὄργανα, τῷ μὲν οὖν ἡ ὑστέρα τῷ δ' ὁ περίνεός ἐστιν (varia lectio nulla traditur). Formam περινὸς Galenus affert ex Hippocrate, et Hesychius interpretatur περινός· τό αἰδοῖον, οἱ δὲ τὸν καυλὸν, ἢ τὸ τῶν διδύμων δέρμα ἤγουν ὁ ταῦρος. De significatione posteris non constetisse ex hac Hesychii glossa intelligitur. Apud Aristotelem generaliter locum virilem significare videtur. Apud Hippocratem Galeno et Foesio auctoribus partem corporis significat inter anum et pudendi initium, ubi vesicae collum situm est. Sed bene monet Littréius ad artic. 51: „Il faut se garder de prendre le mot périnée dans l'acception rigoureuse qu' on lui donne aujourd'hui. Cette remarque doit être étendue aux autres désignations anatomiques d' Hippocrate". Accuratissima explicatio est apud Pollucem 2, 173: τὸ δὲ ῥαφῇ μὲν προςεοικὸς, ὑπὸ δὲ τὸν καυλὸν διὰ τοῦ ὀσχέου μέσου ὑπὸ τὸν ὀνομαζόμενον ταῦρον . . . εἰς τὸν δακτύλιον καταλῆγον, περίνεος ὀνομάζεται ἢ τράμις ἢ ὄρρος. Haec explicatio si recta est, putaverit quispiam, vocabulum derivatum esse a νέω, quod pridem non solum nendi sed etiam suendi significationem habuisse bene Jo. Schmidt adnotat (Z. Gesch. d. idg. Vocalism. I, 8), nam ab eadem radice est germ. *nâan*, et „ἐύννητος, das homerische beiwort des χιτών oder πέπλος kann nur „gut genäht" heissen, da man gewänder nicht spinnt". Quanquam oblitus est vir doctus, vocabuli Homerici significationem etiam esse posse: bene textus, quum etiam lat. *neo* de textura adhibeatur. Sed has tres significationes nendi texendi suendi inter se arcte cohaerere apparet, itaque haud absimile est veri, περίνεος dictam esse illam quasi suturam qua spatium inter glandem atque anum intercedens circumsuitur. Minus placuit aliud quod mihi in mentem venit, περίνεος derivatum esse a πηρίς πηρίν scrotum (cf. πτερίνεον = πτερίς), qua ipsa vi etiam περινεός usurpatum esse Hesychius testatur. Sed quominus vocabula cognata esse putem, prohibet η in πηρίν, nam hoc vocabulum non dubito quin a πήρα sit derivatum, quod multo probabilius Benfeyii sententia

qui Wzl. II, 362 *πηρίν* pro *πεϱσιν πεϱϱιν* dictum et ab eadem radice *parsh* stillare derivatum censet, unde lat. *penis* pro *persnis* descenderit.

λιναῖος pro *λινοῦς* vulgata est lectio ap. Hippocr. de morb. II, 34 (p. 472, 12 Foes., vol. VII. p. 52, 2 Littr.) *μοτοὺς τοὺς λιναίους*, ubi Littr. codicum discrepantia nulla allata, Lobeckium secutus Phryn. p. 147 corrigit *λινέους*. Apud eund. de morb. mul. III, 221 (p. 679, 46 Foes., vol. VIII, p. 428, 2 Littr.) vulgata lectio est *ἐν ῥάκει λιναίῳ*, sed CDFHIJK habent *λινέω*. Etiam hoc loco corrigendum esse *λινέῳ* apparet. Per *αι* scriptum est vocabulum in Aeneae tact. cod. M (unde ceteri omnes descripti) 29, 4 *θώρακες λιναιοι* (sic, sine acc.). Hercherus Hertlinum secutus corrigit *λινοῖ*, idemque in adn. etiam apud Bitonem de mach. p. 112 ubi in ed. Thevenoti *λιναῖαι* est in textu, *λινέαι* in margine, scribi jubet *λιναῖ*. Omnino *λιναῖος* lexicis eximendum esse, quum nihil sit nisi librariorum stribligo. Atque hoc quidem concedendum est, sed apud Aeneam et Bitonem genuinam formam esse puto *λίνεοι* et *λίνεαι*, quae forma non contracta scriptoribus *τῆς κοινῆς* convenit; cf. infra p. 47. Quae forma nisi in usu fuisset, non potuissent posteri formam *λιναῖος* usurpare et pro genuina habere, ut in Et. Gud. 261, 22 exempla vocabulorum per *αιος* derivatorum afferuntur *λῖνος λιναῖος, δρόμος δρομαῖος*.

ἀκταία sambucus. Haec forma tradita in gl. iatr., v. thes.; Bekk. an. 1090. *Ἀκτέα*, non *ἀκταία* justam esse formam apud veteres certe, docet *ἀκτῆ* ap. Diosc. Hippocr. Galen. et versus Luciani Tragodop. v. 74 *κάρηνα φύλλοις ἀκτέας καταστεφεῖς*. *ἀκτέος* Theophr. h. pl. 3, 6. actaea Plin. n. h. 17, 7, 26. Ad *αι* in hoc vocabulo scribendum fortasse pellecti sunt duobus vocabulis quae recte per *αι* scribuntur, *ἀκταία* vestis delicata et *ἀκταία* pila marmorea, de quibus infra agetur. Sed arboris nomen jure in *εα* desinere, docent permulta arborum nomina hac terminatione utentia: *ἀμυγδαλῆ; κρανέα* (*κρανεία* apud Homerum), *κερασέα, κερατέα, κιτρέα, κοκκυγέα, κοκκυμηλέα, κολουτέα, κυδωνέα, μηλέα, μορέα, πτελέα, ῥοδέα, συκέα, συκομορέα*. Itaque etiam ad peregrinarum arborum nomina haec affigitur terminatio, ut ad

περσέα, arboris aegyptiae genus. Quod plerumque per *ε* scriptum (apud Hippocr. Thphr. Str. al.), bis scribarum neglegentia corruptum est. Nam Ael. n. a. 11, 11, 14 in omnibus mss. legitur *περσαίας*, in uno Vat. *περσέας*, et apud Ath. 5, 198 B alii *περσαίας* alii *περσέας* tradunt.

Dubitari licet de *λευκέα* sparti Iberici nomine, quod plerumque per *αι* scriptum invenitur (*λευκαία* Artemid. 3, 59. Athen. 5, 206 F. Hesych. *λευκέα* epit. Ath. l. l. Eust. Od. p. 1453, 10). Sed *λευκαία* de populo alba quae alibi semper *λεύκη* vocatur, per *αι* scriptum in titulo CI II p. 392 non esse videtur nisi paragogon more Ionico, itaque recte per *αι* scriptum.

A loco, unde in Graeciam venerunt, dicta esse feruntur castaneae — quae et *Εὐβοϊκὰ κάρυα* vocabantur (Ath. 2, 54 B. Hesych. s. v. *κάστανα*), et *Σαρδιαναί* (Gal. VI, p. 426 F) — in quorum nomine magna terminationum varietas tradita est, quam et ipse Lobeckius agnoscit, accerrimus alias severae in terminandis vocabulis regulae vindex. Dicit enim Paral. p. 319: „quod summam Graecorum in variandis terminationibus licentiam arguit, *κάρυα καστα ναϊκά*, quae Theophrastus nominat, non solum hoc modo appellantur, sed etiam *κάστανα* Athen. II, 54 C (quod nomen oxytonum est Gal. de Fac. Alim. II, 38, 621 t. VI)" [addas *Κάστανα* · *Διὸς βάλανοι*, *Εὐβοϊκὰ κάρυα* Hesych., et *Καστηνοῦ καρύοιο* Nic. Al. 269] „*καστανaῖα* in inscriptione attica N. 123, v. 19, p. 166, *καστάνεια* Athen. l. c. Etym. M. 493, 25. Denique Galenus de prob. Alim. IV, 778 *τὰς καστανέας, ἔνιοι δὲ καστάνια κατὰ τὸ οὐδέτερον γένος*, urbesque diversae *Κασταναία* sive *Κασθαναία* Castanea, et *Καστανία* sive *Καστανέα*". Quod frugum genus quum Graecis recentiore demum tempore videatur innotuisse, vix fieri posse puto, ut una quaedam forma quasi legitima constituatur: hoc tamen mihi videtur in propatulo esse, in illo titulo attico satis recentis aevi *αι* non pro diphthongo *αι* sed pro simplici *ε* scriptum esse.

Non magis constat de adjectivo *ῥουσσαῖος*. *ῥούσιος* habent Diosc. et Paul. Aeg., quod vocabulum praecipue de colore partium in certaminibus tempore Byzantino rixantium usurpatur. „*Ῥούσαια* ap. Georg. Cedren. p. 19, *Ῥουσσαῖα* duplici vitio Palaeph. c. 52. Sed *δέρματος ῥουσίου* p. 265, 2". Dind.

in Thes. At Westerm. in fabula 52, quae multo recentioris originis est et Palaephato injuria tribuitur, edit *μαντία . . . πορφύρεα ἢ ῥούσεα.* Varietatem lectionis huic fabulae non subjunxit. Vocabulum infimae Graecitatis proprium quin e lat. russus deductum sit, non dubito. (Benf. Wzl. II, 125 *ῥούσιος* cognatum putat cum *ἐρυθρός*, et ex *ῥύθιος* natum, *ου* pro *υ* posito, ut in dial. aeol. Sed hoc valde dubium).

De *τροχιλαία* vel *τροχαλαία* vix est quod dicam, quae falsae formae pro pervulgato et sexcenties recte tradito *τροχιλία* vel *τροχηλία*, quod et *τροχιλέα* et *τροχηλέα*, traditae sunt illa ap. Arist. mechan. 8, p. 851 b 19. 9 p. 852 a 15, haec in schol. Od. ε 260.

Quoniam de terminationum vicissitudine et varietate ago, lubet de quibusdam vocabulis, quae Lobeckius tractavit ad Phryn. p. 147, paullo accuratiorem instituere quaestionem.

V.

Examinatur Lobeckii de adjectivis in *εους* sententia.

15. Lobeckius ad Phryn. p. 147 de quibusdam vocabulis quae vario modo terminata tradita sunt, affirmat, formas solas rectas esse *ἐρεοῦς, κεραμεοῦς, χυτρεοῦς*, omnes ceteras, quae in libris scriptae inveniantur, falsas esse. Quumque id quod Lobeckius dixit, pro lege sit nostris philologis, omnes habuit adsentatores, et Dindorfius in Thesauro multo etiam longius processit, eo omnia aequandi studio concitatus, quo alias quoque merum atticum quem sibi fingit sermonem restituere conatur. Sed videamus singula. Eius de quo primum quaerendum est vocabuli septem formae traditae sunt: *κεράμεος κεραμοῦς κεραμεοῦς κεράμιος κεράμειος κεραμαῖος κεραμιαῖος.* Iam vero Lobeckius omnes ceteras formas praeter *κεραμεοῦς* peccare dicit contra distinctam grammaticorum praeceptionem. Sed quaenam est illa praeceptio? Equidem aliam invenire non potui nisi hanc: Moer. *κεραμεοῦν ἀττικῶς· ὀστράκινον Ἑλληνικῶς,* et Thom. Mag. 196, 6 *Κεραμεοῦν σκεῦος βέλτιον λέγειν ἢ ὀστράκινον.* Hic primum nemo est quin videat, hanc non praeceptionem esse de terminatione, sed de corpore ipso vocabuli, quod a *κέραμος*, non ab *ὄστρακον* derivandum esse dicunt.

Non enim sic dictum est ut v. c. hoc apud Moer.: ὀστοῦν Ἀττικῶς · ὀστέον Ἑλληνικῶς. Sed esto! quanquam non distincte, ut ait Lobeckius, de terminatione praecipiunt, tamen ipsa vocis quam afferunt forma demonstrant, hanc esse atticam dicendi normam. Sed ut hoc concedamus, quomodo inde concludi potest, aliam vocabuli formam non extitisse, neque ullum scriptorem alia quoque vocabuli forma uti potuisse? Nam quanta in uno saepe vocabulo varietas sit terminationum, modo καστάναια vocabulum fuit testimonio, et Lobeckium ipsum posteriore tempore mitiorem ac liberaliorem factum esse minusque fuisse studiosum omnia in Atticam dicionem redigendi, arguunt quae in Paralipomenis de hoc vocabulo dixit, supra a nobis exscripta. Qua liberalitate vellem etiam in Phrynicho usus esset. Itaque accuratius in vocabuli formas inquiramus. Atque quum tribus maxime argumentis vocabulorum formae firmentur, codicum scriptura, metri necessitate, grammaticorum praeceptis: extremum hoc jam novimus, restant duo priora. Sed codicum scriptura hanc ob causam minus praesidii praebet, quod plerique casus, sive a κεραμεοῦς sive a κεράμεος declinantur, plane eadem utuntur forma, accentu solo diversa. Quam parva autem fides in accentibus habenda sit librariis, quis est qui nesciat? Jam quum interdum formae contractae a κεραμοῦς declinatae tradantur, interdum solutae eo accentu, quasi a κεράμεος declinatae sint, non longius a vero abesse sibi quisquam videri possit, qui hanc genuinam vocabuli formam esse affirmaverit κεράμεος κεραμοῦς ut χρύσεος χρυσοῦς, ἀργύρεος ἀργυροῦς. Sed licet ne ab Atticis quidem ipsis semper contractae sint vocales in huius generis vocabulis, et a posteris haud raro formae solutae sint usurpatae (qua de re egerunt Piers. ad Moer. p. 284, Lob. ad Phryn. p. 207, Kühner Ausf. Gr. Gr. I, p. 314, 3), ut Moeris formas solutas tanquam communes opponat contractis quasi atticis (ὀστοῦν ἀττικῶς · ὀστέον Ἑλληνικῶς, et χρυσοῦς καὶ χρυσῇ ἀττικῶς · χρύσεος καὶ χρύσεα Ἕλληνες), tamen in universum formae solutae multo rarius inveniuntur quam contractae: eius autem de quo agimus vocabuli multo plures traditae sunt formae solutae quam contractae. Quamobrem suspicio oritur, illas non a κεράμεος sed a κεραμεοῦς descendere, et accentu mutato has formas atticas esse restituendas. Quod

multo magis confirmatur iis casibus qui non eandem formam habent si a *κεράμεος* atque si a *κεραμεοῦς* declinati sunt, hi enim post ε semper fere habent diphthongum: Luc. Gall. 14 *κεραμεοῦν τρύβλιον ὑφελόμενος.* Philo II, 309, 28. 32 *κεραμεοῦν.* Philostr. V. Ap. 6, 22 *ἄγαλμα κεραμεοῦν τε καὶ φαῦλον.* Poll. 10, 30 *τεῦχος κεραμεοῦν.* Accedit *τριακτὴρ* locus metricus Niconis comici ut vid. recentioris comoediae ap. Ath. 11, p. 487 C *Μάνην δ᾽ εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρόν.* Quae quum ita sint, veri non dissimile videtur ceteris quoque locis, in quibus vocales non contractae traditae sunt, circumflectendam esse ultimam: Plat. Lys. 219 E *κύλικα κεραμεᾶν* (Bodl. Coisl. Vat. Θ *κεραμέα*, Ven. Ξ Σ. Par. BC *κεραμέαν*), Thphr. h. pl. 5, 3, 2 *τὰς κεραμεᾶς κύλικας.* Diosc. 5, 103 *κεραμεᾶν γάστραν*, id. *κεραμεᾶ λοπάς* (Dio. Cass. 65, 3), id. *ἐν κεραμεῷ τηγάνῳ*, ap. eund. *κεραμεῷ κρατῆρι.* Plut. Mor. 526 B *κεραμεοῖ σωλῆνες.* 155 B *κεραμεᾶ στεγάσματα, κεραμεᾶ σκεύη.* Poll. 7, 162 *κέραμος πᾶσα ἡ τῶν κεραμεῶν ἀγγείων ὕλη.* Paus. VIII, 18, 2 *τῶν σκευῶν τὰ κεραμεᾶ.* 29, 3 *κεραμεᾶ σορός.* Sed id non tantum valet, ut omnibus locis quibus diphthongus tradita est, intercalari debeat ε, quod Piers. et Dind. fieri iubent apud Liban. op. I, p. 372 C *ἀγγεῖον μικρὸν κεραμοῦν*, legendum censentes *κεραμεοῦν.* Forma illa contracta est etiam apud Diosc. 5 *ἀγγεῖον κεραμοῦν*, Plut. Popl. 13 *ἅρμα κεραμοῦν;* e Luciano H. Stephanus affert *λύχνος κεραμοῦς;* ab Alexandro Myndio ap. Ath. 9, 387 F. 398 D dicitur tetrax avis quaedam *τὸ χρῶμα* esse *κεραμοῦς.* In versu forma trisyllaba usus est Iuba ap. Ath. 8, 343 F *χυτρόποδες κεραμοῖ καὶ ξηρὰ τάγηνα*, ubi non opus est cum Schneidero scribi *κεράμεοι.* Non ferenda autem est forma contracta apud Galenum de ther. 13, p. 950 C, de comp. med. p. gen. 5, 11 p. 791 A et alibi, quae pugnat cum dialecti ionicae indole, itaque scribendum *κεράμεον.* Fortasse etiam in loco ex Ctesia citato ab Ath. 11, 464 A retinenda est scriptura codicis Veneti *κεραμέοις*, quanquam ne cetera quidem verba Ctesiae illic allata ionicam olent dialectum.

Formam *κεράμεος* revera extitisse et in usu fuisse, docet forma *κεράμειος*, quae tradita est Geopon. 2, 17. 140. 4, 6, 281. 10, 7, 657. Plut. de gen. Socr. 5, 305. Galb. 12. Zenob. prov. 1, 49; et vocali more epico producta Hom. camin. 14:

πάντ᾽ ἔντοσθ᾽ αὐτῆς κεραμήια λεπτὰ ποιοῦσα, Nic. Ther. 80 *τεῦχος κεραμήιον*. His ipsis versibus demonstratur, etiam formam *κεράμειος* usitatam fuisse, neque recte Dindorfium postulare, ut apud Plut. et Zenob. restituatur *κεραμεᾶ* sive *κεράμινα*. At, dicent, poetarum tantum dictioni apta est forma *κεράμειος*, ut *χρύσειος* et *χάλκειος* ab epicis pro *χρύσεος* et *χάλκεος* usurpantur. Quae quidem quaestio quanquam est difficillima, neque fere absolvi poterit, nisi quum de terminationum *ειος* et *εος* indole diversitate ac vicissitudine accuratius et uberius quaeretur, tamen pauca jam hoc loco obiter magis praecipere lubet, quibus spero fore ut patescat, qui sit rei status. Atque hoc quidem notum est, primitus terminationem *εος* eandem fuisse atque *ειος*, sive utraque ex *εjος* orta est, sive *ειος* in *εjος* deinde omisso *j* in *εος* extenuata. Quam ob rem jam primis temporibus inter se mutantur *ειος* et *εος*: apud Homerum ipsum habes: *ἀδελφεός ἀδελφειός, αἴγεος αἴγειος, βόεος βόειος, κάνεον κάνειον, κήλεος κήλειος, κήδεος κήδειος, σιδήρεος σιδήρειος, χάλκεος χάλκειος. ταύρεος* habet Hesiodus, *ταύρειος* Homerus. Sed posteriore tempore et praesertim in attica dialecto certum quendam dicendi usum constitutum esse aiunt, ut adjectivis materiam designantibus in attica dialecto conveniat terminatio *εος*, contr. *οῦς*, in poetarum vero dictione *ειος*. Sic fere praecipiunt grammatici. Sed parum accurate. Nam qui omnes has voces collegerit atque inspexerit, intelliget ille quidem, in universum duo genera dicendi diversa esse, quorum alterum est atticum, alterum non poetarum omnino, sed poetarum epicorum, poetarum aevi alexandrini, denique scriptorum iadis. Attici vero poetae, scenici dico, plerumque consentiunt cum prosaicis atticis, interdum usum dicendi sibi proprium sequuntur. Ipsorum autem nominum de quibus agimus, duae sunt classes, altera eorum quae in attica dialecto terminationem *εος* habent, in ionica *ειος*, altera eorum quae ionice in *εος* desinunt, attice in *ειος*. Illius classis haec sunt vocabula:

ἀδελφεός H. Pind. trag. Hdt. dor.	*ἀδελφειός* H. Phocyl. Ep. post.
ἰτέα H. Hdt. Eur. Ar.	*ἰτείη* Ap. Rh.
κάνεον inde ab Hom.	*κάνειον* Hom.
κρόκεος P. Eur.	*κροκήιος* h. in Cer.

κρανέα Thphr. Geop.	*κράνεια* H. Eur. Paus. Poll. *κράνειος* Ael. Geoponn.
σιδήρεος H. Pind. Att.	*σιδήρειος* H. Ap. Rh. Ther. Arat. Opp. Anth.
στελεή Ap. Rh. *στειλεά* Antiph. *στειλεός* Hipp. *στελεόν* Anth. Babr. Thgn.	*στειλειή* H. *στειλειόν* H. Nic. *στειλειός* Aesop.
τραγέα Thphr. Plut.	*τραγεία* Ther.
χάλκεος H. Att.	*χάλκειος* H. Hsd. Ap. Rh. Sext. Emp.
χρύσεος H. Att.	*χρύσειος* H. Hsd. Ap. Rh. Orph. Arg. Ther. *χρύσεια μέταλλα* Thuc. Diod. Thphr. *στρατός* Thgnost.
φλόγεος H. Alc. Eur. Ar. Hipp. Nic. Orph. Arg. Nonn.	*φλόγειος* Planud. Zonar.

Cf. Lob. ad Phryn. p. 148: „Ut *κεράμειος*, sic etiam *χρύσειος* significatione consubstantiali (si fas est *τὸ μετουσιαστικὸν* sic dicere) nonnulli usurparunt, ut *στέφανον χρύσειον* App. bell. civ. II, 91. 301, ubi Musgravius *χρύσεον* mavult, sed sic etiam *σκεῦος χάλκειον* Geop. XI, 22, 618, atque illa, quae modo retuli, exorbitantis Graeciae devortia." — Alterius classis sunt haec:

ἠνορέη H. Hsd. Pind. (ap. hunc dorice *ἀνορέα*)	*ἀνδρεία* Att.
βρότεος H.	*βρότειος* Ar.
ἐπιτήδεος Hdt.	*ἐπιτήδειος* Att.
ἐπέτεος Hdt.	*ἐπέτειος* Att.
κήδεος H.	*κήδειος* H. Att.
κύνεος H. Hsd. Ap. Rh. Anth. *κυνέη κυνῆ* Hdt. Att.	*κύνειος* Ar. Arist. Sext. Emp.
λίθεος H.	*λίθειος* schol. Aesch. Suid.
λίνεος Hdt. Ar. pr. Att.	*λίνειος* Suid.
λυκέη H. *λυκῆ* App. Poll.	*λυκεία* Pol.
μαρμάρεος H. Hsd. Ar. Ap. Rh. Orph.	*μαρμάρειος* Hesych.
ὀρνίθεος Arat.	*ὀρνίθειος* Ar. pr. att.
ὀστράκεος Nic. Orph.	*ὀστράκειος* schol. Luc. Lexiph. 7.

παρδάλεος Opp. *παρδαλέα* Pind. *παρδαλέη* H. Hdt. *παρδαλῆ* Poll. Herod.	*παρδάλειος* Aristot.
πορφύρεος inde ab H.	*πορφύρειος* Suid.
ῥόδεος h. Hom. Eur. Nic. Anth. Nonn.	*ῥόδειος* Suid. Phavor.
ταύρεος Hsd. *ταυρέα* Pallad. Artemid.	*ταύρειος* H. trag. Ar. *ταυρεία* Sozom. Athan.
τράγεος Anth. Apollinar.	*τράγειος* Philostr. Cl. Al. Dio Chrys. Hippiatr.
χήνεος Hdt. Gal.	*χήνειος* Eur. Arist. Diod. post.
χοίρεος H.	*χοίρειος* Ar. Xen. Plut. Luc. Sext. Emp.

Vides, quamquam in universum hae classes distingui possunt, tamen non tam severe has leges observatas esse, ut non liceat vel Atticis vel Ionibus interdum fines migrare. Itaque in classe priore Iones quoque *εο* habent in *ἀδελφεός, κάνεον, ἰτέα* (cuius forma *ἰτείη* nihil videtur esse nisi commentum Apollonii), *στελέη* (et ipsum ab Apollonio usurpatum, qui quam non sibi constet, dum a sermone vulgato recedat, apparet), *φλόγεος* (quanquam *φλόγειος* auctoritatis parum habet, eodemque studio a Planude fictum videtur quo illa ab Apollonio): Attici vero *ειος* usurpant in *κράνεια* et *χρύσεια μέταλλα*. Accuratius in finibus suis se continuerunt in altera classe. Nam quod Homerus non sibi constat, et quod Ias vetus cum recentiore non semper consentit, in quaestionem nostram non cadit: de nominibus quoque in *ῆ έα* propria quaestio est, nam haec apud Atticos quoque quasi propriam quandam terminationem sibi adsciverunt *έα* vel *ῆ*, licet adjectiva desinant in *ειος*, ut *κύνειος κυνῆ, παρδάλειος παρδαλῆ;* tamen ne in his quidem vocibus Graecos sibi constantes fuisse docet *λυκεία* apud Polyb. Quod autem *λίνεος μαρμάρεος ῥόδεος πορφύρεος* Atticis cum Iade communia sunt, vereor ut vim faciat regulae, neve potius *λίνειος μαρμάρειος πορφύρειος ῥόδειος* extremae aetatis commenta sint. Tamen hinc intelligitur, posteriorem saltem aetatem sibi eiusmodi levitatem permisisse. Sed etiam priore tempore haud ita severos fuisse Graecos quum jam in priore classe viderimus, multo magis ut credamus adducimur eo quod in

ipso sermone attico atque adeo in iisdem vocibus secum pugnant ειος et εος. Hic habes exempla:

ἀνόρεος Soph. (ὑπερανόρεος Thcr.)	ἀνδρεῖος Hdt. Att.
ὑπερβόρεος H. Hsd. Hdt. Pind. Att.	ὑπερβόρειος Hellan. Arist. Ptol. St. Byz.
δωρεά Hdt. Att.	δωρειά CIA I 25, 5. CI 107, 37.
κρανέα Thphr. Geopon.	κράνεια H. Eur. Paus. Poll.
ὄστρεον Plat. Ar. Nic.	ὄστρειον Aesch. Plat. Cratin. Anaxandr. Archestr.
τέλεος apud Atticos non minus usitat. quam	τέλειος.

E quibus τέλειος quidem et ὑπερβόρειος non magni faciam, quoniam alia ratione sunt formata quam cetera, non a stirpibus in vocalem sed in εσ desinentibus derivata, ut exploso σ fieret ex τελεσ-jος τέλειος, ex ὑπερϝορεσ-jος ὑπερβόρειος. Multo maioris sunt pretii primum δωρειά, quod inscriptionibus atticis firmatur, quum apud scriptores nusquam legatur nisi δωρεά, et ὄστρειον cum ὄστρεον apud ipsos Atticos persaepe mutatum, quod testatur Athenaeus 3, 93. Quae quum ita sint, non est cur κεράμειος apud Plut. Zenob. Geoponn. traditum mutemus, quoniam et apud ipsos Atticos nonnunquam ειος pro εος reperitur, et posterior dictio Graeca, quae κοινή vocabatur, a poetis multa in suum usum vertit. Accedit quod haec vocabuli forma agnoscitur a Suida: κεράμειον ἀγγεῖον· καὶ τὸ κύριον κεράμιον διὰ τοῦ ι, εἰ μὴ πρόςκειται τὸ ἀγγεῖον. καὶ κεράμεια τεύχη.

Multo minus est obstaculum, quominus etiam κεράμιος formam usitatam fuisse existimemus. Nam sexcenties in iisdem verbis modo ειος modo ιος terminationem deprehendas. Cf. ἁρμάτειος ἁρμάτιος, προάστειον προάστιον, αὔλειος αὔλιος, βάκχειος βάκχιος, δούλειος δούλιος, δούρειος δούριος, ἵππειος ἵππιος, κάπρειος κάπριος, κεραύνειος κεραύνιος, κόπρειος κόπριος, λοχεῖος λόχιος, νύμφειος νύμφιος, παρθένειος παρθένιος, πολεμήιος πολέμιος, πράμνειος πράμνιος, στρούθειον στρούθιον, Ταρτάρειος Ταρτάριος, τύμβειος τύμβιος, φοινίκειος φοινίκεος φοινίκιος φοινικιοῦς. Itaque quum apud Xen. An. 3, 4, 7 omnes libri exhibeant κεραμίαις, non est cur

assentiamur vel Cobeto, qui κεραμεαῖς, vel Dindorfio, qui κεραμίναις vult. (Quamobrem recte Kühnerus Gr. I, 314, 6 retinendum censet κεραμίαις: minus recte idem de Plat. Lys. 219 *E* censet, ut quo loco optimos codices habere vel κεραμέα vel κεραμέαν supra viderimus). Speciosius Dindorfius apud Theophr. 2, 12, 4 pro γῇ γλισχρᾷ καὶ ὥσπερ κεραμίᾳ scribi jubet κεραμίδι, quum idem dicat 2, 4, 1 ὅταν ἀμμώδης ἢ κεραμὶς ἢ κατακεκαυμένη τις τυγχάνῃ. Apud Dion. Hal. 2, 23, vulgo πινακίσκοις κεραμίοις, cod. Vat. κεραμέοις. Geopon. 6, 5, 438 κεράμιον, quum aliis locis κεράμειος sit traditum. Ex Dioscoride Stephanus affert κεραμία γάστρα et κεραμίᾳ χύτρᾳ.

Maiorem suspicionem mihi movent κεραμαῖος et κεραμιαῖος. Quanquam hoc minus incredibile, quod semel legitur ap. Philonem vol. 2, p. 273, 48: ἐφ' ἃ καὶ οἱ πένητες ἡμεῖς ἐστὶν ὅτι τρέπονται, κεραμιαίας κύλικας καὶ ὀβολιαίους ἄρτους καὶ ἐλαίας ἢ τύρον ἢ λάχανα κτλ. Nam licet terminatione ιαιος plerumque designentur mensura, pretium, vel corporis partes, tamen non desunt, quae substantiam significent, ut ἀνεμιαῖος ap. Plat. (cf. Heind. ad Plat. Theaet. 151 E, Wyttenb. bibl. crit. III, 1, 14. Meineke Menand. p. 40), ἀνεμιαῖον ᾠόν Ael. n. a. 1, 37, λυχνιαῖον φῶς ap. Sext. Emp. λυχνιαία φλόξ ap. Galen. (Lob. Phryn. p. 552), ναματιαῖος Aeschin. Thphr. Diod., ὀνιαία sc. κόπρος Phot. Hesych., πλουτιαῖοι ὑετοί ap. scr. christ., ποταμιαῖα ὕδατα Arist. meteor. 2. 1. h. a. 9, 40, 16. gen. an. 2, 5., φρεατιαῖον ὕδωρ Thphr. Plut. Ath., χρυσιαῖαι δείξεις Diog. L. 4, 38. Et constat posterioribus Graecitatis temporibus multa vocabula in -ιαῖος terminata in usum venisse, quae priore tempore aliis terminationibus usi erant.

Reliquum est κεραμαῖος, quod semel, quantum video, traditum est Pol. 10, 44, 2 κεραμαῖα ἀγγεῖα, sic Urbinatis apogrr.; in cod. Urb. ipso legitur κεραμμαῖ. Vides ne codicibus quidem satis firmatam esse formam. Itaque non acriter resisto, si quis emendaverit κεράμινα vel κεραμεᾶ (ut Hultsch.), quod facile poterat in κεραμαια mutari nota illa signorum αι et ε mutatione.

Itaque sublata forma κεραμαῖος sex vocabuli formae videntur fuisse: κεράμεος κεραμοῦς κεραμεοῦς κεράμιος κεράμειος κεραμιαῖος. Similis terminationum varietas est in voca-

bulo *φοινικοῦς* purpureus sive punicus, cuius hae formae sunt traditae: *φοινίκιος* Pind. Soph. Xen. al., *φοινικιοῦς* Ar. Paus., *φοινίκειος* Theophr. Diod. Plut., *φοινικήιος* Hdt., *φοινίκεος* Hdt. Thcr. Thphr., *φοινικοῦς* Xen. Arist. Thphr. (alius generis sunt ut *κεράμινος*, sic *φοινικικός* et *φοινικοῦς, οῦντος*).

16. Iam vero ad cetera vocabula veniendum est, quae Lobeckius l. l. tractavit. Atque primum quidem expellit *χυτραῖος*, in cuius locum ubique restitui jubet *χυτρεοῦς*. Hanc formam exhibet Suidas: *χυτρεοῦν· ὀστράκινον, εὐτελῆ* et Poll. 10, 30, vulgo *τεῦχος κεραμεοῦν, γήινον, χυτραῖον*, nunc *χυτρεοῦν* ex cod. (excerpta Falkenburgiana habent *χυτραιοῦν*); metro firmata est ap. Ar. Nub. 1474 *Ὅτε καί σε χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην.* Nam quanquam senarii comici legibus non omnino repugnaret anapaestus in sede secunda: *ὅτε καί σε χυτρεῖον ὄντα,* tamen elegans non esset, neque causa est, cur lectio tradita mutetur. Versus rejicitur a Dind. et Kock., sed ut mihi videtur injuria. Nam lepide sane vasculum cui *δῖνος* nomen erat (Vesp. 618) a Strepsiade subintelligitur, quum de aeris motu loquitur, nam quod res plane diversae uno nomine comprehenduntur, id ipsum ridiculum est, et tamen efficitur sententia apta: te testaceum i. e vilissimum pro deo habui! Sed alio Aristophanis loco Lys. 329, et ipsa metro firmato, tradita est vocabuli forma diphthongoparalecta: *ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου καὶ πατάγου χυτρείου,* quae forma agnoscitur a scholiasta: *καὶ πατάγου χυτρείου· ἀντὶ τοῦ κεραμέου.* (Huius adjectivi fortasse neutrum est *τὰ χυτρεῖα* testae, cuius *ει* testatur Herodianus: *χυτρεῖα· ει δίφθογγος· τὰ τῶν χυτρῶν ὄστρακα,* Lentz II, 607, 10; sed alio suffixo neutrali *ειον* formatum est periecticum *χυτρεῖον· ἐν ᾧ αἱ χύτραι* Suid., quod cum altero confundit Herodianus l. l. pergens sic: *ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ παντὸς ὀστράκου ἐτάττετο*). *χυτραῖον* Hesychius explicat per *ὀστράκινον.* Denique a Polluce X, 67 affertur versus ex Aristophane, qui sic scriptus est in cod.:

λήκυθον
τὴν ἑπτακοτύλην, τὴν χυτρίαν, τὴν καλήν.

Iungermannus corr. *χυτραίαν*, Lob. l. l. *τὴν χυτρεᾶν, τὴν ἀγκύλην,* nimirum quod *χυτρεοῦς* solam legitimam formam putabat. At quum viderimus certa traditione firmatam esse

formam *χυτρεῖος*, non opus esse censebimus tam violenti conjectura, qua ultimum quoque versus vocabulum per se bonum mutatur, sed aut *χυτραίαν* aut *χυτρείαν* scribendum putabimus, quorum neutrum linguae legibus repugnat; nam utrumque a *χύτρα* derivatum esse nemini dubium esse potest. Quin haud scio an *χυτραῖον* eam ob rem praeferendum sit, quod a stirpe in *α* desinenti pullulat. Sed nihil certi affirmari potest.

Eadem est condicio vocis *πορφυραῖος*, quam Lob. l. l. strictim condemnat. Sed quum saepius sit tradita (Greg. Nyss. vol. I, p. 135 C, Cyrill. Hieros. p. 180 C, Palaeph. c. 62, Philes. de anim. propr. 41, 6, cf. Steph. thes.), quumque primitivum *πορφύρα* de purpura i. e. concha marina ab Atticis et poetis et prosaicis usurpatum desinat in *α*, suus huic vocabulo locus erit concedendus.

Denique veniamus ad *ἐρεοῦς* et *ἔρειος*, cuius „vulgaris quaedam forma *ἔρειος* Levit. XIII, 47 ipsius Platonis textum foedat in cod. Gudiano Cratyl. 389 B" (nunc legitur *ἐρεῷ* ex Bodl., Vat. D, Vind., Par. G.; vulgo erat *ἐρίῳ*, alii multi *ἐρέῳ*] „cognata illa cum *χρύσειος κεράμειος* aliisque, quae recentiores Graeci partim confinxerunt, partim ex alio genere *τῶν μετουσιαστικῶν* traduxerunt". *ἔρειος* ab optimo codice L traditur etiam apud Artemid. 2, 3, ubi V *ἔρινα*, Hercherus *ἐρεᾶ*. *ἐρεοῦς* traditum est Diosc. 1, 18 *ἐρεοῦν ὕφος*, v. l. *ἐριοῦν*, Pl. Polit. 280 E *ἐρεοῦ προβλήματος*, 281 C, 283 A *ἐρεᾶν ἐσθῆτα*. Denique *ἔριος* EM 618, 49 *ἐρίᾳ σφενδόνῃ*, sic etiam in schol. Hom. Il. *N*; *ἐρίῳ προβολαίῳ* Hesych. Formam *ἔρειος* non rejiciendam esse existimo, ut quae non cognata sit, ut Lobeckius putat, cum *χρύσειος κεράμειος*, sed plane diversa, et ea potius ratione formata qua *τέλειος ὑπερβόρειος*, de quibus supra p. 52. Derivata enim videtur suffixi *ιο* ope non ab *ἐρέα* ut plerique opinantur sed ab eodem etymo unde ipsum *ἐρέα* pullulat, *τὸ ἔρος* s. *εἶρος*, et est pro *ἐρεσιος*. Sequitur igitur analogiam horum: *ἕλειος ἕρκειος ἔτειος θέρειος κήδειος ὄρειος* al.

Sed quomodo explicanda est horum vocabulorum singularis illa forma *κεραμεοῦς χυτρεοῦς ἐρεοῦς*, quasi contractorum ex *κεραμέεος* cet.? Inepta est sententia Passowii, quam Kühnerus recepit, *χυτρεοῦς* non a *χύτρα* sed a *χυτρεὺς* derivatum esse.

Quasi a fabricatore denominari soleret res ad materiam significandam! Quibus fortasse nostratium „töpfertopf“ obversatum est. Neque ceterae voces hac ratione explicari possunt. Primo obtutu illae formae sic natae esse videntur, ut ad suffixum εο (εjo) denuo idem suffixum esset adjectum: κεραμ-εj(ο)-εjο-ς. Sed quamvis Graeci amaverint suffixa cumulare, tamen mihi quidem notum non est, eos unquam idem suffixum duplicasse. Age viam monstrat quod supra jam attulimus φοινικιοῦς et quae vocabuli ἐρεοῦς interdum tradita est forma ἐριοῦς, quae v. l. est apud Diosc. et fortasse restituenda in Et. M., schol. Il. et Eust., ut legatur ἐριᾷ σφενδόνῃ et ἐριῷ προβολαίῳ. Ut enim saepissime suffixo ιο adjunctum est αιο, sic in his vocibus εο. Quod clarissime patet in voce ἐριοῦς factum, quae derivata esse videtur a neutro ἔριον, quod prisco jam tempore primitivum ἔρος non modo loco summovit sed etiam enecuit; facile factum esse potest in φοινικιοῦς a φοινίκιος derivato. Κεραμιοῦς pullulare potest ab adjectivo κεράμιος, quod extitisse demonstravimus, veri autem similius est, primitivum esse substantivum neutrius generis τὸ κεράμιον, quod vas figlinum significat: eodem modo χυτραῖος a χύτρα derivatum. Vocalem ι saepius ante aliam vocalem in ε mutatam esse constat (Curt. Et.[4] 592. 599), cuius rei non solum ex veriloquiis petenda sunt argumenta, ut ἐτεός = scr. satya, κενεός στερεός ex κενjος στερjος facta, adj. verb. in -τεος desinentia = scr. -tya, θεωρέω, τέῳ, ὅτεῳ, ὅτεων, sed etiam ex eis linguae temporibus, quorum nobis restant monumenta, relicta sunt. Eius generis sunt haec: in tit. Att. CI 161, 2 πινακέω Ἵππεος pro πινακίω Ἵππιος; in inscr. Tanagr. (ed. Kumanudis, Ἀθήναιον III, 168. 473) v. 32 Ἀβαεόδωρος (cf. ib. ἐπὶ Fεκαδάμοε ἐμί, Αἰσχρώνδας CI 1599, Πλαύχαε CI 1647, Λυσανίαε Kaibel Cyriaci Lesb. 31. Beerm. Stud. IX, 34); in tit. Pharsal. ed Heuzey, Ann. pour l'encour. 1869, v. 3 πατρούεαν; in nummo vetere Λαρισαεον; in tit. Alaes. CI. 5594, II, 83 τὸ ῥοείδιον τὸ ῥέον ἀνὰ μέσον τῶν γαεώνων. 86 κατὰ τοῦ ῥοειδίου τοῦ ἀνὰ μέσον τῶν γαεώνων. Cf. Meister, Stud. IV, 437. Ἐάσων pro Ἰάσων Iscr. ap. De Wette no. 257. Cf. Keil, anal. ep. p. 173.

VI.

De vocabulis Boeoticis in $\eta o\varsigma$.

17. Diphthongi $\alpha\iota$ sonum apud Graecos paullatim transiisse in *e* notum est. Sed sono mutato diphthongi signum plerumque servabant, ut nostro tempore Francogalli scribunt *ai*, pronuntiant *e*: neque alia ratione pronuntiationem mutatam intelligere possumus, quam scribarum mendis interdum ε pro $\alpha\iota$ vel $\alpha\iota$ pro ε scribentium, qua de re supra in cap. IV diximus. Et quum ille mos retinendae scripturae antiquae ex rei natura iis maxime dialectis proprius esset, quae a scriptoribus et poetis maxime excolebantur, ionicae, atticae, deinde vulgari quae vocabatur, tamen ne ceterarum quidem dialectorum monumentis lapide vel aere incisis defuit certa quaedam ratio scribendi antiquitus tradita, ut ne haec quidem sonorum suae dialecti illo tempore pronuntiatorum fidam imaginem praebeant. Nova tamen litteratura recepta nonnullae nationes etiam orthographiam ita mutaverunt, ut sonis usu dicendi mutatis accomodarent novae litteraturae signa, quod quum ab Atticis factum est, tum, quod nunc nostra plus interest, a Boeotis.

Boeoti enim, quum initio quarti a. Chr. n. saeculi relicta ea qua usque ad id tempus usi erant litteratura reciperent litteraturam Ionicam, etiam scribendi rationem mutaverunt ita, ut sonis pronuntiatis signa accurate responderent. Itaque quum Iones tunc pro vetere *u* pronuntiarent *ü*, scriberent *Y*, pro vetere *ou* pronuntiarent *u*, scriberent *OY*, Boeoti, qui veterem vocalis *u* pronuntiationem retinuerant, hanc litteris *OY* signabant, *Y* autem adhibebant ad novam quandam vocalem designandam ex vetustiore $o\iota$ natam, quae nisi fallor sonabat *ö*. Et quum, quae primitus sonuerant *ai* et *ei*, pronuntiarent *è* (ut more francogallico scribam) et *i*, pro *AI* et *EI* prioris litteraturae in nova substituebant *H* et *I*, id quod luculento est testimonio, Iones illo tempore nondum η et $\varepsilon\iota$ pariter ut *i* pronuntiasse. Denique pro priore *E* longam vocalem denotante posuerunt *EI*, unde apparet, huius vocalis sonum fuisse *é*, quem sonum attico *EI* illo tempore fuisse constat (qua de re cf. Beermannum, de dial. Boeot. Stud. IX, 27 sq.).

Neque tamen haec nova scribendi ratio admodum constanter

videtur esse adhibita. Nam saepius et vel in uno eodemque titulo idem sonus modo antiquo modo recenti more exprimitur. Accedit quod haud multo post novam litteraturam receptam Attica lingua ut alibi ita in Boeotia coepit magis magisque usurpari, veteremque et genuinam dialectum sede sua depellere. Quamobrem mirum esse nequit, quod in titulis Boeoticis recentioribus persaepe *αι* pro eo quod debebat *η* scriptum invenitur. Ac Beermannus quidem p. 34: „Ionica litteratura, inquit, recepta Boeoti *η* pro *αι* scribunt atque ante consonas et in fine verborum quidem tanta constantia, ut omissis vocabulis, in quibus inter *α* et *ι* spirans aliqua interciderit, neglecta mutatio Boeotismi non integri sit indicium.“ Quod quum non cadat in terminationem *ηος* pro *αιος*, ut in qua *αι* ante vocalem sit posita, tamen Beermannus quae exempla *αι* non mutatae in hac terminatione affert, ea sic explicare studet, ut inter *α* et *ι* spirantem excidisse dicat. Videamus quo iure.

Signi *η* positi in hac terminatione exempla sunt haec: *Ποτειδάονι ἐμπυλῄοι* K 12.*) *ἐληοχριστείριον* K 11. *Ταναγρῆος* CI 1571. *Ταναγρήω* K 10. *Ταναγρήων* tit. Tanagr. ed. Robert in Herme XI 97 sq. a. b. c. d. *Θειβήω* K 10. *Πλατηάς* K 32. *Λεβαδειήων* CI 1588, cf. Keil zur Syll. p. 539, 552, Beerm. p. 30. 36 not. 25. *Ϝελατιήϋ* CI 1569 a. *Ἀθανήως* K² 33. *Ἀχῆος* in tit. Tanagr. ed. Rob. Herm. XI, c. Denique patronymica *Ἀθανιῆος* K 2, 23. *Ὀρνιῆος* K 2, 12. *Ἀγασιῆος* K 10. *Δαμεῆος* K² 20. *Καλλιῆος* CI 1574. — *αι* servatum est in tit. antiquae scripturae: *Θηβαίω* CI 25. *ΘΕΒΑΙΟΝ* in antiquioribus nummis. Beerm. p. 34. In recentioribus, qui quidem purum Boeotismum exhibeant, non nisi haec: *Τιμολάιος* K² 38ª, 39. *Νικολαίω* K 10, 4. *Ἑρμαίω* K 3, 19 (K² p. 631, 2). *Ἑρμαίω* K 12. *Ἑρμαῖος* K 56. *Ἑρμαία* K 58. Haec omnia Beerm. p. 35 punctis diaereseos scribit, et *α* longum esse affirmat. Quod de *Ἑρμαῖος* quidem vereor ut verum sit. Nusquam enim reperitur forma *Ἑρμήιος, Ἑρμήιον,* quae vocabuli forma in dial. ion. debebat esse, si *α* longum esset in boeotica, quanquam hoc nomen apud omnes Graecos atque adeo Iones fuit usitatum.

---

*) Recepi signa a Beerm. adhibita. K significat Keilii Syll. inscr. Boe., K² Keil, zur Sylloge inscr. Boeot. Jahrb. f. ph. u. paed., Supplbd. IV.

Neque bene intelligo, qua spirante elisa productum esse possit α. Quae spirans non alia esse potuit quam *j*, quum Ἑρμῆς, unde Ἑρμαῖος fluxit, ex Ἑρμεjας contractum sit: at Ἑρμαῖος ex forma contracta Ἑρμῆς ipsa derivatum neque ex Ἑρμεjα-ιος neque ex Ἑρμεj-ιος natum esse ipsa re apparet. Neque diaeresin alias unquam Ἑρμαῖος passum est. Sed duo diversa vocabula eadem forma Ἑρμαῖος in titulis sunt. Nam in K 12. 56 Ἑρμαῖος, in K 58 Ἑρμαία videtur esse nomen proprium, quod apud Boeotos in usu fuisse docet Ἑρμαίου patris nomen genitivo casu saepius positum in titulo quem Keilius Syll. p. VII praefationis typis expressit. Sed quum in titulo Orchomenio CI 1573, K 3, K² p. 631 legatur: *Κτεισίαο ἄρχοντος Βοιωτῦς, Ἐρχομενίυς δὲ Καραΐχω Ἑρμαίω, πολεμαρχιόντων κτλ.*, non recte mihi videtur Keilius interpungere *Ἐρχομενίυς δὲ Καραίχω, Ἑρμαίω,* ut duo archontes nominati sint Orchomeniorum, Caraichus et Hermaeus; sed recte Ahrens Aeol. 188 legendum censens *Ἑρμαΐω*, ut CI 1578 *Νικαΐα*, vocem pro patronymico habere videtur, ut nominatus sit Caraichus Hermaei vel Hermae filius. Nam Orchomeni unum tantum fuisse archontem discimus e tit. 2 apud Keilium (Suppl. p. 562, 59): *Φιλοδάμω ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Ἐρχομενίοις δὲ Θιογνειτίδαο, πολεμαρχιόντων κτλ.* Praeterea, si duo archontes nominarentur, exspectaveris plurali numero verbum positum: *Ἐρχομενίυς δὲ ἀρχόντων κτλ.* Unus archon etiam Lebadeae fuit, CI 1575, qui alias videtur vocatus esse polemarchus, cf. K² 36 a: *Βοιωταρχίοντος Ἀριστοδίκω Θυναρχιδήω, πολεμαρχίοντος Νίκωνος Εὐαγόραο, ἱππαρχιόντων κτλ.* Denique si duo archontes nominarentur, offenderet patris nomen apud utrumque omissum. Itaque hoc loco videtur legendum *Ἑρμαΐω* et pro patronymico habendum, ut etiam *Τιμολάιος* et *Νικολάιος*.

Haec autem patronymica *Ἑρμάιος Τιμολάιος Νικολάιος* omnino non in numero vocabulorum in *αιος* collocanda sunt propterea quod in his *ιος* more Boeotico ex *ειος* natum est. De patronymicorum Boeoticorum terminatione *ιος* viri docti dissentiunt. Boeckhius in CI ad n. 1574 in his omnibus *ιος* pro *ειος* positum censet, cui acerrime refragatur Ahrens Aeol. 214 sq., Dor. 527, duobus maxime argumentis usus, primum quod a nominibus in *ας* deriventur

videtur esse adhibita. Nam saepius et vel in uno eodemque titulo idem sonus modo antiquo modo recenti more exprimitur. Accedit quod haud multo post novam litteraturam receptam Attica lingua ut alibi ita in Boeotia coepit magis magisque usurpari, veteremque et genuinam dialectum sede sua depellere. Quamobrem mirum esse nequit, quod in titulis Boeoticis recentioribus persaepe *αι* pro eo quod debebat *η* scriptum invenitur. Ac Beermannus quidem p. 34: „Ionica litteratura, inquit, recepta Boeoti *η* pro *αι* scribunt atque ante consonas et in fine verborum quidem tanta constantia, ut omissis vocabulis, in quibus inter *α* et *ι* spirans aliqua interciderit, neglecta mutatio Boeotismi non integri sit indicium.“ Quod quum non cadat in terminationem *ηος* pro *αιος*, ut in qua *αι* ante vocalem sit posita, tamen Beermannus quae exempla *αι* non mutatae in hac terminatione affert, ea sic explicare studet, ut inter *α* et *ι* spirantem excidisse dicat. Videamus quo iure.

Signi *η* positi in hac terminatione exempla sunt haec: *Ποτειδάονι ἐμπυλήοι* K 12.*) *ἐληοχριστείριον* K 11. *Ταναγρῆος* CI 1571. *Ταναγρήω* K 10. *Ταναγρήων* tit. Tanagr. ed. Robert in Herme XI 97 sq. a. b. c. d. *Θειβήω* K 10. *Πλατηάς* K 32. *Λεβαδειήων* CI 1588, cf. Keil zur Syll. p. 539, 552, Beerm. p. 30. 36 not. 25. *Ϝελατιήϋ* CI 1569 a. *Ἀθανήως* K² 33. *Ἀχῆος* in tit. Tanagr. ed. Rob. Herm. XI, c. Denique patronymica *Ἀθανιῆος* K 2, 23. *Ὀρνιῆος* K 2, 12. *Ἀγασιῆος* K 10. *Δαμεῆος* K² 20. *Καλλιῆος* CI 1574. — *αι* servatum est in tit. antiquae scripturae: *Θηβαίω* CI 25. *ΘΕΒΑΙΟΝ* in antiquioribus nummis. Beerm. p. 34. In recentioribus, qui quidem purum Boeotismum exhibeant, non nisi haec: *Τιμολάιος* K² 38ᵃ, 39. *Νικολαίω* K 10, 4. *Ἑρμαίω* K 3, 19 (K² p. 631, 2). *Ἑρμαίω* K 12. *Ἑρμαῖος* K 56. *Ἑρμαία* K 58. Haec omnia Beerm. p. 35 punctis diaereseos scribit, et *α* longum esse affirmat. Quod de *Ἑρμαῖος* quidem vereor ut verum sit. Nusquam enim reperitur forma *Ἑρμήιος, Ἑρμήιον,* quae vocabuli forma in dial. ion. debebat esse, si *α* longum esset in boeotica, quanquam hoc nomen apud omnes Graecos atque adeo Iones fuit usitatum.

---

*) Recepi signa a Beerm. adhibita. K significat Keilii Syll. inscr. Boe., K² Keil, zur Sylloge inscr. Boeot. Jahrb. f. ph. u. paed., Supplbd. IV.

Neque bene intelligo, qua spirante elisa productum esse possit *α*. Quae spirans non alia esse potuit quam *j*, quum *Ἑρμῆς*, unde *Ἑρμαῖος* fluxit, ex *Ἑρμεjας* contractum sit: at *Ἑρμαῖος* ex forma contracta *Ἑρμῆς* ipsa derivatum neque ex *Ἑρμεjα-ιος* neque ex *Ἑρμεj-ιος* natum esse ipsa re apparet. Neque diaeresin alias unquam *Ἑρμαῖος* passum est. Sed duo diversa vocabula eadem forma *Ἑρμαῖος* in titulis sunt. Nam in K 12. 56 *Ἑρμαῖος*, in K 58 *Ἑρμαία* videtur esse nomen proprium, quod apud Boeotos in usu fuisse docet *Ἑρμαίου* patris nomen genitivo casu saepius positum in titulo quem Keilius Syll. p. VII praefationis typis expressit. Sed quum in titulo Orchomenio CI 1573, K 3, K² p. 631 legatur: *Κτεισίαο ἄρχοντος Βοιωτῦς, Ἐρχομενίυς δὲ Καραΐχω Ἑρμαίω, πολεμαρχιόντων κτλ.*, non recte mihi videtur Keilius interpungere *Ἐρχομενίυς δὲ Καραίχω, Ἑρμαίω*, ut duo archontes nominati sint Orchomeniorum, Caraichus et Hermaeus; sed recte Ahrens Aeol. 188 legendum censens *Ἑρμαΐω*, ut CI 1578 *Νικαΐα*, vocem pro patronymico habere videtur, ut nominatus sit Caraichus Hermaei vel Hermae filius. Nam Orchomeni unum tantum fuisse archontem discimus e tit. 2 apud Keilium (Suppl. p. 562, 59): *Φιλοδάμω ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Ἐρχομενίοις δὲ Θιογνειτίδαο, πολεμαρχιόντων κτλ.* Praeterea, si duo archontes nominarentur, exspectaveris plurali numero verbum positum: *Ἐρχομενίυς δὲ ἀρχόντων κτλ.* Unus archon etiam Lebadeae fuit, CI 1575, qui alias videtur vocatus esse polemarchus, cf. K² 36 a: *Βοιωταρχίοντος Ἀριστοδίκω Θυναρχιδήω, πολεμαρχίοντος Νίκωνος Εὐαγόραο, ἱππαρχιόντων κτλ.* Denique si duo archontes nominarentur, offenderet patris nomen apud utrumque omissum. Itaque hoc loco videtur legendum *Ἑρμαΐω* et pro patronymico habendum, ut etiam *Τιμολάιος* et *Νικολάιος*.

Haec autem patronymica *Ἑρμάιος Τιμολάιος Νικολάιος* omnino non in numero vocabulorum in *αιος* collocanda sunt propterea quod in his *ιος* more Boeotico ex *ειος* natum est. De patronymicorum Boeoticorum terminatione *ιος* viri docti dissentiunt. Boeckhius in CI ad n. 1574 in his omnibus *ιος* pro *ειος* positum censet, cui acerrime refragatur Ahrens Aeol. 214 sq., Dor. 527, duobus maxime argumentis usus, primum quod a nominibus in *ας* deriventur

patronymica in ηος ut Καλλιῆος, quae non possint ex Καλλίειος sed non nisi ex Καλλιαῖος orta esse, deinde quod diphthongi ει mutatione eae ipsae inscriptiones Boeoticae, in quibus patronymica frequententur, abstinere soleant. Sed hoc quidem non intelligo quomodo dicere potuerit, quoniam e contrario ii ipsi tituli, qui praecipue patronymicis utuntur, etiam Boeotismum severum exhibent, ut K 1. 2 (= K² 38ᵃ). 10. K² 33. 36ᵇ. 37ᵃ. CI 1563. 1569. 1571. 1574. 1577. 1588. Alterum autem argumentum ob id ipsum nullius momenti est quo Ahrens utitur quasi suae sententiae adminiculo, quod Thessali quoque a Καλλίας derivant patronymicum Καλλιαῖος: immo hoc ipso Boeotorum et Thessalorum in fingendis patronymicis consensu demonstratur, ιος Boeoticum factum esse ex ειος. Attendas quaeso animum ad haec quae proponam. Tres solae, quantum ego scio, gentes Graecae hunc morem habuerunt, ut nomini proprio adderent patronymicum ad patrem designandum, Lesbii, Thessali, Boeoti. Apud Lesbios haec patronymica desinunt in ειος (Ἡρωίδα τῶ Τερτικωνείω τῶ Ἡραείω Conze it. Lesb. p. 35, A. 37. τῶν Ἀπολλοδωρείων ib. C. 19. Ζωΐλω Δαμοδικείω, Ἐχεΐδα Θεοκλείω in tit. Lesb. in insula Delo reperto, Ahr. Dor. p. 495 sq., CI 2265, b. Rang. antiq. 770. Ἡφαιστὶς Θεοδωρεία γυνή Conze it. Lesb. p. 34, tab. XII 2. Ἀρχίππα Ἀθαναεία ap. eund. p. 17, t. IX, 6. Διοδότω Κλεωνυμείω et Ἀγεμάχω Ἀγγελείω et Πυθοφάης Ἱερογένειος in tit. Lesb. Erythrae reperto ed. Kenner, Wien. acad. Sitzungsber. 1872, p. 335 sq.; cf. Sauppii comment. de duab. inscr. Lesb. Gött. 1870, p. 26): unum in αος (pro αιος): Ἀγεμόρτω Μελαντάω CI 3524, Ahr. Dor. p. 499; — apud Thessalos quae a nominibus in ας descendunt, in αιος, quae ab aliis, in ειος, ut Αἰνιαδαῖος, Αἴσχιναῖος, at Ἀγαπύρρειος, Ἀγελάειος; — apud Boeotos, quae a nominibus in ας pullulant, in ηος, quae a ceteris, in ιος. Atqui Boeoti nova litteratura recepta η pro αι, ι pro ει scribebant; nullum autem illorum patronymicorum in titulo antiquae litteraturae, omnes in recentibus exstant: — quis est quin confestim intelligat, etiam apud Boeotos patronymica illa quondam terminationem ειος habuisse? Una tantum re Boeoti differunt a Thessalis, quod patronymica a nominibus in ης (stirp. -εσ) derivata non desinunt in

ιος = ειος, sed in ειος = ηος, qua de re recte disseruit Beerm. p. 32 sq. Nam quum apud Atticos Ionesque nunquam consonante σ stirpis finali ante suffixum ιο elisa producatur vocalis antecedens, apud Lesbios Dorienses que id fieri constat, qui producta vocali etiam ι elidunt: Lesb. *ἐπιμέλημα Κυπρογένηα* (Ahr. Aeol. 90), dor. *ὄρηος, πασιχάρηα*. Sic apud Boeotos quoque videtur ex εσιος factum ηιος, ηος, ειος. Servatum est ι in *Ἀντιγενείιος, Αὐτομειδείιος* (pro *Ἀντιγενήιος, Αὐτομηδήιος*) in tit. Acraeph. K. 10, 1. 2. K^2 p. 572; in ceteris (*Μνασιγενείω* K 1, 1. *Λακράτειος* K 2, 15. *Μενεκράτειον* CI 1571, 38. *Σαυκρατείω* CI 1588, 3. 4. *Φιλοκράτειος* CI 1571, 23. 25. K^2 38 a, 47. *Θιοκουδείω* K 2, 5. *Ἀνδροτέλειος* K^2 38 a, 46. *Διοφάνειος* CI 1577, 13. *Θεοφάνειος* K^2 36 b, 15), ειο est pro ηο, quod ex ηιο pro εσιο natum. Hoc igitur patronymicorum genus non ειο sed ιο suffixo utitur. Thessali ex huius modi stirpibus et ipsi per ιο, non per ειο, derivaverunt patronymica, sed σ eliso non produxerunt ε: *Ἀντιγένειος, Ἀντιφάνειος* al.

Quae cum ita sint, *Νικάιος, Ερμάιος, Τιμολάιος, Νικολάιος* pro *Νικάειος, Ἑρμάειος, Τιμολάειος, Νικολάειος* dicta esse apparet. Atque cum *Τιμολάιος* et *Νικολάιος* accurate congruunt thessalica *Ἀγελάειος* in tit. Phars. saepius citato, quem Heuzey edidit in ann. pour l'encour., v. 52, *Νικολάειος* Ussing inscr. ined. 28, *Ὑβριλάειος* Heuz. 53, *Χαννλάειος* ib. 51: cum *Νικάιος* et *Ἑρμάιος* vero *Γενναίειος* Heuz. 32. 33, *Δικαίειος* ib. 28, *Ἱστιαίειος* ib. 45, *Περραίειος* ib. 48. 49. 50. Nam neque *Νικάιος* ex *Νικᾶς* ut putat Ahr. Aeol. 215, neque lesb. *Ἀθαναεία* ex *Ἀθανᾶς*, quae est Sauppii sententia l. l., derivata esse existimo, ex his enim nominibus debebant descendere *Νικῆος* (sed cf. *Ἑρμαῖος* quod supra vidimus ab *Ἑρμᾶς* pullulare!) et *Ἀθαναία*: sed ut in illo tit. lesb. *Ἡραείω* significat filium Heraei (*Ἡραίω* C 20), sic etiam *Ἀθαναεία* mulierem Athanaei, et boeot. *Ἑρμάιος* filium Hermaei, est igitur pro *Ἑρμα(ί)-ειος*. Terminationis αιος enim ι etiam a Boeotis elisum esse ante suffixum insuper additum, testimonio est *Πλαταεῖος* K 10, 3. K^2 38^c, quem morem cum Atthide aliisque dialectis communem ex eo inde tempore traditum esse, quo αι etiam διφθόγγως pronuntiabatur, consentaneum est.

Supra vidimus, nunquam terminationem *αιος*, siquidem vera est terminatio, mutari cum *ειος*. Quamobrem merito valde mirum videbatur Ahrenti Aeol. 188, quod in dial. Boeot. „nonnulla gentilia vulgo in *αιος* exeuntia in titulis *ει* pro *αι* habent“: *Ἀθανεῖος, Θειβεῖος* al. Itaque quum p. 188 Boeckhio (p. 721[b]) assentiens duplicem quendam Boeotismum agnoscendum esse putaverit, quo *η* boeotice ex *αι* natum nova mutatione boeotica in *ει* transierit, Dor. 520 se valde vereri ait, ne terminatio *ειος* ubique legentium errori debeatur. Sed Boekhii sententia procul dubio recta est. Nam quum Boeotis *H* litteraturae ionicae sonaret ut *è* francogallicum; *EI* ut francog. *é* (Beerm. p. 28 sq.), et quum huic dialecto proprium fuisse, ut vetustius *è* mutaret in *é* ex recenti scriptura *EI* pro vetustiore *E* longo appareat, facile fieri potuit, ut recentius quoque *è* ex vetustiore *ai* factum (quod *H* scribebatur, ut in *ΘΕΙΒΗΟΙ*), eandem pateretur mutationem et in *é* abiret, eamque ob causam *EI* scriberetur. Itaque ex *Thèbaios* (*ΘΕΒΑΙΟΣ* vet. lit.) factum est *Thébèos* (*ΘΕΙΒΗΟΣ* nov. lit.), hinc *Thébéos* (*ΘΕΙΒΕΙΟΣ*). Quod eo probabilius videtur, quod in recentissimis tantum titulis *ει* pro *η* illo quod in locum *αι* diphthongi successit scriptum est (Beerm. p. 36). Hanc mutationem non traditam esse nisi in *Ἀθανεῖος Θειβεῖος*, quod autem vulgo huius mutationis exemplum afferatur *Ταναγρείων* genetivum pl. esse a *Ταναγρεύς* declinatum, recte monuit Beerm. p. 36; pro *Λεβαδειείοις* autem (K[2] 35[c]) ex apographo Leakeano legendum esse *Λεβαδειήοις*.

Pars posterior.

DE TERMINATIONIS *ΑΙΟΣ* NATURA ET GENERIBUS.

I.

αιος ex *αϝιος* natum est.

18. De diversis quas huius generis vocabula induunt formis in prioris partis capite secundo egimus p. 24 sqq., cf. etiam cap. III p. 30. Iam singula vocabula enumeremus.

ἀγλαΐα H. Hsd. Xen. post. Ab *ἀγλαός*, i. e. *ἀγλαϝος*. Cf. supra p. 13.

αἰζήιος et *αἰζηός* (Lob. path. el. 1, 439) saepius apud Homerum de juvenibus strenuis. Obscurum vocabuli veriloquium. Speciosa quidem Benfeyi conjectura (Wzl. II, 210), -*ζηο* esse pro *jηο*, *jηϝο*, idem vocabulum atque scr. *yâva* juventus, lat. *juvenis*, *juvencus*, germ *jung*. Sed obscura est *αἰ* syllabae natura. Non improbabilis tamen Brugmanni opinio qui Stud. VII, 214 *αἰζηός* ex forma reduplicata *jαι-jαϝος* natam putat.

ὁμάΐον auctoribus Eust. Il. p. 856, 63, Hierocl. Pyth. p. 318 vocabatur auditorium vel locus quo Pythagorae discipuli conveniebant, quod alias vocatur *ὁμακοεῖον* vel *ὁμακόιον*. Vocabulum doricum esse apparet, et eandem rad. *ἀϝ* continere, quae in *ἀΐω ἀΐτας παρήιον*..

παρήιον Homeri, apud eundem composita *καλλιπάρῃος μιλτοπάρῃος*, *φοινικοπάρῃος*, *χαλκοπάρῃος*. Dorice videtur sonuisse *πάρᾳον*, unde Pindarus duxit *εὐπάρᾳος χαλκοπάρᾳος*. Vocis thema esse *αϝ* docet *παραύα* Lesbiorum (Ahr. Aeol. 35. 38), quod suffixo caret. Femininum adjectivi, ut videtur, suffixo *ιο* indidem derivati est *παρειά*, quo Homerus et Attici usi sunt. *λευκοπάρειος* in Anth. Cf. Curt. Et. n. 619.

βαιός parvus, exiguus, saepe a tragicis aevique Alexandrini et Romani poetis usurpatum; in oratione prosa non nisi apud Hippocr. Lex 1, p. 2, 10 Foes.: *ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοί, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί.* Apud Homerum non reperitur nisi *ἠβαιός*, plerumque cum negatione conjunctum. De hoc vocabulo grammatici recentiores plane tacent, uno quod sciam excepto Benfeyio, qui Wzl. II, 79 confert *παῦρος*, *parvus*, got. *favai*. Neque mihi quoquoversus circumspicienti probabilior succurrit etymologia. Cogitavi quidem de *σβέννυμι*, quod ex them. *σβεσ* (Curt. Et.[3] 522), rad. *gas*, scr. *jas*, fessum esse, extingui (Fick I, 569), ut *βαιός* esset pro *βασ-jος* fatigatus, imbecillus, exilis; vel de rad. *gi*, scr. *ji*, gr. *βι*, quae proprie est excitare, animare, cf. got. *uskeian*, vet. bor. vet. theod. *kînan* germinare (Fick I, 570), ut ex rad. *βι*, quae in *βίος*, per gunam factum sit *βαι-ο* et significet id quod germinavit, pullum, infantem, deinde omnino parvum. Sed propter significationem plane consentientem vocabulorum *παῦρος*, lat. *paulus, pauper*, got *favai*, theod. vet. *fôê* pauci, rectius huc *βαιός* traxisse Benfeyius videtur. Quanquam *π* in *β* raro tantum a Graecis mollitum est, cuius mutationis exempla exhibent Curt. Et.[3] 489 sq. L. Meyer Vgl. Gr. I, 41, et e lingua latina Corssen Voc. I, 127, et in initio vocabulorum ante vocalem id omnino factum esse negat Curtius Et.[3] 492. Sed praeter *βαιός* etiam *βόσκω* hanc mutationem passum esse videtur, quod recte me judice a Benf. Wzl. II, 72 et L. Meyero Vgl. Gr. I, 41 ad rad. *pa*, unde lat. *pasco*, revocatur, et in dialecto Delphica saepius *β* pro *π* etiam in initio vocabulorum pronuntiatum esse, v. c. in *βατεῖν*, *βικρός*, constat (Ahr. Dor. p. 83), et in lingua latina idem passa sunt *bibo* a rad. *pa (potus, potare,* scr. *pibâmi), buxus* gr. *πύξος*, *bustum comburere* (rad. *prush*), *balatium* pro *palatium*, *boblicola*, *bublicae* (Corss. krit. Nachtr. 176 sq. Voc. I[2] 127. 129. Curt. Et.[3] p. 263). Itaque *βαιός* ex *παϝ-jος*, *βαϝ-jος* factum esse censemus. Quid sit illud *ἠ* in Homerico *ἠβαιός*, quod eadem origine ortum videtur atque *ἠ* in *ἠλύγη* pro *λύγη* (Lob. Path. El. I, 68), adhuc ignotum est (cf. Curt. Et.[3] p. 486), neque Clemmius, cuius erat, quum de *α* intensivo ageret (Curt. Stud. VIII, 1 sqq.), etiam has protheses tractare, ea de re quidquam dixit.

βουγάιος, bis apud Hom., a *γαίω* (*γαϝjω*) derivatum,

vocabulum aeolicum esse, supra p. 26 demonstravimus. *F* non in *υ* mutatum propter sequens *ι*, ut in *βρᾴ* et *βραΐδιος*, de quibus paullo infra agemus.

19. *γραῖα* quin ex eodem fonte fluxerit atque *γέρων γεραιός, γῆρας, γηράσκω, γραῦς*, nemo adhuc dubitavit. Itaque de radice constat, quae omnium horum vocabulorum communis est *γερ, gar*, scr. *jar* marcescere, unde participium *jarant* quod plane congruit cum graeco *γεροντ* et eum significat, qui marcescit, senescit, i. e. senem. Sed valde ambigitur de derivationis ratione et quasi via, quum alii *γραῖα* femininum adjectivi *γεραιός* eliso *ε* esse contendant, alii a *γραῦς* repetitum putent.*) Utrisque quae opponi possint non desunt; quaeritur, utra derivatio habeat minus difficultatis. Atque in hanc quidem rem inquirenti minus probabile videtur, a *γεραιός* prodiisse *γραῖα*, quod placuit Lobeckio Path. El. I, 239, Ellendtio Lex. Soph. s. v. *γραῖος*. Nam primum obest *ε* in *γεραιός* constanter servatum, in *γραῖα* non minus constanter omissum, deinde accentus diversus, denique vocalis finalis *α* quantitas. Nam si *γραῖα* femininum esset adjectivi *γεραιός*, debebat *α* longum habere. At ubicunque nom. voc. acc. casu in versu positione non facta vocabulum legitur, breve habet *α*, ut Soph. Tr. 870 *χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα σημαίνουσά τι*. Eur. Hel. 441: *ὦ γραῖα, ταῦτα ταῦτ' ἔπη καλῶς λέγεις*. Ion. 1213 *Εὐθὺς δ' ἐρευνᾷ, γραῖαν ὠλένην λαβών*. Phoen. 1318 *ἐγὼ δ' ἥκω μετὰ Γέρων ἀδελφὴν γραῖαν Ἰοκάστην*, et ut videtur Ar. Thesm. 1024 *μόλις δὲ γραῖαν ἀποφυγών* in tetrapodia iambica. Longam ultimam non habet nisi ter apud Theocritum, 3, 31: *εἶπε καὶ ἁ γραία* (ubi lectio est dubia). 6, 40 *Ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυταρὶς ἐξεδίδαξεν*. 7, 126: *Ἄμμιν δ' ἀσυχία τε μέλοι, γραία τε παρείη, Ἅτις . . . ἐρύκοι*. Itaque quod Ellendtius dicit in lex. Soph. s. v. „Non videtur *γραῖα* a *γραῖος* sejungendum.

*) Mitto Mistelium qui KZ 17, 168 dicit, *γραῖα* esse „rest eines adjectivs *garu*, fem. *garvî* = *gravî*;" nam licet non defuerit Graecis adjectivum *γέρυς*, quod Hesychius affert, interpretans *γέρων*, tamen inde non *γραῖα* potuit derivari sed debuit *γέρεια*, ut *πρέσβεια*, *ἡδεῖα* al. Idem de Benfeyio valet, qui KZ VII, 125 et *γραῦς* (pro *γραFις*) et *γραῖα* (pro *γραFια*) ad antiquiorem formam *γεραFῖ*, per suff. femin. a masc. *γερυ* derivatam revocat.

Eadem enim versus commode pangendi licentia correptionem ultimae peperit, qua ἀγνοία, ἱερεία, καλιρροία producunt; corripiuntur etiam δῖα et κτητικὰ aliqua, Ἑκτόρεια Rhes. 762, Πολυδεύκεια EM p. 461, 45, et communis etiam usus Διομήδεια Ar. Eccl. 1029", eam ob causam nihil valet, quod γραῖα non ut ea quae affert exempla raro interdum corripit α finale alias productum, sed apud Atticos certe semper brevem, nunquam longam vocalem habet. Multo minus difficultatis obest ei qui Legerlotzium KZ X, 376, Curtium Et. n. 130, Brugmannum Stud. IV 146, 15 secutus γραῖα suffixi ιᾰ, quo solent feminina terminari, ope a γραῦς derivatum esse putat. Nam quum hoc suffixum adhibeatur ad formanda feminina sive substantivorum, ut ψάλτρια, δότειρα, sive adjectivorum, μέλαινα, ἡδεῖα : γραῦς quidem substantivum est, ut exspectaveris etiam γραῖα substantivi tantum notione uti. Tamen persaepe adjectivi vices implet, ut γραίας δαίμονας Aesch. Eum. 145, γραῖαν μητέρα Eur. Heracl. 584. Phoen. 1443, γραίας ἐρείκης Aesch. Ag. 290, γραίας ἀκάνθης Soph. fr. 746 Dind. al. Sed etiam ipsum etymon γραῦς similiter usurpari L. Dindorfius adnotat in thesauro: γραῦς γυνή Ar. Thesm. 345. γραῦν γυναῖκα Demosth. p. 432, 12. γραῦς ἵππος Paroemiogr. Eodemque modo γέρων adhibebatur, quanquam apud Graecos participium esse diu desierat: πατρὶ γέροντι Hom. A 358, σάκος γέρον χ 184, γέροντ' ὀφθαλμόν Eur. Or. 529; et παρθένος : παρθένῳ χερὶ Eur. Ph. 838, παρθένου πηγῆς Aesch. Pers. 613, et multa alia id genus, qua de re videas Kühneri Ausf. Gr. II, p. 233. Quamobrem γραῖα adjective usurpatum nihil habet offensionis. — Sed quaeritur, quo modo γραῖα ex γραῦς sit deformatum. Quod eam ob causam difficile, quia ne de γραῦς quidem ipso adhuc constat. Sunt enim qui γραῦς eodem modo formatum esse dicant atque scr. *jarâyu*, quod significat aut membranam anguium quam exuunt, a Graecis sive σύφαρ, sive γῆρας appellatam, aut membranam qua τὸ ἔμβρυον est indutum, et *ajarayu*, non senescens, quod in Rigveda semel Açvinarum est cognomen. Haec sententia (cuius patroni sunt Fick Vgl. Wb. I, 564. II, 93, et Brugmannus, qui St. IV, 146 quidem γραῦς vetula ex γεραϝις natum putat, sed ib. VII, 299 γραῦς crustae pultis vel lactis nomen ad *jarâyu* revocat) si vera est, non sinit γραῖα ex γραῦς derivare. Si

enim γραῦς ex γραϳυς factum, inde non poterat derivari nisi γράεια. Sed adhuc nondum monstratum est, illius suffixi *yu*, quod satis raro in ling. sanscr. et lituan. invenitur, in lingua Graeca ulla esse vestigia. Nam quod Boppius Vgl. Gr. III[2] 417 Graecam terminationem -ευς ex illo *yu* fluxisse docet, satis probabilibus argumentis refutatum est a Curtio Et.[4] 597, L. Meyero Vgl. Gr. II, 259, Beitr. z. kunde d. idg. spr. I, 22. Accedit quod vetustiorem vocabuli γραῦς formam testari videtur γραῦις usurpatum a Callimacho: EM. p. 240, 5 ἔστι γραΰις γραΰιδι παρὰ Καλλιμάχῳ. De καραβίδες. γρᾶες. Μεθυμναῖοι Hesych. nihil audeo affirmare. γραΐς est apud scriptores infimae aetatis, Charitonem 6, 1; Chrysost. cit. in lex. Barocc. γυναικῶν τινων γραΐδων, schol. H. Il. Γ, 386 qui γρηΐ exponit γραΐδι, Zonar. Suid. Atque hoc quidem vocabulum non nego mihi quoque suspectum esse, ut dubitem an recte L. Dindorfio in thes. videatur novitium esse, sed voci γραῦις veritatis speciem addit vocalis υ. Inde sequitur, recte illos vidisse, qui γραῦς ex γεραϝίς natum putant. Quodsi cui mirum videatur, in casibus obliquis terminationis ιδ vestigia omnia evanuisse, is primum videat quae Curt. Et.[3] 584 docet de terminatione ιδ ex vetustiore ι nata, deinde inspiciat Brugmanni comm. de prod. suppl. Stud. IV, qui p. 162 eodem modo nomina in ω desinentia ut Γοργώ, Λητώ, Σαπφώ stirpem prius in οϝι desinentem mutasse exponit, ut ι fere omnino evanuerit. Nominativus autem γραῦς, sive ut apud Homerum est γρηΰς, ex γραϝις natus esse potest, ut παυς in vasibus pictis sat antiquis pro παῖς (i. e. παϝις), Curt. n. 387, θωυτά ex θωϝετα, κῆυξ ex καϝαξ (Brugm. l. l. p. 146). Hoc igitur γεραϝις consentiunt Legerl. Curt. Brugm. a primitivo γεραϝο-ς (quod servaverit Hesychius: γραός· γραῦς, γυνὴ γεράσασα, et contineant composita γραολογία, γραοπρεπής al.) per suffixum ι vel ιδ derivatum esse. Sed discedunt, ab eodem etymo diversis rationibus ductum esse γραῖα censentes. Brugmanus enim „Ab γ(ε)ρ-αϝο-, inquit, suffixi *ja* ope protinus ion. γρήιος γρηίη, att. γραῖος γραῖα formata sunt". Huic obest, qua supra prohibiti sumus γραῖα pro feminino adjectivi γ(ε)ραιος habere, vocalis finalis quantitas. Itaque rectius Legerlotzius l. l., ea in re Benfeyium secutus, ιᾰ non esse femininam formam suffixi adjectivalis ιο, sed illud suffixum femininorum tantum

usui destinatum, quod, ut ipsum *ιδ*, cognatum est cum scr. *ī*. Id quod mihi admodum probabile videtur. Sed hoc suffixo *ιᾰ* feminina fere non derivantur nisi a stirpibus in consonantem desinentibus: *πότν-ια, ϑέαινα* ex *ϑεαν-ja, βασίλεϝja, αἴϑουσα* pro *αἰϑοντ-ja, ψάλτρ-ια, πέζα* ex *πεδ-ja* al.; praesertim feminina adjectivorum et participiorum: *μελαν-ja, παντ-ja, λυοντ-ja, ἡδεϝ-ja*. Cf. Bopp. Vgl. Gr. § 119, L. Meyer Vgl. Gr. II, 404. 490. Misteli in KZ XVII 161 sq. XIX 114 sq. Quamobrem fortasse rectius non *γεραϝο* sed *γεραϝ* fuisse formam unde suffixo femininali addito et *γραϝ-ις* et *γραϝ-ια* fluxerint statuemus, et haud scio an omnino non opus sit ad explicandum *γραῦς* et *γρηΰς* suffixo illo *ιδ*, sed ex *γραϝ-ς* factum sit *γραῦς γρηΰς* ut ex *ναϝς ναῦς νηΰς*, ex *πραϝς πρηΰς* (cf. infra s. v. *πρᾷος*). *ναῦς* quidem non ex *ναϝο* sed ex *ναϝ* fluxisse testes sunt scr. *nâus*, lat. *navis*. Eadem autem ratione haec tria vocabula formata esse, aut ita, ut ex *ϝ* factum sit in nom. *υ*, vocalis praecedens in dial. ion. producta sit, aut ita, ut primitus habuerint suffixum *ι* (quod de *ναῦς* Curt. Et. n. 430 dubitanter sane conjicit: cf. L. Meyer II, 172), consentaneum est. At nullo plane vestigio relicto in tribus hisce vocibus evanuisse *ι*, sane non est verisimile (nam in stirpium in *oϝι* declinatione interdum tamen servatum est *ι*, ut in voc. casu). Multo mihi quidem verisimilius videtur, ut *γραΐς* sic etiam *γραῦις* (vel fortasse rectius *γραυΐς*) a *γραῦς* derivatum esse, vel in aliqua dialecto quae digamma retineret, in nominativo *γραϝς* non *ϝ* esse in *υ* mutatum, sed servatum et inter *ϝ* et *ς* pronuntiationis facilioris causa insertum *ι*, quod ex consonae *σ* natura sonante et cum *ι* cognata facile potuit nasci. Quamobrem *γραῖα* mihi ex stirpe *γραϝ* repetitum videtur, quae in *γραῦς γρηΰς* est. Haec ipsa autem stirps quomodo ex radice *gar* derivata sit, difficile perspectu est. Fortasse admodum prisco quodam tempore sonuit *garava*, ut etiam *ναϝ* quondam *nâva* sonuisse videtur (G. Meyer Stud. V, 91), idemque etiam de *πρηΰς* statuam. Quanquam non plane congruunt haec tria vocabula, eam ob causam, quod *α* ante *ϝ* positum in *ναῦς* et *πρηΰς* radicis est, in *γραῦς* pro *γερ-αϝ-ς* suffixi cuiusdam primitus ad radicem adjuncti.

Ex *πραϝ*, quod in *πρηΰς*, per suff. *ιο* derivatum est *πρᾷος*. Item ex *γ(ε)ραϝ*, quod in *γρηΰς*, eodem suffixo *γρήιος* (Callim.

ap. EM 603, 23 γρήιον εἶδος ἔχουσα, Nicand. fr. 62), vocabulum, ut videtur, novitium: γραῖος falso affertur a grammaticis et lexicographis, nam in locis Theocriteis, quae affert Dind. in thes. (3, 31. 6, 40. 7, 126) γραία substantivum est producta vocali finali: cf. quae supra diximus, neque aliud statuendum de Philippi epigr. in Anth. Pal. 6, 231 καὶ σταφυλὴ γραίη. Ac debebat hoc adjectivum sonare γράϊος aut γρᾶος, ut πρᾶος, νάϊος al. Itaque fortasse huc spectat Hesychii glossa γραός· γραῦς, ut γρᾶός sit pro γράϊος ut πρᾶος ex πράϊος. Quod in γραῖα ᾰ ante ϝ non est productum, suffixi ιᾰ natura factum esse videtur. Eadem enim huius suffixi vis cernitur in femininis adjectivorum in υς, quae eliso digamma tamen ε ψιλόν retinent in dial. ion. (Bred. p. 157), dor. aeol.: θήλεα, ἡμίσεα, τρηχέα al. Hdt. ϝάδεα Alc., ἁδέαι Epich. Idemque factum in Herodoteis βασίλεια regina, sed βασιληίη regnum, ἱρείη sacerdos, sed ἱρήιον victima.

Itaque, ut omnem radicis *gar* propaginem oculis perlustremus, ex ipsa radice fluxit *gar-ant* scr. *jarant*, gr. γερ-οντ, et huic similia γέρην, γερήν-ιος. Suffixo *-as garas*, scr. *jaras*, gr. γῆρας. Suffixo *a* addito *gara*, unde producta vocali radicali γηρά-ω, γηρᾶ-ναι, γηράσκω, hinc γερα-ιός. Ex *gara* suffi *ra* ope *garara*, gr. γεραρ-ός, γεραίρω, suffixi *va* ope *garava*, unde gr. γ(ε)ραϝ, γρηΰς, ex hoc γραῖα et γρήιος.

20. δάιος tragicorum, δήιος Homeri et elegiacorum. De huius vocabuli et ab eo derivatorum formis disseruimus supra p. 28 sq. Repetitum est a rad. δαϝ quae in δαίω flagrare urere (Curt. Et. n. 258), unde δάϝιον πῦρ Alcm. fr. 79 et δήιον πῦρ apud Homerum. Dehinc significat (stimulans, torquens) infestus, hostilis, terribilis, funestus, deplorandus, miser.*) Sic rectius mihi videor significationis mutationem explicare quam facit Curtius l. l.: „Aber weniger stimmt die vorherschende bedeutung von δήιος feindlich, δηιοτής kampf, δηιόω verwüste (Doed. gl. 2468), für welche Max Müller in Kuhns Z. V, 151 eine etymologie aus dem ved. *dâsas dasyus*, einer bezeichnung

*) vocabuli significationem ex activa paullatim factam esse passivam noli mirari; conferas quae Classen Beob. üb. d. hom. sprachgebr. p. 60. sq. dixit de participiis οὐλόμενος et ὀνήμενος, quae ex passiva paullatim in activam significationem transducta sunt.

feindlicher geister und völker, versucht. Als mittelbegriff wird aber verzehrend, quälend anzunehmen sein. Das empfiehlt namentlich der tragische gebrauch von δάιος miser, z. b. Soph. Aj. 771 ὦ δαΐα Τέκμησσα. Hier heisst das wort gequält." — μενεδήιος H. μενεδάιος Anyt. Epigr. 16, multa nom. propr. in δαῖος, δαΐος ap. Fick, d. gr. personenn. p. 109. δαΐφρων Aesch. δηιάλωτος Eur. Δηιάνειρα. δῃιόω δῃόω H. Att. δηιοτής H. Hsd.

Ad eandem radicem videtur revocandum vocabulum:

πουρδάιον quod in hac Hesychii glossa esse videtur: πουρδαιν· μαγείριον. Λάκωνες. M. Schmidt: „πούρδαιον· μαγειρεῖον Mus., πουρδαΐιον Nauck. Ar. Byz. p. 189, 3. Ahrens Dial. II, p. 78 spreta Hemsterhusii conjectura ad Thom. Mag. p. 592 prolata πούρδαλον s. πούρδανον quae Hesychium sibi vindicat auxiliatorem s. v. πύρδαλον· ὀψοποιεῖον, ὀπτανεῖον, μαγειρεῖον. Sed idem etiam πυροδαίσιον· μαγειρεῖον (πυροδάνσιον cod., πυροδανεῖον Meinek. Philol. XIII, p. 553) praebet. Mihi πῦρ δαῖεν (Hom. *E* 7) cum explicatione Laconici vocabuli coaluisse videtur." μαγείριον substantivi alicuius explicationem esse apparet. Sed vix quisquam pro certo affirmare ausit, utrum πουρδαιν ex πούρδαλον an ex πουρδάιον sit corruptum. Ex rad. δαϝ aut suffixi ιον ope factum est periecticum πουρδαϝιον, aut suffixum λο adjectum est, quod in δαλός: sed ad significationem μαγειρεῖον efficiendam huic debebat addi ειον: πουρδαλεῖον, ut ἐργαλεῖον. Πουρδαίσιον vel πουρδαΐιον neque in hac glossa latere puto neque in πυροδάνσιον, nam δαίσιον non posset factum esse nisi ex δαϝισιον, vocali ι inter ϝ et σ plane inaudita. Ex δαϝσιον vel δαϝεσιον fieri debebat δαύσιον vel δᾶσιον. Accedit quod suffixum σιο ad vocabula locum significantia fingenda non adhibetur (Aly, p. 29 sq.). Itaque πυροδάνσιον recte Meinekius videtur correxisse in πυροδανεῖον.

[ἤια voc. Homericum plerumque cibum significat, semel generaliter: *N* 103 λύκων τ' ἤια πέλονται (praeter hunc locum in Iliade non reperitur), ceteris locis de frumento quod iter facientes secum portabant, β 289. 410. δ 363. ε 266. ι 212. μ 329. Semel ε 368 de paleis: ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἠΐων θημῶνα τινάξει καρφαλέων. Veteres et e recentioribus Thiersch.

Gr. § 166, 2, Lob. path. el. I, p. 71, cf. Rhem. 191, Duncan in lex. vocabulum propter significationem viatici ab ἰέναι imperf. ᾖιον derivabant. Rectius jam veterum grammaticorum nonnulli (EM 410, 12) de propinquitate quadam inter ἤια et ζειά ador cogitaverunt, quod nunc plerique receperunt (Benf. I, 683, Brugm. Stud. IV, 151, dubitanter Curtius Et.[3] 571: optime ea de re egit Legerlotz KZ VII, 296). Ex primitivo *java*, quod omnino frumentum significasse videtur (scr. *yava* frumentum, hordeum, *yavas-a-s* gramen, zend. *yava* fruges campi, lit. *jávas* granum) derivatum est et ζειά = *jav-ja*, et ἤιον = *jav-jo-v*, quod ad ea denotanda usurpabatur, quae hordeacea sunt, i. e. sive paleas hordei, sive alimenta, etiam generaliter omnem cibum, quum tunc hordeo praecipue alerentur: cf. Hom. β 289: ὅπλισσόν τ' ἤια καὶ ἄγγεσιν ἄρσον ἅπαντα· οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι καὶ ἄλφιτα, μυελὸν ἀνδρῶν, Δέρμασιν ἐν πυκίνοισιν. Et ε 266 distinguuntur ἦα et ὄψα, i. e. far vel panis farre factus, quo ad vivendum opus est, et carnes vel olera vel aliud quid quod ad panem comeditur non necessitate vitae sed animi causa. — Sed ἤιον non ex *jaϝιον* sed ex *jeϝιον* factum esse, hae lexicographorum glossae docent: Hesych: εἰαί· τῶν ὀσπρίων τὰ ἀποκαθάρματα. — ἰῖα· λέγεται δὲ καὶ δισυλλάβως εἶα· ἐπισκεπτέον δέ, εἰ ταὐτόν ἐστι ἤια καὶ ἰῖα. ὅταν γὰρ τὸ η γίγνηται, βρῶμα, ὅταν δὲ τὸ ε, οὐ βρῶμα ἀλλ' ἢ χόρτος καὶ ἡ παράθεσις (finem glossae corruptam esse patet). — εἶοι· ὀσπρίων (cod. ὀστρέων) τὰ καθάρματα. — Suid.: εἶα· χόρτος, ἤια δὲ βρώματα].

[θήιον Od. χ 493 ex θέϝιον a rad. θυ, unde quod idem fere significat θύος. Apud Atticos et posteriores θεῖον. θέειον, qua forma praeter illam Homerus utitur, ex θεϝεσιον factum est. Curt. Et. n. 320. Fritsch Stud. VI, 116. Mangold ibid. 204].

A καίω i. e. καϝjω (cf. καύσω, ἔκαυσα, καῦμα cet. Curt. Et. n. 44) descendunt haec tria vocabula (de quarum formatione v. supra p. 25 sq.):

ἡλιοκαΐα. Paul. Aegin. p. 60, 51: φυλαττομένους ... σιτίων διαφθορὰς καὶ πρὸ πάντων ἡλιοκαΐας. Falso legitur vocabulum ap. Diog. L. 7, 1, de quo v. Dind. in Thes. s. v.

λυχνοκαΐα festum quoddam Aegyptiorum, cuius meminit

Hdt. 2, 62. Ioseph. c. Ap. 2, 9. Liban. I, p. 363, 14. Poll. 7, 178. 10, 115. Themist. or. 4, p. 49 A. Dio Cass. 79, 16.

πυρκαϊά, ion. *πυρκαϊή*, rogus Hom. *Η* 428. *Ω* 791. *Ψ* 228. Eur. Suppl. 1206 (apud quem memorabile est *πυρκαιάς* trisyllabos dictum). Arist. meteor. 3, 1. h. a. 9, 1. Plut. Pomp. c. 80. Aristid. vol. 1, p. 380, 11. — inflammatio, incendium Hdt. 2, 66. Lex ap. Dem. c. Aristocr. p. 627, 22. Luc. Amor. c. 29. Poll. 8; 40. 117. Asclepiad. in Anth. Pal. 7, 217. — Lysias p. 110, 23: *Ἐπίστασθε ἐν τῷ πεδίῳ πολλὰς μορίας οὔσας καὶ πυρκαϊὰς ἐν τοῖς .... χωρίοις.* Officinas olearias intelligebat Reiskius, ubi ex concisis truncis olearum oleum excoquitur. Oleas ex truncis adustis succrescentes (conf. Virg. Georg. 2, 303) interpretatur Schneider.

λαῖον seges Ther. 10, 21. 42, et *λαιοτομεῖν* ib. v. 3. Bergkius, quem plerique secuti sunt, correxit *λᾷον* et *λᾳοτομέω*. Sed cf. Eust. ad. Il. II, 147, p. 193, 34: *λήιον καὶ λάιον δωρικῶς λέγεται. διὸ συνελὼν ὁ Θεόκριτος λαῖον αὐτὸ λέγει, ὥςπερ αὖθις τὰ λήια λῆα ποιεῖ ἡ συναίρεσις. λᾷον* Sophr. ap. Apoll. de adv. in Bekk. an. p. 567, 7. *λαῖον* falx Ap. Rh. 3, 1335, cf. Well. ad. l. — *λήιον* seges Hom. Hesd. Herodt., Atticorum solus Aristot. h. a. 9, 6, posteriorum Arr. *ἀλήιος* Hom. *βαθυλήιος* H. Ap. Rh. *πολυλήιος* H. Hsd. Ap. Rh. *φιλολήιος* h. Merc. *ληιβότειρα σῦς* Od. σ 29, Ael. n. a., *ληϊνόμος* rusticus, agricola Anth. Pal. — Benf. Wzl. II, 1, Fick I, 197 conferunt scr. *lû* secare, *lâvya lavya* secandus, *lavi lavitra lavânaka* instrumentum quo secatur, falx, vet. bor. *lê* falx. Itaque *λήιον* est quod secatur, *λαϝιον λαῖον* quod secat, falx.

Fortasse eodem referendum est Suidae: *λήιον· εὐτελὲς κολόβιον* (sic F, *λήδιον* Toup. Ms.). — *λαιά· ἀριστερὰ ἢ κολοβά.* — Hesych.: *λήιδιον· εὐτελὲς ἱμάτιον.* — *λαίδιον· ἀριστερόν, εὐώνυμον.* — *λαῖδος· λῆδος. τριβώνιον.* — EM 563, 32: *λήδιον. Φιλήμων φησὶ σημαίνειν εὐτελὲς χιτώνιον ἢ χλανίδα παλαιάν.* — *λᾶδος* vel *λᾳδος* (nam veteres ipsi ea de re videntur dissensisse, v. Bergkium ad Alcm. fr. 96) adhibuisse Alcmanem testatur Eust. ad Il. 1147, 1: *λῆδος ... ὃ Δωριεῖς λᾶδός φασιν, ὡς Ἀλκμάν, λᾶδος εἱμένα καλόν, ὅ ἐστιν λήδιον ἐνδεδυμένα εὐειδές.* Cf. Ahr. Dor. 142. *λήδιον* Clearch. et Macho ap. Ath. 6, p. 256, F. 13, p. 582 DE. Philostr. *ληδά-*

ριον Ar. Av. 716. 915. — Omnibus his testimoniis efficitur, hoc vocabulo etsi non semper vilem, at levem vestem significari. Itaque fortasse proprie significavit vestem operi rustico, agri (τοῦ ληίου) culturae aptum.

λαία praeda nunc e codd. restitutum est Pindaro Ol. XI, 44 *Λαίαν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος υἱὸς σταθμᾶτο,* pro vulg. *λείαν.* Rectius fortasse scribi *λᾴαν* supra jam p. 24 indicavimus. Attici dicebant λεία, Iones ληΐη, sed hoc apud Herodotum solum invenitur: Homerus et Hesiodus utuntur vocabulo *ληΐς.* Radix est *λαϝ*, quae in *ἀπολαύω,* lat. *lucrum, Laverna,* got. *laun,* vet. slav. *loviti* venari, capere, *lovŭ* venatio, praeda. Curt. n. 536.

21. νεολαία juvenum vel puellarum multitudo, juventus, *τὸ τῶν νεανίσκων πλῆθος* Poll. 2, 11. Hac significatione est Aesch. Pers. 668 *Νεολαία γὰρ ἤδη κατὰ πᾶσ᾽ ὄλωλεν.* Suppl. 686 *Εὐμενὴς δ᾽ ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ.* Aristoph. fr. Babylon. 57 Dind. *Ὦ Ζεῦ τὸ χρῆμα τῆς νεολαίας ὡς καλόν.* Theocr. 18, 24 *Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία.* Hdn. 4, 9, 7. 3, 4, 2. Heliod. Aeth. 7, 16. Hoc vocabulum procul dubio originem cepit a *λαός*, nam ex adjectivo aliquo *νέολος* (ut *σκίμβολος, ἤπιολος, πειόλης, φαινόλης*) derivatum esse parum probabile videtur. Itaque expectaveris *α* longum et diphthongi diaeresin. Qua de re Lobeckius Path. El. II, 34: „Communem formam sequitur nomen ancipitis merismi *νεολαία.* Id grammatici ad unum omnes substantive interpretantur *νέος λαός* Suid. etc., vel *τὸ ἄθροισμα τῶν νέων* schol. Luc. Phal. 1, 3, p. 155 Iacob. schol. Eurip. Alc. 103. Ther. XVIII, 24. Quemadmodum autem ex *πολὺς λαός* componitur *πολυλαΐα* (Phryn. 490), ex *δέκα νᾶες* item *δεκαναΐα,* sic ab illis duobus debebat νεολαΐα [Parall. 228], et fuisse, qui ita dicerent, cognoscitur ex Photii verbis *νεολαίαν τὴν νεότητα τετρασυλλάβως οἱ Ἀττικοί;* sed pentesyllabum non legitur ne in prosa quidem, nedum *νεολᾴα.*" Non constantem in hoc genere usum fuisse jam saepius vidimus, cf. *πρoναία* Minerva ap. Aeschylum (? cf. infra s. v.) et Callimachum, *λαία* praeda apud Pind., *λαῖον* falx ap. Ap. Rh., *λαῖον* seges ap. Theocr., nomina propr. in *δαῖος,* attica *λεία, παρειά, νεῖον, ἐπίνειον.* Optimum autem huius inconstantiae documentum est quod supra attulimus πυρκαιάς trisyllabos ab Euripide usurpatum Suppl. 1206. v. supra p. 72.

νάιος trag. *νήιος* Hom. Hsd. Ap. Rh. *ἐπινήιος* Anth. *ἐπίνειον* Hdt. pr. att. Cf. supra p. 24. 27. *δεκαναΐα* Str. *πενταναΐα* Polyaen. *πεντεκαιδεκαναΐα* Dem. supra p. 27.

προναία. Sic vocabatur Minerva cuius vel templum vel simulacrum Delphis ante Apollinis templum positum erat. Quid inter hanc et Minervam *πρόνοιαν* quae et ipsa Delphis colebatur intercedat differentiae diu multumque praesertim ab Aeschyli interpretibus ad Eum. 21 (*Παλλὰς προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται*) disputatum est. Post ceteros uberrime Wieselerus Goett. Stud. p. 201 sqq. rem tractavit, qui hoc certe mihi videtur confirmasse, neque ad unam et eandem deam utrumque nomen esse referendum, neque *προναίαν* appellatam esse deam a Delphiis, *πρόνοιαν* ab Atheniensibus, sed ipsis Delphis duas deas fuisse, quarum altera eam ob causam quod adjuverit Latonam in puerperio, *πρόνοια* esset appellata, quae dea etiam alibi culta-sit, altera vero *προναία* vel *πρόναος* (ut vocatur in Diodori excerpt. Vat. ex l. XXII, vol. III p. 52 Dind.) propter quod eius signum ante Apollinis templum esset positum. Atque nominis formam *προναία* testantur inscriptiones Delphicae ab E. Curtio editae (Anecd. Delph. p. 77. 78), in quibus scriptum est *ΤΑΙΑΘΑΝΑΙΠΡΟΝΑΙΑΙ*, quod quum possit transscribi *προναΐᾳ* vel *προναίᾳ* vel *προνᾴᾳ* (quomodo etiam illo loco Aeschyleo scribi jubet Hermannus) *αι* meram diphthongum et priorem eius vocalem brevem esse docet Callimachi versus a schol. citatus *χὴ Παλλάς, Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύοντο προναίην*. v. supra p. 25. Itaque fuisse certe Delphis Minervam Pronaeam constat. Sed non constat, quibusnam scriptorum locis de hac dea, quibus de Minerva *προνοίᾳ* cogitandum sit. Wieselerus autem Minervae pronaeae templum fuisse negat, sed signum tantum fuisse ante Apollinis templum positum. Quod diserte narrant EM. et grammaticus in Bekk. an p. 293: *Προναΐα Ἀθηνᾶ· ἀγάλματος ὄνομα. ἤτοι διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἐν Δελφοῖς ἱστάναι κτλ.* Et recte Wieselerus p. 213 „Auf eine statue, inquit, deuten auch die worte *διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἑστάναι αὐτήν* bei Photios, Suidas und Phavorinos,“ nam de templo ante aliud templum posito vix id dici potuit. Sed certissimum mihi quidem ea de re

testimonium esse videtur Aristidis locus Ath. p. 26 Dind.: ὁ Ἀπόλλων τοῖς μὲν ἄλλοις αὐτός ἐστι προπύλαιος, αὐτοῦ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν πεποίηται, quem, sicut Apollinis τοῦ ἀγυιῶς signa ante portas statuebantur, sic Minervae simulacrum ante Apollinis templum stetisse narrantem de Delphis loqui apertum est, nam si de Apollinis Ismenii templo Thebis posito, cuius ante fores posita fuisse simulacra Minervae et Mercurii προνάων appellatorum narrat Pausanias IX, 10, 2 (πρῶτα μὲν δὴ λίθου κατὰ τὴν ἔσοδόν ἐστιν Ἀθηνᾶ καὶ Ἑρμῆς, ὀνομαζόμενοι πρόναοι) loqueretur, non posset non etiam Mercurii mentionem facere. Atque erat certe Delphica illa Minerva προναία multo magis nota et famosa quam Thebana.

Hoc igitur si verum est, primum Herodotus non potest de Minerva προναίᾳ loqui, quum I, 92 clupeum aureum a Croeso ἐν Προνηίης τῆς ἐν Δελφοῖσι positum, VIII, 37. 39. τὸ ἱρὸν τῆς Προναίης Ἀθηναίης commemorat, sed omnibus his locis cum Wies. restituendum Προνοίης. Ac de loco quoque Aeschyleo magna oritur dubitatio. Nam si Ἀθηνᾶ προναία simulacrum tantum vocabatur nullo templo sed simpliciter sub divo et in ipsa templi Apollinis area positum, apparet, eius non fuisse certum quendam cultum neque recte illud signum a Wieselero p. 224 ein cultusbild vocari. Cf. K. F. Herm. Gott. Alt. 18, 8: „dass, gleichwie kein tempel ohne bild, so auch kein eigentliches cultusbild leicht ohne tempel oder sonstiges obdach gewesen sei.“ At initio Eumenidarum fabulae sacerdos invocat eos deos qui Delphis colebantur, primum ipsius oraculi praesides, deinde ceteras, Minervam, nymphas Corycias, Bacchum, Neptunum, Iovem. Quamobrem, quum Minervae προνοίας templum fuisse Delphis constet, sane mirum est, non hanc deam hoc loco commemorari, sed illam signi tantum appellationem προναίαν afferri.

Ceteris omnibus scriptorum locis sola forma πρόνοια tradita est, apud Aeschinem in Ctes. quater, § 108. 110. 111. 121 (quem non suis verbis loqui sed Amphictyonum reddere verba, quibus post bellum sacrum Cirrhensium terram devoverant, monet Wies. p. 212, 1), apud Demosth. in Aristog. § 34, apud Diod. Plut. Paus.

πρόναος sine suffixo ιο a ναός (ναϝος) derivatum, est

apud Aesch. Suppl. 495. Paus. 9, 10, 2. *πρόνεως* solus Hesychius tradit. Templi vestibulum vel *πρόναος* vel *πρόνεως* vocabatur, ion. *προνήιον*. In titulis atticis alternari *ΕΜΠΡΟΝΕΟΙ* et *ΕΝΠΡΟΝΕΙΟΙ* i. e. *ἐν πρόνεῳ* et *ἐν προνείῳ* supra jam (p. 27) vidimus. *Τὸ πρόναον* est ap. Iosephum, *ΠΡΟΝΑΙΟΝ* in inscr. Andria primi fort. a. Chr. n. saeculi apud Lebas, Inscr. Gr. et Lat. fasc. V, 176 et Ross, inscr. Gr. ined. fasc. II, no. 88, et in titulo Aegosthenensi multo recentiore, ed. a Lebasio in Révue archéol. Iuin 1844, p. 172. Huic similia sunt

περίναιος inscr. ap. Clark. travels vol. I, p. XV *τὰς περιναίους στοάς*.

σύνναιος· σύνοικος Hesych. Inscr. Ancyr. CI 4042: *Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς ΣΥΝΝΑΙΟΙΣ θεοῖς τοὺς σωτῆρας Διοσκούρους ὑπὲρ τῆς τῶν αὐτοκρατόρων σωτηρίας κτλ.* Inter *αι* et *α* variant apographa Orell. Inscr. Vol. 1, p. 340 n. 895. *σύνναος* de diis qui in uno templo coluntur, saepius ap. Plut. Dion. Cass. et in inscr.

22. *ἔμπαιος* Aesch. Ag. 188 *ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων*. Schol. *ἐμπαισάσαις*. Et *πρόςπαιος* Ag. 347 *εἰ πρόςπαια μὴ τύχοι κακά*. Schol. *πρόςφατα· νῦν προςπαίσαντα καὶ προςκρούσαντα αὐτοῖς*. Aristot. Nicom. IX, 5 *ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας, ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προςπαίου* i. e. subito. et paullo inferius *ὥσπερ γὰρ εἴπομεν, προςπαίως εὖνοι γίγνονται καὶ ἐπιπολαίως στέργουσι*, repentino quodam animi motu benevoli efficiuntur. Nicand. ther. 690: *Εἰ δὲ σύ γε σκύλακας γαλέης ἢ μητέρα λαιδρὴν Ἀγρεύσαις πρόςπαιον*. Schol. *πρόςπαιον δὲ πρόςφατον*. Lycophr. 211 *Ὧι θυμάτων πρόςπαιον ἐκτίνων χάριν*. Vocabulum proprie significat „qui ex improviso occurrit“ ut vertit Blomf. ad Aesch. l. l., deinde omnino „novus“ ut interpretatur Hesychius: *πρόςπαιον πρόςφατον, νέον*. Derivatum a verbo *παίω*, i. e. *παϜjω* (lat. *pavio, pavimentum*, Curt. Et. n. 344), sed eo tempore videtur inventum quo nullum omnino digammatis vestigium in fingentium memoria supererat, quamobrem rectius inter ea vocabula numeratur quae a verbis puris derivata sunt, ut *βέβαιος* al.

πρᾶος et *πρᾷος*, utraque forma in codd. Sed *πραιος* in tit. CI 1598, 3; et Phot. 447, 8 *πρᾶιον, οὐ πραΰ*. In forma

κραΰς ion. *κρηΰς* nunquam est iota. Plerique a rad. *prî* amare derivant, ut Bopp in gl. s. v. *prî*, Pott EF. I[1], 208, Curtius Et. n. 379, Fick I, 680, conferentes scr. *prî* delectare gaudere, zd. *frî* amare, laudare, got *frijôn ἀγαπᾶν,* theod. vet. *frâo* strenuus, laetus, slav. vet. *prijati* providere, curare, *prijatelĭ* amicus. Sed obest huic veriloquio *α* productum et *ι* elisum, quod ipse Curtius confitetur, l. l. „doch bietet sich eine völlig entsprechende analogie für die herleitung von *πράϊος* aus *πρι* nicht.“ Neque germ. *frao* recte ex rad. *pri* derivatur, quum thema sit *fraw,* cf. *frawjan frawida.* Quamobrem etiam *πράιος* ex *πραϝιος* natum puto, eademque origine ortum qua germ. *frawjan.* Ex *πραϝ* sive suffixo *ιο* derivatum *πραϝ-ιος, πρᾱ-ιος πρᾶος πρᾶος,* sive adjecto suff. *υ πραϝ-υς* ion. *πρηΰς*. Itaque haud inepte Benf. Wzl. II, 321 et Ebel KZ VI, 212 adhibent *πρηνής* lat. *pronus* scr. *pravana* inclinatus, quod auctore lex. Petropol. ex *pra* derivatum est ut *pravat* locus sive via declivis. Quae intercedat inter suffixa *vat* et *va* (ut *mat* et *ma*) propinquitas, nemo nescit, itaque fortasse sic factum est: *pra* — *pra-va* — *pra-v-ja*. Cf. *πρηών*.

23. *ῥαιο, ῥηιο, ῥειο.* *ῥᾴδιος* et *ῥηΐδιος*, quae inde ab Homero sola fere regnant in lingua Graeca, quin vetustiorem quandam et simpliciorem formam *ῥάιος* vel *ῥήιος* regno expulerint, non potest dubitari. Huius adjectivi vetustioris satis multa habemus reliquia et vestigia. *ῥᾷος* saepius testantur grammatici: EM 92, 43 *καὶ ῥάων ῥᾷος*. Apoll. de adv. 567, 6 *ῥαϊδίως, ἀφ' οὗ κατὰ συναίρεσιν τὸ ῥᾳδίως καθὰ καὶ ἐν ὀνόμασι τὸ ῥαΐδιος καὶ ῥαιος καὶ λωϊος καὶ λωιοσ* (Sic cod.; Ahrens in libello cui inscriptum est: „*Ῥᾷ*, ein Beitrag zur griechischen Etymologie und Lexicographie“, progr. des Lyc. I Hannov. 1873, p. 6 not. sic emendari jubet: *τὸ ῥαΐδιος καὶ ῥᾴδιος καὶ ῥάιος καὶ ῥᾷος*). Hesych.: *ῥᾷον· εὐχερές, κοῦφον, εὐτελές*. Phot.: *ῥᾷον· εὐχερές, εὔκολον.* EM 700, 42 *ῥηΐδιος . . . ἀπὸ τοῦ ῥᾷος, ῥάον.* Alia v. ap. Ahr. l. l. Adverbium *ῥήια* apud Hippocr. morb. mul. Vol. II, p. 627 ed. Kuehn. Hesych.: *ῥήια καὶ ῥηΐδια ὁμοίως· εὐχερῶς μάλα, ῥᾳδίως.* Brevior forma *ῥεῖα* saepe apud Homerum, apud quem etiam *ι* eliso *ῥέα,* quod saepe *μονοσυλλάβως* pronuntiandum est. Ipsum adjectivum *ῥεῖος* servatum erat in dialecto Cypriaca;

ῥεῖος· οὕτω δὲ λέγουσιν οἱ Κύπριοι τὸν ἀσθενῆ παρὰ τὸ ῥεῖα, ὃ σημαίνει τὸ εὐχερές. Herodian. π. ὀρθογρ. ed Lentz II, 413, 9. Denique testes sunt comparativus ῥηΐτερος, superl. ῥηΐτατος, ex ῥήιος, ut ὀψίτερος, πρωΐτερος, δεξιτερός, ex ὄψιος, πρώιος, δεξιός. Ahr. l. l. p. 6. Sed quod et huius adjectivi et plenioris formae ῥάδιος ῥηΐδιος thema sit nondum satis exploratum est. Priorum sententias Ahrens l. l. p. 18 percenset ac jure rejicit, ipse quamquam mira multa profert (velut quum ῥηια ῥεια digammate in ι mutato ex ῥηϝα facta esse putat p. 9) tamen recte vidisse videtur, radicem vocis esse ϝραϝ. Etenim qui cetera adjectiva in -ιδιος desinentia perlustraverit (L. Meyer II, 447 sq. Curt. Et.[3] p. 577 sq.): ἐπινεφρ-ίδιος, κουρ-ίδιος, μαψ-ίδιος, ἐπι-θαλασσ-ίδιος, μοιρ-ίδιος, νυμφ-ίδιος, καυρ-ίδιος, φωρ-ίδιος, αἰφν-ίδιος, μοιχ-ίδιος, νυκτερ-ίδιος, οἰκ-ίδιος, ὀπισθ-ίδιος, πικρ-ίδιος, προστερν-ίδιος, in omnibus hisce ante suffixum ιδιο consonantem esse videbit. Etiam in ζωΐδιος consona fuit ante ιδιος, nam ζωός ex ζοϝός natum est. Brugm. Stud. IV, 148 sq. Itaque etiam in ῥηΐδιος ante iota consonam elisam esse apparet. Quae vix alia esse potuit quam ϝ, id quod et ipsa vocalis praecedentis productione confirmatur. Itaque ῥη-ίδιος ex ῥαϝ-ιδιος factum. Atqui Aeolenses pro ῥεῖα ῥάδιος dixerunt βρᾶ, βραΐδιος (Ahr. Aeol. 34), quod traditum est in Theocriti carm. 30, 28 (cod. βραδίως). Ergo genuina prototypi forma erat ϝραϝος, unde vel suffixo ιο derivatum ϝραϝ-ιος, ῥαιος ῥήιος ῥεῖος, cuius acc. pl. pro adverbio usurpabatur ῥεῖα, vel suffixo ιδιο ϝραϝιδιος ῥηΐδιος ῥάδιος. Illius primitivi comparativus erat ϝραϝ-ιων, unde ῥηΐων, ῥάων, superlativus ϝραϝ-ιστος, unde ῥᾷστος. Sed non concedere possum Ahrenti, formam primitivam fuisse ϝραϝ, unde ϝ in ι mutato factum sit ῥάι ῥᾷ adverbium, quod proprie fuerit neutr. sing., ῥέα autem Homericum aut ex ῥηϝα acc. pl. neutr. natum, aut a posteris pro monosyllabo ῥηϝ, quod non jam intelligerent, positum esse.*)

*) „Da nun auch der zweisilbige Gebrauch von ῥέα stets zweifelhaft ist, wird vielmehr anzunehmen sein, dass Homer neben ῥῆϝα noch eine echte einsilbige form gehabt habe, welche nicht wol anders gedacht werden kann als ursprünglich mit dem nomen gleich lautend, also ῥηϝ, woraus dann entweder durch vocalisierung ῥηῦ werden

Nam ῥέα ex ῥεῖα natum esse apparet, ut χρύσεος ex χρύσειος, τέλεος ex τέλειος; ῥᾶ illud Alcmanis (fr. 42 Bgk.) et tragicorum (Str. VIII, 364: Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥᾴδιον ῥᾴ: cf. Hesych.: ῥᾶι. ῥᾷστον, ῥᾳδίως), et βρᾴ Aeolensium (Apoll. p. 566. 567. 573. EM 700, 34. 200, 43) non aliter explicandum est quam explicavit Buttmannus Gr. 1, 213, qui adjectivi ῥαΐς (prim. Ϝραϝις) formam esse putat. Idemne adjectivum in compositis ῥᾴθυμος, ῥᾳστώνη (Ahr. p. 4) sit, an hic ῥᾳ ex ῥᾳο correptum, ut δηίφοβος, ζείδωρος ex δηιόφ. ζειόδ. (Clemm in Curt. Stud. VII, 30), in dubio relinquo.

24. σκαιός laevus, sinister, inde ab Homero poetis et prosaicis usitatum. Kuhn. KZ 4, 22, Benf. Wzl. I, 618. Curt. no. 105, Fick I, 799 comparant scr. *savya*, zend. *havya*, slav. vet. *šuj*, lat. *scaevus, scaurus*; formamque primitivam fuisse aiunt *skavja*. Quod mihi quoque verum videtur, ita tamen, id quod jam supra p. 26 indicavi, ut ex *skavja* per epenthesin factum sit σκαιϝο, quod plane congruit cum lat. *scaevus*, hinc σκαιός. Recte fortasse Grimm Gesch. d. d. spr. 993 comparat theod. rec. *schief*, *scheib*, *scheb*, *scheef*. Sed haec videntur ex vetustiore quodam *schiuf* nata, quod non potest nisi e radice *skup* ortum esse. Quod in scr. *savya* deest k, quod ceterae linguae habent, non recte Savelsberg KZ XVI, 62 sic explicat, ut gr. lat. *sk* σκ eundem sonum esse dicat atque nostrum sch, et ex σ natum esse: is enim sonus a Graeca lingua non minus quam a latina plane alienus est: sed in lingua scr. omissa est litera k, quod qui fieri potuerit, explicant Kuhnius KZ IV, 22, Ascoli KZ XVI, 449.

---

muste, oder in folge des besprochenen lautwechsels ῥῆι oder endlich durch abwerfung des vau ῥῆ, also nach der alten schreibung *PEY* oder *PEI* oder *PE*. Diese altertümliche form muss aber frühzeitig unverständlich geworden und durch die gewöhnlichere *PEA* ersetzt sein, das man auch als pyrrhichius und selbst einsilbig lesen zu können glaubte .... Wie nun aber das adv. ῥῆϝα = den gleichartigen alten adverbialen bildungen τάχα μάλα λίγα πύκα am natürlichsten für das neutr. plur. einer uralten einfachsten adjectivischen bildung genommen wird, so wird ῥῆϜ (ῥηῦ ῥῆι ῥῆ) einem alten neutr. sing. gleichzusetzen sein. Neben diesen beiden alten formen lässt sich aber ganz gut auch eine dritte form ῥῆι denken, wie z. b. ἀντί neben ἄντα" etc. p. 9 sq.

Dubium est:

φαιός canus, ravus, apud Plat. Antiph. Alex., sed etiam de voce, raucus, obscurus, quo sensu vocem usurpari vituperat Aristoteles top. 1, 15, p. 106, 6. Proprie igitur significat obscurum. Pullulare videtur a rad. *bha*, gr. *φα* quae in *φαίνω*, sed dubium est utrum ex ipsa radice derivatum sit (*φα-ιος*, cf. *φαιδρός, φαίδιμος, φαίδει ὄψει* Hesych., *φαικός* splendens), an a *φαϝ*, quod in *φάϝοσ*, aeol. *φαῦος*, pamphyl. *φάβος*, lat. *favilla* (Curt. Et.[3] p. 279. 603), an fortasse a themate quodam *φας* (cf. scr. *bhâsas*). De significatione cf. Brugm. Stud. V, 223.

25. Haec igitur sunt omnia quae ego quidem noverim vocabula huic classi adnumeranda. Quibus perspectis nemo non videt, ea inter se non una re differre. Nam et stirpium natura e quibus derivata sunt, diversa est, et ipsius terminationis *ιο* vel *ια* ea genera sunt discernenda, quae in initio omnis huius libelli segreganda esse diximus. Atque primum quidem de stirpibus videamus.

Ab ipsis radicibus i. e. a verbis primariis derivata esse videntur (quod nos fere „primärbildungen" vocare solemus): *ὁμάιον, βουγάιος, δάιος δήιος, πουρδάιον, πυρκαΐη λυχνοκαΐη ἡλιοκαΐη, λᾷον λήιον, λαία λήΐη λεία, ἔμπαιος πρόςπαιος, φαιός*.

A stirpibus ipsa spirante *ϝ* finitis: *γραῖα?, νάιος νήιος ἐπίνειον, δεκαναΐα πενταναία πεντεκαιδεκαναΐα*.

A stirpibus quae vocalem *α* vel *ο* post *ϝ* habent: *ἀγλαΐα, νεολαία πολυλαΐα Λάιος, πρoναία περίναιος σύνναιος πρόνειον προνήιον*.

Incertum est utrum in *ϝο* an in *ϝ* desierint prototypa horum: *αἰζήιος, παρήιον παρειά εὐπάραος* cet., *βαιός ἠβαιός, πρᾷος, ῥᾷος ῥήια ῥεῖα, σκαιός*.

Duorum vocabulorum *αιο* non ex *αϝιο* ipso factum est, sed ex *αιϝο*, quod per epenthesin ex *αϝιο* natum: *βαιός σκαιός*, fortasse etiam, id quod accentus commendat, *φαιός*.

His adnumerandum est quod adhuc praetermisimus:

Λαιός· laevus, usurpatum a Tyrtaeo fr. anap. 15 Bgk., a tragicis et a poetis aevi alexandr. Ap. Rh. et Arato. Quod vocabulum ex *λαιϝος* natum esse intelligitur ex lat. *laevus*, slav. vet. *lĕvŭ*, et ex Hesychii glossa *λαίβας· ἀσπίδας. Κρῆτες.*

λαίβα· ἀσπίς, πέλτη. λαίφα· ἀσπίς. scutum enim sic vocabatur quia laeva manu gestabatur. Ahr. Dor. 49. Sed non constat, utrum λαιϝ ex λιϝ an ex λαϝι natum sit. Cf. Pott. Et. II, 2, 601 not. Curt. Et. n. 533. Fick I, 733.

Deinde, ut dixi, suffixorum generibus differunt.

Suffixo ιο haec formata sunt masculina et neutra: βουγάιος, δάιος, ἔμπαιος, φαιός; — λᾶον λήιον, πουρδάιον; ὁμάιον. — αἰζήιος, βαιός ἠβαιός, Λάιος, νάιος, νήιος, περίναιος σύνναιος, πρᾶος, (σκαιός?). — παρήιον (unde καλλιπάρῃος et sim.; fortasse etiam εὐπάρᾳος χαλκοπάρᾳος), ἐπίνειον, προνήιον (vel πρόνειον).

Suffixo ῐᾰ γραῖα.

Suffixo ιᾱ: ἀγλαΐα, πυρκαϊή λυχνοκαΐη ἡλιοκαΐα, λαία ληΐη λεία, νεολαία πολυλαΐα δεκαναΐα πενταναΐα πεντεκαιδεκαναΐα.

Dubius sum de προναία et παρειά. Quae suffixo ιᾰ formata dicerem, si de quantitate vocalis finalis constaret: sed α finale in παρειά longum esse censuit Herodianus: τὰ γὰρ διὰ τοῦ εια ὀξυνόμενα ἐκτείνοντα τὸ α ἐπὶ οὐσιῶν λαμβάνεται οἷον παρειά. Hdn. ed. Lentz I, 291, 19. Cf. etiam Callim. Del. 80 ὑπόχλοον ἔσχε παρειήν. Et quum suffixum ιᾱ quo abstracta formantur, in hoc vocabulo esse non possit, adjectivi παρειός videtur esse femininum ἡ παρειά. Itemque προναία femininum adjectivi πρόναιος.

II.

Terminatio αιος ex ασιος nata est.

26. A stirpibus in ας desinentibus suffixi ιο ope haud ita multa vocabula in αιος terminata descendunt. Ac de uno quidem quod vulgo huic classi inseritur, supra jam p. 14 dixi me alia sentire, γηραός enim vel γηραιός, quod alii propter γραῦς ex γεραϝιος ortum esse putant, alii ad substantivum γῆρας revocant, mihi a verbo γηράω γηράσκω descendere videtur. Hoc igitur misso jam ea enumerabo, quae procul dubio ad stirpes in ας referenda sunt.

κεραός cornutus apud Hom. Hsd., corneus Call. Anth., jam supra p. 13 sq. indicavi non ex κεραϝος natum esse, ut plerique censent, sed ex κερασjος, cuius originis testis est

κεραία, quod et ipsum cornu significat apud posteriores, Oppianum, Nicandrum, et quidquid cornui simile est, cornicula insectorum ap. Aristot., cornua lunaria ap. Arat., aliasque res: ab Atticis praecipue ad antennas denotandas adhibebatur.

κνεφαῖος apud trag. et Ar., et *ἀκροκνεφαῖος* Hsd. op. 367 originis notam in fronte gerunt. Ad idem prototypon revocandum est Theocriti

σκνιφαῖος. Sic enim in optimis codicibus est 16, 93 *βόες δ' ἀγελαδὸν ἐς αὐλὰν Ἐρχόμεναι σκνιφαῖον ἐπισπεύδοιεν ὁδίτην*. Quod et veterum et recentiorum nonnulli interpretantur tardum, sed significare „serum (Hor. sat. II, 7, 93), sub noctem (Hor. od. 1, 9, 19) migrantem per crepusculum, posteaquam jam *ἐπὶ κνέφας ἦλθεν*", ut vertit Fritzschius, demonstratur hac Hesychii glossa: *σκνιφόν· ἀμυδρὸν βλέπον. Ἀττικοὶ γὰρ καὶ τὸ σκότος σκνίφος λέγουσι. σκνιφ.˜ ἄκρα ἡμέρας καὶ ἑσπέρας λεῖοι* (sic codex, *σκνίφος* — *Ἠλεῖοι* Musur.). Sed de scriptura veteribus non constabat. Nam et illo Theocriti loco alii et boni codices habent *σκνιπαῖον*, et schol. dicit haec: *σκιπναῖον, ἑσπερινόν, ἢ παρὰ τὴν σκίπαν* (*σκνῖπα* Hoeschel ad Phr. 399 Lob., *σκίπνα* Hemst.) *ἢ παρὰ τὸ κνέφας πεποίηται* („explicatius dixisset *ἢ παρὰ τὸ σκνῖφος, τὸ κνέφας, πεποίηται*" Dind. in thes.) *κνὶψ γὰρ ζῷόν ἐστι βραδυκίνητον*. Et Pollux 2, 65: *σκνιπόν δὲ τὸν ἀμυδρὸν βλέποντα Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιός*. (fr. 19 Bgk.) *ἢ τυφλὸς ἤ τις σκνιπὸς ἢ μέγα βλέπων*, ubi exemplaria variant inter *σκνιπόν, σκιπόν, σκιρπνόν*, et in versu Sim. inter *ἤ τις σκνιπός, ἢ κνιπός, ἢ πίκνηπος*. Neque tamen dubitari posse videtur, quin *κνέφας* ex *σκνέφας* ortum sit (Curt. Et.[4], 695), cuius aliae formae fuerint *σκνῖφος* et *σκνῖφας*, unde Theocriti *σκνιφαῖος*.

λεπαῖος saepius apud Eur., a *λέπας*, quod licet casibus obliquis non inveniatur usurpatum, tamen procul dubio eiusdem generis est atque *δέπας, γέρας, γῆρας* al.

οὐδαῖος Orph. Arg. Lyc. Anth. *κατουδαῖος* h. Merc. Hsd. *ὑπουδαῖος* Opp. Plut. *ἐπουδαῖος* Hesych.

In hac classe etiam numerandum mihi videtur

χαιος. Ar. Lys. 91: *τίς δ' ἀτέρα παῖς; — χαΐα ναὶ τὼ σιώ, Κορινθία δ' αὖ*, et 1157 *οὔκα γυναῖκ' ὄκωπα χαϊωτέραν*. Schol. ad vers. 91: *χαΐα ἀντὶ τοῦ ἀγαθὴ μέν,*

Κορινθία δέ. παίζει δὲ παρὰ τὸ κεχηνέναι. — *Κορινθία:* πόρνη, διὰ τὴν Λαΐδα. ἀγαθὴ μέν, οὐ σώφρων δέ, ἐπεὶ ἡ *Κόρινθος* πληθύει ταῖς πόρναις. schol. ad v. 1157 ἀγαθωτέραν. — χᾱός Ther. VII, 5:

> Τᾷ Δηοῖ γὰρ ἔτευχε Θαλύσια καὶ Φρασίδαμος
> κἀντιγένης, δύο τέκνα Λυκωπέος, εἴ τί περ ἐσθλὸν
> χᾱῶν τῶν ἐπάνωθεν, ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ
> Χάλκωνος . . .

schol. in hunc l.: χαὸν λέγεται τὸ ἀγαθὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις. χαὸν δὲ καὶ τὸ εὐγενὲς ἢ τὸ ἀρχαῖον. Hesych.: χαιά. ἀγαθή. χαιός· ἀγαθός. ἀχαία ... Λάκωνες δὲ ἀγαθά. Vetustissimam formam idem Hesychius servavit: χάσιος· ἀγαθός, χρηστός. Hinc igitur factum χάϊος (χάϊος M. Schmidt), χαός. Num etiam bisyllaba forma χαῖος vel χαιός unquam exstiterit, nescimus. Aeschylus quidem usurpavit compositum βαθυχαῖος Suppl. 859, sed in hoc loco plane turbata est antistrophica responsio. Codex enim habet haec:

> ἄγειοσ ἐγὼ βαθυχαῖοσ βαθρείασ βαθρείασ γέρον

quibus v. 847 respondent haec:

> αἷμονεσ ὧσ ἐπάμιδα ησυδουπια τάπιτα

Hermannus emendat sic:

> αἷμον' ἴσως σε γ' ἐπ' ἄμαλα ἥσει δουπίαν τἀπὶ γᾷ
> γεῖος ἔχω βαθυχάϊος βαθρείας, βαθρείας, γέρον

assentientibus fere Schwerdtio et Krusio. Weilius versibus quibusdam transpositis mutat responsionem antistrophicam: is versus qui hac mutatione facta respondet, sic est in cod.:

> κελεύω βία μεθέσθαι Ἴχαρ φρενί τ' ἄταν

Weilius igitur emendat sic:

> αὐδῶ σε βίας μεθίεσθαι Ἴχαρ φρεσσί τ' ἄταν ἐᾶν
> ἔγγαιος ἔχω βαθυχαῖος Βαθρείας, βαθρείας, γέρον

Accepta transpositione aliter emendant:

Dindorfius: κελεύω βίᾳ μεθέσθαι Ἴχαρ φρενί τ' ἄταν
ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος Βαθρείας, βαθρείας, γέρον

Oberdickius: κελεύω βίαν σε μεθέσθαι, Ἴχαρ, φρενὸς ἄταν
λατρείας, γέρον, βαθυχαῖος Ἄμοιρος ἐγὼ βαρείας.

Scholiasta: βαθυχαῖος ἡ μεγάλως εὐγενής. χαοὶ γὰρ οἱ εὐγενεῖς. — Minus certum est, quod Hesychio pro εὐχατότερον·

πλουσιώτερον Kusterus restitui voluit *εὐχαϊώτερον*. Quam emendationem recepit M. Schmidt. — Fortasse hoc vocabulum est in nomine oppidi Elei *Χάα* et montis in Argolide *Χάον ὄρος*. — Etymologia parum claret. Legerlotzius KZ 8, 416 haud inepte confert scr. *`hita* bonus pro *ghata*, gr. *ἀγαθός*, quo in vocabulo aspiratae sint transpositae ut in *τρίγχος θρίγκος*, *τάφος θάπος*, *βάτραχος βάθρακος*, et praefixum sit *sa*, ut *ἀγαθος* pro *sa-gha-ta*, *χάσιος* pro *χάτ-ιος* sit. Cogitaveris etiam de rad. *ghas ghaṅs*, unde lat. *hasta*, got. *gazda*, theod. vet. *gart* (Fick I, 79. 582) ut *χάσιος* sit proprie is qui percutit, caedit, pugnat, fortis, strenuus, bonus, nobilis.

27. Denique fortasse huc referendae sunt nonnullae voces, quarum terminatio *αιος* qui nata sit, aliter haud facile explicare potueris: *κραταιός*, *λεχαῖος*, *πελαγαῖος*. Quae quum manifeste e *κράτος*, *λέχος*, *πέλαγος* pullularint, fortasse sic nata dicas, ut plena terminatio *αιος* adjuncta sit stirpibus decurtatis *κρατ λεχ πελαγ*. Sed *αιος* sic perraro neque nisi infimis Graecitatis temporibus adhiberi infra videbimus. Quam ob rem alia explicatio est invenienda, quae linguae legibus magis respondeat.

Atque *κραταιός* quidem Aly p. 13 derivatum censet ab adverbio *κάρτα* (*κάρτα* a *κρατύς* ut *τάχα*, *λίγα*, *ὦκα* a *ταχύς* cet. Kissling KZ XVII, 200). Quod non improbabile est, neque illud magni faciam, quod *κραταιός* jam ab Homero inde usitatum est, *κάρτα* apud Alcmanem primum legitur. At quanquam de *κραταιός* eiusmodi origo praedicari potest, non potest de *λεχαῖος* et *πελαγαῖος*. Si velim conjecturas addere conjecturis, possim affirmare, haec vocabula originem ducere a stirpibus in *α* vel *η* desinentibus, quae quondam illis *κρατες πελαγες λεχες* a latere fuerint, quum id metaplastorum genus Graecis neque incognitum fuerit neque inusitatum, ut qui *ἄνθος* dixerint et *ἄνθη*, *βλάβος* et *βλάβη* et alia id genus, de quibus v. G. Meyerum Stud. V, 67, Kühnerum Gr. I, 385 sqq., et supra ipse dixi p. 31. Sed nimis mihi temerarius viderer, si vocabula quaedam *κράτη πελάγη λέχη* quondam fuisse affirmarem, nisi probabilia sive ex ipsa lingua Graeca sive ex cognatis linguis afferre possem exempla, quibus illas formas revera exstitisse verisimile fieret, ut supra p. 31, ut vocabulum *ἠθαῖος* ab *ἤθη* quadam forma ductum

arguerem, attuli scr. *svadhâ*. Eiusmodi testibus quum haec vocabula de quibus nunc agimus, careant, non audeo illam eis explicationem adhibere. Verum tetigisse mihi videtur G. Meyerus, quum KZ XXII, 493 *κραταιός* derivat „von altem *κρατας* für *κρατες*“. Omnes enim stirpes, quae in Graeca lingua qualem nos novimus desinunt in *εσ*, prius terminationem *ασ* habuisse constat. Quae terminatio *ασ* in nonnullis est servata, ut in *κέρας*, *γέρας*, *σέλας*, in nonnullis Homeri demum temporibus et etiam recentioribus mutata in *εσ*, id quod docent complurium vocabulorum diversae formae, alterae a stirpe in *ασ*, alterae a st. in *εσ* derivatae; cf. Kühner Ausf. Gr. p. 336. Velut *βρέτας*, *κῶας*, *οὖδας*, *κνέφας* in nom. et acc. retinuerunt *α*, in ceteris casibus mutaverunt in *ε*: *κνέφας* apud Homerum etiam in obliquis casibus retinuit *α*, apud Aristophanem genitivum habet *κνέφους*. Itaque ut ab *οὖδας*, cuius recti tantum casus apud Homerum habent *α*, ceteri *ε*, derivatum est *οὐδαῖος*, *κατουδαῖος* cet., quidni vox procul dubio vetustissima *κραταιός* potuerit derivari a *κράτος*, quod ab *οὖδας* nulla alia re differt, quam quod jam ante Homeri tempora *α* suum primitivum non solum in obliquis casibus in *ε* sed etiam in rectis casibus in *ο* mutavit?

λεχαῖος Ap. Rh. I, 1182 *λεχαίην φυλλάδα;* a Lachmanno probabili conjectura restitutum est Aeschylo, Sept. 292, ubi in Med. est: *δράκοντα δ' ὥς τις τέκνων ὕπερ δέδοικε λεχέων*
ει α φ
δυσευνητορας ἁ πάν ‖ τρομος πελειάς, nunc vulgo legitur: *δράκοντας ὥς τις τέκνων ὑπερδέδοικεν λεχαίων δυσευνάτορας πάντροφος πελειάς*. Atque ab ipso quidem Aeschylo hoc vocabulum inventum esse quum propter formationem non videatur esse probabile, antiquioris originis atque usus testimonium esse videtur emporii Corinthii nomen *Λέχαιον*. Quod Pausanias 2, 2, 3 derivatum putat ab heroe quodam *Λέχης* Neptuni et Pirenes filio: mihi non dubium est quin significet id quod naves recipit, navibus subducendis locum praebet, et ab eadem radice descenderit, unde *ναύλοχος ναυλοχέω*. Neque tamen *λέχαιον* ab ipsa radice *λεκ λεχ* potest esse derivatum, nam hinc non poterat descendere nisi *λοχαῖον*, ut *δοχαῖος*, *πομπαῖος* al. Quamobrem haud erraverit, qui hoc nomen a *λέχος* originem cepisse putet.

Πελαγαῖος Neptuni cognomen fuisse tradit Pausanias VII, 21, 7, loco ut vid. corrupto (certe inter § 7 et 8 lacuna intercidit, quam Schubart notavit in versione lat.). Patris enim prope portum narrat positum fuisse Neptuni et templum et simulacrum. *Ποσειδῶνι δὲ παρὲξ ἢ ὁπόσα ὀνόματα ποιηταῖς πεποιημένα ἐστὶν ἐς ἐπῶν κόσμον καὶ ἰδίᾳ σφίσιν ἐπιχώρια ὄντα ἕκαστοι τίθενται, τοσαίδε ἐς ἅπαντας γεγόνασιν ἐπικλήσεις αὐτῷ· Πελαγαῖος καὶ Ἀσφάλιός τε καὶ Ἵππιος.* Pro *πελαγαῖος* exspectaveris vel *πελάγειος* (quanquam hoc non legitur nisi semel apud Ar. h. a. 8, 19, quo de loco dubitatur) vel *πελάγιος*. Neque magni momenti est quod codices omnes (exceptis Mosq. et Lugd. b qui *Παλαγαῖος* habent) consentiunt exhibentes *πελαγαῖος*, quum omnes libri manuscripti nobis servati ex uno archetypo fluxerint qui et ipse valde corruptus erat. Sed non est veri simile, *πελαγαῖος* scribentium negligentia factum esse ex *πελάγιος*, nec *πελάγειος* nec *πελάγιος* alias unquam Neptuni cognomina fuisse traduntur, licet Pausanias hoc loco disertis verbis narret, hoc Neptuni cognomen omnibus usitatum fuisse, id quod de *ἀσφάλιος* et *ἵππιος* constat. Quam ob rem lectio tradita videtur retinenda, ut *πελαγαῖος* fuerit cognomen Neptuni ex priscis temporibus traditum, quod eam ipsam ob causam retinuerit *α*.

Valde incertus sum sitne hisce nominibus adjungendum

κάλλαιον, quod galli gallinacei tum barbam significat, tum paleam. Traditum est apud Aristoph. Eq. 497, Aristot. h. a. 9, 49 (ubi compluria exemplaria exhibent *κάλλιον*) et posteriores. Pro plurali *κάλλαια* saepe scriptum est *κάλλεα*, quod quum confunderetur cum vocis *κάλλος* plurali *κάλλη*, grammatici in his vocabulis discernendis multum operae impenderunt. V. Piers. ad Moer. s. v. Eiusmodi praecepta sunt haec: Thom. Mag.: *Κάλλεά ἐστι τὰ τῶν ἀλεκτρυόνων· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθέων κάλλη.* Hesych.: *κάλλαια· οἱ τῶν ἀλεκτρυόνων πώγωνες. [καὶ πᾶν πορφυροειδὲς χρῶμα. ἔνιοι δὲ τὰ ποίκιλα. καὶ παρ' Αἰγυπτίοις χρῶμα καλαϊνόν. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ μύρου. κ[αλλ]αὶ τὰ βαπτὰ ἔρια.* Ad quae M. Schmidtius: „*κάλλαιοι* cod., em. Phot. 126, 12 Sopingus. Quae post *πώγωνες* sequuntur aut ad *κάλλεα* spectant cum *κάλλαια* confusum aut ad gl. 65 *κάλλη* post *πορφυρᾶ* sunt retrahenda". Moeride

auctore *κάλλαια* etiam *κάλλωνες* vocabantur: *κάλλαια τὰ ὑπὸ τά γένεια τῶν ἀλεκτρυόνων, οὓς κάλλωνας οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι,* ubi Piers. legendum censet *χειλῶνας*. Sed hac mutatione non opus est, nam etiamsi *κάλλων* praeter hunc locum non reperitur, tamen non *ἀνωμάλως* formatum est. Nam ut *κάλλων κάλλος*, sic *ἀγκών ἄγκος, αἰών αἰές, κυτών κύτος:* saepius quidem sororiant *-ων* et *-ος* secundae vel *η*-primae: *βαιών βαιός, κνήκων κνηκός, κύφων κυφός, κώδων κώδη κωδία, κώθων κωθός, κολοφών κορυφή, μάλθων μάλθα, πυλών πύλη, τυφών τῦφος, χλιδών χλιδή*. Itaque regulae non repugnaret *κάλλων* a *καλός* pro *καλjός* (*καλλός*). Sed putaverit quispiam, *κάλλωνας* hoc loco corruptum esse e *καὶ πώγωνας*, quum desideretur *καί*. — Sed qui explicandum est ipsum *κάλλαιον*? Potest sane a *κάλλος* derivatum esse ut *κραταιός* a *κράτος*. Hoc si verum esset, *κάλλαιον* significaret ornamentum quasi ac decus capitis. Sed habet haec etymologia nescio quid quod me offendat, neque *κάλλαιον* videtur posse separari a lat. *palea palear*. Hinc intelligitur, vocabulo *κάλλαιον* proprie significari barbam galli. Quid si derivatum esset a rad. scr. *çval* moveri, ire, ut proprie significaret „vacillans"? cf. lat. *palla, pallium,* germ. *qualle, qualster*.

III.

De vocabulis in *αιος* a stirpibus in *α* derivatis.

28. Longe maxima vocabulorum in *αιος* pars a stirpibus in *α* desinentibus derivata est. Sed ut harum stirpium prototyporum, sic etiam derivatorum genera diversa. Vocalis enim illarum finalis *α* aut corporis ipsius ut ita dicam propria est, aut suffixum qua haec ipsa stirps ex alia derivata est. Atque illius quidem classis duo sunt genera, primum eorum, quorum *α* ipsius radicis proprium est, ut in *βε-βα-ιος*, alterum eorum, quorum *α* suffixi quidem est, sed non eius quo novissima haec forma, unde derivatum in *αιος* descendit, terminata est, ut *ἀλαῖος* non ex st. *αλ-α*, sed ex *ἀλ-α-(j)ο* natum. Alterius classis tria sunt genera, primum eorum quae a substantivis sive masculini sive feminini generis pullulant, illa perpauca, haec innumera, alterum eorum quae ab adverbiis ducta, tertium quae a

verbis in *αω αιω αζω ασκω* sim. originem duxerunt. Non semper clare apparet, cui ex his classibus vocabulum aliquod adscribendum sit, quum magna adverbiorum verborumque illorum pars ipsa pro fundamento habeat substantivum primae declinationis, ut saepe ambiguum sit utrum ex illo ipso nomine prototypo an ex adverbio vel verbo illinc oriundo ductum sit vocabulum in *αιος* desinens. Qua de quaestione in singulis vocibus tractandis agemus.

Sed priusquam vocabula ipsa enumeremus et percenseamus, retractanda est quaestio, quam Lobeckius olim instituit in Paralipomenon dissertatione quinta,

De paragoge ionica.

29. De re ipsa vix est quod verba faciamus. Haud pauca reperiuntur vocabula in *αια*, quae ab aliis in *η* vel *α* desinentibus nulla alia re videntur differre, quam hac ipsa terminatione, significatu autem plane congruere, ut *ἀνάγκη ἀναγκαία, σελήνη σεληναίη* al. Qua de re quid tradiderint grammatici, videas apud Lobeckium p. 297 sq., mihi unum attulisse sufficiat Apollonii locum, qui quid illi senserint ceteris manifestius indicat de adv. p. 598, 18: *καὶ ἐπ' ὀνομάτων ἔσθ' ὅτε παραγωγαὶ γίνονται κατὰ τῶν αὐτῶν σημαινομένων ὡς τὸ ἀναγκαίη καὶ τὸ εὐναίας ἐβάλοντο.* Exempla a grammaticis afferuntur haec: *Ἀθηναία, ἀκταία, ἀλκαία, ἁλμαία, ἁμαξαία, ἀναγκαία, ἀρχαία, αὐλαία, γαληναία, γυραία, δειλαία, δικαία, δραχμαία, ἀπευκταία, εὐναία, καλαμαία, κεραία, λιμναία, μελισσαία, οὐραία, πε带αία, περικεφαλαία, προνομαία, πυλαία, σεληναία, ὡραία.* Inter quae nonnulla falso enumerari apparebit (ut *ἀλκαία, αὐλαία, καλαμαία, περικεφαλαία, προνομαία, πυλαία*): sed multa etiam addi possunt, *σπαθιναία, γαστραία, ἡλιαία, λευκαία, μελαιναίη, ὀρφναίη, πυκναία, ῥομφαία.*

Ab his igitur exemplis orsus quaestionem Lobeckius instituit, cuius haec est summa: omnia illa vocabula in *αια* non esse vera substantiva, sed adjectiva a substantivis prototypis derivata, quae eam ipsam ob causam etiam significatione plus minus ab illis discrepent. Quae si substantiva notione usurpentur, id ita factum esse, ut adjectivo nudo posito subaudiretur ani-

misque obversaretur substantivum aliquod feminini generis. Hac ille sententia saepe sed non semper verum tetigit, et, id quod ei saepius accidit, regulae investigandae studio abreptus non aquam modo, ut aiunt, sed ipsum infantem ex solio effudit. Nemo enim negaverit, persaepe adjectiva paulatim donata esse notione substantivali, qua de re copiosius idem egit in quinta paralipomenon dissertatione. Sed neque omnia quae Lobeckius tractavit paragoga adjectivi significationem ab initio habuerunt, et diversa paragoges genera accuratius sunt distinguenda. Nam quum paragogen ionicam passa esse dicantur ea tantum vocabula, quae significatione, ipso corpore, denique genere plane paria sola diphthongo *αι* ante terminationem quasi intrusa differunt, sejungenda sunt et separatim spectanda quaecunque aut significatione aut genere a prototypis discrepant. Ut *κορυφαία* (Lob. l. l. p. 308), *αὐλαία, θυραία* (ib. p. 309), *καλαμαία, πυλαία* (ib. p. 311), *τελευταία* (ib. p. 315), *σημαία, σπειραία* (p. 318) plane diversa utuntur significatione quam primitiva *κορυφή, αὐλή, θύρα, καλάμη, πύλη* cet. Genere autem a prototypis diversa sunt v. c. *κεφάλαιον* (p. 308), *ὄπαιον* (falso Lob. *ὀπαία* p. 309) et quae p. 319 enumerat generis neutrius *κοιταῖον εὐναῖον προθύραια προπύλαια καστάναια.* Denique seponenda censeo quae omnino non a prototypis primae declinationis ducta sunt, *ἀλκαία, ὁλκαίη, ὁλκαῖον, προνομαία, τροπαία, δοχαίη, τοναία, τριβαία,* quae infra docebo ab ipsis verbis esse derivata.

His igitur segregatis permagna restat multitudo paragogorum cum prototypis plane consentientium. Haec quum Lobeckius dicat proprie adjectiva fuisse sed paulatim prototyporum significationi magis magisque assimulata denique in horum ipsorum locum surrepsisse, in multis assentatorem me habet. Nam ut *κοιταῖον* et *εὐναῖον* proprie significant id quod ad *κοίτην* et *εὐνήν* pertinet, deinde ipsum torum, sic etiam *ἀκταία* primitus, subaudito *γῇ*, significavit terram maritimam, deinde litus ipsum. Et vero etiam *παρθενική* pro *παρθένος, θήλειαι* pro *γυναῖκες, ποιητικοί* pro *ποιηταί* veteres dixisse Lobeckius demonstravit p. 305. Ab his autem et similibus orsus in dissertatione V paralipomenon, quae de nominibus adjectivi et substantivi generis ambiguis est, a certioribus progrediens ad minus

certa, tandem eo usque audaciae procedit, ut non solum rerum corporearum nomina, sed etiam § 6 permulta eorum quae qualitates exprimunt (plane diversis inter se illa modis formata), ut quae diei noctisque partes significant, *ἀμφιλύκη, ἑῴα, ἑωθίνη, ὀρθρία, μεσημβρία, ὀρφναία*, tempora anni *θερεία χειμερία ὡραία*, coeli qualitates *αἰθρία, γαληναία, εὐδία, νηνεμία, νοτία*, aetates humanas *νηπίη, νηπυτίη, νεοίη, παιδεία, ἠνορέη, ἀνδρεία*, denique omnia fere abstractae notionis feminina in *ια* desinentia nihil esse affirmet nisi feminina adjectivorum. Neque tamen fortiter rem suam peregit, sed magis magisque in dubio atque incerto se incedere intelligens tandem subsistit, cetera abstractis relinquens, sed subsistit eo loco, qui non certo quodam limite signatur, sed valde obscuro confinio non tam regnorum quam agrorum eiusdem regni propriorum, ut ea ipsa re se jam in alieno esse territorio confiteatur. Quid enim, quod *δαιμονία, θεσπεσία, ὀλβία, μακαρία* al. adjectiva censet, sed p. 361 „abundat, inquit, sermo graecus nominibus in *ια* exeuntibus *αἰσχρία, γλισχρία, μιαρία, πικρία, ποικιλία, ψυχρία* etc., quae nemini in mentem venit dubitare quin substantiva sint, quum et significationem huius generis habeant neque exstent adjectiva in *ιος*, quorum feminina dici possint." Ergo *ὀλβία, μακαρία, ἁρμονία, ἐλευθερία* non habent huius generis significationem? Et cur non etiam adjectiva *αἴσχριος, ποικίλιος* al. quondam exstitisse putemus, ut *φίλιος, ἐλευθέριος*? Hac nimirum ratione omnes adjectivorum substantivorumque fines plane deleantur, et si sibi constitisset, debebat profiteri, omnia substantiva proprie adjectiva esse.

30. Sed videamus, quomodo abstracta illa ex adjectivis orta esse comprobet. Quod ut accuratius intelligatur, ipsius verba adscribam. Postquam *ἀνδρεία, παιδεία, πινυτή* al. feminina adjectivorum esse dixit, pergit sic p. 360: „Sed illud fortasse plerisque incredibile et paene portentosum videbitur, Graecos pro calor (*θερμότης*) dixisse calida (*θέρμη*), pro virilitas (*ἀνδρία*) virilis (*ἀνδρεία*). Verum tamen si huic ingens multitudo nominum ante oculos posita fuerit, quae ex adjectivis facta sunt substantiva mutatione formae aut nulla aut pusilla, si idem nostrae vernaculae linguae vocabula: *die spitze, die enge, die platte, die ebene, die frühe, die heitre, die weite,*

die feste, die wüste, contenderit cum graecis *ἡ ἄκρα, ἡ στενή, ἡ πλατεῖα, ἡ ἑῴα, ἡ γαλήνη, ἡ στερεά, ἡ τραφερά, ἡ ἔρημος,* haud longe aberit, quin se ad veterum rationes adjungat." Et paulo inferius p. 362, vocabulis *σπανία, ὁσία, ὀλβία, μακαρία, ἀξία, ἀπαξία, ἀναξία* adjectivo generi vindicatis: „Verum huc deductis, inquit, vereor ne difficile sit gradum sustinere via lubrica et praecipiti. Nam praeter illa, quae jam percursa sunt, undique redundant vocabulorum formae ancipites: *ἁρμονία, ἀνακτορία, ἐλευθερία, ἐπικουρία, ἡσυχία, ἱκεσία, ἰσημερία, κερτομία, μειλιχία, ξενία, οἰκουρία, παρθενία, σωτηρία, ὑπερτερία* (superbia), *φιλία* etc., quae si actiones et qualitates significant, non pro substantivis sed substantiva esse, communis est doctorum sententia. Neque ego illa vetere possessione deturbare conabor. Sed si quis tamen huc audaciae procedat, non video quibus argumentis refutari possit. Nam si, ut plerique consentiunt, *δαιμονίᾳ* et *θεσπεσίᾳ* non aliter se habent ac *δημοσίᾳ, ἰδίᾳ, κοινῇ, ἐτεῇ,* quid rationis dici potest, cur *μειλιχία, ἁρμονία, φιλία* non sint adjectiva? Num Graecis plurali generis neutrius uti licuit: *τέως μέν σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, τοῖς Κορινθίοις φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους* Herodo. III, 49, feminino vero singularis numeri minus? Nimirum dicet aliquis genus neutrum adminiculo egere nullo, femininum vero sine substantivo, cui latenter adhaerescat, intelligi non posse, velut *ἀπ᾽ ἴσης, ἀπὸ πρώτης, ἀπὸ μιᾶς, ἐκ ταχείας, ἐκ παλαιᾶς, ἐξ ὑστέρας, διὰ κενῆς, ἐπ᾽ ἴσης, κατὰ μόνας, ξυνῇ, κενῇ, τὴν πρώτην, τηνάλλως, ἀλληνάλλως* etc. referri ad substantivum aliquod cogitatione comprehensum, qualia multa sarcinatores ellipsium comminisci solent. Sed permultis locis horum supplementorum nullum convenit. Quis enim, si legerit *ἀπ᾽ εὐθείας φιλοσοφεῖν* Plut. Symp. 1, 4, 8, *τὴν εὐθεῖαν συνειπεῖν τινι* V. Cic. VII, *ἐξ ὀρθῆς ἀνακρίνειν* Polyb. XV, 27, *τηνάλλως ἀδολεσχεῖν* v. Berger. ad Alciphr. I. Ep. 19, his igitur et similibus locis quis aut *μοῖρα* aut *τύχη* aut *πρᾶξις* aut *ὁδός* aptum esse credat? Quare sic potius existimandum videtur, Graecos a notionibus simplicissimis progressos maximeque obviis, quae sunt situs, viae et directionis, hinc similitudinem traduxisse ad actionum humanarum varias directiones et modos. Ergo quod consuetum esset dicere *τὴν εὐθεῖαν πορεύεσθαι, τὴν*

μέσην ὁδεύειν, μακρὰν πεμφθῆναι, ἐξ ἐναντίας προσιέναι Plut. v. Rom. XXVIII, *ἐξ ἐναντίας — ἐκ πλαγίου καθεστήκεσαν* Thuc. IV, 33. *εὐθείᾳ φέρεσθαι* Stob. Ecl. 1, 606, omisso vocabulo, cuius notio in verbo continetur, hinc consequutum esse, ut idem nomen tacite comprehenderetur cum verbis, quae non simplicem actionem sed actionem in motu positam significant, *εἰς εὐθεῖαν καταστῆσαι, ἐξ ἐναντίας μάχεσθαι* Aelian. h. an. V, 19. *τὴν εὐθεῖαν ἀποκτείνειν* Eur. Med. 384. *ὀρθὴν ἐντυγχάνει ἀντὶ τοῦ εὐθύς. Ὑπερίδης* Phot., et ut postremo hoc exemplum transferretur ad eas actiones, quae omnino non corporis sed animi motu et intentione conficiuntur, *ἐξ ἐναντίας δοξάζειν* Aristot. Pol. VII, 2, 5. *οὐκ ἐξ εὐθείας νοεῖν ἀλλὰ καθ' ὑπερβατόν* Strab. XIII, 585. *τὴν ἀπόδειξιν ἐξ εὐθείας ποιεῖσθαι* Galen. de Semin. II, 1, 609. t. IV. *ἐξ ἴσης θαυμαστή* Iulian. Or. 1, 19 A etc. quae quia a proprio et nativo intellectu desciverunt, non amplius quaeri debet, quod quoque loco nomen omissum sit, sed his complementis tum locus fuit, quum homines proprie loquerentur. Iam, ut ad propositum redeam, eodem modo dicitur *προφθαδίην ἀγορεύειν, ἀντιβίην* (et *ἀντίβιον* sive *ἐναντίβιον*) *ἐρίζειν, ἀμφαδίῃ τι ῥέζειν, πασσυδίῃ προχέοντο, αὐτοσχεδίην βάλλειν* et *αὐτοσχεδίην ᾄδειν*, postremo *κρυπταδίῃ λανθάνειν* Maxim. v. 339, quibus respondent accusativi latini *perperam, promiscam, bifariam, alias,* et qui supra relati sunt dativi *δαιμονίᾳ, θεσπεσίῃ, ἀναγκαίῃ*. Neque secus statuam de *ἐτεῇ* aliisque dativis, qui adverbiorum locum obtinuerunt, ut *ὁμαλῇ* id est *ὁμοῦ* Hesych. quod si ab *ὁμαλής* provenit, cum *ὁμαρτῇ* aequiparandum est, *ἡσυχῇ, λάθρῃ* etc., quae omnia tacite subsequuntur nomen quoddam feminini generis sive *χρεία* sive *τύχη* sive *δρᾶσις* sive *διάθεσις* sive aliud huius indefinitae significationis vocabulum, cuius adumbrata notio in animis obscure haesit, forma autem amissa est, quo evenit ut iisdem adjectivis non semper idem substantivum et aliquibus nullum accurate conveniat."

31. Atque quae de illis vocabulis adverbialiter usurpatis dicit, quum in universum vera esse videantur, tamen illam dictionem paullo alia ratione et ortam et excultam esse puto. Initium nisi fallor cepit ab illo dicendi genere, quod plerumque

figuram etymologicam appellare consuevimus, ita ut adjectivo addito substantivum illud, quo actio verbi, vel, ut nunc loquuntur, objectum actionis interius exprimitur, omitteretur, ut quod ex ipso verbo et ex adjectivo et generis et casus nota servum se domini absentis profitente per se intelligeretur. Sic dicta sunt v. c. Aesch. Ag. 1386 *καὶ πεπτωκότι τρίτην ἐπενδίδωμι* (sc. *πληγήν*). Soph. Ant. 1309 *ἀνταίαν ἔπαισεν* (sc. *πληγήν*). Herodot. 3, 119 *ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ* (sc. *δέσιν*). Itaque in *αὐτοσχεδίην βάλλειν* simul audiebatur *πληγήν*, in *ἐναντιβίην ἐρίζειν* — *ἔριν*, in *τὴν ἰθεῖαν βαίνειν* — *βάσιν* vel *ὁδόν*. Eandem originem esse puto multorum quae dativo casu ponuntur, nam etiam dativo casu usurpari figuram illam etymologicam constat, cf. Lob. Paral. 523, ut *λυμαίνεσθαι λύμαις, νίκῃ νικᾶν, γάμῳ γαμεῖσθαι* al. Sic dicta sunt *ἀμφαδίῃ τι ῥέζειν, εὐθείᾳ φέρεσθαι* alia. Ac fortasse eodem modo orta sunt illa cum praepositionibus juncta *ἀπ᾽ ἴσης, ἀπὸ μιᾶς, ἐξ ἐναντίας* al. Postero tempore, quum hae locutiones penitus in adverbiorum notionem transissent, eas etiam cum aliis verbis jungi potuisse apparet.

Jam cum eo consilio Lobeckius haec attulerit, ut doceat, quo modo in huiusmodi dictionibus omittatur substantivum, eodem etiam alibi potuisse omitti, ut ex adjectivis fierent substantiva, mirum sane est, eum non vidisse, quantum inter illud et hoc dicendi genus intersit. Nam illa adjectiva et sua ipsórum forma, positionis generisque signo, et verbi quocum juncta erant notione prodebant substantivum latens, illa magis magisque rigescebant, hebetabantur et quasi emoriebantur, dum vita ac significatu primigenio plane destituta traducebantur ad aliena: haec illis adminiculis plerumque carebant, vitam retinebant. Quamquam non nego, et quis tandem negaverit, permulta adjectiva omisso substantivo quod facile intelligeretur ipsa substantivi notionem paulatim accepisse; sed si omnia substantiva quae a latere habent eiusdem formae adjectivum, hac ratione ex illo nata esse putabimus, ubi tandem erit finis? Nam, ut supra jam dixi, non sibi constans est Lobeckius, quum *ὀλβία* et *μακαρία* ex *ὄλβιος* et *μακάριος* facta esse putat, *αἰσχρία, γλισχρία, ποικιλία* al. substantiva genuina vocat eam ob causam, quod non exstent adjectiva in *ιος* quorum feminina esse possint. Nam illa ad-

jectiva intercidere potuerunt. Quamobrem constantius agit, quum, quanquam dubitanter, p. 364 sq. *ἀκεστορία, ἀλαστορία, ἀνακτορία, ἑτεροκρανία* sim. adjectiva esse censet, quanquam vera adjectiva plane paria non exstant, propter similia adjectiva *ἀνακτόριος, πρακτήριος, ἡμικράνιος*. Itaque quod sensit, licet non disertis verbis pronuntiarit, mihi hoc esse videtur, omne substantivum in *ια* (nam de his praecipue agit, de ceteris minus confidenter), quod a latere aut habeat aut habere possit adjectivum in *ιος*, ex hoc esse natum, cetera vera substantiva esse. Neque omnino incredibile est terminationem *ιᾱ*, qua nomina abstractae notionis formantur, cognatam et propinquam esse terminationi qua adjectiva notionis concretae finguntur *ιος ια ιον* (suff. *ιο*), et prisco quodam tempore ex hac natam, praesertim quum non in latina tantum lingua nomina in *-ium* desinentia abstracta utantur significatione (ut *officium, imperium, otium;* id quod attulit Misteli KZ XVII, 175), sed etiam in Graeca neutra in *-ιον: εὐαγγέλιον, ἀγχιστεῖον, ὁμάρτιον, διδασκάλιον, γεώργιον, ἐρείπιον, ἔριον = ἐρέα, κατηγόριον, λειποτάξιον* al. Sed jam casco aevo et priusquam gentes aricae discederent, proprium suffixum *iā* ad abstracta fingenda ab illis cognatis distinctum et segregatum esse, ea re demonstratur, quod omnes nationes aricae hoc suffixo hac ipsa significatione utuntur: scr. *-yâ*, got. *-jô* (nomin. *-ja* vel *-i*) et superaddito *n* illo Germanis adamato *jôn* vel *ein* (pro *jân*), theod. vet. *-ia* vel *-î* (cf. Schlüter, Die mit d. suff. *ja* gebildeten deutschen nomina, p. 154 sq. 164 sq. 131 sqq. 144), slav. vet. *-ja*, lat. *-ia -iē* (Bopp. Vgl. Gr. III² § 892 sqq.). Itaque Graecos quoque inde a primis temporibus hoc suffixo usos esse constat. Jam quum non minus constet, multa quoque substantiva in *ια* ex adjectivis in *ιος* esse orta, ut *ἑῴα* vel *ἠοίη* et *χειμερία* adjectiva esse ex similibus intelligitur *ἑωθίνη, χειμερίνη*, id tantum agitur, ut fines constituantur. Quod ut unquam accurate fieri possit magnopere vereor: at adjectivorum fines a Lobeckio nimis prolatos esse patere mihi videtur. Adjectivorum enim id munus esse constat, ut qualitatem aliquam non per se existentem et quasi rem propriam suique iuris, sed vel animanti vel rei alicui adhaerentem et propriam significent. Itaque quum adjectivum solum ponitur, aut certum aliquod substantivum, quod ex totius enun-

tiati sententia facile intelligitur, omissum est, aut, si certa quaedam notio non simul auditur, quoties masculino vel feminino genere positum est, simpliciter de homine aut certe animante eius generis dictum esse intelligitur, ut nos dicimus *die alte, die schöne* de vetula et puella. Nunquam autem adjectivum masculino vel feminino genere positum qualitatem eam quam significat abstractam exprimere potest, quoniam ipso genere ad rem animatam se pertinere profitetur. Facilius neutro genere ad abstractam notionem exprimendam adjectivum aliquod adhiberi potuit, quum neutrum illa animantis significatione careat. Itaque in lingua Germanica multa invenias abstracta neutrius generis ex adjectivis oriunda, *das gemach, das leid*, et permulta in lingua antiqua, cf. Zimmer, Die nominalsuffixe *a* und *â* in den germ. spr. Strassb. 1876, p. 161, quanquam haec rectius ex significatione collectiva transisse putaveris in abstractam, cf. ibid. p. 207 sq. Itaque non recte Lobeckius ad sententiam suam tuendam p. 363 adhibet neutra adjectivorum pro substantivis abstractis posita. Neque de eo substantivorum genere mihi recte judicasse videtur, quod omitti possit, ut adjectivum in eius locum succederet, quum dicit p. 351, praecipue res generales his et huius modi epithetis vicariis esse cumulatas. Non res generales fuerunt, sed res maxime in quotidiano loquendi usu adhibitae, ut *χείρ, γῆ, ὁδός, μερίς, ὥρα, νόσος, ἄρτος, μᾶζα* al. cf. Krüger Gr. 43, 3, 3. Neque nego saepe accidisse, ut vel posteri nescirent, quod substantivum intelligendum fuisset, vel omnino non certum aliquod vocabulum, sed obscura aliqua eiusdem generis notio animo infixa esset et cum adjectivo tacite simul audiretur, unde hoc generis sive masculini sive feminini notam acciperet (p. 363; cf. p. 376: „Ac ne opus quidem est supplemento, si sumamus eos, qui primi rebus vocabula imposuere, nonnunquam substantias appellasse adjective a specie, quam prae se ferrent, eminentissima et ad animadvertendum maxime insigni, atque exempli causa editam montis partem *τὴν ἄκραν* appellasse non quod animum ad notionem *τῆς κορυφῆς* referrent, sed per se ipsam, genere autem feminino usos esse ob eandem ausam, qua *κορυφή* feminine appellaretur, et similiter *ἡ τρίοδος, ἡ ἁμαξιτός*, quia *ὁδός, κέλευθος, οἶμος, τρίβος, ἀγυιά, agea, via*, feminina sunt.“). Sed plane incredibile est, adjectivi

formam femininam usurpatam esse ad ipsam qualitatem ab adjectivo expressam abstracte ponendam, omisso substantivo aliquo nihil nisi essentiam, *τὸ εἶναι* significante, et recte ipse Lobeckius p. 360 paene portentosum videri ait, Graecos pro calor dixisse calida, pro virilitas virilis. Quis enim putaverit, Graecos, quum haberent terminationem *ια* ad abstracta fingenda destinatam, non hac terminatione ut alias sic etiam ad abstracta ex *ἀνάκτωρ, ἐλεύθερος, ἐπίκουρος* al. fingenda usos esse (nam ex prototypis, unde adjectiva in *ιος ἀνακτόριος ἐλευθέριος ἐπικούριος* pullularunt, non ex his ipsis adjectivis nomina illa abstracta derivata esse apparet), sed huic simplici et usitatae fingendi rationi praetulisse illam quam Lobeckius iis imputat viam complicatam et arduam, ut adjectivis illis tacite adderent substantivum et ipsum abstractum, quin abstractissimum — quis autem nescit, quo proprius lingua aliqua ab origine sit, eo magis viva, concreta, speciali vocabulorum significatione uti, quo magis senescat, eo plura adhibere abstracta et generalia — subaudientes talia: *τύχη, δρᾶσις, διάθεσις*, id est nihil fere nisi meram notionem *τοῦ εἶναι*?

32. Quae autem Lobeckius affert sententiae suae auxilia, ea nulla sunt. Primum etiam in nostra ipsorum lingúa eundem usum esse affirmat, quum dicamus *die enge, die weite, die ebene* etc. Iisdemque testibus utitur Ameisius ad Od. *α*, 97, qui hisce fretus adminiculis ne substantivum quidem omissum esse in illis locutionibus Graecis contendit. Eumque secuti sunt Autenrieth et La Roche ad Il. B, 367. At quis est qui nesciat, vocabula illa a Lobeckio allata specie tantum, quam nunc habent, videri adjectiva esse, veteres autem eorum formas plane diversas esse ab adjectivorum femininis et ipsa terminatione substantivam notionem profiteri? Quod Lobeckio tunc ignotum fuisse facile ignoscas, a doctis viris qui nunc sunt ignorari turpe est. Etenim substantiva illa quae Lobeckius affert, omnia fere in lingua theodisca vetere desiverunt in *î*, quae terminatio est substantivorum abstractorum feminini generis, ab eodem suffixo *iā* orta, unde etiam Graecorum abstractorum terminatio *ια* de qua modo locuti sumus: *engî, ebanî, fruoî, haitarî, fastî festî, wôstî, wîtî* (Schlüter l. l. p. 137 sq.). Adjectivorum autem *engi eban fruo haitar fasti wosti wît* feminina aut sonabant *engiu*

ebaniu fruoiu haitariu cet., aut *enga*, *ebana*, *fruoa*, *haitara* cet. Itaque tantum abest ut his substantivis confirmetur Lobeckii sententia, ut falsa esse arguatur. Quanquam non omnia illa vocabula a Lobeckio allata hanc habent originem, unum enim, *platte*, non germanicum est sed ex medii aevi latinitate tractum, *spitze* autem nescio utrum ex vetere *spizzî* apex jugum sudis, an ex *spizza* fem. deb. pinnaculum, pinula, mucro, aculeus, vallus, pinna, ortum sit. Atque *spizza* quidem potest sane femininum debile esse adjectivi *spizi*, sed hac terminatione permulta feminina abstracta utuntur, quarum minima pars ab adjectivis ducta esse potest, multo plura a verbis ipsis ducta sunt: *kâha* festinatio, *kouma* cura, *luccha* foramen, *lûta* vox, *morna* maestitia, *biba* tremor, *scelta* jurgium, *scîna* manifestatio, *seha* visus, *smerza* dolor, *snuda* derisio, *stunta* hora, *fasta* jejunium, *freisa* periculum, *wîsa* modus, et permulta concreta quae non magis ab adjectivis derivata esse possunt, ut *amma* nutrix, *hutta* tugurium, *huorra* adultera, *muoma pasa* amita, *pluoma* flos, *quena* uxor, *spinna* aranea, *vliuga* musca al. Grimm. Gr. I[1], 626 sq.

Neque plus valent, quae ibidem affert Lobeckius exempla ex lingua graeca, ἡ ἄκρα, ἡ στενή, ἡ πλατεῖα, ἡ ἑῴα, ἡ γαλήνη, ἡ στερεά, ἡ τραφερά, ἡ ἔρημος. E quibus pleraque adjectiva esse non nego, sed haec sunt concreta, omissis substantivis usitatis γῆ (στενή, στερεά, τραφερά, ἔρημος Lob. p. 350), χείρ (πλατεῖα ab Aristophane eo loco eoque sententiae nexu usurpatum Ran. 1096, ut nemini dubium esse possit, quin πλατείαις τυπτόμενος sit πλατείαις χερσίν, cf. schol. ad loc. et nostrum: *auf allen vieren kriechen:* nihil differt haec locutio a δεξιά, ἀριστερά, nostro *die rechte, die linke*), ὥρα (ἑῴα, cf. ἑωθινή). Quae autem abstracta vera sunt ut ἄκρα, γαλήνη, αἰθρία, νηπίη, ἀνδρεία al., ea nihil esse nisi adjectivorum ἄκρος, γαληνός, αἴθριος, νήπιος, ἀνδρεῖος feminina plane nego. Potuit quidem Lobeckius multo plura eius modi abstracta afferre forma nihil discedentia a nominibus concretis in ος, sive compositorum membris posterioribus, sive substantivis, sive adjectivis: ἀμοιβή (ἀμοιβός), φορβή (συφορβός), στίλβη (στιλβός), ἀγωγή (ἀγωγός), ἀρωγή (ἀρωγός), σφαγή (ταυρο-σφάγος), τάγγη (ταγγός), ᾠδή (ἀοιδός, ἐπῳδός),

βοσκή (*χιονο-βοσκός*), *ἱστο-δόκη*? (*ἰοδόκος*), *κάκη* (*κακός*), *ὁλκή* (*τοξ-ουλκός*), *πλοκή* (*εὔπλοκος*, *στεφανο-πλόκος*), *φυλακή* (*φύλακος*), *ἁμαρτωλή* (*ἁμαρτωλός*), *βολή* (*ἐλαφη-βόλος*, *σύμ-βολος*), *βουλή* (*ἐπί-βουλος*), *λάλη* (*λάλος*), *στολή* (*ναύ-στολος*, *ναυ-στόλος*), *σπατάλη* (*σπαταλός*), *φειδωλή* (*φειδωλός*), *δοκιμή* (*δόκιμος*), *εἰςδρομή* (*περί-δρομος*), *νομή* *ἄστυ-νόμος*), *ὀδμή* *ὀσμή* (*εὔ-οσμος*), *τιμή* (*ξενό-τιμος*, *πάν-τιμος*), *τομή* (*ἀμφι-τόμος*, *καρά-τομος*), *γονή* (*ἀνδρογόνος*, *ὀψίγονος*), *δίνη* (*περί-δινος*), *εὔθυνα* (*εὔθυνος*), *θοίνη* (*σύν-θοινος*), *μονή* (*μόνος*, *ἔμ-μονος*), *πλάνη* (*πλάνος*, *δύςπλανος*), *ποινή* (*ὑστερό-ποινος*), *φονή* (*ἀνδρο-φόνος*), *φωνή* (*ἠερό-φωνος*), permulta in *-συνη* et *συνος* ut *γηθοσύνη* *γηθόσυνος*, *δεσποσύνη* *δεσπόσυνος*, *δουλοσύνη* *δουλόσυνος*, *ἱπποσύνη* *ἱππόσυνος*, *καλλοσύνη* *καλλόσυνος*, *κηδοσύνη* *κηδόσυνος*, *μαντοσύνη* *μαντόσυνος* al.; deinde *ἀκοή* (*ἐπ-ήκοος*), *βοή* (*βόας*, *καλλι-βόας*), *πνοή*, *ἀναπνοή* (*ἀντί-πνους*), *ῥοή* (*ἀψό-ρροος*), *χοή* (*οἰνο-χόος*), *κλοπή* (*κλοπός*), *ἀποκοπή* (*ἀπό-κοπος*, *θυρο-κόπος*), *ὄρφνη* (an rectius adjectivi *ὀρφνός* femininum?), *μολπή* (*ἀντί-μολπος*), *πομπή* (*πομπός*, *εὔ-πομ-πος*), *ῥοπή* (*παλίρ-ροπος*), *σκοπή* (*σκοπός*), *τροπή* (*πολύ-τροπος*, *ἀπό-τροπος*), *τυπή* (*τύπος*, *ἀλί-τυπος*), *ἄγρα* (*πάν-αγρος*), *βορά* (*βορός*, *γυιο-βόρος*), *δορά* (*βου-δόρος*), *ἑσπέρα* (*ἕσπερος*), *ἔχθρα* (*ἐχθρός*), *λέπρα* (*λεπρός*), *σπορά* (*ὁμό-σπορος*), *φαλάκρα* (*φαλακρός*), *φθορά* (*ἀνδρο-φθόρος*), *φορά* (*φορός*), *φρουρά* (*φρουρός*), *ψύχρα* (*ψυχρός*), *ψώρα* (*ψωρός*), *ὤχρα* (*ὠχρός*), *βλάστη* (*βλαστός*), *ἐγγύη* (*ἔγγυος*), *βαφή* (*ἀνθο-βάφος*), *γραφή* (*δελτο-γράφος*), *στροφή* (*στρόφος*, *ἀσπιδη-στρόφος*), *τροφή* (*τροφός*), *βράγχη* (*βραγχός*) *ἀρχή* (*ἀρχός*), *μάχη* (*ἀγχέμαχος*), *ὀρυχή* (*ὀφθαλμ-ωρύχος*), *ὀχή* (*ὄχος*), *ζωή* (*ζωός*). Quid? omnia haec abstracta nihil sunt nisi feminina adjectivorum quae eadem utuntur forma? At longe maior horum adjectivorum pars non qualitatem vel substantiam significat, sed transitiva utitur significatione, sunt nomina agentis, vel rem actam significant: haec autem nomina ne Lobeckius quidem affirmaverit feminino genere simpliciter pro abstractis haberi posse. Haec igitur si non parentes sunt abstractorum sed quasi fratres, diversis suffixis utraque ab eadem origine derivata, quidni eodem modo etiam cum ceteris

adjectivis cognata sunt abstracta pariformia? Sed accedit aliud, quod illi vel non viderunt vel neglexerunt (nam Lobeckius quidem, ubi horum vocabulorum nonnulla affert p. 340. 348 sq., ea plane non separat a concretis): turba abstractorum masculini generis in *ος* desinentium: *βόμβος, θόρυβος, κόναβος, ὄλβος, ὄτοβος, ῥέμβος* (etiam adj.), *στρόβος, τρίβος* (sed etiam concr. = *τὸ τριβόμενον, ὁδός*), *φλοῖσβος, φόβος; λοιγός, μόγος, πάταγος, σφάραγος, φθόγγος* (? concr. *εὔφθογγος* al.); *κέλαδος* (concr. *δυσκέλαδος*), *ὁδός* (an concr. ?), *ὅμαδος, ὀρυμαγδός, ῥοῖβδος, χρόμαδος; ἔλεος* (adj. *ἐλεός* pro *ἐλεεινός* Hsd. op. 205 *ἡ δ' ἐλεὸν μύρετο*); *ῥοῖζος; αἶθος* (concr. *αἰθός*), *μόθος, μόχθος, μῦθος* (concr. *ἀπαράμυθος*), *ὄλισθος, πόθος, ῥόθος* (concr. *ἐπίρροθος*); *μῶκος* (concr. *μωκός*), *ὅρκος* (?), *πόκος* (etiam concr. = vellus), *τόκος* (abstr. = *τὸ τίκτειν*, et concr. = *τὸ τικτόμενον*, activa signif. in composs. *ἀρτιτόκος, διδυμοτόκος* al.); *ἄεθλος* (? Curt. Et. n. 301), *βόλος* (etiam concr. de rete, i. e. *τὸ βαλλόμενον*, act. in *ἑκατηβόλος* al.), *δόλος, ζῆλος* (concr. *ἐπίζηλος* al.), *θρύλλος, ὅμιλος, μῶλος, ὄχλος, πίτυλος, σάλος, σίλλος, σίφλος* (adj. *σιφλός*), *στόλος* (concr. de exercitu vel classe), *σφάκελος, ὕθλος;* permulta oxytona in -*μος*, ut *ἀρδμός, δασμός, κηληθμός, κλαυθμός* al., quum et adjectiva et substantiva concretae notionis in -*μος* innumera exstent, ut *ἄνεμος, γναθμός, δεσμός, ἐρετμός* al. Quamobrem, exceptis adjectivis in -*ιμος* ut *ἀγώγιμος, αἱρέσιμος, αἴσιμος, ἄλκιμος* al., perdifficile saepe est judicare, abstractane an concreta significatio cuique vocabulo propria sit. Ut haec mittamus, desinentia in -*μος* restant haec abstracta: *βρόμος* (concr. *βαρύβρομος* al.), *γάμος, δρόμος* (concr. de stadio), *κῶμος, μῶμος, τόμος* (etiam = *τὸ τμηθέν*), *τρόμος* (concr. *πάν-τρομος*); *αἶνος, γόνος* (etiam concr. progenitus), *δῖνος* (concr. *περίδινος*), *θρῆνος, κέρχνος* (etiam adj.), *κίνδυνος, κλόνος, κτόνος* (concr. *αὐτοκτόνος, παιδοκτόνος, ξιφόκτονος* al.), *ὄκνος, πλάνος* (etiam adj. errans), *πόνος, στόνος* (concr. *ἀγάστονος, ἀλίστονος* al.), *τέτανος* (adj. *τετανός*), *τόνος* (concr. de fune), *φθόνος, φόνος* (concr. *ἀνδροφόνος, δολοφόνος, νεόφονος* al.), *χρόνος, ὦνος* (etiam concr. de mercede et pretio); *γόος* (concr. *ἁβρογόος* al.), *θρόος* (concr. *ἀλλό-θροος, δημό-θροος* al.), *νόος, πλόος* (concr. *ἁλί-πλους*), *πνόος* (concr. *ἀντί-πνοος*,

δύς-πνοος al.), *ῥόος* (concr. *βαθύ-ρροος*, *δακρύ-ρροος* al.), *χλόος*; *δοῦπος* (ccr. *ἀρτί-δουπος*, *ἐρί-γδουπος* al.), *κόμπος* (adj. *κομπός*), *κόπος* (ccr. *θυροκόπος* al.), *κτύπος* (*ἀλλί-κτυπος* al.), *τρόπος* (*πολύ-τροπος*, *ἀπό-τροπος*); *γῦρος* (adj. *γυρός* rotundus), *ἵμερος* (ccr. *ἐφίμερος*), *καιρός*, *κόρος* (ccr. *διά-κορος*), *μόρος*, *ὄλεθρος*, *πόρος* (etiam concr. = *πορίζων*, via, pons), *φθόρος* (*θυμο-φθόρος*, *πολύ-φθορος*), *ὦχρος* (adj. *ὠχρός*); *νόσος*; *ἀλαλητός*, *ἄλετος*, *ἀλοητός*, *ἄμητος*, *ἄροτος*, (*εὐ-άροτος*), *βίοτος*, *ἔμετος*, *θάνατος*, *κάματος*, *κοῖτος* (etiam de instrumento cubandi, torus), *κολοσυρτός*, *κοπετός*, *κρότος*, *κωκυτός* (concr. *ὀξυκώκυτος*), *νίφετος*, *νόστος*, *οἶκτος*, *οἶτος* *παγετός*, *πλοῦτος*, *πότος* (concr. de eo quod potatur), *πυρετός*, *ὑετός* (incertum num adjectiva quoque notione Hdt. 2, 25 *ἄνεμοι ὑετώτατοι*, nisi legendum *ὑετιώτατοι*); *γνόφος*, *δνόφος*, *ζόφος*, *βράγχος* (adj. *βραγχός*), *ἔλεγχος*, *ἦχος* (et *ἠχή*), *λόχος* (puerperium, sed concr. de insidiis et manu militum), *στόχος* (abstr. actio telum dirigendi, concr. scopus quo telum mittitur), *τάραχος*, *τρόχος* (concr. *τροχός*). Omnia haec vocabula formam habent adjectivorum, nonnulla modo adjectivorum modo abstractorum munere funguntur, multo plura nisi abstracta significatione non usurpantur. Quid igitur? An etiam haecce omnia nata sunt adjectiva, usu tantum acceperunt notionem abstractam? Ergo adjectiva omnino omni genere, sive masculino sive feminino sive neutro (nam de hoc quoque supra vidimus) pro abstractis usurpari possunt? Minime vero! Plane aliter rem se habere discimus e linguarum comparatione.

33. Inde a primis enim temporibus duobus suffixis *a* et *ā*, quorum illud masculinis et neutris, hoc femininis fingendis inserviebat, aricae nationes usae sunt, quo utroque et concreta et abstracta, vel ut rectius dicam et nomina agentis sive rei actae et nomina actionis a verbis vel radicibus derivabantur. Itaque et in lingua sanscritica suffixum a ad utramque vocabulorum classem formandam adhibitum videas, eo tamen, ut grammatici docent, discrimine (Bopp, krit. gr. der. scr. spr. § 575, 1. 4.), ut nomina agentis non mutata vocali radicali finalem acuant, *budhá* expergefactus, sciens, nomina actionis vocalem radicalem per gunam amplificent et cum accentu enuntient, *bódha* expergefactio, scientia (de exceptionibus v. Zimmer l. l. p. 19), et in

germanica permulta sunt nomina actionis hoc suffixo formata, quae Zimmer enumerat p. 116 sq., v. c. *trunk, sturz, schimpf, schall, drang, sang* al., got. *gaggs, þagks, saggqs, andstalds, qums, runs* al. pro *gagg-a-s, þagk-a-s, saggq-a-s* cet., neque latina lingua iis caret: *jocus, ludus, modus, morbus, palpus, sonus.* Litt. *mégas* somnus, *jů́kas* risus, *kā́ras* rixa, bellum, *rédas* ordo; slav. vet. *lovŭ* captio captus, *gladŭ* sitis, *studŭ* pudor, *stradŭ* timor al. Cf. Bopp Vgl. Gr. III. 282. — Suffixo ā autem omnes linguae aricae utuntur primum ad femininum genus nominis alicuius sive agentem sive effectum significantis sive aliam aliquam significationem concretam habentis denotandum, ut scr. *náva návā*, gr. *νέος νέα*, lat. *novus nova, lupus lupa, coquus coqua, herus hera* al., sine masc. *mola, toga.* In linguis germanicis incertum est an adjectivorum feminina firma utentia declinatione, quae in obliquis casibus plane alia ratione declinantur, in rectis casibus illam formationem passa sint: *niujis niuja, liubs liuba*: pauca sunt id genus substantiva declinationis firmae, siquidem ab initio concretam habuerunt notionem got. *gabruka* frustum, *giba* donum, *vulva ἁρπαγμός* Phil. 2, 6, *kunavida ἅλυσις* Eph. 6, 20, *gabinda σύνδεσμος* Col. 2, 19. 3, 14, *gairda ζώνη* Marc. 1, 6. 6, 8 al. quae Zimmerus p. 244 sqq. nominibus actionis adnumerat. Sed et adjectivorum feminina debilis quae vocatur declinationis, got. *blindô niujô*, et substantivorum fem. gen. debilium permulta illi numero adscribenda sunt, quum themati in *ā* desinenti more Germanis fere proprio adjecerint *n* (*blind-â-n, niuj-â-n*). Cf. Bopp. Vgl. Gr. III, 373. 379. Scherer Zur Gesch. d. d. spr. p. 428 sq. Zimmer l. l. p. 240. 278. Osthoff, Zur frage des urspr. der n-decl. in Paul Br. Beitr. III, 80 sq. — Praeter haec concretae significationis nomina inde a primis initiis etiam ad nomina actionis i. e. abstracta fingenda suffixum *ā* adhibitum est: scr. *mudā́* gaudium, *kshudā́* fames, *bhidā́* scissura, *kshipā́* jactura, *pāsā́* sitis al.; lat. *culpa, cura, fuga, ira, mina, rixa;* got. *usvaurpa, bida, lita, vraka, kara, þarba* al., et stirpe per *n* amplificata *reiro* trepidatio, *broþralubo φιλαδελφία, trigo λύπη* al.; lit. *maldà* rogatio, *dejà* lamentatio, *pagalba* auxilium al., slav. vet. *mlŭa* tumultus, *mêna* mutatio, *pobêda* victoria, *utêcha* consolatio. Bopp. Vgl. Gr. III, 379.

Hinc sequi mihi videtur, ut, etiam si prisco quodam tempore non distincta fuerint suffixa *a* et *ā* quibus abstracta formabantur a suffixis *a* et *ā* concreta notantibus, et licet suffixum *ā* utraque significatione ex *a* quondam natum sit, tamen ut ceteris nationibus sic Graecis inde ab eo tempore, quo a ceteris discesserunt, infixa fuerit plane diversa horum suffixorum natura, ut in Graeca quidem lingua non potuerit abstracta nominis alicuius notio ex concreta derivari ea qua Lobeckius putat ratione. Sed veterum et a maioribus sibi traditorum, forma parium, significatione differentium vocabulorum secuti analogiam vocabula sive antiqua sive ab ipsis fabricata in *ο* desinentia et concreta utentia significatione, mutata vocali finali, prout voluntas aut loquendi necessitas ferebat, aut ad aliud genus tantum transferebant, servata notione concreta, aut abstracta donabant significatione: quin etiam hanc illis significationem injungebant ne genere quidem mutato. Neque tamen plane eandem utriusque abstractorum classis condicionem esse ex exemplis supra propositis intelligas. Nam in *ος* quidem terminata abstracta vix invenias, quae significatione tantum mutata ex adjectivis derivata sint, sed omnia quod videam ab ipsis radicibus sive verbis ducta sunt, et barytonôs pronuntiata, et si quae adjectiva eadem forma ab iisdem radicibus ducta sunt, ea finalem acuunt, ut ab illis discernantur: qua accentus diversitate, quam Lobeckius jam animadvertit Paral. 340 sqq., Graeca lingua cum sanscritica conspirat. Itaque abstracta sunt *αἶθος, ἔλεος, μῶκος, σίφλος, τέτανος, κόμπος, γῦρος, ὦχρος, βράγχος, τρύχος*, adjectiva *αἰθός, ἐλεός, μωκός* cet. Suffixum *ο* igitur, quoties ad masculina abstracta formanda adhibetur, semper est, quod vocant, primarium. Etiam in hac re lingua sanscr. consentit. Bopp. Kr. Gr. § 575,4. 584,1. Suffixo *ā* autem primum quidem item e radicibus derivantur abstracta plerumque oxytona in *η* (ut in ling. sanscr. Bopp. l. l. 575, 15), quorum quasi conterina sunt adjectiva sive omnino nomina concreta in *ος* eodem loco orta et ipsa oxytona: *ἀρωγή ἀρωγός, ᾠδή ἀοιδός, μονή μόνος, κλοπή κλοπός, πομπή πομπός, σκοπή σκοπός* al.; deinde autem hoc suffixo etiam utebantur, ubicunque adjectivi alicuius notionem abstracte ponere volebant, et ab adjectivis quovis modo diversorumque suffixorum ope formatis derivabant stirpis vocali finali

producta substantiva abstracta in η. Ab adjectivis oxytonis abstracta plerumque barytona ducuntur: στιλβός στίλβη, ταγγός τάγγη, κακός κάκη, σπαταλός σπατάλη, θερμός θέρμη, γαληνός γαλήνη, ὀρφνός ὄρφνη, ἐχθρός ἔχθρα, λεπρός λέπρα, φαλακρός φαλάκρα, ψυχρός ψύχρα, ψωρός ψώρα, ὠχρός ὤχρα, βλαστός βλάστη, βραγχός βράγχη. Alia id genus abstracta esse videntur ἁμαρτωλή φειδωλή δοκιμή, ὀδμή, γηθοσύνη, ἱπποσύνη et cet. in -συνη, πινυτή; quae quum non solius suffixi ᾱ ope formata sint, sed ᾱ affixum habeant ad -ωλ(ο), -μ(ο), -συν(ο), -ν(ο), -τ(ο), documento sunt, ex quovis concretorum genere per ᾱ suffixum derivari potuisse abstracta. Ceterum in συνη, μη et τη etiam alia permulta abstracta desinunt, quorum similia adjectiva non exstant: ἁβροσύνη, ἁδροσύνη, ἀληθοσύνη, ἀλημοσύνη, συγγνωμοσύνη, δαιτροσύνη al., γνώμη, δυσμή, ἐπιστήμη, λύμη, μνήμη, ὁρμή al., ἀρετή, ἀυτή, βιοτή, γενετή, λιτή, μελέτη, τελετή, τελευτή (cf. lat. *defensa offensa repulsa accessa*): et μος et τος masculinorum suffixa et ipsa abstracta significatione uti supra vidimus. Incertus esse possis de quibusdam abstractis in ια ut ὁσία νηπία, utrum per suffixum ᾱ ab ὅσιος νήπιος, an per suff. ια ex horum adjectivorum prototypis derivata sint.

34. Satis multa verba fecisse mihi videor ut demonstrarem falsam esse Lobeckii opinionem de ratione qua abstracta nata sint ex adjectivis nominibusque concretis, sed plerumque ea rem factam esse via, quam ipse vidit quidem, sed rejecit p. 360, quum controversum esse confiteatur „utrum πινυτή istud femininum sit adjectivi πινυτός, an ambo vocabula ab una quidem stirpe, sed diverso quasi nixu nulloque inter se comercio edita sint, sicut a πῦρ quae descendunt πυρά πυρρός πυρός et πυρσός“. Quae autem abstracta ex ipsis adjectivis derivata sunt, ea non ex femininis adjectivorum traducta sunt ad notionem abstractam, sed per suffixum forma illi femininorum suffixo par, significatione plane diversum formata inde ab initio abstractam habuere notionem.

Neque tamen ex solis adjectivis nominibusque concretis hac ratione abstracta derivata sunt, sed etiam ex ipsis substantivis abstractis addita terminatione abstractorum propria ια nova substantiva ab-

stracta ducta sunt, eaque plane eadem qua prototypa utentia significatione: *μάτη ματία, σπάνη σπανία, μονή μονία, ἔλεγχος ἐλεγχείη* (pro *ἐλεγχεσίη*), *ὄνειδος ὀνειδείη, πένθος πένθεια, ἀνάγκη ἀναγκαίη, γαλήνη γαληναίη γαλήνεια, ἀρή ἀρειή*, quae falso a Lobeckio pro adjectivis haberi supra demonstratum est. Quod si cui mirum videatur ab abstractis derivari potuisse nova abstracta eadem significatione, idem in nostra quoque lingua factum esse meminerit. Majores enim nostri saepius addita syllaba *-heit* (quae quum initio fuisset substantivum sui juris significans personam, sexum, gradum, religionem, habitum, mox in fine compositorum ad abstractam tantum notionem prioris membri significandam usurpabatur, ut etiam nunc usurpatur: *wahrheit, narrheit*) ex abstractis nova duxerunt abstracta: theod. vet. *kamfheit* militia, *tugedheit, tuomheit, zwifalheit, scantheit* confusio, *slâfheit, topaheit* deliramentum, *tôtheit* mortalitas, *kiwonaheit* consuetudo; sax. vet. *jugudhêd* juventus; anglos. *camphâd* militia, *geogudhâd* juvenilitas. Grimm Gr. II, 497 sq.; eadem condicio fuit syllabae *scaft scaf scap*, nostr. *-schaft*: theod. vet. *heriscaf* militia multitudo copiae, theod. med. *amûrschaft, hônschaft, sippeschaft, werschaft*; sax. vet. *wurdgiscap* fatum, *hugiscaft* animus, fides; anglos. *mägenscipe* potentia, *hygesceaft* mens, *vonsceaft* miseria, infortunium, *meotudsceaft* fatum (cf. Grein in gloss. s. v. *meotud.*). Grimm Gr. II, 520 sq.

35. Constat igitur, in numero nominum ionico more derivatorum esse quoque vera substantiva abstracta a substantivis abstractis derivata. Et quum Lobeckio supra concesserimus, alia id genus vocabula adjectivorum in *αιος* feminina esse, restat, ut haec duo vocabulorum genera certis finibus distinguantur. Sed hoc haud scio an nunquam fieri possit, eam ob causam quod Graeci ipsi de plerorumque vocabulorum hac ratione formatorum natura ac significatione propria i. e. grammaticae regulis conveniente nescii fuerunt, vel, ut rectius dicam, quod sentio, quia pleraque id genus vocabula non tam derivata sunt a prototypis, sed pro amplificatis tantum illorum formis et tunc habita sint, et nobis sint habenda. Similiter in omnibus fere linguis fieri constat, ut vocabula specie derivatorum utentia revera nihil differant ab illis, unde

descendere videntur. In lingua sanscritica maxime suffixum *-ka* has vices explet: *bâla* et *bâlaka* puer, *putra putraka* filius, *uda udaka* aqua, *arbha arbhaka* parvus. „Diese neigung der indischen schriftsprache hat im prakṛt so um sich gegriffen, dass fast jedes vocalisch auslautende nominalthema mit secundärsuffix *ka* weitergebildet erscheint ohne irgend welche änderung der bedeutung, also statt *hasta* erscheint *hatthaa* (aus *hastaka*, da jeder tonlose verschlusslaut zwischen vocalen tönend wird oder ausfällt), *artha: atthaa; gata: gadaa*; *Indra: Indaa; pota: podaa; guru: garua* etc. Auch das Germanische liefert hierher beispiele: got. *broþrahans* Marc. XII, 20 = *broþrjus;* dem skr. *patra* entspricht ags. *fiðer* feder, flügel, dem *patraka* ahd. *fëdarah,* mhd. *vëdrach.*" Zimmer l. l. p. 217. In lingua nostra plura eiusmodi suffixa sunt. Atque primum quidem ipsum illud suffixum *iā*: got. *aqizjā*: theod. vet. *akus*; got. *gabundjā*: theod. med. *bunt*; got. *þiudangardjā-*: *gards*; *haitjā-*: *gahait*; *jukuzjā*: theod. vet. *joh* al. cf. Schlüter l. l. 154 sq. Deinde got. *ag, eig,* theod. vet. *ac ec ic*, nostr. *-ig*: got. *gaurs* tristis, theod. vet. *gorag* miser, aerumnosus, theod. vet. *leid leidac, sêr sêrac, wîzo wîzac, cund cundîc, dancbâri dancbârîg, sculd sculdîg, stâti stâtîg* al., theod. med. *grimm grimmic, behende behendec, durhlieht durhliuhtic, reine reinec, spitze spitzec, staete staetec* al. Recentiore tempore plerumque interciderunt simplicia, sed et nobis sunt dicatalecta, ut *barfuss barfüssig, grimm grimmig, gehass gehässig, lass lässig, leid leidig, geraum geräumig, spitz spitzig, stät stätig* et nova id genus quotidie in sermone vulgari finguntur, velut quod saepius audivi: *der verfluchtige kerl.* Inde ab aevo theod. med. Germani hoc suffixo praecipue usi sunt tum in fine compositorum possessivorum, ut *blauäugig, langbeinig, warmblütig* al., quae vetustiore tempore solo suffixo *a* utebantur (got. *hrainjahairts, gumakunds,* theod. vet. *goltvaro, unbarmaherz, cotchund*), tum in compositorum praecipue in *heit* et *lîch* desinentium commissura, ut *armec-heit* pro *arm-heit, frümec-heit* pro *frum-heit, bitterc-heit* pro *bitterheit* al. (Grimm Gr. II, 643), unde novum suffixum *keit* natum (*eitelkeit, übelkeit* pro *eitelec-heit, übelec-heit*), et *follec-lîch, minnec-lîch, armec-lîch, strengec-lîch* al. Grimm. II, 661 sq. Etiam ipsum suffixum *lîch* sic quasi supervacaneum

additur: theod. vet. *arm armaĥh, pidirpi pidirpĥh, cafuogi cafuoglĥh* al., theod. med. *balt baltĥch, grôz grôzĥch, offen offenĥch* al., et apud nos quoque *froh fröhlich, ganz gänzlich, treu treulich, ewig ewiglich, innig inniglich* al. De significationis differentia v. Grimm Gr. II, 659 sq. Deinde adjectiva in *sam* et *haft*: theod. vet. *gafuogi cafoacsam, irri irresam, manac manacsam, chund chundhaft, wâr wârhaft* al. Longum est, omnia eiusmodi vocabula Germanica enarrare. Sed Graeca quoque lingua abundat huiusmodi amplificationibus et adjectivorum et substantivorum. Nam multa adjectiva in *ιος* nihil differre a prototypis in *ος*, ut *αἱμύλιος, δόχμιος, ἐσχάτιος, ἑσπέριος, κερτόμιος, μειλίχιος, ὄρθιος, σπάνιος*, jam Lobeckius animadvertit p. 318. Et ut germ. *-ig*, sic graecum *-ιος* persaepe affigitur compositis, quae hoc adminiculo non egebant: *ὅμαιμος ὁμαίμιος, ὑπέρακρος ὑπεράκριος, ἔναλος εἰνάλιος, ἀπόβωμος ἀποβώμιος, πανήμερος πανημέριος, ψεύδορκος ψευδόρκιος* et alia multa. Nonnulla vocabula amplificata sunt per *-ιμος: βακχεύσιμος = βακχευτής, γνώριμος* a **γνωρός* (cf. lat. *gnorus*) = *γνωτός, ἥδυμος = ἡδύς, καλός κάλλιμος, πλώσιμος = πλωτός* al. Per *-νος: αἰπύς αἰπεινός, ἀληθής ἀληθινός, λιτός λίτανος, *μακύς μακεδνός, νύκτερος νυκτερινός, *ὀρφός* (in *ὀρφοβώτης*, lat. *orbus*, Curt. no. 404) *ὀρφανός, ἀπάλαμος ἀπάλαμνος* al. Per *-ρος: γλυκύς γλυκερός, rufus ἐρυθρός, ἵλαος ἱλαρός, *κρατύς καρτερός, *μακύς μακρός, νέος νεαρός* al. Per *-τος: ἀξιέπαινος ἀξιεπαίνετος, ἀναλγής ἀνάλγητος, ἄνανδρος ἀνάνδρωτος, δυσάντης δυσάντητος, ἀνάριθμος ἀναρίθμητος, ἀγήραος ἀγήρατος, ἀλλίδονος ἀεροδόνητος, δυσπαρήγορος δυςπαρηγόρητος* al. Ut haec in *-τος*, quanquam a prototypis significatione plerumque nihil differunt, induerunt formam verbalium, sic permulta a poetis maxime ficta sunt substantiva in *-ωμα -ημα -ισμα* etc., quae specie a verbis in *οω αω ιζω* etc., revera a substantivis pullulant: *ἀγών ἀγώνισμα, ἄετος ἀέτωμα, ἆθλος ἄθλημα, ἄνθος ἄνθημα, ἀπάτη ἀπάτημα, ἀπειλή ἀπείλημα, βίοτος βιότευμα, βοή βόημα, βροντή βρόντημα, γέφυρα γεφύρωμα, γῆρυς γήρυμα, δάκρυ δάκρυμα, δεσμός δέσμωμα, δίαιτα διαίτημα, δόξα δόξασμα, δρόμος δρόμημα δράμημα, δῶρον δώρημα, ἔθος ἔθισμα, εἰκών εἰκόνισμα, ἐσθής ἔσθος ἔσθημα,*

εὐνή εὔνημα, ζυμός ζύμωμα, ἦχος ἤχημα, θᾶκος θάκημα, θάλαμος θαλάμευμα, θέα θέαμα, θοίνη θοίναμα, θριγκος θρίγκωμα, θυμός θύμωμα, θύος θύωμα, κάπνος κάπνισμα, κέγχρος κέγχρωμα, καυχή καύχημα, κέλαδος κελάδημα, κεφάλαιον κεφαλαίωμα, κῆδος κήδευμα, κόλπος κόλπωμα, κόσμος κόσμημα, κρότος κρότημα, λῆρος λήρημα, λύπη λύπημα, λύσσα λύσσημα, μάθος μάθημα, μελέτη μελέτημα, μέριμνα μερίμνημα, μέτρον μέτρημα, μῆνις μήνιμα, μηχανή μηχάνημα, μορφή μόρφωμα, μόχθος μόχθημα, νόος νόημα, νόμος νόμισμα, νόσος νόσημα, ὄγκος ὄγκωμα, ὁδός ὅδισμα, οἶκος οἴκημα, οἶκτος οἴκτισμα, οἰμωγή οἴμωγμα, ὀιστός ὀίστευμα, οἰωνός οἰώνισμα, ὀλολυγή ὀλόλυγμα, ὅμηρος ὁμήρευμα, ὄνειδος ὀνείδισμα, ὅρκος ὅρκωμα, ὄχος ὄχημα, ὄψον ὄψημα, πάθος πάθημα, παιπάλη παιπάλημα, πάταγος πατάγημα, πέπλος πέπλωμα, πέτρα πέτρωμα, πλάνη πλάνημα, πλευρά πλεύρωμα, πόλις πόλισμα, πύλη πύλωμα, πύργος πύργωμα, ῥίζα ῥίζωμα, σίαλον σιάλωμα, σκηνή σκήνημα σκήνωμα, στόμα στόμωμα, σωρός σώρευμα, τεῖχος τείχισμα, τιμή τίμημα, φρουρά φρούρημα, φωνή φώνημα.

36. Eodem igitur gravioris plenioris que soni studio, quo incitati Graeci *θύμωμα, κόλπωμα, πέπλωμα, πύργωμα* dixerunt pro *θυμός, κόλπος, πέπλος, πύργος*, eodem moti multa vocabula amplificabant addita terminatione *αιη* et *Σεληναίη, ἀναγκαίη, μελαιναίη* dicebant pro *Σελήνη, ἀνάγκη, μέλαινα*, nullo plane significationis discrimine. Haec non est derivatio sed potius amplificatio, neque illi sibi conscii erant, quem locum in grammatica arte haec vocabula recenter inventa essent habitura, sed, licet nonnulla fortasse proprie adjectiva esse sentirent, tamen pleraque plane eidem vocabulorum generi adscribebant, cuius generis erat prototypon, itaque *ἀκταία γαστραία, μαμμαία* a prima inde horum vocabulorum origine pro substantivis et habuerunt et usurpaverunt, ut *ἀκτή, γάστρα, μάμμα*. Ut mihi inanem auram captare et frustra operam perdere videantur, si qui micrologi unius cuiusque id genus vocabuli naturam se plane perspecturos esse credunt. Linguae commenta non magis quam alia a natura procreata accurate omnia certis artis regulis comprehendi possunt.

Sed non solum feminina in *αια* hac ratione sunt formata,

verum etiam adjectiva permulta in ος desinentia amplificantur αι inserto non mutata significatione: ἄκρος ἀκραῖος, βοῦκος βουκαῖος, ἱρεμνός ἱρεμναῖος, εὐκτός εὐκταῖος, σταφιδευτός σταφιδευταῖος al. de quibus fusius infra agemus.

Utrumque derivationis genus, in αιος et in αιη, quanquam ceteris dialectis non alienum est, quum Attici v. c. dixerint ἀκταία, ἡλιαία, μαμμαία, σεληναία, εὐκταῖος, Lacedaemonii γαστραία, tamen praecipue ab Ionicis scriptoribus usurpatum est, quum a vetustioribus, Homero, Hesiodo, Herodoto, Hippocrate, tum a recentioribus alexandrini aevi et romani.

Jam vero hac quaestione absoluta ipsa vocabula ad hanc classem pertinentia enumeranda sunt.

1. Terminationis αιος α stirpis prototypae membrum interius est.

αἶα terrae nomen inde ab Homero poetis graecis usitatum. Sed de veriloquio nihil constat. Sunt qui ex γαῖα natum esse putent, ut Lobeckius Path. El. I, 91 sq., Legerlotz KZ VIII, 119, Curtius Et.[3] 439, qui comparantes ὄρος = scr. *giri*, slav. vet. *gora*, lat. *venio* = scr. *gam*, got. *quiman*, *vorare* = scr. *gar*, lit. *gérti* alia, ex γ natum esse γϝ, deinde γ evanuisse docent: γαῖα γϝαῖα ϝαῖα αἶα. Quod non plane incredibile est. Minus probabile quantum ad significationem Unger Philol. XXIV, 387, Doederl. gl. n. 242, Pott EF. II, 4, 332 cum αὔω αὖος conferunt. Ad quaestionem absolvendam desunt certa κριτήρια.

ἀλάιος id. qu. ἀλαός, caecus, captus oculis. Galeno enim teste in gloss. p. 420 F Hippocrates de l. in hom. 412, 24 ἀλαΐαν nominavit φθίσιν, quae esset οἷον τυφλὴ καὶ ἀόρατος. Ex verbo dubio λαϝ-ω, unde quidam ἀλαός derivatum esse putant, vix descendit, sed videtur ab ἀλαός suffixi ιο ope, ut φίλιος ex φίλος, derivatum, eo tempore, quo plane obliti erant, ἀλαός ipsum ex ἀλαιός esse natum (supra p. 16).

Ἀμφιαράϊα ludi in Amphiarai honorem Oropi habiti, Inscr. in Ephem. arch. 2558. De Ἀμφιάραος = Ἀμφιάραιος v. supra p. 17.

87. *βέβαιος* Hdt. Aristoph., pros. att. Iam Stephanus: „a βέβαα pro βέβηκα formari puto βέβαιος, licet aliam formationem afferat Etym.“. Pott. EF. II, 2, 30: „aus dem perf. begriffe ‘gegangen (mit dem gehen zu ende) sein’ entwickelt

sich die vorstellung von dem entgegengesetzten zustande — der ruhe, des stillstehens. Daher *εὖ* od. *ἀσφαλῶς βεβηκέναι*, fest stehen, fest begründet sein; und aus dem kürzeren perf. herleitung des auch redupl. *βέβαιος*". Curtius Et. n. 634: „Beachtenswert ist die bedeutung von *βέβα-ιο-ς*, das sich ganz an den perfectstamm *βεβα* ausgeschritten sein, fest stehen anschliesst, und von *βέβηλος*, das zu *βέβαιος*, obwohl in anderem sinne, gleichsam das passiv bildet".

Difficillima est quaestio de vocabulo

38. *γαῖα, γέα, γῆ, γᾶ.* Grammatici graeci formam primitivam putabant *γέα*, inde per contractionem factum esse *γῆ*, et paragoge ionica *γαῖα*. Herodian. ed. Lentz I, 283, 29: *γέα, ἐξ οὗ γῆ συνῃρέθη.* II, 319, 27 *τὰ εἰς η θηλυκὰ μονοσύλλαβα ἐκ συναιρέσεως περισπᾶται, γέα γῆ, νέα νῆ, πλέα πλῆ.* I, 271, 17 *γαῖα ἀπὸ τοῦ γῆ.* 531, 10 *τὰ διὰ τοῦ αια παρώνυμα παραγόμενα ἐκ θηλυκῶν εἰς α ἢ εἰς η ἐκτεταμένον ἔχει τὸ α, σελήνη σεληναία, ἅμαξα ἁμαξαία, οὐρά οὐραία, ἀρχαία, ἀναγκαία. Ὅθεν ἐχρῆν καὶ τὸ γαῖα ἐκτείνεσθαι, χωρὶς εἰ μὴ ἡ ποσότης τῶν συλλαβῶν ποιεῖ συνεσταλμένον τὸ α. τοιαῦτα γὰρ τὰ δισύλλαβα, γραῖα, μαῖα.* Eadem II, 11, 25. Quod falsum esse, jam H. Stephanus perspexit, qui s. v. *γαῖα* „ego tamen, inquit, *γῆ* ex *γέα*, at *γέα* ex *γαῖα* formatum dico". Et hoc quidem constat, non *γαῖα* ex *γῆ*, sed *γῆ* ex *γαῖα* natum esse (nam de *γέα* forma quam incerta sint testimonia, mox videbimus, quamobrem jam eam mittamus), id quod ex scriptorum usu apparet. Atque *γῆ* quidem Atthidi commune est cum Iade recentiore: prosaici certe scriptores et ionici et attici sola hac forma utuntur (forma *γαιῶν* apud Herodotum IV, 198, quam deteriores quidam codices praebent, jam a Valckenaerio explosa est, sed extremae Graecitatis scriptores prosaici interdum forma *γαῖα* utuntur): in ceteris dialectis vocabulum sonabat *γᾶ*: Herodian. *π. μον. λεξ.* p. 7, 14 (Lentz II, 912, 7): *ἔτρεψαν δὲ τὸ η* (in. v. *γῆ*) *εἰς α Δωριεῖς καὶ Αἰολεῖς καὶ Βοιωτοὶ γᾶ λέγοντες, ὡς ἀσυναλείπτου αὐτοῦ ὑπάρχοντος.* *Γαῖα* Homerus ceterique post illum poetae usurpaverunt. Atque Homerus quidem etiam *γῆ* forma usus est, sed ita, ut ipsa huius usus in singulis carminibus frequentia intelligere possis, *γαῖα* esse formam antiquiorem. Nam rarissime

γῆ est in Iliade: Γ 104, Τ 259, Φ 63, saepius in Odyssea λ 166, 301, 481, μ 27, ν 233, ρ 237, ψ 233; saepissime in minoribus quae Homero tribuuntur carminibus: Batr. 60, h. in Bacch. 44, h. 41, 1; γηγενής Batr. 7. Multo saepius jam apud Hesiodum: Op. 228. 563. 623. Theog. 106. 679. 720. 721. 728. 736. 762. 790. 807. 972. Apud tragicos comicosque et γαῖα et γῆ et γᾶ inveneris: „doricum tamen γᾶ alienum ab diverbiis tragicorum. Comici vulgarem sequentes sermonem forma γῆ utuntur, γαῖα et γᾶ nonnisi in melicis fabularum partibus versibusque dactylicis, vel ubi tragicam dictionem imitantur, admittentes" G. Dind. in thes. Iam si quaerimus, qui factum sit, ut ex forma primitiva γαῖα in Iade et Atthide factum sit γῆ, in ceteris dialectis γᾶ, ex ipso quidem γαῖα per contractionem γῆ factum esse nequit, nam in Attica quidem dialecto, ut ex Ἀθηναία factum est Ἀθηνᾶ, exspectaveris prodiisse formam γᾶ. Accedit turba compositorum in -γειος vel -γεως desinentium, quae quomodo ex γαῖα derivata esse possint, non intelligitur. Itaque non inepte grammatici veteres γῆ ex γέα contractum esse censuerunt. Qui quanquam sic loquuntur, quasi usitata fuerit et ab ipsis saepe lecta haec forma (cf. praeter eos quos supra citavi locos Herod. ed Lentz II, 424, 31. 425, 2 et inprimis 912, 9 οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι κατὰ ποιητὰς [καὶ ἡ γάς cod.; em. Lehrs.] εἴρηται καὶ γέα καὶ γαῖα καὶ αἶα), tamen fere nusquam legitur apud scriptores nobis servatos, et ubi legitur, valde dubia est. Atque primum quidem apud Herodotum, quum IV, 198 legatur αὕτη δὲ (ἡ γῆ) ὁμοίη τῇ ἀρίστῃ γέων, Bredowius dial. Herod. p. 219 dicit haec: „γεῶν IV, 198, sic perispomenon male scribitur pro vero γέων, qui genitivus ab Herodoto, quanquam singulari in numero constanter contracta forma γῆ usus est, ex Ionum more a non contracto γέαι dictus est [sic dictum esse putat, ut θηλέων, πεδέων χρυσέων, Ἡρακλέων στηλέων, μνέων, συκέων], cuius accusativum γέας Democritus (ap. Clem. Alex. Strom. 1, p. 304 A) usurpavit, cf. et Pindari (ol. XIII, 81 Boeckh) Γεαόχῳ, et Hdn. π. μον. λεξ." Sed qui illarum analogiarum usus, quum ipse deinceps dicat, quae primae declinationis nomina statim a nominativo contracte declinentur, ea omnia, voce γῆ excepta, apud Herodotum omnes per casus non contrahi? Cur igitur hanc vocem, quae

in omnibus ceteris casibus illorum similitudinem respuit, solo genitivo pluralis eam sequi putemus? immo terminationem εων omnibus primae declinationis vocibus communem, quum ipsa in η desineret, simpliciter recepit. Quod autem a Pindaro accersit testimonium, vereor ut stare possit. Etenim Ol. 13, 114 pro vulgata γαιαόχῳ Boeckhius e libris nonnullis recentioribus emendavit γεαόχῳ, metro certe suffragante, quod in omnibus versibus respondentibus finitur mero diiambo (cuius prima syllaba videtur consulto semper brevis esse, quum in praecedente stropha, huic paene pari, haec syllaba semper longa sit). At, puto, non ionice locutus est Pindarus, ceteras autem gentes non simile est veri, unquam usurpasse formam γέα. Nam vocales εα apud Dorienses, Aeolenses, Boeotos, si contrahuntur, quod plerumque non fit, semper contrahuntur in η (Ahr. Aeol. 103. 178. 202. Dor. 193. 234). Itaque dor. γᾶ ex γέα factum esse (quae est Pottii sententia EF II, 4, 31) non posse apparet. Multo verisimilius est, apud Dorienses ex γαῖα non factum esse γέα, sed α interiore servato paullatim evanuisse ι, ut apud Atticos in voce Ἀθηναία factum est. Ita ex γαῖα γάⁱα γάα γᾶ factum; cf. θάα dor. et θέα att. Quae quum ita sint, Pindarus dixisse videtur vel γααόχῳ, vel γαιαόχῳ, diphthongo αι correpta ut saepius in mediis vocabulis diphthongos ante vocales corripi vidimus supra p. 8. Quam diphthongi brevitatem quum non intelligerent librarii, pro γαια posuerunt γεα grammaticis tritum. Eodem modo explicandum est γαιηόχον apud Hesiodum Theog. 15, pro quo non recte, quanquam multis assentientibus, ex uno codice Göttlingius posuit γεηόχον, formam in dialecto epica inauditam. — Rejectis testimoniis ex Hesiodo Herodoto Pindaro sumptis restant Democritus, quem Clem. Al. Strom. 1, 304 A γέας dixisse testis est, et Crinagoras Anth. Pal. 9, 430: Ἄλλα γὰρ ἀλλοῖαι πάντα φέρουσι γέαι, quorum testium hic quidem parum valet, quum eo tempore vixerit, quo γέα forma in vita quotidiana certe diu jam erat intermortua, neque nisi a grammaticis resuscitata in elegantium scriptorum versibus vitam degebat arte procreatam. Itaque quum unus supersit Democritus, testium paucitate facile quispiam adduci potuerit, ut formam γέα nunquam exstitisse, sed a grammaticis tantum inventam esse dicat. Tamen non potest γῆ nisi ex γέα contractum

esse. Inde sequitur hanc formam per breve tantum tempus usitatam fuisse. Neque id absonum, eadem enim sors fuit formae Ἀθηνάα, quam nullius scriptoris attici testimonio firmatam quum tamen aliquo tempore usitatam fuisse oporteat, ut ex Ἀθηναία fieret Ἀθηνᾶ, revera extitisse arguit titulus atticus CIA 351, 2, exhibens Ἀθηνάα. Similiter terminatio dativi plur. in -αισι, quam intercessisse oportet inter vetustiorem -ησι, -ῃσι, -ᾱσι et recentiorem αις, per exiguum tempus videtur in usu fuisse, in titulis atticis enim non servata est nisi circiter Ol. 90 incisis (cf. Cauer de dial. Att. Stud. VIII, 408 sq.). Tertium exemplum est Ἑρμῆς et Ἑρμείας, de quo Rennerus Stud. I, 1, 218: „Ut enim γαῖα apud poetas in usu erat, γῆ (γᾶ) in prosa oratione omnium dialectorum, nunquam γέη, sic Ἑρμείας dixerunt epici, Ἑρμῆς omnis Graeci in vitae cotidianae usu, neque hi neque illi Ἑρμέης(ας)". Γέα autem ex γαῖα non ita natum, ut Ποτειδεᾶται ex Ποτειδαιᾶται, nam hoc analogia tantum permultorum ethnicorum in εᾶται desinentium factum est, sed ex γαῖα primum factum est γᾰja, deinde γεja vel γεʲα, ex hoc ι eliso γέα. Rectius etiam dicam, formam primariam fuisse γαῖα, cuius ι vel cum α in diphthongum coaluit, vel sono palatali in dies similius factum in dies etiam magis evanuit, quum ᾰ praecedens in ionica atticaque dialecto paulatim in ε transiret, in ceteris naturam propriam servaret. Ita apud illos γαῖα γαʲα γεʲα γεα γῆ, apud hos γαῖα γαʲα γᾶα γᾶ factum (cf. ep. Ἀλκμαίων, att. Ἀλκμέων, dor. Ἀλκμάων Ἀλκμάν). Hanc esse vocis ut ita dicam historiam, ex nominibus compositis et derivatis intelligas, quae jam subjungam. Atque primo quidem loco tractabo, quae posteriorem a γῆ derivarunt partem, desinentia in γαιος γειος γεως. Difficilis est quaestio, sintne certae quaedam leges, quibus hae formae inter se differant, quam quaestionem quod sciam nemo aggressus est nisi Lobeckius ad Phryn. p. 297 sq., qui quanquam neque exemplis sat multis neque scriptorum editionibus bona codicum censura firmatis usus multa recte vidit, tamen non ad liquidum rem perduxit, et de μεσόγαια quidem in fine quaestionis: „variantibus plerumque codicibus, ait, dubitatio incessit, utrum Graeci ipsi vim vocabuli crebro usu hebetatam sensim everterint, an hoc totum librariis tribuendum sit". Ceteri satis habent affirmasse, formas

in -γαιος et -γειος saepe permutari inter se. Atque ego quidem experiri volui, possemne materia undique quam possem amplissima collecta certius quid indagare. Neque omnino me spes fefellit. Quanquam maximo impedimento fuit, quod ne optimorum quidem scriptorum omnium, nedum ceterorum jam satis excussi sunt libri, ut quid quoque loco optimis codicibus traditum sit sciamus, et in tanta vocabulorum multitudine fieri vix potuit, nisi permulto tempore et operâ impensa, ut rectene in thesauro gr. l. de cuiusque vocis in quoque loco scriptura bene firmata traditum esset, examinarem. Sed quum viderim, a novissimis thesauri editoribus eas editiones criticas, quae tum erant, religiose esse exhaustas, satis habui recentiores editiones contulisse, e quibus haud raro fructum bonum sumpsi. Nihilo tamen secius, quum, ut dixi, de permultis locis non certo constet, quid traditum sit, ne ego quidem tam certas normas invenire potui, quam fore speraveram, multa dubia relicta sunt: tamen leges nonnullae generales constare videntur. Etenim composita in -γαιος propria sunt dialectis cum doricae, tum, quod haud exspectaveris, ionicae (cf. Bredow dial. Hdt. p. 139), -γειος et -γεως atticae, in Iade nunquam reperiuntur in fine vocabulorum, γεω- usurpatum est in initio, ut γεωμετρία, γεώπεδον al. Sed Attici quoque interdum habent -γαιος, raro priores, excepto Xenophonte, qui -γαιος adamat: quod non adeo mirandum, quippe quem etiam aliis dicendi generibus a pura Atthide alienum esse nuper demonstraverit Tycho Mommsen; cuius rei causam si quaeris, eam quum fortuna tum natura ipsa et indole non solum a terra patria sed etiam a patriis moribus et institutis abalienatum facile etiam in dicendo aliena pro patriis assumere potuisse intelliges. Inconstantius posteriores, qui κοινῇ λέξει utuntur, neque de his certius quidquam erui posse videtur, quum formae videantur sine discrimine esse adhibitae. Apud nonnullos tamen maior constantia, ut Pausanias et Strabo semper videntur usurpasse -γαιος, uterque Asia ortus, ut fortasse patrium sermonem hac re servaverint. Quibus adjungendus Polybius in cuius codd. Vat. et Urb. semper scriptum videtur αι. In -γειος adhibendo semper sibi constare videtur Aristoteles, quum Theophrastus promiscue omnibus formis utatur. Posteriore tempore quam incertus fuerit usus dicendi, e grammaticis intelligi potest, qui

modo hanc modo illam formam tradunt, qua de re cf. quae infra s. v. *ἀνώγαιον* afferentur testimonia. Recte tamen Phrynichus praecipit App. p. 47 *κατάγειον, οὐχὶ κατάγαιον διὰ τῆς αι διφθόγγου.* In certas quasdam classes haec vocabula distribuere conatus est, non plane inepte, ut videbis, grammaticus Epimerismorum auctor, qui Herodiani nomine signati traditi sunt, ed. Boissonade, Lond. 1819, p. 208 sq.: *τὰ παρὰ τὸ γαῖα συγκείμενα καὶ ποιότητα γῆς δηλοῦντα διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφονται καὶ διὰ τοῦ ω μεγάλου· οἷον· εὔγεως, λυπρόγεως, ψαμμόγεως, χρυσόγεως, λεπτόγεως. Σὺν τούτοις καὶ μεσόγεως καὶ ὑπόγεως. — Διὰ διφθόγγου δὲ καὶ ο μικροῦ ταῦτα· ὑπόγαιος, ἀνάγαιος, κατάγαιος. Τούτοις ἠκολούθησε καὶ τὸ ἐνοσίγαιος. Ὁμοίως καὶ τὰ τούτων οὐδέτερα. — Ἀνώγεον δὲ καὶ κατώγεον, μέγα καὶ ψιλόν. — Μεσόγειος δέ, καὶ λυπρόγειος· ἔγγειος, ὁ γήϊνος. καὶ πρόςγειος· καὶ τὰ τοιαῦτα, διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφονται. — Τὰ παρὰ τὸ γαῖα συγκείμενα, καὶ μέσον ἔχοντα τὸ ω, διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφονται, οἷον· γεωμέτρης, γεωγράφος, γεωπείνης, γεωμόρος, ὁ περὶ τὴν γῆν κοπιῶν, γεωγραφία, γεωμορία, γεωργός, γεωργία, Γεώργιος, γεώλοφος, γεώπεδον, καὶ τὰ ὅμοια.* (Addatur *γεωφάνιον* ex Harpocr., qui Ephorum laudat *περὶ χωρίων*). — *Σημείωσαι τὸ γειόλοφος καὶ γειόμορος καὶ γαιοδότης.*

39. Iam singulas voces enumerabo, et quo facilius rei status perspiciatur, singulorum vocabulorum formas diversas separatim scriptas simul proponam. Id tamen compositum, quod in capite ponendum erat, *ἀνώγαιον*, nunc mittamus, ut de quo parum constet, sed posteriore loco de eo agemus.

ἀπόγαιος terrester. gl.

ἀπόγειος a terra remotus vel a terra prodiens vel pergens. Arist. de mund. 4 (394 b 14), Probl. 26, 4 (940 b 18), Meteor. 2, 5 (363 a 1) de ventis e terra ortis quos Plin. 2, 43 vocat apogaeos. Callim. ap. Ach. Tat. Isag. in Ar. p. 158 A. Diod. 3, 46. D. Hal. ep. ad Pomp. 4, 779, 4. de adm. vi Dem. 13, 994, 15 (em. *ἀπόγειος* pro *νότιος*). Plut. de pr. frig. 954 B. Dio Chrys. p. 424 B. Theo de astrol. p. 224 ult. 250, 1. Luc. Lexiph. 15. Ptolem. math. comp. 2, 160 D.

114 B. 159 B. 369 B. Heliod. Aeth. 4, 16, 162.

ἀπογαία. *τὰς ἀπογαίας* Thphr. fr. 5, 53.

ἀπογεία, *ἡ*, venti nomen Arist. probl. 26, 5 saepius (940 b 22 sq. [23 *ἀπογέας* V^a, *ἀπὸ γαίας* C^a]). Thphr. 5, 26. 24. Ex constanti Aristotelis usu restituendae formae *ἀπόγειαι* et *ἀπόγειος* pro [*ἀπόγεος*] *αἱ ἀπογέαι διασπῶνται* et *ἔστι γὰρ ἡ τροπαία ἀπόγεος ἀνάκλασις* Ar. probl. 26, 40.

ἀπόγαιον retinaculum. Polyb. 33, 7, 6 *ἀποκόψαντα τἀπόγαια*. Eust. ad Dionys. 75. Poll. 10, 134: *ἀπόγαια, ἐπίγυα*.

ἀπόγειον (sc. *σχοινίον*) retinaculum. Ioseph. A. J. 18, 6, 3. Liban. vol. 3, p. 344. *νῆες σπουδῇ τἀπόγεια κόπτοντες*. Luc. Hermotim. 28 *τὰ ἀπόγεια λυσάμενος*. dial. mort. 10, 10 *λῦε τὰ ἀπόγεια*. v. h. 1, 42 *ἐξάψαντες αὐτοῦ τὰ ἀπόγεια*. Iacobsio legitima forma esse videtur *ἀπόγυον*, quae est ap. Poll. 1, 93. 104. Sed in tit. Att. sola forma *ἐπίγυον* tradita est.

ἔγγαιος. Aesch. Pers. 922. Suppl. 57 (*ἐγγάϊος*). Xen. Conv. 4, 31. Dem. in Apat. 3 (893, 15) *ἐγγαίου συμβολαίου*. Thphr. c. pl. 2, 5, 3. Leon. Tar. ep. 68. Polyb. 6, 45, 3. Plut. mor. p. 701 C. 953 A. In tit. Theraeo no. 2448, V, 8. Saepius ap. Peyron, pap. gr. Lex. rhet. 251, 26.

ἔγγειος Plat. rep. 6, 491 D. 8, 546 A. Tim. 90 A. Lys. fr. ap. Suid. s. v. Dem. p. Phorm. 27, 28. in Lacrit. 13. c. Onet. 1, 30 (ubi tamen in marg. cod. Paris. Σ notata scr. *ἐγγαίων*). Aristid. Themist. Etiam in titulis, neque tamen vetustis CI I, n. 1770, 9. II, 2056, 16.

ἐπίγαιος non trad. „Forma dor. *ἐπίγηος* ap. Ecphantum Stob. Flor. II, p. 325: *τὰν ἐπίγηον χώραν*, quanquam ib. est *ὁ ἐπίγειος βασιλεύς* et *τᾶς ἐπιγείου φαυλότατος*“ L. Dind. in thes. s. v. cf. *Ἀμφιάρηος* ap. Pind. N. 9, 57.

ἐπίγειος. Plato rep. 8, 546 A *ζῷα*. Axioch. 368 B *θεοί*. Thphr. h. pl. 4, 11, 13 *γένος καλάμου ἐπίγειον*. 3, 18, 6 *κιττὸς ἐπίγειος*. c. pl. 2, 5, 1 *τῶν ὑδάτων τῶν ἐπιγείων*. Poll. 1, 23 *θεοί*. Anth. app. 369 *ἐπιγείων βροτῶν*. Plut. Mor. p. 566 D *τὸ τῆς ψυχῆς ἐπίγειον*.

τὸ ἐπίγειον Ptolem. apsis planetarum, et in circulis concentricis pars terris citima.

ἐπιγειόκαυλος cuius caulis humilis est Thphr. h. pl. 9. 6, 4, 5.

ἐπιγειόφυλλος cuius folia humilia sunt Thphr. h. pl. 8, 9. 9, 10, 2.

Pro *ἐπίγεια* = navis retinacula, *πρυμνήσια*, quod olim legebatur Poll. I, 93 et in Ar. fr. Babylon. et Holc. ap. Harpocr. s. v. *ἐπιβάτης*, nunc restituta est genuina forma *ἐπίγυια*, quum codicibus, tum titulis firmata. Cf. Boeckh, Seewesen p. 162, Dind. in Harpocr. ed. Oxon. 1, 121, in Aristoph. fr. 51, 371 (P. sc.), Porson, praef. ad. Eur. Hecub. p. LI.

εὔγαιος Strab. 7, p. 311. 12, p. 545. Theodoret. in Esai. II, p. 221.

εὔγειος Thphr. h. pl. 4, 11, 1. 9. 9, 16, 2. c. pl. 5, 13, 2. Diosc. 3, 53. Geop. 2, 21, 1.

ἡδύγαιον „Suidae *τὸ καλὴν ἔχον γῆν*. Heraclides autem Tarentinus Athenaei 3, 74 B *τὸν σικυὸν* vocat *ἡδύγαιον*, forsan quod *ἐν ἡδείᾳ γαίᾳ* proveniat. [Hesych.: *Ἡδύνεον, ὁ σικυός*. Corruptum ex *ἡδύγαιον* vel *ἡδύγεον*. G. Dind.]." Thes.

ἰσόγαιος Luc. Neron. c. 5. *Τὰς γὰρ θαλάσσας ἰσογαίους τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα.*

ἰσόγεως Thphr. c. pl. 3, 7, 3 *τέμνειν ἰσόγεων*.

κατάγαιος Hdt. 2, 150 *ἐν θησαυροῖσι καταγαίοισι* (R *καταγέοισιν*). 3, 97 *οἰκήματα κατάγαια*. 4, 95 *κατάγαιον οἴκημα*. Paus. 2, 23 *κατάγαιον οἰκοδόμημα* (*κατάγεων* B. Pc. Ag. *κατάγαιον* Edd. rell. Vt. Vab. M.). Liban. epitaph. 1, 599 *κατάγαιος οἴκησις*. Synes. de insomni p. 140 *κατάγαιος χώρα*.

κατάγειος Plat. rep. 7, 532 B *Ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος*. ib. 514 A et Protag. 320 E: *κατάγειος οἴκησις*. Xen. Anab. 4, 5, 19 *κατάγειος οἴκησις*. Diod. 4, 87. Strab. 5, 244. Athen. 5, 204 F. Aristid. vol. I, p. 240. Phryn. app. in Bekk. an. p. 47, 14: *κατάγειον, οὐχὶ κατάγαιον διὰ τῆς αι διφθόγγου.*

κατώγαιος Alex. Trall. 11, 137 et libri quid. apud LXX, Gen. 6, 16.

κατώγειος Suid. *κατωγείῳ τόπῳ* Geopon. 9, 22, 2.

λεπτόγαιος γῆ Thphr. h. pl. 2.

λεπτόγειος Polyb. ap. Ath. 8, 332 A. 34, 10, 3. Thphr. c. pl. 3, 6, 8. 1, 6, 9

λεπτόγεως Thuc. 1, 2. Thphr. h. pl. 8, 8, 6. Str. 6, 282. Luc. Enc. patr. 10. schol. Ar. Ach. 75.

λευκόγαιος. Leucogaeus Plin. N. H. 18, 11. 37, 10, 59. Str. 9, 5, 18 (439): *λευκόγαιον*, et sec. m. sup. add. *εων* A: inde utrumque habet c.

λευκόγειος Thphr. c. pl. 2, 4, 4. 3, 6, 8. schol. Callim. ap. 76.

λευκόγεως schol. Ap. Rh. 1, 826. Schol. Soph. OC 782. Eust. Il. B, 735 p. 332, 21.

λυπρόγαιος App. Hisp. c. 59. Const. Man.

λυπρόγειος Hdn. Epim. Boiss. p. 209. Philo II, 46.

λυπρόγεως Hdn. Epim. Boiss. p. 80, 208. Philo II, 294, 13. Io. Chrys. in I Cor. 26; III, 415.

μελάγγαιος Hdt. 2, 12 *τὴν Αἴγυπτον... μελάγγαιον* (*μελάγγεον* Rdz.). 4, 198 *μελάγγαιός τε γάρ ἐστι* (*μελάγγεός* ABR *πελάγγεός* C). Sic etiam pro *μελάγγαιος* scr. est *μελάγγεος* Paraphr. Dion. P. v. 174.

μελάγγεως Thphr. c. pl. 1, 21, 3. 2, 4, 12 et saepius Geoponn.

μεσόγαια. Thuc. 6, 88, 4 *τῶν τὴν μεσόγαιαν ἐχόντων*. Hdt. 1, 175. *Οἰκεῦντες μεσόγαιαν*. 2, 7 *εἰς τὴν μεσόγαιαν* (*μεσόγεαν* R). 2, 9 *ἐς μεσόγαιαν* (om. Rdz.). 2, 150 *ἐς τὴν μεσόγαιαν* (*μεσογαιαν* ε R). 9, 89 *τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ* (*μεσόγεαν* R). Plat. Phaed. 111 A *μεσόγαια* in optimis codd. est. Xen. Anab. 6, 2, 19. 3, 10. 4, 5. Hell. 7, 1, 8 (sed Hell. 4, 7, 1 trad. est *μεσογείᾳ*). Saepius Polyb. Str. 4, 189. 6, 282, 7, 289. Paus. 1, 26, 5.

μεσόγεια Thuc. 1, 100, 3. 120, 2. 2, 102 1. 3, 95, 3. 7, 80, 3. Cf. Poppo ad 1, 120. Callim. Del. 168 *Ἀμφοτέρη μεσόγεια*. Dion. Hal. A. R. 1, 28 *πόλιν ἐν μεσογείᾳ*. Diod. 17, 50. Philostr. her. p. 688, ubi v. Boiss. v. Soph. 1, p. 530 et alibi.

μεσόγαιος. Plat. leg. 10, 909 A, ubi vulgo: *ἐν τῷ τῶν μεσογέων δεσμωτηρίῳ*, ubi *μεσογαίων* 𝔥 et (corr. in diphth.) A, haec igitur genuina videtur scriptura. Pol. 1, 52, 8 *ἡ μεσόγαιος.* 1, 20, 6. 2, 5, 2 *μεσόγαιοι πόλεις.* 5, 5, 13 *μεσόγαιοι τόποι.* Str. 4, 190, 13, 606. Paus. 7, 22, 6 *ἐν μεσογαίῳ* (*μεσογέῳ* Ag.), 8, 1, 1 *τὸ μεσόγαιον τῆς Πελοποννήσου.* App. Hisp. 6, 6, 107, 10. Syr. 28, 577. Ptol. Geogr. 1, 16, 16. *Μεσόγαιον* Dorienses dicebant teste Heracl. ap. Eust. 1618, 8.

„*πρόςγαιος* vulgo ap. Strab. 1, p. 12 et Joseph. A. J. 3, 1, 5. Quibus *πρόςγειος* ex codd. restitutum.“ Dind. in thes. Ap. Strab. l. l. *πρόςγεια* ed. Kramer, ex cod. A ut vid.; *πρόςγαια* C edd. *πρόςγεα* B. „Nota in his adjectivis scripturae ambiguitas (Lob. Phr. 297 sq.). Apud Str. plerisque locis codd. in *αι* consentiunt.“ Kram.

ὑπόγαιος Aesch. fr. Edon. 55, 10 *ὑπογαίου βροντῆς* „ubi libri pleri-

μεσόγειος Diod. 20, 59 *τὴν μεσόγειον*, ubi al. *μεσόγαιαν*, et ib. 60. Philo de mund. *Ὅσαι μὲν ἠπείροις οὐ παράλιοι μόνον ἀλλὰ καὶ μεσόγειοι μοῖραι κατεπόθησαν.* Poll. 9, 17 *Πόλιν μεσόγειον.* Hesych. *μεσόγειος γῆ, ἄνευ λιμένος.*

μεσόγεως [Non apud Plat. leg. 10, 909 A, v. *μεσόγαιος*]. Callim. Dian. 37 *Πολλὰς δὲ ξυνῇ πόλιας διαμετρήσασθαι Μεσσόγεως νήσους τε.* Ap. Heliod. Aeth. 9, 4 pro *μεσόγαιος* al. *μεσόγεως*. Haec forma etiam apud Ps. Hdn. Epim. Boiss. p. 208.

μεσαίγεως Scymn. 363 *Βρεντέσιον ἐπίνειόν τε τῶν μεσαιγέων.*

ξανθόγεως Luc. de d. Syr. 8.

παράγειος Arist.

περίγειος Isocr. epist.

πρόςγειος Arist. Thphr. Philo. Str. Plut. Luc. Poll.

πυρρόγειος Antyll. ap. Stob.

σκληρόγεως Philo II, 619, 28.

ὑπέργειος. ζῷα Arist. h. a. 1, 1, 27. Geop. 1, 30. *τόπος* Greg. Nyss. *γράμματα* Poll 5, 150. *σελήνη* Geop. 1, 7, 1. *οἱ ὑπέργειοι* Eust. op. p. 89, 90.

ὑπόγειος Plat. Ax. 371 A (*οἴκησις*). Thphr. ap. Ath. 2. Pol. 34, 10, 4. (ap. Ath. 8, 332 B). Plut. Mor. p. 879 F.

que [Strabonis] ὑπογέον, quod nihil aliud est quam ὑπογαίον, pauci ὑπογείον" Dind. Hdt. 2, 100 οἴκημα ὑπόγαιον (ὑπόγαιον R). 2, 148 οἰκήματα ὑπόγαια. 4, 200 ὀρύγματα ὑπόγαια (ὑπόγεα R). Paus. 2, 16, 5. 3, 25, 5. Quibus addendi loci 2, 2, 1. 2, 36, 7, ubi libri nonnulli ὑπόγεως. Herodian. 1, 15, 13 λεόντων... ἐξ ὑπογαίων ...ἀναρριφθέντων. Jerem. 38, 11 τὴν ὑπόγαιον.

φιλόγαιος ὗνις Philipp. in Anth. Pal. 6, 104.

770 E. Luc. Lex. c. 6. Poll. 7, 123. 1, 115. 1, 24. 5, 150. Cass. Dio 66, 3. Geopon. 1, 7, 1.

ὑπόγεως Paus. 2, 2, 1 κάθοδος ὑπόγεως (ὑπόγαιως M), nisi ὑπόγαιος scribendum, ut 2, 16, 5. 3, 25, 5. Nihilo certius ὑπόγεων ἀρχήν 2, 36, 7 (ὑπόγεων Pc Ag Lb Edd. praet. Sieb., qui ὑπόγαιον scripsit e lectione VaM ὑπογαίων La ὑπόγαιον Vb). Theodos. gramm. p. 69. Ps. Hdn. Epim. Boiss. p. 208.

χρυσόγεως Philostr. p. 229. Suid.: χρυσόγεων· τὸ ἔχον γῆν χρυσῆν· χρυσόγειον δέ.

ψαμμόγεως Ps. Hdn. Epim. Boiss. p. 208.

His denique adjungendum est ἀνώγαιος ἀνώγαιον etc. Primum grammaticorum testimonia enumerabo:

Schol. Theocr. 1, 12: Ἀπορία· πῶς τῆς γαίας διφθογγογραφουμένης ψιλογραφεῖται τὸ γεώλοφον, ὡς τὸ ἀνώγεων καὶ κατώγεον; καί φαμεν ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ γαῖα ἐψιλογραφεῖτο, ὡς καὶ τὰ παρ' αὐτῆς συγκείμενα· νῦν δὲ οἱ νέοι διφθογγογραφοῦντες οὐκ ἠθέλησαν τὴν παλαιὰν συνήθειαν τελείως ἀπολιπεῖν, ἀλλ' ἔθεσαν καί τινα ψιλογραφούμενα.

Hesych. ἀνάγαιον· ἀνὰ τὴν γῆν. ἀνώκαιον· ὑπερῷον. γράφεται καὶ ἀνώγεων.

Zonar. lex. p. 187. ἀνάγαια καὶ ἀνάγαιον οἴκημα.

Et Magn. p. 115, 22: ἀνώγεον, ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ γαῖα. τὸ ἄνω τῆς γῆς ὄν. ἀνάγαιον δέ.

id. p. 98, 30: ἀνάκαιον τί; δεσμωτήριον παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς οὕτω καλούμενον, ὡς καὶ παρὰ τοῖς Κυπρίοις ὁ κέραμος. Ἀξιοῦσι δέ τινες ἀνάκειον γράφεσθαι· ὅπερ ἐστὶ τὸ Διοσκουρεῖον· ἄνακες γὰρ οἱ Διόσκουροι.

Harpocrat. Ἀναγκαῖον, ἀντὶ τοῦ δεσμωτήριον Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα (fr. V. ed. Schoem.) καὶ Ξενοφῶν Ἑλληνικαῖς (5, 4, 8 et 14). Καλλισθένης δὲ ἀνώγεων εἶπεν, ὃ δεῖ μᾶλλον λέγεσθαι.

Ubi Ald. *ἀνάκαιον* in lemmate et postea cum cod. Rom. *ἀνάγαιον*, ubi unus *ἀνώγαιον*, alii duo *ἀνώγεον*.

Suidas: *ἀναγκαῖον: ... Ἰσαῖος δὲ ἀναγκαῖον τὸ δεσμωτήριον καλεῖ. Καλλισθένης δὲ ἀνώγεων εἶπε καὶ οὕτω δεῖ μᾶλλον λέγεσθαι.*

id. *ἀνάκαιον· τὸ δεσμωτήριον, εἰς ὃ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους καὶ τῶν ἀπελευθέρων τοὺς ἀφισταμένους. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα περὶ ἐγγύης: Ἑρμοκράτη δὴ εἰς τὸ ἀνάκαιον ἐνέβαλε, φάσκων ἀπελεύθερον εἶναι, καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκε, πρὶν λ' δραχμὰς ἐπράξατο.*

id. *ἀνώγαιον· τὸ ὑπερῷον οἴκημα. Ξενοφῶν ἐν Κύρου ἀναβάσει καὶ τῶν κωμῳδοποιῶν οἱ περὶ Ἀντιφάνην.* Sic A B C, *αναγαιον* (superscr. *οι*) Bruxell. Ead. glossa apud gramm. Bekk. an. p. 405, 32, sed *ἀνόκαιον*.

id. *ἀνάγαιον· τὸ οἴκημα. ἀνάγαιον καὶ κατάγαιον, διὰ διφθόγγου καὶ ο μικροῦ. καὶ ζήτει ἐν τῷ ἀνώγεων σαφέστερον.*

id. *ἀνώγεων· οἴκημα. Ἀνώγειον δέ* [*Ὅτι Καλλισθένης τὸ δεσμωτήριον ἀνώγεων εἶπεν* ab A in marg. add.; ceteri inferunt in textum]. *Ἀνάγαιον καὶ κατάγαιον διὰ διφθόγγου καὶ ο μικροῦ. Τὸ δὲ ἀνώγεων καὶ κατώγεων εἰ τάχα καὶ οἱ κανόνες διὰ τοῦ ω μεγάλου καὶ ε ψιλοῦ γράφουσιν, ἀλλ' οὖν ὁ τῶν λέξεων θηρατὴς καὶ τῶν τοιούτων ἀντιστοίχων ἀκριβὴς ὀρθογράφος Καπρογένειος ὁ Μαΐστωρ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ καὶ ο μικροῦ ἐξέδοτο ταῦτα γράφεσθαι. Τὸ δὲ μεσόγειον μόνον διὰ διφθόγγου εἴασεν, ἐπειδὴ εὕρηται μεσογεία γῆ καὶ μεσόγειος γῆ.*

Choerobosc. Cram. an. ox. II, 178, 32: *Ἀνώγειος· πάντα τὰ παρὰ τὸ γέα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, οἷον βαθύγειος, ἔγγειος, μεσόγειος, κατώγειος, ὑπέργειος· οὕτως οὖν καὶ ἀνώγειος διὰ διφθόγγου.* — id. 182, 7 *ἀνώγειον τὸ νω μέγα παρὰ τὸ ἄνω ἐπίρρημα· τὸ γει δίφθογγον παρὰ τὸ γέα· καὶ κατὰ κρᾶσιν ἀνώγειον.* — Sed ibid. 31 *ἀνώγαιον*.

Theognost. can. p. 131, 14: *τραπείσης τῆς ει διφθόγγου εἰς τὴν αι, ὡς ἀνώγειον ἀνώγαιον.*

Epimerism. Cram. an. ox. II, p. 338, 11: *ἀνώγεον: τὸ νω μέγα ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τὸ γαῖα, τὸ ὑψηλὸν ὂν τῆς γῆς. Τὸ γε ψιλόν. Τὰ παρὰ τὸ γέα συντιθέμενα διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφεται, γεωμέτρης, γεώλοφος· οὕτως καὶ ἀνώγεον.*

Vocabulum Dindorfio recte videtur novitium esse. Nam et illis duobus Xenophontis locis Hell. 5, 4, 8. 14 codicum auctoritate non firmatur lectio *ἀνώγεων* (primo enim loco omnes exhibent *ἀναγκαῖον*, altero optimus *ἀν* (superscr. *ἄει*), alius *ὀρχομενοῦ*, tertius lacunam), et in Isaei loco ab illis allato vel *ἀναγκαῖον* vel *ἀνάκαιον* legendum est. Schoemannus ad fr. 5: „Atqui Boeotis quoque non *ἀνάκαιον* sed *ἀναγκαῖον* tribuitur in Lex. rhet. p. 202, 15, eodemque nomine Thebanorum car-

cerem designatum legimus apud Xenoph. Hell. V, 4, 8 et 14. Et est sane haec forma probabilior, licet illam alteram apud Etymol. M. quominus librarii errori tribuendam censeam, vetant quae statim subjunguntur: ἀξιοῦσι δέ τινες ἀνάκειον γράφεσθαι. Pertinet autem haud dubie hoc glossema ad aliquem scriptoris locum, de quo dubitarunt olim interpretes, utra forma praestaret et carcerne an templum Castorum intelligendum esset. Similiter ambigere interpretes videmus de Dem. c. Steph. 1, 1125, 24 πονηρὸς οὗτος ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀνακείου καὶ ἄδικος, ubi Reiskius ergastulum, pistrinum, intelligit, Wolfius autem et Schaeferus templum, et vere quidem. V. App. cr. V. p. 198. Ceterum Boeoti fortasse, ut Φίκα dixerunt pro Σφίγγα, ita etiam ἀνακαῖον (non ἀνάκαιον) pro ἀναγκαῖον dixisse videri poterunt." Sed hoc veri non valde simile, etsi nullus dubito, quin verbi ἀναγκάζω stirps sit ἀνακ et cognatum vocabulum cum ἄναξ ἀνάσσω et ἀνακῶς. Multo probabilius est, in illis locis pro ἀνακαῖον quod non jam intelligebant, positum esse vel ἀναγκαῖον vel ἀνώγαιον. Illud ἀνακαῖον autem bene explicat Dindorfius praef. ed. Ox. p. XII et in Thesauro: rectam formam exhiberi dicit ab EM ἀ ν α κ ε ῖ ο ν, huic vero nihil commune esse cum Dioscuris, sed ab eadem stirpe esse derivatum atque ἄναξ ἀνάσσειν et adverbia ἀνάκανδα· ἐν ὑπερῴῳ Λάκωνες Hesych., et ἀνακῶς, quo Attici utuntur hac maxime sententia ἀνακῶς ἔχειν τι, pro ἐπιμέλεσθαι, φυλάττεσθαι. Quamobrem hoc nomine apte vocari potuisse cellam penariam, quae a Xen. Anab. 5, 4, 29 lectione vulgata appellatur ἀνώγαιον: ἐπὶ τῶν ἀνωγαίων, ubi meliores libri τῷ ἀνωγαίῳ, deteriores τῶν ἀνοκαίων (sic etiam gramm. ap. Bekk. an. p. 405, 32 et Hesych.). Etiam huic loco igitur restituendum esse ἀνακεῖον. ἀ ν ά γ α ι ο ν est in NT, et ap. Tarentinum in Geopon. 2, 27, 1 libri variant inter ἐν ἀνωγέοις, ἐν ἀγαίοις, ἐν ἀναγέοις. τ ὸ ἀ ν ώ γ ε ω ν ap. Philonem II, 476, 31. Sed vix rectum esse puto quod Dind. l. l. ait, haec vocabula nata esse ex perversa interpretatione illorum ἀνακεῖον vel ἀνάκαιον.

40. Perspecta illa vocabulorum tabula intelliges recte necne de scriptorum usu judicaverim. Sed ecce aliud quod teneri velim. Pauca tantum vocabula apud scriptores bene atticos in -γαιος desinere vides. Atque primum quidem e poetis solus Aeschylus huiusmodi voces exhibet, ἔγγαιος et ὑπόγαιος. Ἔγγαιος autem Pers. 922 γᾶ δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν ἥβαν doricum esse, totius carminis chorici indoles clamat, et multo apertius idem vocabulum doricum est Suppl. 57, quo loco Bambergerus opusc. p. 108 demonstravit legendum esse ἐγγάϊος, quum respondeat in antistr. πενθεῖ νέον. Itaque etiam in fr. Edon. 55, 10, quod a Strabone servatum est (10, 721), ὑπογαίου, quod sub librorum scriptura ὑπογέου latet, dorica videtur esse

forma. Quanquam non in cantico, sed in systemate anapaestico est, ut putaverit quispiam, Aeschylum scripsisse ὑπογείον, quod Strabo suo dicendi mori accommodaverit. Quae opinio non refellitur Hermanni sententia, ὑπογαίον sermoni tragico accomodatius videri, quum a nullo tragico usurpatum sit compositum a γῇ derivatum praeter Aeschylum ipsum, qui in canticis illis habet ἔγγαιος. Sed in anapaestis quoque formas doricas a tragicis adhibitas esse, Gerth (quaest. de gr. trag. dial. Stud. II, 263 sq.) demonstravit. Itaque etiam ὑπογαίον genuinam formam Aeschyleam esse dicemus, eamque Doricam. Sed ut poetas mittamus, a prosae scriptoribus atticis bonae aetatis (i. e. ante Alex. Magn.), duae tantum voces in -γαιος desinentes usurpatae sunt, ἔγγαιος et μεσόγαιος, μεσόγαια. Atque illud quidem explicare nequeo, hoc vero sic fortasse explicari poterit, ut ab Ionibus, praesertim ab Herodoto, hoc vocabulum receperint Attici ad significandam rem sibi quodam modo novam (Quod enim Pollux 8, 109, narrat, unam e quattuor phylis Atticis Cranao rege Μεσόγαια vocatam esse, bene Schoemannus Altert. p. 327 ait „dass wir es hier nicht mit geschichtlichen überlieferungen, sondern mit combinationem zu tun haben, die jeder auf seine weise anstellen mochte". Alia est sententia Hermanni Gr. Alt. I, 93, 1.). Namque nemo negabit, Ionum in Asiae magnae continentis oris habitantium animos multo prius ac multo vehementius subisse notionem regionis mediterraneae, quam Graecorum patriam incolentium, cuius omnes fere partes mare tangebat, ut vix aliqua regio mediterranea vocari posset, quam Atticorum inprimis, qui ipsi totam terram suam ἀκτήν vocarent. Atque de scriptorum usu hactenus.

Sed priusquam de natura ac indole ipsa terminationum γαιος γειος γεως disputemus, proponenda sunt tum ea quae ab hac parte incipiunt composita, tum simpliciter derivata. Atque haec quidem priore loco ponamus. Suffixo ιο derivata sunt:

γαῖος testibus Eust. p. 188, 28. Hesych. EM significat τὸν ἐργάτην βοῦν et τὸν ἀπόγειον ἄνεμον. Γαιῶν· γηΐνων πραγμάτων Suid., quae om. VC.

ὁ Γαῖος, telluris fanum Olympiae et Burae Achaicae, Paus. V, 14, 8 ἐπὶ δὲ τοῦ Γαίου καλουμένου. VII, 25, 8 ἐπὶ τὸν καλούμενον Γαῖον· Γᾶς δὲ ἱερόν ἐστιν ὁ Γαῖος ἐπί-

κλησιν Εὐρυστέρνου, ubi Schneiderus corrigit *τὸ Γαῖον*, assentiente Siebeli.

γάϊος Eustathius Italiotis et Tarentinis scribit significare *μίσθιος*: nonnunquam esse et *παχὺς καὶ ἀναίσθητος*. *Γαῖον* Italos et Tarentinos dicere *τὸν μισθόν* scribunt EM et gramm. in Bekk. an. I, 229, 10. Quod vereor ut a *γῆ* derivatum sit. Sed sine dubio a *γῆ* pullulat *γάϊος* ap. Aesch. Suppl. 826 *Ὅδε μάρπτις νάϊος γάϊος*, quod verbum ex Hesychio Hermannus feliciter restituit etiam Sept. 736 *γαΐα κόνις*; et Suppl. 156 *τὸν γάϊον* pro eo quod in cod. est *τόνταιον* conjecit Wellauerus, quae conjectura, a Dindorfio in thes. vituperata, egregie firmata est ab Et. Gud., p. 227, 42; cf. Herm. in ed. fab. Aesch. I, p. 332. Eandem vocem ex Ahrensii conjectura etiam usurpavit Epicharmus fr. 23 *γάϊαι κόγχοι*. Haec est dorica forma, ionicam

γήιος diserte agnoscit Arcadius p. 40, 24. Usurpata est a Theone in append. Anth. Pal. 39: *Αἰθέριόν τε φρόνημα φέρειν, οὐ γήιον ἔμπης*, ubi Brunckius *γήινον* edidit tacite, ex cod. ut suspicabatur Iacobs. Firmatum est vocabulum inscriptione Thesp., Curt. Rhein. Mus. 1843, n. 6.

Γαιήιος Gaeae filius Hom. Od. *η* 324 *Τιτυὸν Γαιήιον υἱόν*. terrestris, terrenus Nonn. Ioann. 3, 154. Epigr. Anth. Pal. 14, 29. Steph. Byz.

Ad terrestrem significandum, Attici utuntur vocabulo *γήινος*.

Restant *γήτης* agricola Soph., *γείτων* vicinus, inde ab Hom. usitatum (cf. *λεῖτος λειτουργία*), *γήδιον* agellus Att., *γαιών* collis terreus, tab. Heracl. 1, 88 (130), *γαεών* tit. Alaes. 5594, II, 83. 86. — Adverbia: *γῆθεν* trag. *γειόθεν* Callim. Apollon. — Denique verba *γεόω* et *γαιόω* cum compositis *ἀπογεόω* et *ἀπογαιόω*, quae quum omnia recentioris tantum temporis commenta esse videantur (non prius enim inveniuntur quam apud Philonem, Diodorum, Galenum), parum interest utra forma sit antiquior aut melior.

Jam ea composita quae a *γη γαιο γειο* cet. incipiunt adjungam, quo facilius perspiciantur, in tabulam disposita. De Doricis quae a *γα* incipiunt, incertum est utrum *γα* pro att. *γη* an pro *γεω* (dor. *γαο*) sit: cf. Ahr. Dor. p. 199.

γαιη-	*γεη-*	*γαιο-*	*γειο-*
			γειαροτήρ Tzetz. *γειαρότης* Antip. et Arch. in Anth.
γαιηγενής Ap. Rh.	*γεηγενής* lect. vit. ap. Nonn. Dion. 6, 167.	*γαιογράφος* Marcian. Heracl. Hesych. *γαιοδότης* vel *γαιοδάτης* Callim. ap. EM. Zonar. Suid. Hdn. *γαιώδης* Pol. 2, 15, 8; sic Vat. Urb.; *γεώδεις* e recentior. Flor. Aug.	
			γειοκόμος· γεωργός Hesych. *γειοκόμον· γειτνίαμα* Suid. *γειόλοφος* Hdn. Epim.
		γαιομάχος, -έω Const. Man. *γαιομέτρης* Maneth.	
			γειομόρος Ap. Rh. Anth.
		[*γαιωρύχων* l. deter. ap. Str. 3, 144; in meliorib. *γεωρύχων*.]	
γαιήοχος Hom. Hsd. *γαιάοχος* Pind. Soph. Paus.	[*γεάοχος* f. l. ap. Pind. *γεήοχος* f. l. ap. Hsd. cf. supra p. 107 sq.]		
γαιηπόνος schol. Nic.	*γεηπόνος* Greg. Nyss. Epiphan. Philo. Damocr. ap. Gal. *γεηπονέω* Euseb. Cyrill. Eust., *-ία* Clem. Al. Jo. Chrys., *-ικός* Basil. M. Joann. Cinnam.		*γειοπόνος* Nonn. Maneth. Tryph. Agath. in Anth. Maxim. electt.
			γειοτόμος (f. l. ap. Ap. Rh. 4, 1453 pro *γειομόρος*). Opp. Suid. EM.
γαιηφάγος Numen. ap. Ath. 7, 305 A.		*γαιοτρεφής* Synes. *γαιοφάγος* Nicand. *γαιοφανής* Stob. ecl. ph. Archig. in Math. Med. p. 158.	
			γειοφόρος Anth.

γεο-	γεω-	γη-
		γαρότας tauri nomen ap. Siculos Ath. 3, 98 D. Epist. Socr. 35.
		γηγενής tr. Ar. Att. Batr.
	γεωγράφος, -εω, ία inde ab Aristot.	
	γεωδαίτης, -σια item.	
γεοειδής Tim. Locr. Arist. h. a. 5, 28 v. l. *γαιοειδοῦς*.	*γεωειδής* Plut. Mor. 430 E. *γεώδης* Pl. Ax. Thphr. Plut. Gal.	
		γακίνας, γάκινος, γακινία, γάκινα motus terrae EM. Hesych. Eust.
		γηλεχής Call. h. Del. 286.
	γεώλοφος Thcr. Philo. DHal. Str. Diosc.	*γήλοφος* Xen. Plat. al.
	γεωμετρία inde ab Hdt. *-εω* „ „ Xen. *-ικος* „ „ Arist.	*γαμέτρας* tab. Heracl. *γαμετρία* Archyt. Stob.
	γεωμόρος Thuc. Pl. Callim. Ap. Rh. DHal.	*γαμόρος* Aesch. vocab. Syracus. ap. Hdt. 7, 155.
	γεωνόμος DCass. CIA 107, 5.	
	γεωργός et deriv. Att. et post.	*γαβεργός* Hesych.
	γεωρυχέω Hdt., *-ία* Str. Ael.	
γεοῦχος Hesych. Suid. *γηοῦχος* Eust.		*γηοχέω* Hdt. 7, 190.
		γηπάτταλος Luc. Lexiph.
	γεώπεδον dub. Hdt. 7, 28.	*γάπεδον* conj. Pors. Eur. Or. 324. conj. Herm. Pind. Nem. 7, 83.
	γεωπείνης Hdt. 2, 6. 8, 111.	
		γηπετής Eur. Phoen. 672.
	γεωπονία Phocyl. *-πόνος, πονέω* Philo. Anth.	*γηπόνος, -έω* Eur., *-ία* Themist. Heliod.
		γάποτος Aeschyl.
	γεωτόμος Anth., *-ία* Max. *κατ-αρχ.*	*γητόμος* Aesch. Anth. *-έω* Ap. Rh.
	γεωτραγία Hippocr.	
	γεωφανής Thphr., *-ιον* Dinarch.	*γηφαγέω* Arist.
	γεωχαρής Julian.	

41. Jam vero omni materia ante oculos posita id agitur, ut explicemus, qui tanta varietas orta sit. Vides in posteriore parte compositorum Iones sola forma *γαιος* uti, Atticos duabus *γειος* et *γεως* (nam quid de *γαιος* apud Atticos obvio censendum, supra jam intelleximus); in priore autem parte apud utrosque solummodo in usu esse *γη* et *γεω*, quum *γαιο* et *γειο* (excepto vetustissimo *γαιηόχος*) non prius in priore compositorum parte adhibeantur quam tempore Alexandri magni (multo etiam recentius *γεη*, extremorum temporum elegantia). Triplex igitur quaestio est: quid intersit inter ionicum *γαιος* et att. *γειος*, quid inter attica *γειος* et *γεως*, denique cur apud Iones *γεω* in priore tantum, non in posteriore compositorum parte sit adhibitum. Quarum quaestionum duas posteriores quispiam sic solvere posse sibi videatur, ut dicat, *γαιο* et *γειο* suffixi *ιο* ope ex *γῆ* vel *γαῖα* derivata, *γεω* mutatione illa Ionibus Atticisque usitata nullo addito suffixo ex *γαjο* vel *γεjο* natum esse. Sed is plane inconsiderate rem egerit. Nam *-γαιος* et *-γειος* aut ex *γαῖα γέα* aut ex *γῆ* nata esse possunt. Sed primum non modo non amaverunt Graeci eiusmodi derivationem, sed fugerunt, ut a nomine quodam per *ιο* suffixum formato huius ipsius suffixi ope novum nomen ducerent. Alia est condicio vocabulorum in *ιαιος*, in quibus suffixo *ιο* adjunctum est *αιο*: sic ex *γαῖα* fingi potuit *γαίειος*, ex *γέα γεαῖος*, quorum illud revera usurpatum est ab Homero, *ε* producto in *η*, *γαιήιος*, sed semel tantum et a nomine proprio derivatum ad filium significandum, ut sit patronymicum. Et *γεαῖος* sane dici potuit, quum Graeci finxerint *Εἰτεαῖοι, Ἀλεαία, Μαλειαῖος, Νεμεαῖος*. Sed hac ratione, admissa quidem, sed satis raro, *γαιος* et *γειος* ficta non esse apparet, quae si suffixi *ιο* ope a *γαῖα* vel *γέα* derivata essent, non alio modo formata esse possent nisi ex *γαι-ιος* vel *γε(j)-ιος*. Eiusmodi autem derivationem Graeci plane respuerunt. Quamobrem ab oppidorum nominibus in *αια* vel *εια* desinentibus derivata sunt ethnica non *ιο* suffixo sed aliis formata: *Βουθειῆς, Γρυνειῆς, Ἑστιαιῆς, Λαμπωνειῆς, Μαρωνειῆς, Ῥηναιῆς, Φωκαιῆς, Αἰνειᾶται, Ζελειᾶται, Πελειᾶται, Ποτειδαιᾶται, Χαλκειᾶται, Ἐλαιῖται* et alia multa id genus. Pauca tantum ethnica a prototypis sola motione differre videntur: *Βοττιαῖοι* CIA 52 a 7. 134, 19. *Ῥηναῖοι* CIA 238,

28. Ὑαῖοι Thuc. III, 110. Ἀζειοί CIA 228, 56. Ἀλεός CIA 45, 8. Βουραῖοι Steph. Byz. Δυμαῖοι Pol. Diod. Str. et alia. Sed haec facile explicantur illa nominum ethnicorum et politicorum dicatalexia, quam Lobeckius tractavit Paral. p. 300, qua idem oppidum vel eadem regio duobus vocabulis nominabatur Αἰγαί Αἰγαία, Δύμη Δυμαία, Βοῦρα Βουραία, Ἀστυπάλη Ἀστυπάλαια, cuius rei innumera exempla adjungi possunt iis quae Lobeckius attulit. Itaque Βοττιαῖοι et Βοττιαία, Ῥηναῖοι et Ῥηναία utraque sunt adjectiva, derivata a Βοττία et Ῥήνη, idemque etiam de Ὑαῖοι Ἀζειοί Ἀλεός statuendum erit, licet simplex primitivi forma non servata sit. Haec igitur exempla nihil valent. Sed ne illa quidem: θεῖος νεῖος πλεῖος πρόναιος Βόρειος Τυνδάρειος a θεός νέος πλέος ναός Βορέας Τυνδάρεος repetita, quorum sunt quae etiam in εως desinere possint: πλέως, πρόνεως (Τυνδάρεως autem non pro Τυνδάρειος sed pro ipso Τυνδάρεος). Ex his eam ob causam non effici potest, γειος ex γέα factum esse, quod νέος πλέος ναός ante terminationem ο non ϳ habuerunt, sed ϝ: νεϝος, πλεϝος, ναϝος: de θεός valde ambigitur (de quo vocabulo copiose agit G. Curtius Et.[4] 503 sq.), sed sive eius forma primaria fuit θεϝος sive θεσος, certe non fuit θεϳος. Βορέας Curt. Et.[4] 594 ex ϝορϳας natum esse putat, propter Βορέης spondei locum tenens Il. *I*, 5. *Ψ* 195 et Βορρᾶς per assimilationem ex Βορϳάς natum, ut aeol. φθέρρω ex φθερϳω. Sed ut ε ex ϳ factum, sic etiam ε in ϳ mutari potuit, et mutatum est non solum in lingua neograeca, quam Curtius affert l. l. p. 592 sq., sed etiam in antiqua, cuius mutationis exempla sunt multa in dial. dor. et boeot., ut θιός, σιός, χρύσιος al., sed etiam in titulo attico est χάλκια θερμαννήρια CI 161, 2. Eodemque ni fallor modo synizesis vocalium εα εο εω εη cet. explicanda est. Itaque mihi sic factum videtur, ut forma primaria fuerit Βορεσας, hinc Βορεας Βορϳας Βορρᾶς, et ex Βορεσας derivatum Βορεσ-ϳος Βόρειος. Tamen de hoc vocabulo nihil certius affirmaverim. Certe θεῖος πλεῖος νεῖος non ex formis primitivis πλεϳος θεϳος νεϳος suffixi ιο ope derivata esse constat. Mirum in modum cum nostro γειος γεως concinere videtur ethnicon Κεῖος Κήιος a Κέως, Τήιος a Τέως. Nam quodcunque horum nominum veriloquium est, certe Τέως natum esse ex Τεϳος apparet ex ethnici forma Τήιος quae est

in inscr. att. (*TEΠOI* CIA 37 t 16; 234, 15; 240, 10: nam quanquam constat, posteriore tempore nonnunquam a lapicidis *Π* pro *I* simplici incisum esse, cuius rei exempla affert Keilius, Zur Syll. p. 535. 634, v. c. *ΔAMOΣOΠΣΘMIΩTA*[*N* δᾶμος ὁ Ἰσθμιωτᾶν, tamen in inscriptionibus atticis Euclide vetustioribus *Π* semper pro duplici ι positum videtur, cf. *EΛAΠTAI* CIA 228, 4, *EΛAΠTAI* 229, 6, *OΠATAI* Οἰᾶται 226, 7 b, et in inscr. Boeot. a Keilio Syll. n. II publ. juris facta Rhangabeus confirmavit scriptum esse *TOΠ* = τοιί, Keil. z. Syll. p. 562. 634, cf. *TYI* τυί Keil z. Syll. XXXVIII b p. 569). Itaque, ut ex Τεjος derivatum est ethnicon Τεjιος Τήιος Τήιος, sic etiam ex γεjα vel γαjα fieri potuit γεjιος γηιος γήϊος vel γαjιος γᾱιος γάιος, et ut ex Κήιος Κεῖος, ut ex κλήϊς κλείς, λήιτος λεῖτος, sic fortasse ex -γηιος att. -γειος. Sed cave ne huic analogiae nimis multum tribuas. Quis enim dixerit, *j* illud in voc. Τεjος stirpi an suffixo proprium sit? Immo suffixi esse non est verisimile. Nam nulla alia afferri possunt exempla quibus demonstretur, quod per se veri non simile videtur, εω illud atticum unquam in vocabulo per ιο suffixum derivato natum esse ex hoc suffixo cum vocali praecedente contracto. Longe diversa est ratio qua γεω ex γεjο natum est, ut ego quidem rem explico. Nam γεjο illud, unde γεω factum, quod nunquam sui juris erat, sed in compositis tantum adhibebatur, non per ιο suffixum ex γε stirpe derivatum est, sed vocali finali solum mutata ex vocabulo perfecto et absoluto γέjα. Itaque γεjα suffixo *ja* formatum est, non γεjο, sed in γεjο ad stirpem pertinet *jo*. Sic etiam in Τεjος *j* ad stirpem ipsam pertinebat. Huic simile est ἐλαία quod nemo dubitat quin ex ἐλαιία sit contractum. Nam ἔλαιον non suffixi ιο ope formatum neque ex ἐλαϝ-jον contractum videtur, quae est Benfeyi sententia WZl. II, 119 sq. (castelli Siculi nomen Ἐλαύια quod Pottius Personennam. 383 affert quis scit num Graecum sit), sed e rad. λι (Pott. I[1] 208, Curt. Et.[4] n. 528), ut αι ex ι per gunam natum sit. (Contra -καΐα in ἡλιοκαΐα, λυχνοκαΐα πυρκαΐά non ex καια sed ex καϝια factum esse, supra jam p. 25 demonstravimus).

Haec omnia igitur exempla ad quaestionem nostram nihil valent neque firmare possunt, γειος et γαιος ex γέα et γαῖα

nata esse. Neque tamen omnia vicimus obstacula. Nam ex *Τυνδάρεος* et *Νεμέα* derivata sunt *Τυνδάρειος* et *Νέμειος*, et *Βορέας*, unde *Βόρειος*, quanquam potest sane ex *Βορεσας* natum esse, tamen hac ratione ex stirpibus in *εσ* non solent vocabula derivari. Quanquam his exemplis non multum probatur, quum de primitivorum ipsorum natura et origine parum constet. Attamen, ut concedant, *γειος* et *γαιος* non ex *γέα γαῖα* derivata esse, at ex *γῆ* pullulasse clamant, sicut *Ἑρμαῖον* ab *Ἑρμῆς, διμναῖος, τριμναῖος* ex *μνᾶ*. Quibus vix habeo quod opponam. Redit igitur res ad triarios. Prodeat firmissimum argumentum. Possunt sane compositorum partes posteriores *γειος* et *γαιος* per *ιο* suffixum a *γῆ* derivata esse. Sed huius suffixi in fine tantum compositorum locus est, non in fine partis prioris. Atqui habes antiquissimum vocabulum *γαιήοχος*. Iam quum Homerus formam *γαῖα* adhibuerit in priore compositi parte, idemque ipsum nomen *γαῖα* fere semper usurpaverit, rarissime contractum *γῆ*, sane mirum esset, si in *ἐννοσίγαιος* pars posterior non a *γαῖα* esset repetita sed a *γῆ*. Et quod de Homero, idem etiam de Herodoto valet. Quis enim putaverit, postquam Homerus finxit *ἐννοσίγαιος*, per multa saecula nullum aliud compositum in -*γαιος* desinens esse formatum, sed eo demum tempore huiusmodi vocabula ut *μεσόγαια* al. composita esse, quo contracta tantum forma *γῆ* supererat, ut jam homines non possent nisi a *γῆ* per suff. *ιο γαιος* derivare? Quod quum per se absurdum sit, refutatur forma *γεω* in priore parte compositorum usitata, quae non potest nisi a forma soluta *γέjα* descendere. Itaque ionicum *γαιος* a *γαῖα* repetitum est, suffixo addito nullo, sed vocali finali tantum mutata. Quod autem de *γαιος*, idem etiam de *γειος* valet.

42. Quoniam demonstratum esse videtur, has tres formas *γαιο γειο γεω* ex *γαjο γεjο*, i. e. e vocabulo *γαῖα* vel *γέ(j)α* nullius suffixi ope, sola vocali finienti mutata, derivatas esse, usus diversus explicandus est. Atque quod nomina composita incipiunt a *γεω* vel *γη*, desinunt in *γαιο* vel *γειο*, inde natum esse videtur, quod in fine vocabulorum terminatio *jo*, quae in primitivo fuerat suffixum, in derivato non jam erat, tamen speciem suffixi retinebat: ac pleraque id genus composita a praepositione incipiunt *ἀπόγειος, ἔγγειος, ἐκίγειος, κατάγειος,*

προςγειος, ὑπέργειος, ὑπόγειος, in quo compositorum genere solet suffixum *ιο* usurpari. In fine igitur compositorum illud *jo* videbatur suffixum esse, inde *ιο* factum, postremo diphthongus: in medio composito suffixo locus non erat, itaque *j* evanuit, *o* productum est. Ipsum *γῆ* autem nisi in initio compositorum omnino non potuisse poni per se patet. Denique quod apud Atticos in fine compositorum et *γειος* est et *γεως,* non caret analogis: in inscriptionibus atticis nullo discrimine usurpatae sunt formae *πρόνειον* et *πρόνεως* (cf. supra p. 27 sq.), apud Herodotum et *λαός* et *λεώς* inveniuntur. Sed videtur aliquid interesse inter *γειος* et *γεως,* nam qui exempla supra collecta inspexerit, videbit, primum composita in *γεως* apud bonos auctores atticos perraro, saepe apud posteriores inde a Theophrasto inveniri, deinde omnia fere haec composita significare terrae qualitatem, quod recte perspexit grammaticus Epimerismorum Boissonadii auctor p. 208: *Τὰ παρὰ τὸ γαῖα συγκείμενα καὶ ποιότητα γῆς δηλοῦντα διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφονται καὶ διὰ τοῦ ω μεγάλου· οἷον εὔγεως, λυπρόγεως, ψαμμόγεως, χρυσόγεως, λεπτόγεως. Σὺν τούτοις καὶ μεσόγεως καὶ ὑπόγεως.* Sed *μεσόγεως* et *ὑπόγεως* apud Platonem et Pausaniam supra jam vidimus p. 114 in *μεσόγαιος* et *ὑπόγαιος* mutanda esse. Itaque composita in *γεως* rustici videntur esse sermonis, in -*γειος* urbani et elegantioris.

Iam compositis percensis ad primitivum redeamus. *γῆ* factum esse vidimus ex *γεjα,* hoc ex *γαjα* natum, unde etiam *γαῖα* descendit. Haec nota sunt et ab omnibus concessa. Sed plerique *γαjα* ex *γαϝjα* natum putant, itaque *α* longum habere (ut Brugmannus in Curt. Stud. 10, 145). Quod plane falsum est, nam si *α* longum esset, non potuit ionice dici *γαῖα* neque *μεσόγαια,* sed debebat *γηΐη* et *μεσογηΐη* cet., ut *δήιος* *λήιον* *νήιος* *παρήιον.* Quamobrem vereor ut in hoc vocabulo unquam fuerit digamma. Consentiunt inde a Boppio fere omnes in *ϝ* voci tribuendo, et comparant *γύα,* scr. *gaus,* quod proprie significat bovem, sed a poetis saepius ad terram significandam adhibetur, got. *gavi.* Cf. Schweizer-Sidler KZ II, 304. Leo Meyer KZ V, 373. Legerlotz KZ IX, 119. Ascoli KZ 17, 322. Sed huic sententiae praeter eam de qua modo dixi vocalis brevitatem plura etiam obsunt. Nam in got. *gavi* offendit media,

quum legibus consonantium mutandarum quas vocamus lautverschiebung exspectaveris *kavi*. Sanscritico autem *gaus* respondet gr. *βοῦς*, quam consonae mutationem sane mirum esset in *γῆ* non esse factam, si ab eodem prototypo descenderet (nam *Ἀμφίβαιος*, quod Neptuni apud Cyrenaeos cognomen fuisse narrat Tzetzes ad Lycophr. 749, vix quisquam adhibuerit). Sed illud vocabulum indicum omnino non debebat adhiberi, nam nemo rerum indicarum vel leviter peritus nescit, quam illi poetae captaverint metaphoras, et uno eodemque vocabulo saepe ad res diversissimas denotandas usi sint. Ut vocabulo *gaus* non modo quidquid bubulum est designatur, ut caro, pellis, corium, lorum, nervus, sed etiam astra, coelum, sol, luna, lucis radii, fulmen, terra, aqua, loquela, loquelae dea et multa alia, quae videas in lex. Petropol. Itaque per meram licentiam poeticam et metaphoram *gaus* pro terra dictum est, ut *dhenu*, quod et ipsum vaccam significat; quo accedit, quod *gaus* sic in recentioribus tantum libris, Manuis legibus, Mahabharato al., non in vedicis usurpatum est. Quamobrem absurdum est, gr. *γαῖα* ab illo *gaus* derivare. Rectius fortasse Plato jam verum vidit, qui Cratyl. 410 B *γαῖα*, inquit, *γεννήτειρα ἂν εἴη ὀρθῶς κεκλημένη, ὥς φησιν Ὅμηρος· τὸ γὰρ γεγάασι γεγεννῆσθαι λέγει.* A radice *ga* gignere vocabulum repetunt etiam Doederlinus gloss. 242, Pottius EF II, 4, 31, Goebel Nov. Qu. 7: Curtius Et. n. 132 incertus est hanc an illam praeferat sententiam.

Ex pleno vocabulo *γῆ γᾶ* descenderunt derivata *γήιος γάιος*, v. supra p. 119.

43. *μαῖα, μαμμαῖα.* *μαῖα* proprie significat matrem, et e *μᾶ*, perantiquo vocabulo *ὑποκοριστικῷ* (lallwort bene vocat Fick), quo liberi matrem compellabant (quod superest ap. Aesch. Suppl. 890. 899 *μᾶ γᾶ μᾶ γᾶ*, cf. *ὦ πᾶ Ζεῦ* ib. 892. 901, quod ex Valckenarii conjectura receperunt Herm. Dind. Weil.) eadem ratione derivatum, qua ex eiusdem generis nomine *μάμμα* (cf. *πάππας, τέττα*) *μαμμία* (Ar. Lys. 879. 890) et *μαμμαία*. Itaque Hesych.: *μαῖα· πατρὸς καὶ μητρὸς μήτηρ*, et similiter Eust.: *τήθην οἱ Ἕλληνες τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα, οἱ δὲ παλαιοὶ ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν. μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαίαν τὴν μητέρα καλοῦσι.* Iamblich. v. Pyth. 11, 56 p 114: *τὴν παῖδα ἐκ παίδων ἐπιδοῦσαν κατὰ τὴν Δωρικὴν*

διάλεκτον (*καλέσαι*) *μαῖαν*. Matrem significat ap. Aesch. Cho. 43 *ἰὼ γαῖα μαῖα* et Eur. Alc. 394 *μαῖα δὴ κάτω βέβακεν*. Sed plerumque est *προςφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητική*, ut ait Hesych., quemadmodum nos alloquimur vetulas „*mütterchen*“. Homerus vocabulo saepe utitur, sed nonnisi de Euryclea Ulixis nutrice. Sed non significat nutricem, ut quidam putaverunt, quum non modo ipse Ulixes sic alloquatur Eurycleam (Od. 19, 482, 500, 23, 171), sed etiam Telemachus (2, 349. 372. 19, 16. 20, 129) et Penelope (17, 499. 23, 11. 35. 59. 81). In h. in Cer. 147. Callidice Celei filia Cererem vetulae specie indutam v. 101

γρηΐ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥτε τόκοιο
εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης
οἷαί τε τροφοί εἰσι θεμιστοπόλων βασιλήων
παίδων, καὶ ταμίαι κατὰ δώματα ἠχήεντα

affatur *μαῖα*, quam v. 113 apellaverit *γρηΰ*. Et ead. signif. Aristoph. Eccl. 915. Qua ratione quum consentaneum sit praecipue nutrices esse appellatas (ut ap. Eur. Hipp. 243. 311), usu venit, ut omnino, neque solum in allocutione, nutrices hoc vocabulo significarentur. Translatum ad terram alentem Soph. fr. 782 Dind. *Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει*. Denique pro obstetrice usurpatum est (cf. nostrum „*wehmutter*“), neque tamen prius quam ab Aristophane et Platone, apud quem etiam *μαιεία, μαίευμα, μαίευσις, μαιευτικός, μαιεύεσθαι*. — Ex appellatione vetularum fluxit nomen generis cuiusdam cancrorum, qui et *γρᾶες* vocabantur. Arist. h. a. 4, 2. 8, 17. Artemid. 2, 14. p. 166. — Vocabuli etymologiam qualem supra protuli habent Fick Wb. I, 705. Fritsche de redupl. Stud. VI, 285. Non diserte Curtius n. 472.

[*ἤιος* ter tantum invenitur, semper casu vocativo et hac formula: *ἤιε Φοῖβε*. Il. *O*. 365: Apollo Achivorum murum diruit tam facile, quasi puer pulveris acervum: *ὥς ῥα σὺ ἤιε Φοῖβε πολὺν κάματον καὶ ὀϊζὺν σύγχεας Ἀργείων, αὐτοῖσι δὲ φύζαν ἐνῶρσας*. *Y*, 153: pugnam Achillis et Aeneae ab Apolline concitati spectant dei, Neptunus et Minerva in Herculis muro sedentes, *οἱ δ' ἑτέρωσε καθῖζον ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης Ἀμφὶ σὲ ἤιε Φοῖβε καὶ Ἄρηα πτολίπορθον*. Hymn. Ap. 120 de Apollinis natu: *ἔνθα σὲ ἤιε Φοῖβε, θεαὶ λόον*

ὕδατι καλῷ. Nugari illos, qui ex horum locorum sententia vocis ἤιος significationem eruere conantur, apparet. Immo luce clarius est, hoc esse cognomen Apollinis perpetuum et satis antiquum, quod non potest non cum ἰήιος plane idem esse. Atque ἤιος a verbi εἶμι imperf. ἤια derivare, quod faciunt Duncan et La Roche, merae dementiae est, quum huius vocabuli stirps sit ι, η nonnisi augmentum imperfecti (Curt. verb. I, 128). Neque ἰήιος ab ἵημι potest descendere, quae Aristarchi fuit sententia, quoniam ἱ huius verbi est reduplicatio, neque ab ἰάομαι, non ob eas tantum causas quas affert Curtius Et.[3] n. 591, p. 362, sed etiam quod, haec si esset vocabuli origo, eius forma esse debebat ἰαῖος. Mihi una recta videtur sententia, qua ab ἰή interjectione antiquissima in invocando Apolline hac forma ἰὴ παιήων usitata deus vocatus sit ἰήιος (sic Benf. Wzl. I, 19. Preller Myth. I², 188). Hinc autem ἤιος ortum, ι in *j* mutato, cui sententiae succurrit, quod in omnibus illis tribus locis ἤιε sequitur vocalem, ut facile conjectare possis, Homerum dixisse *j*ήιε. Posteros non nego in illo nomine subaudivisse notionem τοῦ ἰωμένου].

44. De ceteris vocabulis quae huius classis sunt, jam supra diximus: βουγά-ιος p. 26. 64, πολύ-γρα-ος p. 15, Ναυσι-κά-α ib., Οἰνό-μα-ος p. 17, ἔμ-πα-ιος, πρόσ-πα-ιος p. 76 cf. infra § 67, πη-ός p. 17, φα-ιός p. 80.

Huic classi fortasse etiam adnumeranda sunt quae a μνᾶ descendunt composita in μναῖος. Sed haec quaestio de diversis nominum a μνᾶ derivatorum formis vix minus difficilis est quam de γῆ et eius propagine, et eo difficilior, quod μνέα non graecum est vocabulum sed ex lingua Semitica acceptum, itaque de stirpe non constat. Ingentem vocabulorum a μνᾶ derivatorum varietatem v. ap. Lobeckium ad Phr. p. 551, μναῖος, μνααῖος, μναϊαῖος, ἡμιμναῖον, διμναῖος, τετραμναῖος, cet., δίμνους, τετράμνους, δίμνως, δίμνεως, εἰκοσίμνος, δεκάμνοσι, ἡμίμνεα. Cuius varietatis rationem non satis ille perspexisse videtur. Atque mihi quidem quum ne ipse quidem adhuc satis perspectam habeam hanc quaestionem otioque quo ad eam solvendam opus est nunc caream, hoc loco eam mittere et in aptius tempus differre liceat.

2. Terminationis αιος α stirpis prototypae suffixum est.

a. Nomina in αιος a masculinis in ας, ης derivata.

45. *βορραῖος*. Aesch. Anth. v. supra p. 20. 30.

ἰκταῖος. Aesch. Suppl. 385 traditum est *μένει τοι Ζηνὸς ἰκταίου* (*ἴκταίου* Med.) *κότος*. Dindorfius pro *ἰκταίου*, quod metro repugnaret, correxit *ἰκτίου*, quod a plerisque editoribus receptum est. Et sane quidem cola iambica id genus duabus thesibus omissis (◡ ⏗ ⏗ — ◡ — ◡ — ◡ ⏑̲) thesibus ancipitibus non videntur uti (Christ. metr. § 393). Sed in eius modi vocabulis diphthongum corripi etiam in thesibus puris, supra p. 8 sq. vidimus. Itaque ut in *δείλαιος*, *παλαιός* sic in hoc quoque vocabulo corripi potuit. Quanquam non nego miram esse vocabuli formam, quod a nominibus in -*της* non solent derivari adjectiva in -*ταιος*. Sed non minus inauditam formam Dindorfius substituit *ἴκτιος*, quia suffixi *ιο* ope ex *ἱκέτης* non potuit derivari nisi *ἱκέσιος*. Quamobrem rectius retinetur quod traditum est. Ad formam insolitam fingendam poeta euphoniae studio permotus esse videtur: „noluit *Ἵκτορος* dicere, quia sequitur vox in *ος* terminata" Herm.

σπαθιναῖαι auctore schol. Ap. Rh. 4, 175 vocabantur cervi quidam etiam *ἀχαινέαι* vocati. Derivatum est a *σπαθίνης*: Eust. p. 711: *Τὰ δὲ τέλεια οὐκ ἄλλο τι ἢ ἔλαφοι, εἰ μὴ ἄρα οἱ ἀχαίναι καὶ οἱ σπαθίναι λεγόμενοι, ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν, ἢ εἴδει ἢ κεράτων ἰδιότητι καὶ μεγέθει.*

A nominibus propriis descendunt:

Ἀπελλαῖος mensis quin ab Apolline nomen acceperit, non est dubium. Sed non potest derivatum esse a forma *Ἀπέλλων*, sed, ut mihi videtur, ab *Ἀπελλᾶς*, quo nomine traditum quidem non est nisi homines esse appellatos, sed ipsius dei nomen pridem fuisse suspicor. Cf. *Ποσειδῶν* et *Ποτιδᾶς*.

Γυγαίη λίμνη in Lydia Hom. Il. 2, 865, Hdt. 1, 93 a Gyge procul dubio denominata.

Ἑρμαῖος, *Ἑρμαῖον*, *Ἑρμαία* inde ab Homero apud omnes usitata, derivata a contracto *Ἑρμῆς* vel *Ἑρμᾶς*. *Ἑρμαῖος* adjectivum est et nomen proprium; *ἕρμαιον* de lucro insperato dici notum est.

Λακίθαιον in Laconica Paus. 3, 20, 7.

Λυκορμαῖος ποτός Lycophr. 1012 de aqua fluvii *Λυκόρμας*.

Ποτίδαια a *Ποτιδᾶς* dorica vocabuli forma derivatum.

46. His addenda sunt patronymica thessalica (quorum maxima pars est in magno illo titulo Pharsalio quem saepius jam commemoravimus, edito ab Heuzey in Ann. de l'assoc. pour l'encourag. etc., quae littera H signamus; Littera L signavimus quae in inscriptionibus a Leakio trav. in th. noth. Gr. editis, ab Ahr. Dor. 528 repetitis sunt): *Ἀγαθοκλεαῖος* H 28 (cf. *Ἱπποκλέας* ib. 47, *Καλλικλέας* ib. 27. 32. 27), *Αἰνιαδαῖος* L 8, *Αἰσχιναῖος* H 27, *Ἀνδρεαῖος* H 16, *Ἀμυνταῖος* H 41, *Ἀσσαῖος* H 40 (*Ἄσσας* H. 39), *Εἰρακλειδαῖος* L 8, *Ἡρακλειδαῖος* H 10, *Ἐπικρατιδαῖος* H 52, *Ἑρμιαῖος* L 8, *Εὐκλειδαῖος* L 8, *Εὐξενιδαῖος* H 54, *Ἐχεμμαῖος* H 47, *Ἰσμηνιαῖος* H 7, *Κολυσσταῖος* H 7 (*Κολύσστας* 12), *Λυσανιαῖος* H. 36, *Μαρσυαῖος* H 42. 43, *Μιλτιαῖος* H 52, *Μυλλιναῖος* H 16, *Νικασιαῖος* H 5, *Νικιαῖος* H. 44. 45, *Ξενοκλεαῖος* H 11, *Παιδιναῖος* H 36. 37, *Παμιονταῖος* H 11, *Πανσανιαῖος* H 21. L 2, 2. 9. *Πιτοιδαῖος* H 44. *Πολεμαρχιδαῖος* CI 1766, *Πολιταῖος* H 55 (*Πολίτας* 54), *Πυρριαῖος* H 29, *Πυρριδαῖος* L 8, *Σιμμιαῖος* H 51, *Ὑβρισταῖος* H 18. 53. 56.; et patronymica Boeotica *Ἀγασιῆος* Keil Syll. 2, 11. 10, 4, *Ἀθανιῆος* ib. 2, 23, *Ἀριστιῆος* CI 1578. K² (i. e. Keil zur Syll.) XXXVII a, *Δαμεῆος* K² XX, *Δεινιῆος* K² XXXVII b, *Ἰσμεινιῆος* CI 1578, K² XXXVII a, *Καλλιῆος* CI 1574, 19, *Μειλιῆος* K Syll. II, 38, *Νικιῆος* CI 1578, 8, K² XXXVII a, *Ὀρνιῆος* K Syll. II, 12, *Χαριῆος* CI 1574, 19. Incertum est *Θυναρχιδῆος* in tit. Lebad. Keil zur Syll. XXXVI, Rhangabeo auctore sic scripto:

ΟΙΩΠΑΡΧΙΟΝΤΟΣΑΡΙΣΤΟΔΙΚΩΘΥΝΑΡΧΙΔΗΟΥ...,

quod Keilius sic restituit *Βοιωταρχίοντος Ἀριστοδίκω Θυναρχιδῆω*, Rhang. *Θυναρχίδαο*. Illud litterarum formis magis convenit, hoc usui Boeotiorum qualem ex omnibus ceteris titulis cognoscimus. Recte enim Boeckhius ad tit. 1574 Copensem animadvertit, patris nomen, si ipsum est patronymicum, semper genitivo casu addi, nunquam a patronymico iterum derivari patronymicum. Ego quidem patris nomen, quod ipsum patronymici formam habet, genitivo casu positum inveni tricies semel,

patronymicam ab eo formam derivatam nusquam praeter hunc ipsum titulum, de quo ambigitur. Quamobrem Rhangabeo potius assentior.

Multo saepius a virorum nominibus propriis in *ας* vel *ης* derivata invenias in *ειος* desinentia: *Ἀναξαγόρειος, Ἀντιγενίδειος, Ἀπέλλειος, Βρασίδειος, Γοργίειος, Δημάδειος, Διαγόρειος, Ἐπιμενίδειος, Ἑρμαγόρειος, Εὐριπίδειος, Κλεινίειος* sexcenta alia, quae enumerare non opus est. Quorum derivatorum quanquam pleraque apud posteros demum scriptores inveniuntur, tamen vetustiores iis non abstinuerunt, et jam Homerus habet *Μινύειος* a *Μινύαι*.

b. Nomina in *αιος α* femininis in *α, η* derivata.

47. *ἀγελαῖος* Hom. Att. *ἀγελαιοτροφία, -τροφικός* Plat.

ἀγραῖος venaticus Opp. *Ἀπόλλων ἀγραῖος* Paus. *Ἄρτεμις ἀγραία* Plat.

ἀγοραῖος Hdt. Att. CIA 23.

ἀγυιαῖος Soph. fr. 211 Dind.

ἀελλαῖος Soph.

ἀκραία Iunonis et Veneris cognomen apud Eur. et Paus. Significat eam quae in summis montibus (*ἐν ἄκραις*) habitat vel colitur. Diversum est *ἀκραῖος* pro *ἀκρός* ap. Galen.; v. § 68. — *ὑποάκραιος* inscr. in Philol. VIII, p. 170.

ἀκταῖος apud veteres Atticos non dicitur nisi de oppidis Aeolicis exadversus insulam Lesbum positis, *αἱ ἀκταῖαι πόλεις* Thuc. 4, 52. CIA 37 z″ 12. Posteriores poetae vocabulo usi sunt tum pro *ἐπάκτιος* tum pro *Ἀττικός*, et *ἀκταία* pro *ἀκτή*, i. e. *Ἀττική*. Lob. paral. p. 302. Pausanias quidem tradit 1, 2, 6, Atticae ante Cranaum nomen fuisse *Ἀκταίαν*. Unam e veteribus phylis Cecropiis id nomen habuisse tradunt Apollod. ap. Steph. Byz. et Poll. — *ἐπάκταιος, παράκταιος* Opp.

ἀκταία vocabatur vestis quaedam, *ὅπερ ἐστὶ καὶ πολυτελέστατον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιβλήμασι· ἔστι δὲ τοῦτο σπαθητὸν ἰσχύος καὶ κουφότητος χάριν· καταπέπλασται* [*καταπέπασται* Schwgh.] *δὲ χρυσοῖς κέγχροις· οἱ δὲ κέγχροι νήματι πορφυρῷ πάντες εἰς τὴν εἴσω μοῖραν ἅμματ' ἔχουσιν 'νὰ μέσον.* Democr. Ephes. I de templo Ephes., ap. Athen.

12, 525 D. Eustath. 1390, 41 dubitát, utrum vocabulum ἀπὸ ἀκτῆς θαλασσίας nomen ceperit, an ἐκ τοῦ ἄγω, τὸ κλῶ, ἡ εἰρημένη ἀκταία γίνεται, κατακλῶνται γὰρ τὰ σπαθώμενα. Ab actis, locis voluptuariis, videbatur Lobeckio Aglaoph. 1022 nomen accepisse. „Primum notum est, actae et amoena litoralia quantas praebuerint ad libidinandum et helluandum opportunitates, unde factum est, ut loca voluptuaria, etsi ab oris maritimis remota, actae dicerentur et hinc derivatum verbum ἀκτάζειν de iis qui in deliciis mollitiisque vivunt." Et in annot. 22, postquam viros doctos, qui ea de re dixerunt, laudavit, „nescio, inquit, an vestes delicatae αἱ καλούμεναι ἀκταῖαι Athen. XII, 525 D similes fortasse synthesibus, indidem nomen acceperint ab actis, ubi par thermis nostris luxuria". Origine Persicum, a Graecis in formam Graecae similem detortum censet Schweigh. Quod non est absonum, quum in hoc genere vocabulorum multa soleant recipi ab alienis populis, unde enim res, inde plerumque et nomen acceptum. Ut nos ipsi multis vocabulis alienis utimur ignorantes veram eorum originem, v. c. *samt* ἑξάμιτος, *seide* seta: eaque praecipue elegantiorum et magnificentiorum rerum sors est.

ἀκταία pila marmorea Clearch. ap. Ath. 14, 648 F: Τρίπους, χύτρα, λυχνεῖον, ἀκταία, βάθρον. Hesych.: Ἀκταία· ἡ Ἀττικὴ πρώτως οὕτως ἐκαλεῖτο· καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀκτίτου λίθου κατασκευασθεῖσα τοῦ Πεντελικοῦ. — (ἀκτίτης littoralis, Atticus; St. B.: Καὶ Ἀκτίτης, ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα, ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, ἀντὶ τοῦ Ἀττικοῦ. Suid.: Ἀκτὴ ἰδίως ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ ὁ ἀκτίτης λίθος. Harpocr.: ἀκτή· ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους· ὅθεν καὶ ὁ ἀκτίτης λίθος. Hesych.: ἀκτίτης λίθος· ἀπὸ τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ἀκτῆς. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ).

ἀλκαῖος Eur. Nomen proprium Graecis usitatum.

ἁλμαία pro ἅλμη Dioscor. Nic. ap. Athen. Lob. paral. 308.

ἁλωαῖος Orph. hymn.

ἁμαξαῖος Arat. 93 ἄρκτου ἁμαξαίης. Nonn. Dion. 1, 251. 2, 280. 47, 252.

ἁμαξαία pro ἅμαξα dictum esse tradunt grammatici, Eust. Il. p. 842. Od. p. 1758, 58. Hdn. ap. St. Byz. v. Γενήτης. Cram. an. ox. 3, 288, 25. Arcad. p. 194, 21. Cf. Lob. paral. p. 309.

ἀναγκαίη pro *ἀνάγκη* Hom. Tyrt. Sol. Hdt. Callim. Ap. Rh. Lob. paral. p. 309.

ἀναγκαῖος inde ab Homero usitatum.

ἀραῖος vocabulum tragicis praesertim tritum, ab *ἀρά* pariter atque ab *ἀρᾶσθαι* videtur originem cepisse. Nam quum plerumque significet aut eum qui *ἀρᾶται*, devovet, ut Aesch. Ag. 237 *κατασχεῖν φθόγγον ἀραῖον οἴκοις*, ne diras imprecaretur, Eur. Med. 608 *καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις* (cf. Blomf. ad Aesch. l. l., et Plat. Leg. XI, 931 C: *Ἀμύντορά τε Φοίνικι τῷ ἑαυτοῦ ἐπαράσασθαι παιδὶ θυμωθέντα καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα καὶ ἑτέρους ἄλλοις μυρίους μυρίοις, ὧν γέγονε σαφὲς ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς· ἀραῖος γὰρ γονεὺς ἐκγόνοις, ὡς οὐδεὶς ἕτερος ἄλλοις, δικαιότατα*), aut *τὸν ἀραῖς κάτοχον, κατάρατον*, ut Aesch. Sept. 898 *ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς διχόφρονι πότμῳ*, quas significationes multo facilius ex *ἀρᾶσθαι* quam ex *ἀρά* fluere apparet, alio loco significat Iovem, qui imprecationibus praeest Soph. Phil. 1181: *πρὸς ἀραίου Διός*. Nisi forte etiam hanc significationem ex *ἀρᾶσθαι* sic natam esse putamus, ut *ἀραῖος* vocatus sit is qui *ἀραῖς* imploratur (cf. Hom. β 135 *ἀρήσετ' Ἐρινῦς*), quae scholiastae videtur esse sententia, ad illum locum adnotantis: *ᾧ πάντες προςευχόμεθα ἢ ὃν ἐπικαλούμεθα ἀρώμενοι.*

ἀραχναῖος ap. poet. posteriores. Montis nomen in confinio Corinthi et Argolidis siti, *Ἀραχναῖον αἶπος* Aesch. Ag. 294, *τὸ Ἀραχναῖον* Paus. 2, 15, 10. Callim. ap. St. Byz.

ἀρουραῖος Hdt. Att.

ἀρχαῖος Pind. Hdt. Att. Saep. in inscr. — *παναρχαῖος* Poll.

ἀστραπαῖος Thphr. Plut.

αὐλαία aulaeum, primos reperitur apud Hyperidem et Menandrum (fr. 201, ap. Cosmam, topogr. Christ. 5, p. 197). Poll. IV, 122: *ἔξεστι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλεῖν, Ὑπερίδου εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους· οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ στοᾷ περιφραξάμενοί τι μέρος αὐτῆς αὐλαίαις.* Theophr. char. 5 *αὐλαία ἔχουσα Πέρσας ἐνυφασμένους.* Polyb. 33, 3, 2. Plut. saepius. Hoc aulaeum sive pro foribus erat, sive inter columnas expansum (Bekk. Charikl. II, 107. Herm. Altert. III, 19, 10), deinde pro tentorio usurpabatur.

Nomen non potest non ab *αὐλή* ductum esse, ut *αὔλειος θύρα*. Sed qui factum, ut haec vox habeat *ει* diphthongum, illa *αι*? Nisi fallor eam ob causam, quod vocabulum *αὔλειος* de foribus multo priore tempore creatum est, nam ab Homero jam usurpatur, et ita usurpatur, ut intelligas id jam diu in usu fuisse. Contra consentaneum est, velorum aulaeorumque usum multo posterius esse receptum, quum luxuria maior facta esset, et nomen novae rei Attico demum tempore inventum, jam sive ut ab illo vetustiore distingueretur sive quod feminini *αὐλή* notio ad *α* vocalem eligendam trudebat, in *αια* terminatum est. Mirum autem mihi est, unde genus femininum novo vocabulo impositum sit, quum omnia substantiva, quae videantur posse subintelligi, neutrius sint generis: ut *παραπέτασμα, προκάλυμμα, στρῶμα* al.

48. *βίαιος* inde ab Homero usitatum. Etiam de hoc vocabulo dubitaveris, utrum a *βία* an a *βιάζω* descendat. Ea qua plerumque utitur significatio ad *βία* maxime ducit, quum significet quidquid vi fit, sed interdum etiam pro *βεβιασμένος* est, ut ap. Plat. rep. X, 603 C *πράττοντας ἀνθρώπους μιμεῖται ἡ μιμητικὴ βιαίους ἢ ἑκουσίας πράξεις*.

Ἑκατόμβαιος ὁ Ἀπόλλων παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ Ζεὺς ἐν Γορτύνῃ καὶ παρ' Ἀρκάσι καὶ Κρησί. Hesych. — *Ἑκατόμβαια* solemnia acta esse tradunt Spartae (Strab. 8, p. 362, et ex hoc Eust. Il. p. 293, 33 et ad Dion. Per. 419), Argis (Hesych.), Aeginae (schol. Pind. Pyth. 8, 114), sed a ceteris quoque Graecis celebrata esse intelligitur ex mensis attici nomine *Ἑκατομβαιών* (qui a Lacedaemoniis vocabatur *Ἑκατομβεύς*, ab Asianis *Ἑκατόμβαιος*). Apud Strabonem optimi libri exhibent *ἑκατόμβοια*, quam formam, quanquam falsa est, quum et deorum et solemnitatis nomen ab *ἑκατόμβαις* quibus dei placabantur illis diebus ductum esse appareat (inepta est explicatio Etymologi magni: *Ἑκατομβαιὼν δὲ ὠνόμασται διὰ τὰς τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας· θύουσι γὰρ αὐτῷ ἑκατομβαιῷ* [Et. Gud. *ἑκατομβοίῳ*], *τουτέστι πολυτίμῳ, μᾶλλον δὲ ἑκατὸν βόας εὐχόμενοι*), tamen jam ab ipsis veteribus usurpatam esse, testis est titulus Tegeaeus CI I, p. 702 a 9 *Ἑκοτόνβοια ἄνδρας δόλιχον ἵππιον*. ib. 23 in iisdem verbis *Ἑκοτόμβοια*, b 8 *Ἑκατόμβοια*. Sed *αι* est in tit. Delph. CI I, p. 843

n. 1715 *Ἑκατόμβαια τρίς* et *Ἑκατομβαιών* in titulis Atticis CI I, p. 132, 6 *Τὴν δὲ μίσθωσιν ἀποδιδόναι τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός* et p. 141, 14 *Τὴν μὲν ἡμίσειαν ἐν τῷ Ἑκατομβαιῶνι κτλ.* CIA 189 b 25. 26 *εἰκοστῇ τοῦ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος.*

βουλαῖος diversorum deorum cognomen, Iovis, Minervae, Themidis, Dianae, et a *βουλή* et a *βουλεύομαι* potest repeti. A *βουλή* videtur derivatum cognomen Iovis et Minervae, quorum statuae in buleuterio Atheniensium erant, Antiph. p. 146, 34 *Καὶ ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς βουλαίας ἱερόν ἐστι.* Cf. Paus. 1, 3, 4. Sed possis etiam opinari has statuas eam ob causam sic esse appellatas, quod dei illi senatus praesides ipsi quodam modo cum eo consulerent. Verbale certe est in tit. CI I, p. 588 *θεῶν βουλαῖον ἀνάκτων* pro *σύμβουλον*, consiliarium. Etiam Dianae cognomen *βουλαία* (CI 113, 15) sic videtur explicandum, quoniam eadem vocatur *Ἀριστοβούλη* (Plut. Them. 22). De ceteris locis, q. v. ap. Steph. thes., non audeo judicare.

γαληναίη pro *γαλήνη* Ap. Rh. Opp. Antip. in Anth. Lob. paral. p. 310. — *γαληναῖος* utrum ex *γαλήνη* an ex *γαληνός* derivatum, dubitari licet. Sed et in Anth. 7, 640 *γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ* et ib. 10, 21 *Κύπρι γαληναίη* et ap. Nonn. Dion. 35, 355 *γαληναίῳ Διονύσῳ* illud fortasse praestat.

49. *γαστραία· ἡ γογγυλίς· Λάκωνες.* Hesych. Derivatum videtur a *γάστρα*, quod plerumque de ventre vasis vel navis dicitur, sed a Lacedaemoniis de rapa dictum esse testatur Athenaeus 9, 369 A: *γογγυλίδας Ἀπόλλας ... ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φησὶ καλεῖσθαι· Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις παρὰ Βοιωτοῖς γάστρας ὀνομάζεσθαι τὰς κράμβας, τὰς δὲ γογγυλίδας ζακελτίδας:* ubi Eust. utrobique *γαστέρας:* Epit. cod. Par. *γαστέρας ... γάστρας,* Cod. Ven. *γαστέρας ... γαστεας* (sic), quod in apographis in *γαστέρας* mutatum est. Dind. scribi jubet *γαστραίας.* Ex Athenaei loco M. Schmidt in Hesychii glossa *γαστορίς· γογγυλίς. Λάκωνες. ἢ κράμβη* pro *γαστορίς* posuit *γάστρα.*

γενναῖος Hom. Hdt. Att. — *φιλογέννναιος* Diog. L.

γύναιος Hom. Orph. Arg. — *γύναιον,* quod inde ab Aristoph. et Demosthene ad significandam mulierculam, modo

maiore modo minore cum contemptu, usurpatur, sed interdum ab ipso *γυνή* vix differt significatione, velut in tit. att. CIA 324 b I, 7 de figura muliebri lapidi incisa, Lobeckius paral. p. 305, 7 negat deminutivum esse, quorum nullum hanc formam habeat, sed esse potius neutrum adjectivi a deminutiva significatione persaepe discretum. Et vero in *αιον* desinentia deminutiva alia equidem non novi praeter *κεφάλαιον*, quod ipse Lobeckius p. 308 deminutivum esse ait. Significatio autem illa est multorum deminutivorum propria, ut res levis atque vilis pretii esse dicatur. (Schwabe de demin. p. 17 sq.). Ipsum *γυναιχ* deminutivum esse, et e *γυνα-κι* natum, docet Curtius Et.[3] 584. Neque ille Phocylidis locus, cuius causa Lobeckius haec adnotat, eius sententiae auxilium fert, *γύναιον* esse adjectivum. Quo loco haec sunt tradita (fr. 3 Bgk): *Τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο φῦλα γυναικείων· ἡ μὲν κυνός* cet. Bergkius: „*γυναικείων* si integrum, ionice pro *γυναικέων* dictum, sed possis *γυναικάων* conjicere. Meineke *φῦλα γυναικεῖ᾽. ὧν ἡ μέν*, Hartung *φῦλα γυναικῶν· ἡ μὲν γάρ*". Quod Bergkius dicit, nihil est, nam haec genitivi forma neque per se probabilis est neque ullis exemplis firmatur: Meinekii conjectura placeret, nisi in initio enarrationis offenderet relativum. Mihi *γυναικείων* revera videtur genitivus neutrius generis, sed non a nom. sing. *τὸ γυναικεῖον* = *γυνή* derivatus, sed a nom. plur. *τὰ γυναικεῖα*, sive *φύλων* omissum est, sive *τὰ γυναικεῖα* nudum positum pro genus muliebre. Nam ad collectivam aliquam et generalem notionem exprimendam neutrum genus saepius adhibetur: hominem autem per adjectivum consubstantiale neutro genere positum denotari posse, et pro mulier dici potuisse muliebre plane nego. — *ἡμιγύναιος* Synes. — *κακογύναιος* Procl. — *πολυγύναιος* Ath. — *μισογύναιος* Hesych. Moer., *φιλογύναιος* Arist. Diod. al., quae Moeride p. 258. 390 auctore non bene attica erant. Attici nimirum praeferebant composita in -*γυνος* ut *ἀνδρόγυνος*, et -*γυνης* ut *φιλογύνης*, *μισογύνης*, formationem vetustiorem magisque normalem.

γωνιαῖος λίθος, lapis angularis, Plato com. Dion. Hal. al. Derivatum est a *γωνία*. — *ἀκρογωνιαῖος* NT.

50. *δαφναῖος* Apollinis cognomen in Anth., ap. Nonn. Dion. et Tzetz.; Dianae *δαφναίας* templum in finibus Laconicae

memorat Paus. 3, 24, 8. — Laureus: *στέμμα δαφναῖον* Anth. Pal. 2, 26, et *Ἁμαδρυὰς δαφναίη* Nonn. Dion. 2, 98.

δειραῖος (*ἄκρα*) Lyc.

δεκαταῖος quod die decimo fit, dierum decem est. Pl. Luc. Anth. Nota haec Graecorum locutio *δεκαταῖος ἥκει* decimo die venit. Apparet haec non ex masculina forma numeralis ordinalis derivata esse, sed ex feminina, *δεκαταῖος* non e *δέκατος* sed e *δεκάτη* (*ἡμέρα*) descendisse. Multi sunt in hoc genere dicendi Graeci: — *ἑνδεκαταῖος* Th. Hyperid. — *δυωδεκαταῖος* Hsd. *δωδεκαταῖος* Pl. Thphr. — *τρισκαιδ. τεσσαρεσκδ.* Hipp. — *πεντεκαιδεκαταῖος* Str. — *ἑπτακαιδεκαταῖος* Thuc. — *ὀκτωκαιδεκαταῖος* Hipp.

δέραιον monile Eur. Xen. — *περιδέραιος* (*κόσμος*) Plut. — *περιδέραιον* Ar.

δευτεραῖος quod die altero fit Hdt. Pros. att.

δίκαιος omnibus temporibus usitatum. — *αὐτοδίκαιος* Aristid. *ἀκριβοδίκαιος* Arist. *ἀκροδίκαιος* Stob. *ὀρθοδίκαιος* Aesch. *φιλοδίκαιος* Arist. Plut. Dio Chrys. al. Apud vetustiores huius modi composita desinunt in *-δικος: εὐθύδικος, πάνδικος, ὑπέρδικος,* quae vocabula ab Aeschylo et Sophocle usurpata eam habent significationem, ut ea non ex *δίκη* sed ex *δίκαιος* derivata intelligas, sed terminatione correpta, ut ceteris in *-δικος* a *δίκη* vel *δικάζω* derivatis, *ἄδικος, ἀντίδικος, ἀποινόδικος, βαρύδικος* al. similia fierent. De hac compositorum apud veteres simplicitate terminationis v. quae Lob. disputavit ad Phryn. p. 541 sqq. — *δικαία* pro *δίκη* affert EM.

δομαῖος vocatur lapis ad domus structuram aptus Anth. Plan. 4, 279, Ap. Rh. 1, 757 *τῆς* (*Θήβης*) *οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους ἱέμενοι.* Nonn. Dion. 37, 99: *καὶ τάφον αἰπυτέροισιν ἀνεστήσαντο δομαίοις.* Hesych.: *δομαίους· οἰκόπεδα, θεμέλια.* Quod vix potest esse verbale, nam lapis neque *δέμει* neque *δέμεται,* sed ad *δομήν* necessarius est. Itaque ad *δομή* revoco, quod vocabulum quanquam propria significatione a Hesychio solo affertur, tamen in usu fuisse testantur Ap. Rh. 3, 1395, Nic. Ther. 153, 259. Lyc. 334. 597. 783, qui translata vocabuli significatione = *δέμας* utuntur.

δραχμαῖος Nicand. *δραχμιαῖος* Att. Lob. Phryn. 544.

51. *ἑβδομαῖος* Att. inde a Thuc.

ἑδραῖος Att. Quod vocabulum luculento est exemplo, ex substantivis derivari posse vocabula verbali significatione utentia. Nam ἑδραῖος ex subst. ἕδρα, non ex huius radice ἑδ (ἕζομαι) derivatum esse forma demonstrat, et denominativa significatione utitur ap. Eurip. Andr. 266 κάθησ' ἑδραία. Rhes. 783 ἑδραίαν ῥάχιν; sed apud Platonem et Xenophontem verbalem semper habet significationem „sedens, sedentarius".

εἰκοσταῖος Hippocr. Thphr.

εἰρηναῖος Hdt. Thuc.

ἑκταῖος Diod. Gal.

ἐναταῖος Thuc.

ἑξηκοσταῖος Hippocr.

ἑορταῖος DH al.

ἑρσαῖος roscidus Hesych.

εὐναῖος qui in lecto est. Pind. Att. — τὰ εὐναῖα = εὐνή Orph. Lith. 221. — epitheton gubernaculorum εὐναίων πηδαλίων Eur. Iph. T. 432. — Εὐναίη quies, daemon quem ponit Empedocles v. 28: Εὐναίη καὶ Ἔγερσις. — εὐναίη = εὐνή ancora Ap. Rh. 1, 955. 1277. 2, 1282. Paul. Sil. Anth. Pl. 4, 118, 4. Hesych. Apoll. lex. Hom. Apoll. de adv. p. 598, 16; Eust. Il. p. 474, 45 τραγικῶς ita dici affirmat. Apud Ael. h. a. XII, 43, 20. ead. signif. traditus est genitivus εὐναίων. „Si vera est τόνωσις, nec εὐναιῶν fuit, τὰ εὐναῖα idem esse debet, quod εὐναῖαι sive εὐναί i. e. ἕρματα τῶν νεῶν" Jacobs.

ἐνευναιος Hom. ν 51. π 35. Quod ab Hom. Od. ν 51 δέρμα ἐνεύναιον, id ab Herod. et Poll. simpliciter vocatur ἐνεύναιον. — ὁμεύναιος = ὅμευνος Opp.

ἐχιδναῖος Call. Anth. Nonn. Pro hac forma semel ap. Nicandrum traditum est ἐχιναῖος, ther. 230 κωκυτὸν δ' ἐχιναῖον ἐπικλείουσιν ὁδῖται, qui versus commemoratur ab EM. p. 404, 33 παρὰ τὸ ἄχος ἔχις, ἡ πάνυ λυποῦσα· καὶ Νίκανδρος· κωκυτὸν δ' ἐχιναῖον κτλ. Ad hunc versum O. Schneiderus p. 139 adnotat haec: „Ergo grammatici, quibus haec debet Etym. M., non putabant spurium hunc esse versum, quod fecisse non nullos scholiasta memorat et J. G. Schneider etiam fecit, quem secutus est Lehrsius. At τὸ λιχμάζειν καὶ τὴν οὐρὰν σκωλύπτεσθαι viatores vocare solitos fuisse κωκυτὸν τοῦ ἔχεως, per se absurdum non est. Itaque in istud judicium

veteres criticos non tam re ipsa compulsos esse crediderim, quam insolita vocis ἐχιναῖον forma, quae non potest nisi quod τοῦ ἐχίνου sive erinacei sit significare. Quodsi Nicandrum ἐχιαῖον scripsisse mecum statueris, non jam ineptum aut indignum Nicandro dices." Sed vix credibile, grammaticos veteres propter formam ἐχιναῖον versum pro spurio habuisse, neque potius ipsos levem medelam ἐχιαῖον invenisse, si haec cum legibus Graecae linguae convenisset. Immo in ipsa sententia causa posita fuisse videtur, cur versum rejicerent, quae sententia mihi quidem satis mira videtur. Quid? quod angues linguas vibrant et caudas flectunt, id vocatum esse κωκυτὸν ἐχιναῖον, ululatum serpentium, id non mirum est? ἐχιναῖος autem quum ab omnibus libris et ab EM exhibeatur, pro genuina poetae scriptura habendum est. Vitae quotidianae fortasse fuit illa locutio, fortasse dialecti nescio cuius propria, neque incredibile est, ex ἔχις non solum ἔχιδνα natum esse, sed etiam vel ἔχινα ex eodem ἐχι-νjα unde et ipsum ἔχιδνα (Curt. Et.[3] 599), vel ἐχίνη, ut δωτίνη ex δῶτις (δῶσις), γυρίνη ex γῦρις. Hinc facile derivari potuit adj. ἐχιναῖος: sed ἐχιαῖος graecae linguae legibus repugnat, quum non soliti sint Graeci terminationem αιος addere stirpi in ι desinenti, id quod infra docebimus.

52. ἡλιαία, quo vocabulo Athenienses utebantur ad sex milium judicum quotannis ex populo electorum collegium denotandum, fere consentiunt viri docti cognatum esse cum ἁλής, ἅλις, ἁλίζω, et derivatum esse ab ἁλία, ion. ἁλίη. Ea jam Stephani Byzantii sententia fuit: Ἡλιαία· παρὰ τὸ ἅλις γίγνεται ἁλία καὶ δεύτερον παράγωγον ἡλιαία. Et Hesychius a Tarentinis comitia vocata esse ἀλιαία tradit: Ἀλιαίαν τὴν ἐκκλησίαν Ταραντῖνοι. Quin apud ipsos Athenienses hanc vocabuli vim fuisse docet gramm. ap. Bekk. an. p. 310, 32: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ μεγάλη ἐκκλησία. Ceterum non plane idem esse prototypon vocis ἡλιαία atque dor. ἁλία intelligas ex ionica forma ἁλίη, ex qua discas, α primae syllabae neque contractione natum neque omnino longum esse, sed breve, id quod monuit Meister de dial. Heracl. Stud. IV, 401 sq.; apud Atticos amplificata est vocalis radicalis. Quid vero intersit inter prototypon illud ἡλία et paragogon ἡλιαία, difficile dixeris. Nam et ipsi vocabulo ἡλία fuisse significationem eandem, discas e vocabulis ab ἡλία derivatis ἡλιάζομαι

et ἡλιαστής. Itaque ἁλία quidem non idem significare quod ἡλιαία Lobeckio (paral. 320) concedimus, sed ἁλία significatione diversa utitur jam ab ipso vocis ἡλιαία prototypo ἡλία; itaque non suffixo αια haec diversitas effecta est.

ἠλυγαῖος Suid. — ἐπηλυγαῖος gr. in Bekk. an.

ζωναῖος Synes.

θαλασσαῖος Pind. Pyth. 2, 50 pro usitato θαλάσσιος.

θερμαία Ἄρτεμις Arist., quae balneis et aquis calidis praeest.

θηκαῖος, οἴκημα, camera sepulcralis Hdt. II, 86.

θυνναῖος lect. vulg. ap. Ath. 3, p. 116 E, θυνναῖα ταρίχη, ubi Dind. ex cod. restituit θύννεια, quem Mein. sequitur. — θυνναῖον vocabatur solemnitas cum sacris in Neptuni honorem factis. Antig. Car. ap. Ath. 7, p. 297 E. Thynnus non modo θύννος vocabatur, sed etiam θύννα θυννάς θυννίς. Feminam θυννίδα, marem θύννον saepius vocat Aristot., velut hist. anim. 5, 9. 11; quae vocabula a Cratino quoque et Speusippo et Epicharmo distincta esse tradit Athenaeus 7, 303: sed vulgo haec nomina promiscue usurpata et θύννα quoque ad hoc genus piscium omnino denotandum adhibitum esse ex Hipponactis Archestrati Antiphanis locis ab eodem citatis intelligimus. Itaque ipse Athenaeus l. l.: οὓς ἔνιοι θύννους καλοῦσι, Ἀθηναῖοι δὲ θυννίδας, et EM p. 459, 25: θύννος. ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ θύννα.

θυραῖος trag. — ἡ θυραία Ammon. Hesych. „apertura ad inserendas valvas relicta" Lob. paral. p. 309. — προθύραιος Dianae epitheton in hymn. Orph. 1, 4, 12. Sext. Emp. adv. math. 9, 185, p. 592. — τὰ προθύραια = πρόθυρον h. Hom. Merc. 384.

53. ἰακχαῖος στέφανος Philet. ap. Ath. 15, 678 A, pro ἰάκχα, quo verbo Sicyonii ad significandam coronam utebantur. Timarch. ibid. et Hesych.

ἰκμαῖος. Iovem ἰκμαῖον Ceae cultum esse, primus tradit Ap. Rh. II, 522. De hoc cultu v. Gerh. Myth. 192, 2. 197, 3 a. 199, 8. Inde nomen antiquum esse intelligitur. Plerumque, et jam a schol. Apollon. (Διὸς ἱερὸν ἱδρύσατο ἰκμαίου ἕνεκα τοῦ τοὺς ὄμβρους γενέσθαι. Διὸς ἰκμαίοιο: ἕνεκα τῆς ἰκμάδος), vocabulum derivatur ab ἰκμάς humor. Neque ego quidem nego,

ἰκμαῖος et *ἰκμάς* esse cognata. Sed *ἰκμαῖος* non ita formatum est, ut suffixo *ιο* ad stirpem *ἰκμαδ* addito omissum sit *δ*, neque ut suffixum *αιο* affixum sit ad stirpem decurtatam *ἰκμ*, sed ipsum *ἰκμαδ* ex eadem stirpe *ἰκμα* descendit, unde etiam *ἰκμαῖος* derivatum est, qualem plerarumque stirpium in *αδ* originem esse docuit Curtius Et.[3] 586 sq. Cf. *ἄνικμος* Thphr., *ἰκμαλέος* Hipp., *Ἰκμάλιος* Hom., *ἰκμαίνω* Ap. Rh. Nic., e quibus nullum a st. *ἰκμαδ* potest descendere. Ex st. *ἰκμα* addito j natum est *ἰκμαj ἰκμαδ*, addito *ιο ἰκμαιο*. Cf. Curt. l. l.: „Es ist klar, dass die stämme auf *αδ* zu denen auf *ιδ* sich genau so verhalten .... wie abgeleitete adjectiva auf *αιος*, z. b. *ἀγοραῖος* zu denen auf *ιος* z. b. *ἑσπέριος*."

καλαμαῖος, *μάντις* Thcr. 10, 18 ait de puella, alludens ad locustam, quae a Linnéio mantis religiosa vocatur. — *καλαμαῖον*. Hesych.: *κερκώπη· μικρὸν τεττίγιον τὸ καλαμαῖον λεγόμενον*. similiter Eust. 396, 2. — *καλαμαία* pro *καλάμη* habet Schol. Theocr. ad l. l.; cf. Eust. 1181, 47 *καλεῖ τὴν καλάμην ὁ πολὺς ἄνθρωπος καλαμαίαν*. Lob. paral. p. 311.

κεφαλαῖος Ar. — *τὸ κεφάλαιον* pros. att. CIA 32 A 23; 37 z″, 10; 178, 5 et saepius. — *ἡμικεφάλαιον μὴ λέγε, ἀλλὰ ἡμίκρανον* Phryn. *ἡμίκρανα· ἡμικεφάλαιον. σιαγόνος τὸ ἥμισυ* Hesych. Est igitur vocabulum recentioris Graecitatis. Cetera composita in *κεφάλαιον* desinentia omnia objectiva sunt, et a praepositione incipiunt: — *ἐπικεφάλαιον* Arist., tributum in singula capita impositum. *ἐπικεφάλαιος κόσμος* Suid. EM. — *περικεφάλαιον* Pol. et *περικεφαλαία* id. quidquid capiti imponitur, galea, vitta al. *περικεφαλαία* apud Theophr. significat morbum capitis vel partem prorae navis quae alias *στόλος* vocatur. — *προςκεφάλαιον* Hippocr. Att. et *ὑποκεφάλαιον* Hipp. Aret. significant cervical.

κνημαῖος Gal.

κοιταῖος qui in lecto est. Dem. Pol.; qui somni tempore venit Pol.

κορυφαῖος Hdt. Att. — *κορυφαία* freni equini ea pars quae circa caput summum est Xen. r. eq.; crinis Luc. — *συγκορυφαῖος* et *πρωτοκορυφαῖος* ap. script. eccl.

κρηναῖος Hom. Trag.

κριθαίη puls hordeacea Hom. Ires. (epigr. 15) in loco dubio.

λαχναῖος villosus Anth.

λευκαία spartum ibericum. Artemid. Athen. Hesych., etiam per ε scriptum invenitur in epit. Ath. Eust. Cf. supra p. 45.

λευκαία = *λεύκη*, populus alba, in tit. CI II, p. 392. Cf. supra p. 45.

ληθαῖος a *λήθη* repetitum, proprie significat quidquid ad oblivionem pertinet, ut *ληθαίῳ σκότῳ* Lyc. 1127 = *λήθης*, vel quod ad flumen Lethen pertinet *ληθαία ἄκατος* Charonis Anth. 9, 279; deinde autem verbalem induit significationem eamque causativam, quae ipsius verbi *λανθάνω* nunquam est, oblivionem afferens, ut *ληθαῖον ὕπνου πτερόν* Call. Del. 233; Orphei lithicis v. 195 traditur, *ληθαῖον* vocatum esse quendam lapidem: *οὕνεκεν αἰεὶ Μεμνῆσθαι κακότητος ὀιζυρῆς ἀπερύκει θνητοὺς ἀθανάτους τε.* — Saepius nomen proprium est, et regionis, *Ληθαῖον πεδίον* apud Lebadeam Theogn. 1216 (cf. *Λήθης τόπος* Thespiis Plut. ser. num. vind. 22), et *Ληθαῖος* nomen fluviorum plurium, in Creta, Caria, Thessalia, Libya.

λιμναῖος in palude habitans Hdt. Ar. Arist. — *λιμναία* = *λίμνη* dictum esse docent grammatici. Lob. paral. p. 297. 311.

λοιβαῖος ad *λοιβήν* destinatus, *κύλιξ* Ath. Potuerit etiam verbale esse et a *λείβειν* derivatum, ut Graeci poculum quo libabant ipsum dixerint libantem, velut *ζωστήρ* significat proprie eum qui cingit, deinde instrumentum quo cingimur, *ποδανιπτήρ* proprie eum qui pedes lavat, deinde pelvim qua pedes lavantur.

λογχαῖος· μετὰ τῆς λόγχης Suid.

λοχμαῖος, Μοῦσα Ar.

λυγαῖος Trag. Ap. Rh. Lyc. opacus, obscurus, a *λύγη*, quod vocabulum apud nullum scriptorem invenitur, sed laudatur a grammaticis. Cognatum est *ἠλύγη* semel ab Aristophane usurpatum, et *ἠλυγαῖος*.

54. *μάταιος* irritus, vanus, stultus, neque ap. Hom. neque ap. Hsd. invenitur, sed inde a Theognide Pindaro Aeschylo saepissime. Hoc vocabulum quin cognatum sit cum *ματάω* inertem esse, morari, eventu carere (ap. Hom. et trag.) et adverbio *μάτην*, dubitari nequit. *Μάτην* nominis cuiusdam *μάτη* accusativum esse patet (cf. Kissling KZ 17, 223), quod substantivum bis reperitur apud Aeschylum, Suppl. 820 (error),

Cho. 918 (delictum, peccatum). Iam quum et *μάτην* et *ματάω* stirpem *ματα* sibi expostulent, et quum veri parum simile sit, Aeschylum ex adverbio *μάτην* finxisse substantivum *μάτη*, hoc substantivum pro perantiquo est habendum. Incertum autem est, utrum ab hoc ipso substantivo an a verbo *ματάω* derivatum sit *μάταιος*. Quod autem Benf. Wzl. p. 514, Pictet. KZ 5, 323 contendunt, idem esse vocabulum quod servaverit Hesychius *μάτταβος· ὁ μωρός*, plane incredibile est: quae vocabula si eodem ex loco orta, tamen diversis suffixis sunt formata. — *παμμάταιος* Aesch.

μελαιναίη Sibyll. orac. V, 348, eam ob causam notabile, quod e feminino *μέλαινα* est derivatum. Lob. Paral. 319.

μελισσαῖος, οὐλαμός Nic.

μοιραῖος Man. Anth.

μυλαῖος Anth. — *προμυλαία θεός* Poll.

ναπαῖος Soph. Eur. Nic.

νησσαῖος Arat.

νικαῖος Nonn. (*ἐλπίς, Παλλάς*). — *νικαίη* pro *νίκη* Phot. Suid.

νομαῖος quidquid ad pascuum vel gregem (*νομή, νομός*) pertinet, *χίμαρος* Anth. 6, 157, 3, *ἀλάλαγμα* Call. fr. 310, *ἕρπυλλον* Nic. th. 67. Quanquam de hoc loco non constat. Scholiastae duas habent explicationes: *ἕρπυλλος εἴρηται παρὰ τὸ ἕρπειν αὐτοῦ τὰς ῥίζας ἐπιπολύ· διὰ τοῦτο καὶ νομαῖον, διότι ἐπιπολὺ νέμεται*, et paulo infra *ἢ νομαῖον εἴρηται διότι πανταχόσε βάλλει ἑαυτοῦ τοὺς κλάδους*. Hi igitur vocabulum derivant a *νέμεσθαι* diffundi. Alius autem *ἔνθεν καὶ νομαῖον παρὰ τὸ νομήν*. Etiam *χίμαρος νομαῖος* in loco Anth. possis vertere eum qui pascitur, *νέμεται*. — *νομαῖον* pascuale Cyrill. vel Philopon. *περὶ τῶν διαφ. τόνων* Cram. an. II, 309, 30. Hinc plane diversum *τὰ νόμαια* = *νομίσματα*, de quo infra videas in § 72.

νυμφαῖος quod ad nymphas pertinet Eur. Antiph. — *νυμφαῖον* nympharum sacrum Ap. Rh. Str. Plut. — *νυμφαία* planta quaedam aquatica Thphr. al. — De significationis diversitate inter *νυμφαῖος* et *νύμφειος* diximus supra p. 32.

πανομφαῖος Ζεύς Il. Θ 250, omnium vocum divinarum i. e. oraculorum (*ὀμφῶν*) auctor, ὁ *κληδόνιος καὶ πάσης κλη-*

δόνος παραίτιος schol. Cf. Krämer, Hom. bein. p. 35. — Verbalis significatus est simplici *ὀμφαῖος*, quod ap. Nonn. Dion. 9, 283. 12, 42 significat portendentem, fatidicum, et dea *Ὀμφαίη* ap. Emped. 17. Quae vocabula ab eadem radice pullulare, unde ipsum *ὀμφή* (i. e. rad. *Ϝεπ*, quae in *εἰπεῖν*, inserta nasali, ut in *λαμβ-άνω, τύμπ-ανον, σφίγγω*, lat. fingo, linquo Curt. Et.[3] 459. Verb. I, 248) veri non dissimile est.

ὀγδοαῖος quod die octavo fit. Pol. Plut.

ὀγδοηκοσταῖος Hipp.

55. *ἀνόπαια* hoc accentu traditum H. Od. *α* 320 de Minerva, quae Mentae similis Telemachum visit, deinde subito et cito evolat: *ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο.* De hoc vocabulo multi egerunt, novissime quod sciam et accuratissime Wörner in Stud. VI, 349 sqq. qui et veterum et recentiorum grammaticorum sententias percenset. Atque ex illis quidem statim rejiciendae sunt propter causas grammaticas sententiae eorum qui *ἀνόπαια* explicuerunt per *ἡ ἄνω παίουσα* vel *ἡ ἄνω ἔχουσα τοὺς ὦπας* vel *ἡ ἀνὰ τοὺς ὦπας ὁρμῶσα*, neque Aristarcho assentiri possumus, qui *ἀνόπαια* nomen avis fuisse censet. Nam vocabulorum in *αια* exeuntium brevi *α* finali non utuntur nisi nomina propria (Wörn. l. l. p. 356), quis autem audivit, unquam animal praeter domestica nomine proprio esse appellatum? Etenim singularum quoque alicuius animalium generis specierum nomina, ut *αἰγυπιός*, non propria nomina sunt, sed appellativa. Ex mea quidem sententia qui huius vocabuli vim et veriloquium vult perspicere, ei ante omnia spectandum est, qua significatione ceteris locis quibus traditum est, utatur. Invenitur autem apud Empedoclem (Eust. *δοκεῖ δέ τισι καὶ ἀντὶ τοῦ ἀνωφερῆς εἶναι ὡρμημένοις ἐκ τῶν Ἐμπεδοκλέους εἰπόντος ἐπὶ πυρὸς τὸ καρπαλιμῶς ἀνόπαιον*) et Herodotum VII, 216 de calle, quo Persae Oetam transgressi sunt: *ἔχει δὲ ὧδε ἡ ἀτραπὸς αὕτη· ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ ποταμοῦ τοῦ διὰ τῆς διασφάγος ῥέοντος, οὔνομα δὲ τῷ τε οὔρεϊ τούτῳ καὶ τῇ ἀτραπῷ τὠυτὸ κέεται Ἀνόπαια, τείνει δὲ ἡ ἀνόπαια αὕτη κατὰ ῥάχιν τοῦ οὔρεος, λήγει δὲ κτλ.* Atque Empedoclem quidem potuerit quispiam suspicari ex Homero sumpsisse vocabulum et ea adhibuisse significatione quam in loco Homerico esse putaret, quae est Wörneri senten-

tia p. 352. 369. Sed nomen loci hac ratione ortum esse nequit. Significatio autem vocabuli et apud Empedoclem et apud Locros non potest esse nisi ἀνωφερής, i. e. quod sublime fertur, sursum tendit vel ducit. Et haec significatio etiam in locum Homericum bene quadrat. Quam ob rem recta vocis explicatio mihi neque ab Herodiano inventa esse videtur, qui explicat ἀοράτως, neque a grammatico cuius explicationem tradit Hesychius ἄφωνος; sed mihi unice vera illa videtur, quae Cratetis Mallotae videtur fuisse (Wörn. p. 352. 362 sq.): ἀνὰ ὀπὴν ἣ καὶ καπνοδόχος καλεῖται schol. Hom. EHQR. οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ τῆς καπνοδόχου (λ. ἀνὰ τὴν καπνοδόχον), ἣν ὀπὴν λέγουσι Φωκεῖς EQ. ἀνοπαῖα διέπτατο· παρὰ τὴν ὀπὴν ὀπαῖα· καὶ ἐν συνθέσει ἀνοπαῖα. Καὶ ἐκδέχεται τὴν καπνοδόχην εἶναι. Κράτης δέ φησιν ἀνοπαῖαν τὴν τετρημένην κεραμίδα τὴν ἐπὶ τῆς ὀροφῆς Et. Magn. Ὀπή significabat impluvium, aperturam in tecto, per quam fumus exibat. Quo vocabulo non solum Phocenses usi sunt teste Scholio modo laudato, sed etiam Xenarchus comicus ap. Ath. XIII, 569, 11 μηδὲ δι᾽ ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης et Aristophanes ap. Poll. 10, 25: ἡ δὲ ὀπὴ εἴρηται ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνους· „καὶ δι᾽ ὀπῆς κἀπὶ τέγους", et ex hac significatione videtur derivatum ὀπαῖον, quod in titulo quo de Erechthei aedificatione ratio redditur, significat foramina quadrangularia vel lacunaria tecti laqueati CIA 324 a 15. 19. Illud impluvium antiquissimo tempore Homerique aetate apertum erat, necdum tabula fictili foraminibus pervia tectum, ut postea, cf. Poll. II, 54 ὀπαίαν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὴν κεραμίδα ἐκάλουν, ἣ τὴν ὀπὴν εἶχεν, et Phot. s. v. ὀπαία κεραμίς· ἡ τὴν κάπνην ἔχουσα· Δίφιλος Χρυσοχόῳ· διακύψας ὁρῶ διὰ τῆς ὀπαίας κεραμίδος καλὴν σφόδρα (cf. Plauti Mil. gl. 174 sq. *nescio quis inspectavit . . . per nostrum impluvium intus apud nos Philocomasium atque hospitem Osculantis;* cf. v. 287 sq.). Schol. M ad l. Odysseae A 320 Κράτης δὲ τὴν τετρημένην κεραμίδα. EM. Κράτης δέ φησιν ἀνοπαῖαν τὴν τετρημένην κεραμίδα τὴν ἐπὶ τῆς ὀροφῆς. Itaque Homeri temporibus haec apertura satis magna fuisse videtur, per quam etiam maiores aves pervolarent, neque recte Wörnerus p. 363 sq. ex foraminis parvitate argumentum petit contra Cratetis sententiam. Sub hac igitur apertura quum ignis foci flagraret et illam peteret,

facile fieri poterat, ut illi adsuescerent dicere, ignem vel fumum esse *ἀνόπαιον, ἀνόπαια* ferri. Inde factum ut illud vocabulum in quotidiano sermone omnino hac significatione usurparetur et ad alias quoque res translatum significaret *ἀνωφερής* sursum tendens, et quum Graeci paullatim magis magisque desinerent foco illo in media domo posito ad ignem incendendum cibosque parandos uti, sed ignem usui destinatum in aliam domus partem transferrent (Bekk. Char. II[2] 74, Herm. Alt. III[2], 19, 21), mox priscae et genuinae vocabuli significationis obliti translatam tantum illam retinuerunt. Haec igitur significatio vocabulo est apud Emped. et Herodotum. Formatum autem est adjectivum *ἀνόπαιος* suffixi *ιο* ope, ut pleraque vocabula composita objectiva a praepositione incipientia *ἐγχώριος, κατάγειος, παραθαλάσσιος* al., et significat id quod *ἀνὰ τὴν ὀπήν*, aperturam versus, *φέρει* vel *φέρεται*. Quanquam composita huius generis ab *ἀνα-* incipientia satis rara sunt. Mihi non nota sunt nisi haec: *ἀναδενδράς* de vite quae arbori circumvoluta sursum crescit, *ἀνάλογος* quod *ἀνὰ λόγον* est, *ἀνάμεσος* Hdt. II, 108 (*τὰς πόλις ἀναμέσους* = *ἀνὰ μέσον οὔσας*), *ἀνόπιν· εἰς τοὐπίσω* Hesych., *ἀναφωτίς* fenestra Nicet., et verba ab eiusmodi compositis descendentia *ἀναπαριάζω* infidum esse more Pariorum, *ἀνατοποῦσθαι* in alicuius locum supponere. Neque posteriore quidem aetate praepositio *ἀνά* simpliciter usurpari solet ad significandum motum in aliquem locum, praesertim superiorem, tendentem, sed ad id quod praeter aliquam rem sursum movetur. Apud Homerum tamen illa significatio interdum reperitur, ut *K* 465 *θῆκεν ἀνὰ μυρίκην* (sc. spolia), *Σ* 278 *στησόμεθ' ἄμ πύργους*. *T* 212 *κεῖται ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος*. *χ* 239 *ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον ἕζετ' ἀναΐξασα*. Itaque *ἀνόπαιον* est quod *ὀπήν* versus movetur. Falsa est Wörneri explicatio: „sie durchflog den nach der lucke hinaufliegenden raum". Nam primum *ἀνόπαιος* non potest significare „nach der lucke hinaufliegend", nam ex praepositionis *ἀνά* significatione „nach, hinauf", totum vocabulum non potest nisi notionem movendi aliquo accipere, ut *ἐπιδέξιος* est qui ad dextram vertitur vel movetur, *ἀλλοπρόσαλλος* qui ab alio ad alium vertitur, *ἀπόγεια* et *ἐπίγεια* non funes quae a terra remoti vel in terra sunt, sed quae a terra ad navem, a navi ad terram tenduntur, *καταικαι-*

ριος telum quod *κατά* vel *εἰς καίριον τόπον* penetrat, *κατωμάδιος* discus qui ab humero vibratur. Et quam ridicule, aerem qui inter focum et tecti aperturam erat dictum esse „der nach der lucke hinauf liegende raum", et pro: per aperturam evolavit, i. e. „sie flog nach der lucke hinauf", vel „durch die lucke hinaus", poetam dixisse „sie durchflog den nach der lucke hinaufliegenden raum". *Ἀνόπαια* autem hoc loco verum accusativum et objectum verbi *διέπτατο* esse plane nego, merum adverbium esse contendo, id quod sententia loci arguit. Nam quanquam non nego, multa adverbia in *-α* proprie esse nomina accusativo casu posita, quae prius objecta verborum fuerunt, postea paulatim obtorpescentia transierunt in significationem simplicium adverbiorum, tamen concedi non potest, in Homeri carminibus nullumdum illorum adverbiorum ab illa prisca significatione deflexum esse, casualem omnium notionem etiamtum vivam fuisse. Cuius opinionis argumentum est ipsum illud *ὑπασπίδια προβιβᾶν* vel *προποδίζειν*, quod tanquam suae sententiae adminiculum Wörnerus profert. Nam quis putaverit veteres illos quum haec vel canerent vel audirent, intellexisse „das vom schilde gedeckte bereich betreten"? Nihil significat nisi: clupeo tectum procedere, „vom schilde gedeckt vorschreiten". Eodem modo etiam *κ* 168 *βῆν δὲ καταλοφάδεια φέρων* non *καταλοφάδεια* objectum est verbi *φέρων*, sed quod supplendum est *αὐτό*, sc. *τό δεινὸν πέλωρον* v. 167, *καταλοφάδεια* autem merum adverbium est (de formatione huius vocis cf. Lob. paral. 154, Thgnost. in Cram. an. ox. II, 164, 25, Curt. Et.[3], 593. cf. *κατωμαδόν* Il. O, 352 *κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους* = *κατ' ὤμους*). Itaque etiam nostro loco non *ἀνόπαια* est objectum verbi *διέπτατο*, sed quod ex illo intelligitur *ὀπήν*. — Ab eodem *ὀπή* derivatum est simplex

56. *ὀπαῖος* quod *ὀπάς* habet, perforatus, *κεραμίς* Diphil. ap. Phot. Poll. Moer. *θυρίς* Hesych. — *ὀπαῖον* autem nihil videtur nisi ionica amplificatio vocis *ὀπή*; apud Plut. Per. 13 (*τὸ δὲ ὀπαῖον ἐπὶ τοῦ ἀνακτόρου* [Eleusine, cum *τὸ διάζωμα* et *οἱ ἄνω κίονες* jam perfecta essent] *Ξενοκλῆς ὁ Χολαργεὺς ἐκορύφωσε*) aut lacunar significat, aut aperturam in tecto („eine grosse lichtöffnung welche Xenokles wölbte, indem dieser tempel kein hypaethros sein durfte" Müll. Handb. d. Arch. 109, 5); in

magno titulo Attico, quo de templi Minervae Poliadis aedificatione ratio redditur (*ὀπαῖον* CIA 324 a 15, 19) significat porticus lacunaria, quae et *καλυμμάτια* vocantur (Bötticher, tecton. I² p. 97. 232). — *ὀπαίαν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὴν κεραμίδα ἐκάλουν ἣ τὴν ὀπὴν εἶχεν* Poll. II, 54 quod utrum adj. an subst. sit, incertum.

ὁποσταῖος quoto die Arat.

ὀργυιαῖος· κέρα Anth. Nisi potius in vocabulorum per *ιαιος* formatorum numero collocandum est.

ὀρφναῖος. Apud Hom. nonnisi sic: *νύκτα δι' ὀρφναίην* Il. *K*, 83. 276. 386. Od. *ι*, 143, et h. Merc. 97: *ὀρφναίη δ' ἐπίκουρος ἐπαύετο δαιμονίη νύξ*. Item Eur. Or. 1225: *ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ* et fr. Pirith. 596 *ὃν πέρι μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία νὺξ αἰολόχρως*. Ab Alexandrinis et posterioribus epicis *ὀρφναίη* femininum substantive pro *νύξ* usurpatur. Vocabulum derivare solent ab *ὄρφνη* nox, quod vocabulum inde a Theogn. et Pind. reperitur, sed vix credideris Homerum dixisse noctem nocturnam. Significationem nocturnus *ὀρφναῖος* non habet nisi semel ap. Aesch. Ag. 21 *ὀρφναίου πυρός*. Itaque ab *ὄρφνη* nox Homericum certe *ὀρφναίη* non est derivatum. Sed *ὄρφνη* ipsum non nisi feminina forma videtur esse adjectivi *ὀρφνός* (ut et *εὐφρόνη* adj. est), obscurus, tenebrosus, quod vocabulum, quanquam apud Nicandrum primum invenitur, tamen antiquum esse docent *ὄρφνινον χρῶμα* apud Plat. et Xen., *ὀρφνώδης* ap. Hipp., et cognata vocabula *ἔρεβος*, *ἐρεβεννός* (Curt. Et.³, 473 fin.). De accentu v. supra p. 102 sq. Itaque sic factum puto, ut nox primum vocaretur *νὺξ ὀρφνή*, deinde aut omisso *νύξ* relinqueretur *ὀρφνή* quod accentu mutato fiebat substantivum *ὄρφνη*, aut ex adjectivi forma feminina *ὀρφνή* paragoge ionica derivaretur *ὀρφναίη* (ut *μελαιναίη* ex *μέλαινα*), quod primum adjectivum erat, postea ipsum quoque pro substantivo ponebatur, et etiam masculinam formam *ὀρφναῖος* sibi ipsum postea quodam modo pariebat.

οὐραῖος qui in cauda est, ultimus Hom. Eur. Ther. — *τὸ οὐραῖον* = *οὐρά* Soph. Ar. — *οὐραία* = *οὐρά* Eust. — *ἐπουραῖος* Anth.

57. *παλαιός* ex stirpe *παλα* natum esse docet *πάλαι* quod locativum stirpis in *α* desinentis esse apparet (ut *ἦρι* *πρωΐ* *αὐτονυχί* locativi sunt. Kissling in KZ 17, 211). Sed

de radice non constat. Kissling l. l. confert πάροιθεν παροίτερος, cf. Fick I³, 662, II³, 144; Benfeyius Wzl. II, 83 πάλη farina, scr. *cira* longus, dat. *cirâya* diu, tandem, a rad. *car* terere, ut ex notione tempus terendi facta sit notio vetusti; cf. eundem in KZ VII, 116. VIII, 91. Fortasse etiam cognata sunt πελιός, πολιός, πελιδνός, Fick I, 139, πελλᾶς· πέληος. πρεσβύτης Hesych. πέληος· γέρων Hesych. — Formae dialectorum: boeot. παληός Thgnost. Ahr. Aeol. p. 187. lesb. πάλαος Eust. Ahr. Aeol. p. 100. lacon. παλαιόρ Ar. Lys. 988 (sic R. Aug., παλεός alii et schol.), quo loco Dind. correxit παλεόρ, nulla idonea causa, quum ut in aliis vocibus sic etiam in παλαιός diphthongus corripi possit (cf. Nub. 1187; supra p. 11.). — Permulta sunt composita et derivata, quae in lexico facili opera quisque inspiciat: ego satis habeo afferre composita in παλαιός desinentia: παμπάλαιος Plat. Arist. προπάλαιος Synes. Orib.

πεμπταῖος quinto die Hom. Pind. Hippocr. Att.

πεντηκοσταῖος die quinquagesimo. cit. sine nom. auctoris in Thes.

πετραῖος saxosus Hom. Hsd. Trag.

πηγαῖος Att.

ποιναῖος et a ποινή et a ποινᾶσθαι repeti potest (ποινᾶσθαι quanquam semel tantum servatum est ap. Eur. Iph. T. 1433, tamen saepius adhibitum fuisse testantur derivata ποινάτωρ Aesch. Eur. ποινήτωρ Nonn. ποινητήρ Opp. ποινῆτις Anth.). Verbali significatione est apud Aristaen. 1, 10 μηδὲ Ἄρτεμις ἐπὶ σοὶ ποιναῖον βέλος (i. e. τιμωρόν, poenas infligens) ἀφῇ καὶ ἀνελῇ; a substantivo derivatum videtur in epigr. Paul. Sil. Anth. 5, 254 θεοὺς ἱκέτευε ... μὴ ταῦτα χαράξαι Ὅρκια ποιναίης νῶτον ὑπὲρ σελίδος, i. e. paginae in qua scribuntur poenae pro delictis ferendae. ποιναῖος βίος Synes. p. 104.

ἐπιπολαῖος Hipp. Pros. att. quod in superficie est, superficiem tantum tangit, a subst. ἐπιπολή, cuius genetivus tantum ἐπιπολῆς usurpatur adverbialiter. Benf. Wzl. II, 83, Curt. Et. n. 353.

πορφυραῖος purpureus Greg. Nyss. I, p. 135 C. Cyrill. Hieros. p. 180 C. Palaeph. c. 62. Philes. de anim. propr. 41, 6.

Derivatum est a πορφύρα, purpura, quo usi sunt Soph. Aesch. Plat. Arist. al. cf. supra p. 55.

ποσταῖος quoto die Xen.

προτεραῖος die superiore Hdt. att. pr.; praesertim forma feminina προτεραία = προτέρα, dies superior ipse.

πρυμναῖος Ap. Rh. Nonn. Opp.

πυγαῖος Hdt. Arist. — πυγαῖον = πυγή Poll.

πυγμαῖος pugillaris Philostr. EM. Schol. — Πυγμαῖοι populus jam ap. Homerum.

πυκναία Ion videtur dixisse pro πνύξ: cf. Lob. paral. p. 319 sq., quod non ex stirpe πυκν ipsa est derivatum, sed a πύκνη, quam formam usitatam fuisse testantur EM. 69, 35 ἀπὸ τῶν εἰς κη θηλυκῶν κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ η καὶ τροπῇ τοῦ προκειμένου, κ εἰς ξ γίνεται, ὡς Φοινίκη Φοῖνιξ, Φρίκη Φρίξ, κρόκη κρόξ, πυκνή πνύξ, τὸ ἐν Ἀθήναις βουλευτήριον. Καὶ οὕτως ἀλκή ἄλξ. Μεθόδιος. Similiter Philemo § 27. Photius: Πύκνη ἡ τῶν Ἀθηναίων ἐκκλησία· Κλείδημος δέ φησι πύκναν διὰ τὸ τὴν συνοίκησιν πυκνουμένην εἶναι. Apud Aeschinem 34, 428 πύκνῃ pro πυκνί tradit cod. antiquiss. Coisl. F.

πυλαῖος. De accentu inter se dissentiunt grammatici, cf. EM 696, 50, Lob. paral. 342. Vocabulum jam apud Homerum reperitur Il. Β 842, sed hoc loco est nomen proprium ducis cuiusdam Trojani. Mercurii cognomen fuisse tradunt schol. ad h. l. Denique ethnicon est, derivatum a Πύλος, auctoribus St. Byz. et Suid. — Multo frequentius est femininum Πυλαία, nomen oppidi, cognomen Cereris (Call. Ep. 40), maxime autem ἡ πυλαία (sc. σύνοδος) significat amphictyonum Anthelae apud Pylas conventum, Hdt. 7, 213, saepe memoratum ab oratoribus atticis; etiam in titulis, Curt. An. Delph. n. 40. 43. 45. CI 1694, 2. — Diversum est abstractum πυλαία, jus, ut ita dicam, amphictyoniae, condicio et jura eorum qui illi societati intererant. Dem. 5, 23. 6, 22. — τὰ πύλαια sacra quae in pylaeis illis fiebant St. Byz., etiam τοπικόν. — προπύλαιος qui ante portam est, Ar. Vesp. 875, Mercurii, Apollinis, Minervae cognomen. Cf. supra p. 74 προναία. — τὸ προπύλαιον propylaeum, plerumque plurali numero adhibitum, τὰ προπύλαια, Hdt., pros. att., tit. att.

κυτιναῖος Ar. Av. 798.

58. *ῥαχιαῖος* quod ad spinam dorsi pertinet, vocabulum ionicum saepius ab. Hipp. usurpatum: *μύες ῥαχιαῖοι* (muscules rachidiens Littr.) Hippocr. Aphor. 7, 36 Littr. (399, 44 ed. Bas.), Progn. Coac. 471 Littr. (438, 49 ed. Bas.), et ex Hippocr. sumptum apud Galen. *περὶ οὔρων ἐκ τῶν Ἱπποκράτους κ. Γαληνοῦ* XIX, 613, 14 ed. Kühn. Hoc vocabulum videtur quidem derivatum a *ῥάχις*. Sed hoc eam ob causam parum placet, quod a stirpibus in *ι* et *υ* fere nunquam per *αιο* vocabula derivantur. Quamobrem magis probabile videtur, praeter *ῥάχις* in ionica dial. fuisse substantivum *ῥαχία* eadem significatione. Cui sententiae succurrit locus EM 702, 54: *ῥάχις .... ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ πέτρας καὶ ἐπὶ σώματος· καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος εἴρηται παρὰ τὸ τραχύ .... ἐπὶ δὲ τῆς πέτρας παρὰ τὸ ὀξέα τινὰ ἔχειν καὶ τραχέα. κυρίως δὲ πᾶς ὁ πετρώδης αἰγιαλὸς ῥαχίας καλεῖται. καὶ γῆ δέ τις ἐν τοῖς μετάλλοις οὕτω καλουμένη. παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ῥαχία λέγεται ἡ τοῦ ὄρους. παρ' ἑτέροις δὲ ὁ σύνδενδρος τόπος.* Quodsi *ῥάχις* utrumque significabat, et spinam dorsi et montis jugum (cf. nostrum *rückgrat, berggrat, bergrücken,* etiam lat. *montis dorsum*), veri non dissimile videtur, *ῥαχία,* quod de monte dictum esse traditur, etiam spinam significasse. Ab hoc igitur vocabulo *ῥαχιαῖος* ductum esse censeo. Ceterum vocabuli veriloquium obscurum est: cum germ. vet. *hrucki,* bor. vet. *hryggr* confert Curt. Et. n. 512: sed etiam graecum *ῥάχος* sentis, quanquam *α* longum habet, ab eodem principio descendisse videtur. Cf. *βραχίαι· οἱ τρηχεῖς τόποι* Hesych.

ῥιζαῖος fr. orph. 23, 3 *ἢ φῶς πλησίον ἀμφιγύην ῥιζαῖον ἑλιχθέν.* Gesnerus correxit *ῥοιζαῖον:* „*Πλούσιον,* quod quid sibi vellet, non comminiscebar, mutavi in *πλησίον,* et *ῥιζαῖον* simili causa in *ῥοιζαῖον.* Puto autem intelligi ignem, qualis circa Vulcanum cum stridore volvitur.“ Gesn. „Perinepta est Gesneri explicatio. Retineri debebat *ῥιζαῖον,* et divisim scribi *ἀμφὶ γύην,* i. e *ἀμφὶ γῆν.*“ Herm. Itaque *ῥοιζαῖον* quod ex illa Gesneri conjectura in lexica fluxit (etiam Lob. recepit Agl. p. 106 sq.) delendum est.

ῥομφαία. Θρᾴκιον ἀμυντήριον, μάχαιρα, ξίφος, ἢ ἀκόντιον μακρόν Hesych. *τὸ μακρὸν ἀκόντιον ἢ μάχαιρα*

Suid. ἡ ῥομφαία βαρβαρικόν ἐστιν ὅπλον, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος Maxim. Schol. in Dionys. Areop. epist. 9, p. 323. „In novo test. improprie notat 1) ipsum dei verbum s. doctrinam evangelii, et dicitur ῥ. δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη ἐκ τοῦ στόματος τοῦ Χριστοῦ Apoc. 1, 16. 2, 12. 16. 19, 15. 21. — 2) dolorem acerbissimum Luc. 2, 35: Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία" Suic. Praeterea semel reperitur apud Plut. Aem. 18: οἱ Θρᾷκες ἐχώρουν . . . ὀρθὰς ῥομφαίας βαρυσιδήρους ἀπὸ τῶν δεξιῶν ὤμων ἐπισείοντες. Ad quem locum adnotat Heldius: „Vossius in Etymol. ling. lat. s. v. Isidorum laudat, qui in libro XVIII orig. c. 6. haec habet: 'framea gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant. Ipsa est et *rhomphaea*'. Liv. XXXI, 39 'Thracas quoque *rhomphaeae*, ingentis et ipsae longitudinis, inter objectos undique ramos impediebant'. His autem telis non tantum ad feriendum sed etiam ad jaculandum eos usos esse apparere videtur ex Ascon. Ped. Argum. Cic. Or. Milon., ubi Birrhia dicitur *rhomphaea* Clodii humerum trajecisse. Postremo non totas fuisse rhomphaeas ferreas, sed hastilia lignea longo gravique praefixa fuisse ferro, cum ex ipso, ni fallor, patet, quod Plutarchus eas dixit βαρυσιδήρους, tum diserte docet Valer. Fl. VI, 98 'Aequaque nec ferro brevior nec *rumpia* ligno', si quidem rumpiae nomine idem, quod rhomphaeae, designatur telum. Kaltwasserus graecam vocem nostro sermone expressit hellebarte, Klaiberus minus puto convenienter saebel. Egregie autem hic reddidit sequentia 'die gerade emporgehalten von der rechten schulter dreuten'. Nam ἐπισείειν τινί τι dicitur qui intentat alicui aliquid, quod terrorem ei faciat. V. Lexica. Add. Luc. deor. dial. II, 2 μὴ ἐπίσειε τὴν αἰγίδα. XIX, 1 ἐπισείουσα τὸν λόφον ἐκπλήττει με. Translato sensu idem verbum usurpavit Plut. in Themist. 4, 2 οὐ Δαρεῖον οὐδὲ Πέρσας ἐπισείων". Benfey Wzl. II, 311 confert ῥαμφός aduncus, τὸ ῥάμφος rostrum aduncum, ῥαμφή gladius curvatus. Quod non est absonum. Facile enim fieri potuit, ut ῥαμφή apud Thraces sonaret ῥομφή (nam et ρ et μ saepius α obscurant: στρατός στρότος, βραχέως βροχέως, ὁμαλός ὅμολος, ἀρρωδεῖν ὀρρωδεῖν, ῥάδαμνος ὀρόδαμνος, πάρδαλις πόρδαλις, ἅμα ὁμός al.), unde derivatum ῥομφαία significaret ferrum aduncum vel curtatum, quod hastili insereretur. Conferas

medii aevi hellebarte, rusticorum nostro tempore morem hostis arcendi falcibus in baculos impositis (sensenmänner).

σαγηναῖος (λίνον) Anth.

σειραῖος (ἵππος, βρόχος) Trag.

σεληναῖος (νύξ) orac. ap. Hdt. — Σεληναίη pro Σελήνη Emped. Eur. Ar. Plat. Ap. Rh. Nonn. Anth. Luc.

59. προσεληναῖος est in fragmento poetae lyrici quod Schneidewin edidit Philol. I, 421 sqq. Pindaro tribuens. Difficile est, ait ille, distinguendum, quae fabula de primo homine vera sit, utrum Alalcomeneus primus fuerit, an Corybantes Phrygii,

αἴτε προσεληναῖον Ἀρκαδία δῖον Πελασγόν,
Παρρασίας οἰκήτορ', ἢ Δίαυλον Ἐλευσὶς . . . ἐτέκνωσε.

In cod. est: εἴτε πρὸς σεληναῖον Ἀρκάδα διαπελασγὸν ἠραρυίας οἰκήτορα. Ad haec Schneid. p. 428: „Quo nomine προσελήνων aequalis fere Pindari Hippys Rheginus primus dicitur vocasse Arcades, St. Byz. s. v. Ἀρκάς. Nempe universam gentem, tanquam luna antiquiorem. Origo eius nominis multum facessivit negotii cum veteribus grammaticis et historicis, v. scholl. Ap. Rh. IV, 264, tum nostratibus, quorum quidem arbitrium nunc eo inclinare videtur, ut qui ante Hellenes Arcadiam tenuerint, intelligendos credant, veluti ipsi God. Hermanno visum est in commentatione de Graeca Minerva p. 14. Veteribus quibusdam προσέληνοι Ἀρκάδες videbantur dicti ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσι, v. schol. Aesch. ap. Et. M. 690, 13 [Προσέληνοι· προυσελλεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμῶν], nempe cum verbo προυσελεῖν comparant, quod et ipsum ingenia doctorum vehementer exercuit, v. praeter Buttmanni notam disputationem, quae Fr. V. Fritzschius nuper disseruit ad Ran. v. 730. [qui nihil novi attulit, nihilque quod mentione dignum effecit]. Utut est, Pindarus non dubito quin cum plerisque luna vetustiorem significare voluerit Pelasgum suum“. Ut primum de illorum sententia dicamus, qui προσελήνους ad verbum προυσελεῖν revocabant, nemo erit quin inspecta illa Etymologi glossa confestim videat, illos, ut saepius, fortuita quadam formarum similitudine permotos, ad vocabula significatione plane aliena concilianda ineptam sibi ipsos finxisse expli-

cationem. Sed ne per formam quidem licet, *προσελήνους* ad *προυσελεῖν* revocare. Nam quaecunque huius verbi origo et propria natura est, quae adhuc ignoratur, tamen ipsa forma se non adeo antiquo tempore natam prodit. Suffixum *ηνο* autem perantiquum est, iisque linguae Graecae temporibus, quae nos novimus, jam paene intermortuum erat, neque fere adhibebatur nisi ad denominativa formanda: *τοσσῆνος, ὑηνός, ψεφηνός*, quum verbalia eo formata ex priscis temporibus tradita neque nisi e primitivis verbis ducta sint: *σκαληνός, πτηνός, γαλήνη, σελήνη, τιθήνη*. — Quominus autem *προσελήνους* putem dictos quia *πρὸ Ἑλλήνων* fuerint, prohibent tres causae, quia haec sententia si recta esset, primum metaplasmus factus esset ex *Ἕλλην* in *Ἑλληνο*, deinde quod unum *λ* excidisset, tertium, quod *σ* intrusum esset. Nam etiam si nomen *Ἕλληνες* cognatum est cum *Σελλοί* et priore quodam tempore sonuit *Σέλληνες*, tamen illius *Σ* jam apud Homerum eo igitur tempore, quo *Ἕλληνες* in Arcadia nondum fuerunt, nullum supererat vestigium, neque Graeci in Arcadiam immigrantes se ipsi *Ἕλληνας* vocaverunt. Eo autem tempore, quo hoc vocabulum pro totius populi Graeci nomine usurpari coepit, *σ* illud jam diu evanuerat. — Itaque una restat sententia, eos *προσελήνους* dictos esse, quod *πρὸ Σελήνης* fuerint. Quae sententia jam apud antiquos maxime erat vulgata. Cf. schol. Ar. Nub. 397: . . . *τοὺς Ἀρκάδας κατὰ τοὺς πρὸ Σελήνης χρόνους ἐν ταῖς ἐρήμοις διάγειν*, et schol. Ap. Rh. 4, 264 (*Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται Ζώειν, φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν*): *οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν Γῆς περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν κβ' ὀλίγῳ πρότερόν φησι τοῦ πρὸς τοὺς Γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀριστίας ὁ Χῖος ἐν ταῖς Κτίσεσι καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεων καὶ ἔθνος φασὶν Ἀρκαδίας Σεληνίτας εἶναι. Μνασέας δὲ φησι Προσέληνον Ἀρκάδων βασιλεῦσαι. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων ἐπιθεμένων αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην, διὸ κατωνομάσθησαν προσέληνοι. . . . τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς*

medii aevi hellebarte, rusticorum nostro tempore morem hostis arcendi falcibus in baculos impositis (sensenmänner).

σαγηναῖος (λίνον) Anth.

σειραῖος (ἵππος, βρόχος) Trag.

σεληναῖος (νύξ) orac. ap. Hdt. — Σεληναίη pro Σελήνη Emped. Eur. Ar. Plat. Ap. Rh. Nonn. Anth. Luc.

59. προσεληναῖος est in fragmento poetae lyrici quod Schneidewin edidit Philol. 1, 421 sqq. Pindaro tribuens. Difficile est, ait ille, distinguendum, quae fabula de primo homine vera sit, utrum Alalcomeneus primus fuerit, an Corybantes Phrygii,

αἴτε προσεληναῖον Ἀρκαδία δῖον Πελασγόν,
Παρρασίας οἰκήτορ', ἢ Δίαυλον Ἐλευσὶς . . . ἐτέκνωσε.

In cod. est: εἴτε πρὸς σεληναῖον Ἀρκάδα διαπελασγὸν ἠραρυίας οἰκήτορα. Ad haec Schneid. p. 428: „Quo nomine προσελήνων aequalis fere Pindari Hippys Rheginus primus dicitur vocasse Arcades, St. Byz. s. v. Ἀρκάς. Nempe universam gentem, tanquam luna antiquiorem. Origo eius nominis multum facessivit negotii cum veteribus grammaticis et historicis, v. scholl. Ap. Rh. IV, 264, tum nostratibus, quorum quidem arbitrium nunc eo inclinare videtur, ut qui ante Hellenes Arcadiam tenuerint, intelligendos credant, veluti ipsi God. Hermanno visum est in commentatione de Graeca Minerva p. 14. Veteribus quibusdam προσέληνοι Ἀρκάδες videbantur dicti ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσι, v. schol. Aesch. ap. Et. M. 690, 13 [Προσέληνοι· προυσελλεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμῶν], nempe cum verbo προυσελεῖν comparant, quod et ipsum ingenia doctorum vehementer exercuit, v. praeter Buttmanni notam disputationem, quae Fr. V. Fritzschius nuper disseruit ad Ran. v. 730. [qui nihil novi attulit, nihilque quod mentione dignum effecit]. Utut est, Pindarus non dubito quin cum plerisque luna vetustiorem significare voluerit Pelasgum suum". Ut primum de illorum sententia dicamus, qui προσελήνους ad verbum προυσελεῖν revocabant, nemo erit quin inspecta illa Etymologi glossa confestim videat, illos, ut saepius, fortuita quadam formarum similitudine permotos, ad vocabula significatione plane aliena concilianda ineptam sibi ipsos finxisse expli-

cationem. Sed ne per formam quidem licet, προσελήνους ad προυσελεῖν revocare. Nam quaecunque huius verbi origo et propria natura est, quae adhuc ignoratur, tamen ipsa forma se non adeo antiquo tempore natam prodit. Suffixum ηνο autem perantiquum est, iisque linguae Graecae temporibus, quae nos novimus, jam paene intermortuum erat, neque fere adhibebatur nisi ad denominativa formanda: τοσσῆνος, ὑηνός, ψεφηνός, quum verbalia eo formata ex priscis temporibus tradita neque nisi e primitivis verbis ducta sint: σκαληνός, πτηνός, γαλήνη, σελήνη, τιθήνη. — Quominus autem προσελήνους putem dictos quia πρὸ Ἑλλήνων fuerint, prohibent tres causae, quia haec sententia si recta esset, primum metaplasmus factus esset ex Ἑλλην in Ἑλληνο, deinde quod unum λ excidisset, tertium, quod σ intrusum esset. Nam etiam si nomen Ἕλληνες cognatum est cum Σελλοί et priore quodam tempore sonuit Σέλληνες, tamen illius Σ jam apud Homerum eo igitur tempore, quo Ἕλληνες in Arcadia nondum fuerunt, nullum supererat vestigium, neque Graeci in Arcadiam immigrantes se ipsi Ἕλληνας vocaverunt. Eo autem tempore, quo hoc vocabulum pro totius populi Graeci nomine usurpari coepit, σ illud jam diu evanuerat. — Itaque una restat sententia, eos προσελήνους dictos esse, quod πρὸ Σελήνης fuerint. Quae sententia jam apud antiquos maxime erat vulgata. Cf. schol. Ar. Nub. 397: . . . τοὺς Ἀρκάδας κατὰ τοὺς πρὸ Σελήνης χρόνους ἐν ταῖς ἐρήμοις διάγειν, et schol. Ap. Rh. 4, 264 (Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται Ζώειν, φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν): οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν Γῆς περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν κβ' ὀλίγῳ πρότερόν φησι τοῦ πρὸς τοὺς Γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀριστίας ὁ Χῖος ἐν ταῖς Κτίσεσι καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεων καὶ ἔθνος φασὶν Ἀρκαδίας Σεληνίτας εἶναι. Μνασέας δὲ φησι Προσέληνον Ἀρκάδων βασιλεῦσαι. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων ἐπιθεμένων αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην, διὸ κατωνομάσθησαν προσέληνοι. . . . τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς

Ἀρκάδας κληθῆναι. Arcades se ipsos, ut pervetustos et *αὐτόχθονας* significarent, vocasse *προσελήνους*, qui jam ante lunam fuissent, tam simplex est, tam hominum naturae conveniens, ut non intelligam, qui fieri potuerit, ut Heynius ad Apd. p. 250 (cf. Opusc. ac. II, 342), et Gerhard Myth. § 808 hoc nomine vetustissimi Lunae cultus testimonium contineri censeant, quod nescio quomodo ex hoc vocabulo possint elicere, quod nihil aliud potest significare, nisi: *πρὸ Σελήνης ὤν.* Cf. quae bene disputat Pottius Jahrb. f. phil. u. paed. Suppl. 1859, p. 304: „Ich möchte die erklärung [vocis *προσέληνοι*] nicht gerade so weit herholen [ut Heynius, qui Arcadas se eam ob causam *προσελήνους* appellasse putat, ut se ante lunam ortos, id est ipsis Argivis antiquiores significarent], sondern eben so gern in ganz buchstäblichem verstande in der weise nehmen, dass sich die bewohner Arkadiens, wohin man die patriarchalische, dabei etwas rohe sitte der vorzeit verlegte, überhaupt, nicht blos mit rücksicht auf Argos, für uralt und gleichsam vormondig hielten. Man muss ja auch das analoge *βεκκεσέληνος* Ar. Nub. 398 für *ἀρχαῖος* hinzunehmen, sammt *βεκκεσέληνος λῆρος* bei Plutarch für altmodische, alberne possen. Wer sich der historie von Psammetichos bei Herodot 2, 2 entsinnt, . . . könnte wol darauf verfallen, das *βέκος*, was sie nach zwei jahren hören liessen, in *βεκκεσέληνος* zu finden. . . . Es reicht hin, wenn die erzählung in Griechenland verbreitet genug war zu der möglichkeit, sie in *βεκκεσέληνος* mit dem anmasslichen vorgeben der Arkader in verbindung zu bringen. Dann war es ja äusserst natürlich, alles, worauf man den ausdruck anwendete, als den charakter von ammenmärchen an sich tragend zu bezeichnen".

Eadem igitur quae vocis *προσέληνος* etiam illius *προσελαναῖος* et natura et origo esse videtur, quod suffixo tantum coloris poetici causa addito differt.

σημαία lexicis eximendum esse vidimus supra p. 41 sq.

60. *σησαματος* Luc. Pisc. 41. *Δύο μναῖ ἑκάστῳ δοθήσονται καὶ σησαμαῖος πλακοῦς.* Proprie vocabatur planta *σησάμη*, fructus *σήσαμον*, ex quo facta puls *σησάμιον, σησαμίς, σησαμοῦς (-οῦντος), σησαμῆ.* Sed etiam fructus posteriore praesertim tempore vocabatur *σησάμη*. Cf. EM *σησαμόεσσα*·

ἐκ σησάμης κατεσκευασμένη μᾶζα. Hesych.: σησάμη· σησαμίς, καὶ πλακοῦς ἐκ σησάμης. Hippocr. π. τῶν ἔντος παθῶν c. 42, p. 555, 7: φαγόντες πλακοῦντος καὶ σησάμης καὶ τῶν ἄλλων μελιττωθέντων ἀπλήστως. Quod Foesius interpretatur: ex inexplebili placentarum ex sesamo aliorumque ex melle dulciariorum esu. Littré: l'usage immodéré de gâteaux au sésame et de friandises au miel. Uterque igitur ea verba facit, quasi traditum esset πλακοῦντος ἐκ σησάμης vel nihil nisi σησαμῆς. Fortasse legendum πλακοῦντας καὶ σησάμης καὶ κτλ., i. e. placentas e sesamo aliisve rebus melle conditis (e. c. papavere) factas. Itaque σησαμαῖος non a σήσαμον repetitum est, sed a σησάμη, vel a σησαμῆ, sicut a σησαμοῦς derivatum est σησαμοῦντια πόπανα apud schol. Ar. Pac. 869.

σμυρναῖος Arr. Anth.

σπειραία Thphr. plantae nomen, quod a σπεῖρα derivatum esse consentio cum Lob. paral. p. 318, denominatum a frugum forma contorta.

σπουδαῖος inde ab Hdt. Pind. Soph. Difficile est dijudicare, utrum a σπεύδω an a σπουδή an a σπουδάζω descendat, ut quae significatione nihil paene differant. Sed de σπεύδω propter vocalem amplificatam non videtur cogitari posse, σπουδή autem non omnibus derivati σπουδαῖος significationibus respondet. Nam σπουδαῖος non solum significat quod contentione dignum est, rem gravem et magnam, sed etiam eum qui strenue et serie contendit, et quidquid cum studio perficitur, ut πάντα λόγον θέμενος σπουδαῖον Pind. Pyth. 4, 235: itaque nomen et agentis et rei actae est, quod ex abstracto σπουδή vix potuit derivari. Sed σπουδάζω non prius reperitur, quam apud Soph. Eur. Ar. et prosaicos atticos Thucydide posteriores.

σχολαῖος lentus, tardus, segnis, inde ab Hdt. et Thuc., luculento est exemplo, qua propinquitate, ut vix discerni possint, inter se sint conjuncta vocabula quae a subst. in α pullulant et ea quae ab adverbiis in α vel a verbis in αω, αζω, ασκω etc. descendunt. Nam σχολαῖος est ὁ σχολῇ ποιῶν τι, σχολῇ autem et dativus casus substantivi esse et pro adverbio haberi potest: idem significat ὁ σχολάζων. Et quum in omnibus hisce formis insit stirps σχολα, ex quonam σχολαῖος derivatum sit, vix pro certo quisquam affirmaverit.

σταδιαία μάχη ap. Jos. b. Jud. 6, 2, 6. Luc. Paras. 40. Poll. 1, 164, a *σταδία* derivatum. v. § 69.

61. *τεσσαρακοσταῖος* quadragesimo die Arist. Thphr.

τελευταῖος inde ab Aesch. et Hdt. Nescimus utrum ad *τελευτή* an ad *τελευτάω* revocandum. Nam *τελευταῖος* significat *ἐπὶ τελευτῆς ὤν*, eadem autem significatione dici potest *τελευτῶν*, nam *τελευτάω* vel active est *ἐπὶ τελευτήν τι διαπράττεσθαι*, vel passive *ἐπὶ τελευτῆς* vel *ἐπὶ τελευτῇ γίγνεσθαι* s. *εἶναι;* notumque est, *τελευτῶν* fere eadem significatione adhiberi atque *τελευταῖος*, ubi nos dicere solemus „zuletzt", ea quidem plerumque differentia, ut *τελευταῖος ἔφη* a *τελευτῶν ἔφη* differat ut *ἄρχων* ab *ἀρχόμενος*, primus a primum. Tamen non desunt loci, quibus *τελευταῖος* plane eadem vi usurpetur qua alias *τελευτῶν*, ut Thuc. II, 42, 2: *δοκεῖ δέ μοι δηλοῦν ἀνδρὸς ἀρετὴν πρώτη μὲν μηνύουσα καὶ τελευταία βεβαιοῦσα ἡ νῦν τῶνδε καταστροφή.* Cf. Classen ad l. Praecipue autem neutrum *τὸ τελευταῖον* eadem vi utitur atque *τελευτῶν.* — *παρατελευταῖος* Ath. — *προτελευταῖος* Scr. eccl.

τεταρταῖος quarto die Plat. Pol. al.

τεφραῖος cinereus Ael.

τριακοσταῖος triginta dies natus Phylarch.

τριταῖος tertio die Pind. Eur. Hdt. Pros. att. — tres dies natus Ar. Arist. Ther. — Apud Euripidem bis pro *τρίτος* est: Hec. 32 *τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος*, Hippol. 275 *πῶς δ' οὔ, τριταίαν οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν.* Vides locutionem tragicam esse, epitheton ab homine in ipsum diem translatum, pro *τριταῖος αἰωρούμενος, τριταῖα ἄσιτος οὖσα.* Itaque etiam hoc a *τρίτη* (sc. *ἡμέρα*) derivatum est. Sed cf. *ἡ προτεραία, ἡ ὑστεραία*, pro *προτέρα, ὑστέρα.* — *ἡμιτριταῖος* febris semitertiana Hippocr.

τροπαῖον usitatissimum apud Atticos, a *τροπή* derivatum, quum significet *τὸ ἐπὶ τῇ τῶν πολεμίων τροπῇ σταθέν*, ut ait Thucydides 2, 92: *ἔστησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον, ὡς νενικηκότες, τῆς τροπῆς, ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν, καὶ ἥνπερ ἔλαβον ναῦν, ἀνέθεσαν ἐπὶ τὸ Ῥίον παρὰ τὸ τροπαῖον.* Sed cf. s. v. *τροπαῖος.*

62. **προτρύγαιος**· „*προτρύγαιος*, vindemiarum praeses. *θεοὶ προτρύγαιοι* ap. Poll. 1, 24. *Ἑορτὴ Διονύσου προτρυγαίου* Ach. Tat. 2, 2. *Διόνυσον προτρύγην καὶ σταφυλίτην* ap. Ael. v. h. 3, 41, ubi probabilis est Schefferi conjectura *προτρύγαιον*. — *Προτρύγαια* (cod. *προτρυγέα*, quod correxit Meurs.) *ἑορτὴ Διονύσου καὶ Ποσειδῶνος* Hesych. *προτρυγαῖος* gl. sine expos. posita ap. Suidam, cuius tamen codex Leidensis addit *μήν*". Dind. in thes. Sic etiam in lex. Passow. *προτρύγαιος* est „der weinlese vorstehend". Sed falluntur, qui hanc vocis significationem esse, et a Baccho vindemiarum praeside solemnia nominata esse putant. Non enim Graecum est, eum qui vindemiis praeest, *τὸν τῶν τρυγῶν προστάτην*, appellari *προτρύγαιον*. Age, percense magnam illam compositorum objectivorum a *πρό* praepositione incipientium silvam, nullum eiusmodi invenies. Quorum longe maxima pars significant id quod sive loco sive tempore ante aliud est, ut *πρόδομος* id quod *πρὸ δόμου* est. Rariora sunt, in quibus *πρό* pro *ἀντί* positum est ad significandum id, quod alius locum explet, ut *πρόγονος* qui filii loco est, (nisi forte hoc vocabulo significatur is qui priore tempore natus, prioris matrimonii fructus est), privignus, *πρόμαντις* qui dei loco oraculum profert, *πρόδουλος* qui servi loco est al. Multo etiam rarius invenies vocabula, in quibus *πρό* significat *ὑπέρ*, ut *πρόξενος* qui pro peregrinis est, qui peregrinos servat. Et si quae sunt vocabula, quae significare videantur eum qui praeest rei alicui, omnia facili opera aliter explicanda esse demonstrabo. Nam *πρόαρχος*, vocabulum Byzantinum, non est qui *ἀρχῇ* praeest, sed a verbo *προάρχειν* derivatum, et item *προφύλαξ* = *ὁ προφυλάσσων* = *φύλαξ*; *πρόδικος* non significat eum qui *τῇ δίκῃ* praeest, sed aut eum qui ante ipsam *δίκην* judicat, *τὸν πρὸ δικάζοντα*, arbitrum (et *δίκη πρόδικος* in inscr. Par. ap. Ross. fasc. II, 41 jus causam agendi ante alios, aut apud arbitrum, priusquam ad judices veniat), aut qui *ὑπέρ τινος δικάζεται*, i. e. tutorem sive peregrinorum sive infantium; apud Aesch. Ag. 451 (*Φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρπει προδίκοις Ἀτρείδαις*) *πρόδικοι* sunt summi omnium judicum, qui prae ceteris causas judicant: denique *προμνάμων*, qui magistratui *τῶν μναμόνων* apud Acarnanes praeest (CI II, 2), non intelligendus est *ὁ πρὸ τῶν μναμόνων ὤν*,

sed ὁ πρὸ τῶν ἄλλων μναμονεύων, ut non sit objectivum compositum sed determinativum. Restat unum πρόοικος, quod significat eum, qui domui praeest, sed hoc infimae Graecitatis commentum est ad rem plane alienam significandam, usurpatur enim a Theophan. Constant. Porphyr. Georg. Cedren. ad denotandum majorem domus regum Franciae. Vides hoc excepto in nullo composito eam praepositionis πρό vim esse ut significet praesidem. Et certe qui in compositis hanc vim habere possit, quum omnino non habeat unquam alias! Nunquam enim dicitur ὁ πρὸ τρύγης ὤν pro ὁ τῆς τρύγης προστατῶν.

Duo tantum vocabula demonstrationi nostrae officere videntur, sed quod bene teneas, et ipsa deorum cognomina, et quorum alterum et ipsum neutro genere ad solemnia appellanda usurpatur. Ex hoc ipso autem quae sit horum vocabulorum ratio, intelligas. Nam προηρόσιος est cognomen Cereris ap. Plut. Mor. p. 158 E, et θεοὶ προηρόσιοι ap. eund. 1119 F. Sed etiam solemnia quaedam Atheniensium προηρόσια vel προηροσίαι dicebantur, et haec a Suida et ab Hesychio explicantur solemnia quae ante arationem facta sint, eamque interpretationem etiam G. Dind. in thes. et Pass. in lex. acceperunt. Quodsi dei qui arationi praeerant, a sacris ante arationem factis et προηρόσια appellatis ipsi quoque προηρόσιοι nominati sunt, quidni eodem modo dei vindemiarum praesides a solemnibus ante ipsas vindemias habitis προτρύγαιοι nominari potuerunt? Sed accuratius dicendum est: ii dei, qui agris et vini cultui praeerant, quum etiam in his solemnibus ante arationem et ante vindemias factis colerentur et sacris honorarentur, dum haec solemnia fiebant, ab his ipsis nomen trahebant, quod postea latius manavit, ut etiam alias hoc nomine appellarentur (ac haud scio an etiam alia deorum cognomina a solemnibus fluxerint, ut ἀπατούριος Veneris, Minervae, Jovis, θαργήλιος Apollinis cognomen, fortasse etiam θεοὶ γενέθλιοι et γενέσιοι). Diversa est ratio alterius vocabuli. Nam supra jam vidimus, quandam deam προμυλαίαν appellatam esse, quam interpretantur molarum praesidem, cuius simulacrum, ut Suidas et Hesychius affirmant, ἐν τοῖς μυλῶσι statuebatur. Recte H. Steph.: „Sonat potius dea, cuius simulacrum ante molas statui solebat“, ut dictum esset ut προθύραιος et πρόναιος. Sed,

puto, non ante pistrinum posita erat, sed in ipso pistrino ante molas, ut priusquam quis ad illas perveniret, in has incideret, in vestibulo.

Itaque etiam προτρύγαιος nihil aliud significat nisi πρὸ τῆς τρύγης, ante vindemias, et proprie solemnium nomen erat, deinde ad deum translatum est.

τυχαῖος Plut. Synes. Anth.

63. *ὑλαῖος* (θήρ, ἤθη) Ther. Ael.

ὑστεραῖος postero die, *ὑστεραία* dies posterior Hdt., Pros. att.

φορβαῖος Call. lav. Pall. 50 ἥξει φορβαίων Ἴναχος ἐξ ὀρέων. Hoc vocabulum verbale esse dixerit quispiam, ut aut sic dictum sit ut γῆ φορβάς Soph. Phil. 700, quae alit, aut φορβαῖος sit pro φερβόμενος, qui depascitur: sed utraque interpretatio esset coacta et dura. Sententia vix potest esse nisi: montes pascuis abundantes.

χαλαζαῖος Orph. Arg. 764: Τοῖς ἐνὶ κῶας χρύσεον ἠώρητο χαλαζαίῃ ἐπὶ φηγῷ. Vocabulum quin a χάλαζα derivatum sit, non esse potest dubium, sed significatio obscura est. Gesnerus explicat: „grandinosam, ita fertilem, ut leviter concussa tamquam grandinem suae glandis fundat". Quam explicationem Hermannus vocat ineptissimam. Immo quum Nicander ther. 13 scorpium frigus ictu inducentem χαλαζήεντα, et Nonnus saepius sagittas χαλαζήεντας ὀιστούς, denique Philippus in Anth. 83 Hipponactis sepulcrum χαλαζεπῆ τάφον vocet, hoc verbum virulentum significare videri; „similiter χάλαζα in OR 1278 de effossis oculis ἀλλ' ὁμοῦ μέλας ὄμβρος χαλάζης αἵματός τ' ἐτέγγετο. Intelligit aquosum humorem una cum sanguine ex oculis defluentem". Itaque etiam in Arg. χαλαζαῖος significare venenatum, id quod his Apollonii versibus probetur III, 818 de radice quadam dicentis: τῆς οἴην τ' ἐν ὄρεσσι κελαινὴν ἰκμάδα φηγοῦ κασπίῃ ἐν κόχλῳ ἀμήσατο φαρμάσσεσθαι. Schol. τὸ ἀποφερόμενον ὑγρόν, ὀπὸν εἶπε τῆς φηγοῦ. Satis mira haec viri summi sententia. Quis enim non videt, omnes illas res cum grandine eam tantum ob causam comparari, quod grandinis modo ubertim et vehementer cadunt et quem feriunt laedunt? Sagittae cum vehementi imbre vel grandine ab omnium temporum et nationum poetis comparatae sunt: hinc fluxit

Pindari locutio Isthm. 5, 49 *ἀνδρῶν χαλαζήεντι φόνῳ* i. e. sagittarum sanguinolenta grandine caesorum, et ib. 7, 27 *χάλαζαν αἵματος* grandinem quae vulnera sanguinolenta efficit. De verbis dictum etiam Ar. Ran. 852. In nullo horum veneni notio inest. Sed ne in Nicandri quidem *σκορπίον χαλαζήεντα*, quam locutionem Nicandri more obscuram schol. explicat sic: *ἐν δὲ τῷ χαλαζήεντα εἶδος ἀντὶ γένους παρέλαβεν. εἰσὶ γὰρ σκορπίοι χαλαζήεντες διὰ τὸ τοὺς δεδηγμένους ὑπ' αὐτῶν ἱδροῦν, ὡς ὑπὸ χαλάζης ἢ ὑετοῦ βεβρεγμένους.* Hoc ineptum est: mihi scorpius cum grandine comparatus videtur, quia pungit ut illa. Quae quum ita sint, *χαλαζαῖος* ab Hermanno non recte explicatum existimo, sed ipse meliorem explicationem non habeo.

χαλαστραῖον vel *χαλεστραῖον* est 'nitrum Chalastraeum, ex Chalastra vel Chalestra oppido. Moeris p. 417: *χαλεστραία· λίμνη πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ ἐν ᾗ τὸ Χαλεστραῖον νίτρον, οὗ μέμνηται Πλάτων.* Plat. rep. 4, p. 430 A *Παντὸς χαλεστραίου δεινοτέρα οὖσα (ἡ ἡδονή) τοῦτο δρᾶν καὶ κονίας.* Alios posteriorum scriptorum locos v. ap. Dind. in thes.

χαραδραῖος Nonn. Greg. Naz. Diogenian. — *χαραδραίη* = *χαράδρα* Leon. Tar. Lob. paral. 313.

χολαῖον ἧπαρ Suid.

ὡραῖος inde ab Hesiodo. — *τὰ ὡραῖα* fruges anni tempori, maxime aestivo, convenientes. Hdt. Thuc. al. — *ἡ ὡραία* = *ὥρα* praecipue de bono anni tempore. Att. — lacon. *ὡρῆος* auctore EM.

64. His addenda sunt quae a nominibus propriis sunt derivata, quae enumerare, accuratiore de singulis quaestione non instituta, satis habeo:

Ἀβαῖος. Ἀγυλλαῖοι. Ἀγυρινaῖοι. Ἀθηναῖος, Ἀθήναιον de fano Minervae ap. Hdt. *Παναθήναια* solemnia. *Αἰγαῖος. Αἰγιναῖος. Αἰραῖοι. Αἰτναῖος. Ἀκεσταῖος. Ἀκραῖον λέπας* Thuc. *Ἀλεαῖα* ludi in honorem Minervae Aleae. *Ἁλικναῖοι. Ἀμυκλαῖοι, Ἀμυκλαῖον. Ἀναφαῖοι. Ἀρδιαῖοι. Ἀρισβαῖοι. Ἀσιναῖοι. Ἀσκραῖος. Ἀφιδναῖος. Ἀφυταῖοι. Βαρκαῖος, Βαρκαῖοι. Βεμβιναῖος. Βεργαῖος. Βολιναῖος. Βοττιαῖοι. Βουραῖοι. Γαλαῖοι. Γαζαῖοι. Γεφυραῖοι. Γυραίη πέτρη* Hom. *Δερβαῖοι. Δικταῖος. Δικτύνναιον* fanum Dianae Dictynnaeae. *Διρκαῖος. Διωναῖος, -αία. Δρυοπαῖοι. Δυμαῖοι. Δωδωναῖος. Ἐγεσταῖοι. Ἐδεσσαῖος.*

Εἰτεαῖος. *Ἑκάταιος*. *Ἑκαταῖα* solemnia, *Ἑκαταῖος* n. pr. *Ἐλευθερναῖοι*. *Ἑρβιταῖοι*. *Ἐρετριαῖος*. *Ἐρυθραῖος, -αῖοι, -αία*. *Εὐρωπαῖοι*. *Ἐφυραῖος, -αῖοι*. *Ζαγκλαῖοι*. *Ἡραῖα* solemnia. *Ἡραῖον* sacrum. *Ἡραῖος* n. pr. *Θεραπναῖος*. *Θερμαῖος κόλπος*, *Θερμαῖοι*. *Θηβαῖος, -αῖοι*. *Θηραῖος -αῖοι*. *Θισβαῖοι*. *Θυμβραῖος*. *Ἰδαῖος*. *Ἰθωμαῖα ὄρη* Tyrt. *Ἱμεραῖοι*. *Ἰσσαῖοι*. *Ἰτεαῖος*. *Ἰχναῖος, -αίη*. *Καλυδναῖος*. *Καμαριναῖοι*. *Καναῖος*. *Κασσωπαῖοι*. *Καταναῖοι*. *Κερκεταῖοι*. *Κερκυραῖοι*. *Κερναῖος*. *Κιλλαῖος*. *Κίλλαιον ὄρος* Str. *Κιρκαῖος, -αῖον*. *Κλεωναῖος, -αῖοι*. *Κρηταῖος*. *Κρισαῖος*, *Κυμαῖοι*. *Κυρηναῖος, -αῖοι*. *Λαρισαῖοι*. *Λερναῖος*. *Ληθαῖος Ληθαῖον* (v. supra). *Λιμναῖος*, *Λιμναῖοι*. *Μαλειαῖος*. *Μεθωναῖοι*. *Μελιταῖος*. *Μενδαῖοι*. *Μηθυμναῖοι*. *Μηκυβερναῖοι*. *Μιτυληναῖοι*. *Μυκηναῖοι*. *Μυλαῖοι*. *Μυριναῖοι*. *Νεμεαῖος Νεμειαῖος*. *Νυσαῖος*. *Οἰναῖος*. *Οἰταῖος*. *Ὀσσαῖος*. *Παγασαῖος*. *Παλληναῖος*. *Πειρηναῖος*. *Πελλαῖος*. *Πετραῖοι*. *Πιταναῖοι*. *Πολιχναῖοι*. *Ῥηναῖοι*, cf. supra p. 127. *Ῥιπαῖα ὄρη* (*Ῥῖπαι* Aesch. Alcm.). *Σαμαῖοι* (Sames i. e. Cephalleniae incolae). *Σαναῖοι*. *Σαρταῖοι*. *Σεληναῖος*. *Σκαψαῖοι*. *Σκιωναῖοι*. *Σκύλλαιον* promontorium. *Σμυρναῖοι*. *Στρεψαῖοι*. *Συμαῖοι*. *Ταναγραῖος, -αῖοι*. *Ταρραῖος*. *Τεγεστραῖος*. *Τεριναῖος κόλπος* Thuc. *Τινδαῖοι*. *Τορωναῖος, -αῖοι*. *Τρικκαῖος*. *Τυμφαία* regio in Epiro. *Ὑαῖοι* v. supra p. 127. *Ὑβλαῖοι*. *Ὑδραῖος*. *Φαλανναῖοι*. *Φαρυγαία Ἥρα*. *Φεραῖος*. *Φλεγραῖος*. *Φοιβαία λίμνη*. *Φοιβαῖον* sacrum Dianae.

Quasi a regione quadam vel demo *Κοπρέα* derivatum est comicum vocabulum *κοπρεαῖος* Ar. Eccl. 317 *ὁ δ' ἤδη θύραν Ἐπεῖχε κρούων ὁ κοπρεαῖος*, ut *Ἰτεαῖος* ab *Ἰτέα*. Nam a nom. propr. *Κοπρέας* vix potest ab Aristophane scriptore attico derivatum esse, quum eius modi derivatio Atticis non esset usitata. Cf. supra § 45 sq.

c. Nomina in *αιος* ab adverbiis derivata.

65. *ἄδαιος*. *ἀδαῖα· εἰς χόρον ἄγοντα, παρὰ τὸ ἄδην· ὁ δὲ Σώφρων τὸν ἀειδῆ* (η supra scr.) † *ἀδανὸν ἔφη. ἀδαιόν· δαψιλές, ἀτερπές, ὀκνηρόν*. Hesych.

ἀκασκαῖος Aesch. Ag. 741. Helena dicitur *ἀκασκαῖον ἄγαλμα* (*στάλαγμα* Keck) *πλούτου*, i. e. lene, placidum. Deri-

vatum ab *ἄκασκα*. Hesych.: *Ἄκασκα· ἡσύχως, μαλακῶς, βραδέως.* Lex. Seg. 371, 1: *Ἄκασκα· ἥσυχα φαρδέα (βραδέα). Κρατῖνος Νόμοις· Ὦ πρέσβυται πάνυ γηραλέοι, σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες.*

ἀνταῖος adversus, Tragg. *διανταῖος* ex adverso penetrans Aesch. Eur. Cf. *ἄντα* et *ἀντᾶν*. Utrum illorum sit primitivum, non liquet.

ἀτρεμαῖος Eur. (Or. 147 *ἀτρεμαίαν βοάν* vocem submissam, lenem) non a verbo *τρέμειν* ut *ἀτρεμής*, sed ab adverbio usitato *ἀτρέμα* vel *ἀτρέμας* descendere docet significatio, quae non est „intrepidus", „sed lenis, tranquillus, summissus."

εἰκαῖος Soph. Pol. et saepius apud posteriores. Qui *εἰκῇ*, temere aliquid facit, et quidquid *εἰκῇ* fit, vanus, inanis, etiam *ὁ τυχών*, fortuitus. Hinc posteri multa derivaverunt: *εἰκαιόβουλος, εἰκαιοβουλία, εἰκαιοδάπανος, εἰκαιολέσχης, εἰκαιολόγος* al. compos., *εἰκαιοσύνη, εἰκαιότης*.

ἐξαπιναῖος Hippocr. Pros. att., subitus, quod *ἐξαπίνης* fit.

ἠκαῖον· ἀσθενές. ἠκαῖος· ἀριστερίας, ἰσχυρός Hesych. Cf. eiusdem gl. *ἠκαλέον γελόωσα· πράως, οὐκ ἐσκυθρωπακυῖα*, ab *ἦκα* quo saepius utuntur Homerus et ceteri epici.

ἠρεμαῖος Hipp. Pros. att. tranquillus, mitis, lenis, ab *ἠρέμα, ἠρέμας*, quo et ipso Attici utuntur eadem significatione.

εὐδιαῖον. Sic vocabant foramen navis, per quod sentina defluebat. Poll. 1, 92: *ἡ δ' ἀνοιγομένη θυρὶς εἰς ἐκροὴν τοῦ ὕδατος εὐδίαιος* (sic) *καλεῖται*. Hesych.: *Εὐοίαιον*. (sic, etiam ordine alphabetico firmatum, ut intelligas pervetustam esse corruptelam) *οὕτως εὐφημιζόμενοι λέγουσι τὸν καλούμενον χείμαρρον, τὸ τῆς νεὼς τρῆμα*. Suid. et Phot.: *εὐδιαῖος· χειμάρρους, καὶ τρῆμα τῆς νεώς, δι' οὗ ἡ ἀντλία ἐκρεῖ.* „Reponendum *χείμαρος* ex Hesiodi Opp. 624" Gaisf. Quo loco Hesiodus jubet eo tempore quo Pleiades in mare cadant, procellas vitari, naves in aridum subduci lapidibusque fulciri: *ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων, χείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος.* In eum locum Proclus: *χείμαρος λέγεται ὁ ὑπὸ τὴν τρόπιν πάσσαλος, οὗ ἐξαιρουμένου, ὅταν ὕσῃ, τὸ ὕδωρ προχωρεῖ. καλεῖται δὲ καὶ εὐδιαῖος.* Vides eodem nomine et foramen et eius obturamentum vocari. Vetustiorem esse foraminis significationem puto, et propter vocabuli

εὐδιαῖον naturam, quam deinceps intellegemus, et quod χείμαρος idem vocabulum videtur esse atque χειμάρρους, quod quanquam plerumque torrentem significat, tamen etiam de incili vel cloaca usurpabatur. cf. Dem. in Callicl. 1277. Hac significatione εὐδιαῖος etiam de corporis humani quasi incilibus dictum est Plut. Symp. qu. VII, 1, 3, 699 F εἰ γὰρ ὁ στόμαχος ἅμα τῷ σιτίῳ τὸ ποτὸν ἀναλαμβάνει καὶ τῇ κοιλίᾳ παραδίδωσιν, οὐδὲν ἴδιον πόρον (sc. vesica fistulaque urinali) δεῖται τὸ περίττωμα τῆς ὑγρᾶς τροφῆς, ἀλλὰ εἷς ἀρκεῖ καὶ κοινὸς ὥσπερ εὐδιαῖος ἀμφοτέροις εἰς ταὐτὸ διὰ ταὐτοῦ εἰςκομιζομένοις. Hesych.: εὐδίαιον· τὸ γυναικεῖον μόριον· ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις (l. πλοίοις) γινομένων τρημάτων διὰ τοὺς ὄμβρους· οἱ δὲ τὸν βρόκτον (l. πρωκτόν), ἢ τὸν χείμαρρον ἐπιφημιζόμενοι (l. εὐφημιζόμενοι). Denique Festus: „Eudiaeon, lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμός emittitur." — Hisce locis efficitur, εὐδιαῖος proprie significare quasi quoddam emissarium, tubum vel fistulam, per quam aqua vel alius liquor emittitur. De veriloquio silent grammatici, excepto Benfeyio, Wzl. II, 207. Qui quum recte neget, huic vocabulo cum εὐδία quidquam esse rei, non est laudandus, quod particulas εὖ et διά composita putat vel cum rad. *as* jacere (quam in verbo ἵημι esse putat, quod rectius Curtius Et. n. 615 ad rad. *ja* ex *i* natam revocat), vel cum rad. *i* ire. Mihi εὐδιαῖον ex sola praepositione διά cum εὖ composita natum videtur ad significandum id quod bene transmittit, ut supplenda sit notio verbalis sicut in διανταῖος suppletur.

κρυφαῖος occultus, clandestinus, Pind. Att., aut ab ipso verbo κρύπτω potest derivatum esse, ut κρύφιος, aut ab adverbio, sive κρυφῇ, quo Pindarus et tragici utuntur, sive κρύφᾰ, quod prosaicorum atticorum est.

λαθραῖος Att., a λάθρᾱ, ion. λάθρη, quod ab Homero inde usitatum est.

περαῖος Ap. Rh. quod trans mare vel fluvium ex adverso est; ἡ περαία terra in altera maris vel fluminis ora sita Hdt. Str. Pol. Hinc περαίοθεν, περαιόω Hom. Att., περαίωσις. A πέρᾱν πέρην; cf. πέρᾱ, περάω. — ἀντιπέραιος Hom. et al. ab ἀντιπέρᾱν, ἀντιπέρην, ἀντιπέρα, ἀντιπέρᾱς, cf. κατ' ἀντιπέρας et κατ' ἀντιπέραν.

66. Denique tria vocabula huc pertinent, quae ab adverbiis in -δην descendunt. De abverbiis in -δην cf. Benf. Wzl. I, 388. Leo Meyer KZ 6, 287 sq., Or. u. Occ. II, 603., Vgl. Gr. II, 359 sq. 553 sq. Pott. EF. II², 497. 882. Corssen Krit. Beitr. p. 105. Curtius Gr. Et.⁴, p. 630 sq. Collecta haec adverbia sunt a Frohweinio in Curt. Stud. I, 1, 103 sq.

ῥαγδαῖος rapidus vehemens violentus. Att. com. pros.; a ῥάγδην raptim Plut. mor. 418 E.

χυδαῖος frequens, communis. Pol. Plut. Diosc. al.; a *χύδην*, quod de acervatim vel sine ordine fundendo adhibitum a prosaicis inde a Xen. et Platone.

σταδαῖος bis ap. Aesch.: Pers. 239 *Πότερα γὰρ τοξουλκὸς αἰχμὴ διὰ χερὸς αὐτοῖς πρέπει* (sic Med. *χερῶν* Brunckius, *χεροῖν* Elmsl.; fortasse *σφισίν* leg.); — *οὐδαμῶς· ἔγχη σταδαῖα καὶ φεράσπιδες σαγαί.* Schol. *δι' ὧν συστάδην καὶ ἐχεγγύως μάχονται.* Huc referenda videtur Hesychii glossa *σταδαῖα· ἑστηκότα, ὄρθια.* — Sept. 513: *Ὑπερβίῳ δὲ Ζεὺς πατὴρ ἐπ' ἀσπίδος σταδαῖος ἧσται.* Schol. B. *ἡδρασμένος ἑδράζεται.* — Atque priorem quidem locum dubitandum non est quin recte interpretatus sit scholiastes, et Graecorum hastae ad cominus pugnandum aptae opponantur Persarum eminus pugnantium sagittis. Sed loci alterius interpretatio plane inepta est: quis enim de Iovis imagine in clupeo picta dixerit: Iuppiter immotus sedet et quasi haeret in clupeo? Neque Schützii sententia probabilis interpretantis sic: „Iuppiter pater erectus in clypeo sedet.“ Sed videamus quibus locis praeterea *σταδαῖος* inveniatur. Tim. Locr. p. 98 C *ἐκ δὲ τῶ τετραγώνω γεννᾶσθαι τὸν κύβον, ἑδραιότατον καὶ σταδαῖον παντᾷ σῶμα*, i. e. quocunque verteris, stabilem. Quo loco quum codices nonnulli exhibeant *σταδιαῖον*, Dind. pro eo quod codd. tradunt *σταδιαῖος* poni *σταδαῖος* jubet etiam ap. Themist. Or. 23, p. 298 A *Τίνι οὖν με τῶν ἀλλακτικῶν ἐγγράφουσιν οἱ κατήγοροι; μῶν τῷ πλανήτῃ ἢ τῷ σταδιαίῳ;*. et ap. Luc. Paras. 40, Poll. 1, 164, Ioseph. b. Iud. 6, 2, 6, quibus locis *σταδιαία μάχη* scriptum est. Ac de Themistii quidem loco consentio, non item de ceteris, quum mihi *σταδιαία μάχη* pro *σταδία* dictum videatur per paragogen Ionicam.

Sed quid quod *σταδαῖος* ipsum quibusdam visum est a

στάδιος descendisse (ut Benfeyio, qui Wzl. I, 630 dicit: *σταδαῖος* für *στα-δια-ιος* von *στα-διο* + suff. *ιο* = sskr. *ja*)? Quid, nonne ἔγχη σταδαῖα, i. e. ad σταδίαν μάχην apta, apud Aeschylum eius sententiae firmissimum sunt testimonium? — Sed a *σταδία* non potuit duci nisi *σταδιαῖος*. — At et in ipsis illis adverbiis in *-δα -δην -δον*, in quorum numero est *στάδην*, omissum est iota, quum a viris supra memoratis demonstratum sit, haec adverbia ab adjectivis in *-διος* descendere. Quidni idem etiam in *σταδαῖος* fieri potuit? Quidni ex *στάδιος* ut *στάδην* pro *σταδίην*, sic *σταδαῖος* pro *σταδιαῖος* fieri potuit? — Non potuit eam ob causam, quod illorum adverbiorum formatio pervetusto tempore facta est, adjectivorum in *αιος* usus multo recentior. Quamobrem a *στάδην* repetitum esse censeo *σταδαῖος* ad designandum quidquid *στάδην* fit. Itaque ἔγχη σταδαῖα translate sic vocata sunt a pugnantibus qui *στάδην μάχονται* (ut *τοξουλκὸς αἰχμή, φεράσπιδες σαγαί*). Et Juppiter sic vocatur, quia praeest pugnae cominus factae, eamque ob causam ipse *στάδην μάχεσθαι* putatur.

Nihil nostro *σταδαῖος* commune est cum vocabulo mensurali *σταδιαῖος*, quod unius stadii longitudinem aequat, *ἡμισταδιαῖος*, *πεντεσταδιαῖος*. Haec a *στάδιον* suffixi *ιαιο* ope derivata sunt, contractis duobus *ι*, *σταδιαῖος* ex *σταδι-ιαῖος*.

d. Nomina in *αιος* a verbis puris derivata.

67. Nomina verbalia pervulgata est opinio non derivata esse nisi a verbis primitivis vel ipsis radicibus, ut *τρόφος* ex verbi *τρέφω* radice *τρεφ*, *οὖρος* ex verbi *ὄρομαι* radice *Ϝορ* al. Atque primis quidem linguarum temporibus sic factum esse non nego. Sed iis Graecae linguae temporibus quae nobis nota sunt, etiam ex verbis derivatis nomina duxerunt. Quae quanquam vetustiorum analogiam secuti ea plerumque forma donabant, quasi ex ipsis primitivis pullularent, ut composita in *ποιος* desinentia specie a radice quadam *πι*, revera a verbo derivato *ποιέω* ducta sunt, composita in *-ηγορος* speciem habent derivatorum ab *ἀγείρω*, revera ab *ἀγορεύω* descendunt (cf. § 70): tamen haud raro ipsa stirpe amplificata verbi derivati ad nomina fingenda usi sunt. Quis enim putaverit Aeschylum, vel quicunque alius eorum vocabulorum inventor fuit, quum *ἔμπαιος* et

πρόςπαιος fingeret, radicis *παϝ* in verbo *παίω* (pro *παϝ-jω*) latentis sibi conscium, ad hanc radicem affixisse suffixum *ιο*? Immo ille *παι* pro radice habebat, quam integram ad nomen formandum adhibuit. Atque eadem sors earum quoque stirpium verbalium fuit, quae addito *α* (ex vetustiore *aja*) ex radice derivatae sunt, sive, ut rectius dicam, quae non ab ipsa radice descendunt, sed a nomine ex hac orto et in *α* desinente (ut ex rad. *ϝορ* stirps nominalis *ὁρα*, hinc verbum denominativum *ὁρα-jω*, ex *τι* nomen *τιμή*, hinc *τιμα-jω*). Itaque quum ad illam stirpem nominalem in *α* additum esset suffixum *ιο*, natum est nomen, quod formatione quidem erat denominativum, significatione utebatur verbali, ut et illi ipsi qui haec nomina fingebant, non nomina illa, unde et verba pura et nova haec nomina descendebant, sed ipsa verba pura pro parentibus ut ita dicam novorum vocabulorum haberent, et nos nostro jure possimus haec nomina in verbalium numero habere. Certos autem fines inter denominativa et verbalia in *αιος* desinentia constitui non posse, non est quod mireris, quum omnis haec distinctio in obscuro quodam fingentium sensu vel conscientia posita sit, quamobrem saepe dubium erit vocabulumne aliquod ad nomen in *α η* an ad verbum purum sit revocandum. Neque tamen desunt, quae a verbo descendere certissimum sit. Ut *ἀκέραιος* non potest non a *κεράω κεραίω*, neque *δαμαῖος* nisi a *δαμάω δαμάζω* derivatum esse.

Neque enim a verbis in *αω* solum huiusmodi nomina derivantur, sed ab omnibus quae stirpem in *α* desinentem habent, diversis illa modis ex hac stirpe derivata, de quibus tam luculente egit G. Curtius in eo libro, cui inscriptum est „Das griechische Verbum", ut nihil habeam quod contra dicam, nihil quod addam. Nempe quum omnia haec verba a stirpibus nominalibus in *α* ita derivata sint, ut syllabam *ja* addant (ut in ling. scr. verba decimae classis in *-ayâmi*, ut *cora-yâmi*), alia *j* plane omiserunt, ut *ἀγαπάω*, *χαλάω* pro *ἀγαπα-jâmi*, *χαλα-jâmi*, alia in *ι* vocalem mutaverunt, ut *χαλα-ίω*, *ταλα-ίω*, alia in *ζ*, ut *ἀγαπά-ζω*, *χαλά-ζω* al. (Curt. l. l. p. 334). His addenda sunt, quae praesentis tantum stirpe differunt, in ceteris temporibus plane consentientes cum conjugatione purorum in *αω*, ea dico, quae in praesenti syllabam *σκω* addunt stirpi in *α*

desinenti: *γηρά-σκω, ἡβά-σκω, ἀλθή-σκω*, aeol. *θνά-ισκω* pro *θνα-jε-σκω* Curt. l. l. p. 270 sq.

Hac igitur ratione derivata esse mihi videntur haec nomina:

ἀλαός, ab *ἀλᾶσθαι*, ut videtur. Cf. supra p. 16. Ab eodem verbo descendere videtur

ἀλαῖος ὁ Ἀπόλλων. Φιλοκτήτης γάρ, παραγενόμενος εἰς Ἰταλίαν, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἱδρύσατο Ἀπόλλωνος ἀλαίου ἱερόν· ἐν ᾧ καὶ τὸ τόξον ἀπέθετο. EM. 58, 4.

ἀλθαία althaea. Theophr. h. pl. 9, 15, 5. 18, 1. Diosc. 3, 164. Cum *ἄλθω ἀλθαίνω ἀλθέω ἀλθήσκω* confert Benfeyius Wzl. 1, 71 („als heilpflanze? *ṛddhi*"). Cf. Curt. Et. n. 303. „Appellata est autem *ἀλθαία*, quasi quis dicat medicamentosa, ob eam qua pollet medendi vim" H. Steph. in thes. Dubius esse possis, utrum ab *ἄλθομαι* ipso an a stirpe *ἀλθα*, quae in *ἀλθήσκω*, derivatum sit.

ἀναγκαῖον vel *ἀνάκαιον*? v. supra p. 119 sq.

ἀραῖος. Cf. supra p. 138. *Ἀμφιάραος, Καλλιάραος* supra p. 17.

βίαιος cf. supra p. 139.

βρονταῖος ab Aristot. de mundo 7, 401, 17 et in hymn. Orph. 15, 9 dictum de Iove tonitruum auctore, et hymn. Orph. 21, 3 *νεφέλαι βρονταῖαι*; derivatum videtur a *βροντᾶν*. Diversa est forma *βροντιαῖος* ad significandum id quod inter tonitrua decidit, a *βροντή* derivata, qua usi sunt Hippocr. Epidem. 6, 1180 F. Galen. comm. vol. 9, p. 495, 7. cf. Lob. ad Phryn. p. 552.

ἐμβρονταῖον „vocata domus Agathoclis Syracusani, qui propter lapides, quos aedificandae aedi Minervae destinatos suis aedibus inseruerat, cum domo sua de caelo tactus credebatur. Lat. dicere solent *bidental*. Diod. Exc. vol. II, p. 549, 71" Dind. *ἐμβροντάω* et *ἐμβρόντητος* plerumque translata, sed etiam propria significatione usurpata inveniuntur. Xen. h. gr. 4, 77: *Περὶ τὰς εἱρκτὰς σρατοπεδευομένου αὐτοῦ πίπτει κεραυνὸς εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ οἱ μέν τινες πληγέντες, οἱ δὲ καὶ ἐμβροντηθέντες ἀπέθανον.* Dio. Cass. 36, 13: *Ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειλητικὸν ἀνέκραγεν, ὥστε κόρακά τινα ὑπερπετόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι καὶ πεσεῖν ὥσπερ*

ἐμβρόντητον. Ἐμβρονταῖον est igitur locus ἐμβεβροντημένος, fulmine tactus.

γηραιός γεραιός γηραός ἀγήραος cet. cf. supra p. 14.

δαμαῖος domitor, cogn. Neptuni ap. Pind. Ol. XIII, 98.

ἵλαος v. supra p. 14.

ἱμαῖος duplici utitur significatione; sic enim vocabantur carmina tum ab iis qui aquam e puteo trahebant tum a molentibus cantata. Schol. Ar. Ran. 1297: Ἱμονιοστρόφου: Οἷον σχοινιοστρόφου μέλη, ἃ εἰκὸς ἄνδρα ὕδατα ἀρυόμενον ᾄδειν. ἱμονιὰ γὰρ καλεῖται τὸ τῶν ἀντλημάτων σχοινίον, καὶ τὸ ᾆσμα, ὃ ᾄδουσιν οἱ ἀντληταί, ἱμαῖον. Καλλίμαχος (fr. 42) ἀείδει καὶ πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον. — Hesych.: ἱμαῖος· ᾠδὴ ἐπιμύλιος, καὶ ἐπαντ(λ)αῖος, καὶ ἐπίνοστος. ἱμαοιδός· ὁ πρὸς τῇ μύλῳ καὶ τῷ ἀντλήματι (sic recte correx. Lindan. pro αὐλήματι, v. Suid.) ᾄδων. — Suid.: Ἱμαῖον ᾆσμα. τὸ ἐπὶ τῇ ἀντλήσει λεγόμενον· παρὰ τὸ ἱμᾶν. οἱ δὲ μυλωθρικόν. „Καὶ πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον ᾄδει.“ Καλλίμαχος Ἑκάλῃ. — Ἱμαῖος· ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. Δηλοῖ δὲ καὶ ὄνομα κύριον (nomen propr. Persae ap. Aeschylum. Haec etiam ap. Theogn. Cram. an. p. 51, 30). — Et. Gud. p. 277, 47: Ἱμαῖος· εἴτε ἐπιμύλιος ᾠδὴ ἢ ὄνομα κύριον. — Ath. 14, 618 D: Καὶ ᾠδῆς δὲ ὀνομασίας καταλέγει ὁ Τρύφων τάσδε· „Ἱμαῖος, ἡ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ᾖδον: ἴσως ἀπὸ τῆς ἱμαλίδος. Ἱμαλὶς δ' ἐστὶ παρὰ Δωριεῦσιν ὁ νόστος, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλέτων“ κτλ. Cf. ibid. p. 619 B: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀττικαῖς φησι λέξεσιν· Ἱμαῖος ᾠδὴ μυλωθρῶν κτλ..

Atque haurientium quidem cantilenam nomen suum a verbo ἱμᾶν ducere, quod significat „rem aliquam, maxime aquam putealem, fune trahere“, et cognatum est cum ἱμάς (st. ἱμαντ) et ἱμονιά, sed a breviore forme ἱμα quae et ipsa funem significabat (cf. sax. vet. *simo*) ductum (Pott. EF.², II, 2, 630), recte vidit grammaticus apud Suidam. Sed alterum illud ἱμαῖος vehementer dubito num ab eadem origine descenderit. Nam, quod forte quispiam putaverit, molas quondam ut terebram (cf. Hom. Od. IX, 385, Eur. Cycl. 460 sq.; eadem ratione veteres Indi butyrum faciebant) loris huc illuc tractis motas esse, neque traditum est, quod sciam, neque credibile. Accedit quod huic

ἱμαῖος consanguineum esse constat *ἱμαλίς* et *ἱμαλιά*. Cf. praeter Athenaei locum supra citatum Hesych.: *ἱμαλίς· ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. ἢ σταφυλῆς εἶδος. ἱμαλίς· νόστος, δύναμις, ἐπικαρπία, ἡδονή, ἀπαρχὴ τῶν γιγνομένων. ἱμαλιά· τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων. ἐπιγέννημα ἀλετρίδος. καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀχύρων χνοῦς. καὶ περιουσία. ἱμαλίην· ἱκανήν. ἱμαλίοιο· πολλοῦ δαψιλοῦς. ἱμάλιον· πολυφόρον, καρποφόρον, νόστιμον.* Phot.: *ἱμαοιδός· ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. ἱμαλιὰ γὰρ ἡ τροφή. καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλεύρων.* Cereris cognomen Polemone auctore ap. Ath. 10, 416: *παρὰ Σικελιώταις φησὶν Ἀδηφαγίας ἱερὸν εἶναι, καὶ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα, οὗ πλησίον ἱδρῦσθαι καὶ Ἱμαλίδος, καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἑρμούχου, ἐν δὲ Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζας.* et ibid. III, 109 A: *οὐ τούτου οὖν τοῦ ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν ἀλλὰ τῶν εὑρημένων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος καὶ Σιμαλίδος* (Dind. em. *ἱμαλίδος*). *οὕτως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Συρακοσίοις τιμᾶται, ὡς ὁ αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ τοῦ Μορύχου.* Etiam mensis *Ἱμάλιος* apud Hierapytnios nominabatur CI n. 2556, cf. Preller, Pol. Perieg. p. 71, et nymphe Rhodia *Ἱμαλία*, Heffter Rhod. III, 25. Cum hisce vocabulis cognatum videtur *σεμιδαλίς, ἄρτος σεμιδαλίτης*, lat. *simila, similago, siligo;* Bluemner technol. p. 78, 5. His perspectis veri dissimillimum est, haec omnia a verbo *ἱμᾶν* trahere derivata esse. Sed parum liquet veriloquium. Ad rad. *si* cribrare revocat Fick Vgl. Vb. II, 256.

ἀκέραιος merus purus integer Hdt. Eur. pros. att. CI 989[b]; a *κεράω* (*κεραίω κεράννυμι*).

λικμαῖος Ceres vocatur Anth. 6, 98, quae frumenti ventilationi (*τῷ λικμᾶν*) praeest, ventilatrix.

μαδαῖος diffusus. poet. de herb. 83. a *μαδάω* diffundi.

μάταιος ? v. p. 147.

ξυραῖος tonsus, Synes., a *ξυράω*.

ποιναῖος v. supra p. 154.

ἐμπολαῖος vocatur Mercurius, mercatorum deus, Ar. Ach. 816. Plut. 1155. Aristid. or. II, 14. Eust. opusc. XXIV, 230, 22.[1]) Quod quum ab *ἐμπολή* possit derivatum esse, ut

[1]) Non recte autem Lobeckius apud Diog. L VIII, 31 (*τὸν Ἑρμῆν*

significet eum qui mercaturae praeest, tamen ad *ἐμπολάω* potius revocandum esse et ipsum mercatorem significare Aristophanis locus demonstrat Plut. 1155: *ἀλλ' ἐμπολαῖον (ἱδρύσατέ με). — Ἀλλὰ πλουτοῦμεν· τί οὖν Ἑρμῆν παλιγκάπηλον* (quod vocabulum illius *ἐμπολαῖον* synonymum esse apparet) *ἡμᾶς δεῖ τρέφειν;* Schol. explicat *ἐμπολαῖον· πραγματευτήν. — πράτην.*

σπουδαῖος cf. supra p. 161.

σχολαῖος? cf. supra p. 161.

τελευταῖος? cf. supra p. 162.

IV.

De vocabulis in *αιος* a stirpibus in *ο* derivatis.

1. Quae a substantivis vel adjectivis declinationis secundae descendunt.

68. *ἀκραῖος* = *ἄκρος* Galen.

ἀμολγαῖος Hsd. Op. 589 *μᾶζα τ' ἀμολγαίη.* Leon. Tar. Anth. 7, 657, 10 *ἀμολγαῖον μαστὸν ἀνασχόμενος.* De huius vocis significatione et veriloquio vehementer dissentiunt viri docti. Fuerunt et veteres et recentes, qui *μᾶζαν ἀμολγαίην* esse dicerent vel caseum vel panem multo cum lacte mistum. Sed haec significatio vocabulo esse non potest, nisi si derivatum esset a vocabulo nescio quo *ἀμολγός* lac significante, cuius nullum exstat vestigium. Sin *ἀμολγαῖος* ab *ἀμέλγω* ipso derivatum est, ex ceterorum id genus vocabulorum, de quibus infra § 70 sqq. agetur, analogia significare non potest nisi vel mulgens, vel mulsus vel ad mulgendum aptus. Haec igitur interpretatio mittenda est. Acute, ut solet, Buttmannus de hoc vocabulo egit Lexil. II, 44 sq. Qui profectus ab Eustathii loco, ad Il.

ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπαῖον λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον) pro *πυλαῖον* scribi iubet *ἐμπολαῖον* „quod nomen facile ad istud munus *τοῦ ψυχεμπόρου* accommodari potest, *πυλαῖος* sive *πύλαιος* nullo modo." Potius *ἐμπολαῖος* apta caret significatione, nam Mercurius animas non vendit. *Πυλαῖος* apud inferos vocatur, ut apud vivos *πυληδόκος, στροφαῖος, προπύλαιος*: janitor est Orci, et a Cerbero non diversus, et ut ille *τρικέφαλος;* non modo *ψυχοπομπός* sed etiam *ταμίας τῶν ψυχῶν, χθόνιος.* Preller Myth. p. 316. Mehlis Hermes p. 15 sq.

O, 324 dicente Ἀχαιοὶ δὲ κατὰ τοὺς γλωσσογράφους ἀμολγὸν τὴν ἀκμήν φασιν, et Hesychii glossa Ἀμολγάζει· μεσημβρίζει, quum etiam Procl. ad l. Hesd. et EM 573, 30 μᾶζαν ἀμολγαίην explicent per ἀκμαίαν, τὸ γὰρ ἀμολγὸν ἐπὶ τοῦ ἀκμαίου τίθεται, „Was kann dies anders sein, inquit, als ein kuchen der durch bekannte mittel zum aufgehen gebracht worden?" Propria significatione vocabulum adhibitum esse a Leon. Tar., de ubere lacte repleto ac distento, ad mulgendum parato: „ein euter in seiner ἀκμῇ ist ein strotzendes euter". Hinc illos priscos omnem ἀκμήν vocasse ἀμολγόν. „Nehmen wir an, dass in der einfachen hirtenzeit für ein strotzendes euter der ausdruck gewesen sei, es sei ἐν ἀμολγῷ, so ist nichts natürlicher als dass dieser bildlich auf alle ähnliche ἀκμάς übergieng. Und was war ähnlicher als ein kuchen in dem augenblick wo er nun strotzend sich blähte? Nun war er ἐν ἀμολγῷ". Sed vereor ne nimis multum tribuat vir optimus veteribus interpretibus. Qui quum ἀμολγαίη explicant ἀκμαία, hanc explicationem traxisse videntur ex ea quam Homerico ἀμολγῷ esse putabant significatione ἀκμή. Glossis illis ab Eust. et Hes. traditis, quum nesciamus unde petitae sint et ex quonam sententiarum nexu evulsae, non multum probatur. Gravius est quod μᾶζα quod sciamus omnino non coquebatur, sed nihil erat nisi puls ex farre et aqua vel alio aliquo liquore mista, quae vel statim vel tosta comedebatur; cf. Herm. Gr. Privatalt. § 24. Quam ob rem ne tumescere quidem poterat. Speciosiorem igitur hanc sententiam puto quam veriorem. Mihi μαστὸς ἀμολγαῖος non videtur significare nisi uber ad mulgendum paratum. Itaque hoc quidem ab ἀμέλγω descendit. Hinc plane diversum ἀμολγαῖος apud Hesiodum, quod a substantivo quidem ἀμολγός mihi quoque videtur derivatum, sed plane alia significatione. Etenim νυκτὸς ἀμολγῷ et ἀμολγὸν νύκτα ap. Eur. fr. 105 dubium esse nequit quin cognatum sit cum ἀμαυρός, slav. vet. *mrakŭ* caligo, bor. vet. *myrkr* tenebrae, *myrkr* tenebrosus, obscurus (v. Leo Meyer in KZ VIII, 362. Curt. Et.[3] 516), cuius rei optimum testimonium attulit Iolly in Jahrb. f. ph. u. paed. 109, p. 708 hoc, quod Graeci recentes dicunt μουρκίζει tenebrae oboriuntur, μοῦργος niger. Itaque ἀμολγός significare apparet ater, tenebrosus, obscurus. Iam vero Hesiodus l. l. summa aestate simplicem coenam

in rupis alicuius umbra esse jucundam ait: simplicem — nam recte Göttlingius v. 591—95 ab alio rhapsodo additos esse dicit. Atque bene congruit cum totius carminis indole haec praeceptio. Atqui simplicissima ac vilissima *μᾶζα* erat ea, quae ex hordeo mola quidem fracto, sed furfuribus nondum purgato fiebat (*ἠχυρωμένη*), eamque ob causam subnigro erat colore (cf. Polioch. ap. Ath. II, 56 *Μεμαγμένην μικρὰν μελαγχρῆ μᾶζαν ἠχυρωμένην*). Itaque si *ἀμολγός* nigrum significabat, hoc *μάζης* genus non inepte *ἀμολγαῖον* vocari potuisse videtur.

ἀμορβαῖος Nic. ther. 28, 489, *ἀμορβαίους τε χαράδρας*. Schol.: *τὰς βουκολικὰς ἢ ποιμενικάς* (*ἀμορβός* pastor Nic. ther. 49. Antim. p. 62), *ὅπου οἱ βουκόλοι περιπατοῦσιν*.

ἀντραῖος „nom. *τοπικόν* ex *ἄντρον* significante *σπήλαιον*, teste Steph. Byz., qui Eur. in Capris [*Αὔγει* Meursius, *Εὔπολις* pro *Εὐριπίδης* nihilo deterius Valck.] eo uti scribit, afferens et fem. *ἀντραία*". Thes.

ἀστραῖος stellatus. orac. ap. Porphyr. in Euseb. Praep. ev. 4, p. 124 A. Saepe ap. Nonn. *Ἀστραία* nom. propr. ap. eund. et Maxim. *Καταρχ.* Etiam oppidi Illyrici nomen.

ἀσυλαῖος θεός Plut. Rom. 9.

βουναία Iuno colebatur templo apud Corinthum posito, quod ei nomen inditum putat Pausanias 2, 4, 7 a Buno Mercurii et Alcidamiae filio, templi conditore; rectius revocatur ad nomen appellativum *βουνός* collis, tumulus, quum in montibus Iunonem coli solitam eamque ob causam *ἀκραίαν* appellatam esse constet. cf. Preller Gr. Myth. 1, 132, 6. Gerhard Gr. Myth. § 217, 1.

βουκαῖος Nic. ther. 5 *σὲ δ' ἂν πολύεργος ἀροτρεὺς Βουκαιός τ' ἀλέγοι καὶ ὀροιτύπος*. Theocr. X, 1 *ἐργατίνα βουκαῖε*. Hoc vocabulum veteribus grammaticis compositum videbatur aut ex *βου* praefixo (quod in *βούβρωστις*) et *γαῖα*, i. e. qui terram diligenter colit; aut ex *βου* et *καίνω*, *ὁ μεγάλως καίνων* (sc. *τὴν γῆν*) vel *ὁ σὺν τοῖς βουσὶ καίνων τὴν γῆν*. V. schol. ad Thcr. X, 1 et Kiessl. ad l. Sed vocabulum nihil esse nisi derivatum a *βοῦκος*, *βῶκος* (Thcr. X, 38), jam Kiesslingius intellexit. Nam *βῶκος* ex *βωκαῖος* correptum esse nequit. Quid autem ipsum *βῶκος* est? Ex *βουκόλος* mutilatum putat Benfeyius, sed hoc plane incredibile est: eius modi

enim correptiones, quae ex sonorum natura non possunt explicari, fieri non solent nisi in nominibus propriis. Mihi βοῦκος vel βῶκος ex βοϝ-οκ-ος natum esse videtur, cujus parte posteriore continetur rad. οκ, quae in ὄσσε, ὄσσομαι, boeot. ὀκταλμός, ὄκκον· ὀφθαλμόν Hesych.; lat. *oculus* (Fick I.³, 4. 473, Curt. Et. n. 627). Hoc si verum est, βοϝοκος significat eum qui boves custodit (cf. germ. *ahton*, οὖρος custos a rad ϝορ quae in ὁράω), pastorem, deinde omnino agricolam.

γαληναῖος Anth. Nonn. Dubium utrum a γαλήνη an a γαληνός. V. supra p. 140.

δείλαιος Att. Cui vocabulo quae sit a prototypo δειλός diversitas significationis, v. Lob. paral. p. 319. τρισδείλαιος Anth.

ἐρεμναῖος = ἐρεμνός Qu. Sm.

ἐρημαῖος — ἔρημος Emped. Poet. Alexdr.

ἐρυθραῖος Dion. Per. Ptol. Proprie de mari rubro, ut ex feminino ἐρυθρὰ θάλασσα natum putes ἐρυθραία, dehinc masculinum ἐρυθραῖος formatum et ad alias quoque res translatum. Cf. quae supra p. 153 de ὀρφναῖος dicta sunt.

ἐφήβαιον pudendum. ἐφήβαια γυναικεῖα Heraclid. Syracus. ἐν τῷ περὶ θεσμῶν ap. Ath. XIV, 647 A. Diosc. 1, 3 de meo: παιδίων δὲ καταπλασθεῖσαι ἐφηβαίοις οὖρα ἄγουσι, quod sic vertit Plinius XX, 23: „infantibus cum apio illitum imo ventri urinas movet." Rufus p. 51 Cl. sic explicat: „id totum quod est ab hypogastrio ad pudenda." Poll. II, 170 αὐτὴ δ' ἡ τρίχωσις (sc. in hypogastrio) ἥβη τε καὶ ἐπίσιον· τὸ γὰρ ἐφήβαιον ἰατρῶν μόνον. Hesych.: βλήχων· γλήχων. καὶ οὕτως λέγεται. ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης. καὶ τὸ ἐφήβαιον (Ar. Lys. 89). EM: ἐπίσιον· τὸ ἐφήβαιον .... σημαίνει δὲ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός. Vides de significatione non constare. Eamque ob causam incertum est, utrum ab ἔφηβος an ab ἥβη repetitum sit. Plane falsum quidem quod ait H. Steph. in Thes.: „Ἐφήβαιον a Bud. exp. ventrale, velamentum pudendorum, et i. q. κῆπος in illo Theodori apophthegmate, quo, Stilponem dicentem Phidiae Minervam non esse θεόν, sed θεάν, interrogavit an ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; Ab Hesych. certe κῆπος exp. τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν: ut ἐφήβαιον hic sit velamentum, quod τῇ ἥβῃ obtenditur

s. praetenditur“: nam vocabulo *κῆπος* ipsum significari *αἰδοῖον* (vel potius *τὴν τρίχωσιν* pudendi) intelligas ex simili usu Romanorum, qui *hortum* vocant, et ex *μελιηδής κοία* ap. Pind. Pyth. IX, 37. Neque magis placet, quod idem proponit, *ἐφήβαιον* significare eam partem corporis, quae *τῇ ἥβῃ* incumbit, i. e. imum ventrem. Nam plerumque *ἐφήβαιον* de ipso pudendo dici vidimus, et plane eadem significatione adhiberi qua ipsum *ἥβη* ab Ar. Nub. 976, Aristot. Hippocr. al. adhibetur. Putaverit quispiam *ἐφήβαιον* proprie significare *τὴν τρίχωσιν* (Poll. l. l.), ut quae *ἐφ' ἥβῃ* sit, sed hoc quaesitum videtur. Simplicissimum mihi quidem videtur, *ἐφήβαιον* repetitum esse ab *ἔφηβος* (quod cum significat qui *ἐφ' ἥβην* venit), et id significare, in quo pubertas maxime cernitur, i. e. pubem. Terminatio *αιος* autem vocabulo eam ob causam nisi fallor addita, quod ipsum *ἔφηβος* ab *ἥβη* ductum etiam sentirent, fortasse etiam eandem vocis *ἥβη* significationem simul in animis haberent.

ἡσυχαῖος = *ἥσυχος* Att. Sed dubium utrum ab hoc adjectivo an ab adv. *ἡσυχῇ* derivatum sit; cf. infra § 69.

ἰσαῖος = *ἴσος* Nic. Call.

καναστραῖα· κοῖλά τινα ἀγγεῖα Suid. (a *κάναστρον*).

[*καστάναια* V. supra p. 45].

καρπαία vocabatur saltationis genus Thessalicae, quod describit Xen. VI, 1, 7. Nomen accepit a *καρπός* nisi fallor, quia saltantes imitabantur agricolae arantis cum latrone pugnam. Vocabulum videtur esse thessalicum: *Μετὰ τοῦτο Αἰνιᾶνες καὶ Μάγνητες ἀνέστησαν, οἳ ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν καλουμένην.*

κηπαῖος Clearch. Gal. Diosc. *κηπαία* sc. *θύρα* Hermipp. (com. vet.). *κηπαία* planta Diosc.

κιρραῖος οἶνος pro *κιρρός*, schol. Nic. ther. 519 ad explicandum *κιρράδος οἴνης*.

κοιλαῖος = *κοῖλος* Gal.

κολουραῖος. Call. fr. 66 *ἐν μὲν γὰρ Τροιζῆνι κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ θῆκε σὺν ἀρπίδεσσι*, sc. Aegeus gladium filio destinatum. Hunc locum spectant glossae ap. Tzetz. ad Lyc. 494 *ὑπὸ κοίλην πέτραν*, Suid. *κολουραία πέτρα· κοίλη, κεκαμμένη, ἢ στρογγύλη, παρὰ Καλλιμάχῳ*. Hesych.: *κολουρέη. κολοβή. νεωτάτη. κολουρίᾳ· τῇ ἀποτομίᾳ. Κόλουρος* proprie significat cauda orbatus, tum omnino truncatus, mutilus.

Quid Callimachus derivato significare voluerit, obscurum est; fortasse rupem angulis carentem, retusam eamque ob rem volubilem. An forte abruptam?

δίκραιος cum derivatis *δικραιόω δικραιότης* ab Hippocrate usurpatur pro att. *δίκροος δίκρος*. Dubitari non potest quin *δίκραιος* ionica tantum forma sit attici illius *δίκροος δίκρος*. *Δίκροος* autem a veteribus plerumque ad *κέρας* revocabatur (varias illorum sententias v. ap. EM 276, 21 sq.), sic etiam a Benfeyio II, 174 (a *κεραία* derivatum *δίκραιος* putat Passow. in lex.), ad *κρόω* revocat Lob. Phryn. p. 233, ad *κάρα*, rad. *καρ* Fritsch, de vocal. Gr. hyphaer. Stud. VI, 105 (qui quum adhibet Hdn. II, 385 *δίκρον καὶ δίκροον τὸ δίκρανον*, fallitur his verbis Herodiani de veriloquio sententiam contineri putans. Posteriores enim pro *δίκροος* dicere solitos esse *δίκρανος* intelligas ex Phrynicho p. 233: *δίκρανον: τοῦτο οἱ ἀρχαῖοι δικροῦν καλοῦσιν*. Sic etiam Hesychius explicat: *δίκροον. δισχιδῆ ἢ δίκρανον*). Sed ex *κέρας* vel *κάρα* derivari potuit *δίκραιος*, non potuit *δίκροος*. Immo hoc conjunctissimum videtur cum *δίπλοος*. De vocabulis in -*πλοῦς* eorumque cognatis egit J. Schmidt KZ 16, 430 sq. Atque huic quidem *ἁπλός ἁπλοῦς* (quod ex *ἁπλο-jος* natum putat, quum Fick II[3] 670, L. Meyer KZ VII, 212 al. formam primitivam *ἁπλοϝος* fuisse existiment) *διπλός, simplus, duplus, δίπλαξ* (= *διπλ(ο)-ακ*), *διπλά-διος, διπλάσιος* (= *δι-πλα-τjος*), got. *tveifls* sive descendere videntur a rad *par* (scr. *ekapara* cet.), sive cum scr. *kāla* cohaerere; ab his secernit got. -*falþs* (*einfalþ* cet.), lit. *vēną kàrtą, dù kartù*, quae ad scr. *kar* facere revocat. Sed ego non intelligo, cur non omnia haec vocabula ab una radice pullulasse statuamus, praesertim quum *κ* in *δίκροος* egregie congruat cum lit. *dù kartù*. In ipsa lingua Graeca saepius inter se mutari *π* et *κ* notum est, cui rei praeter illa *πως* et *κως*, *ἵππος ἴκκος* testimonio sunt vocabula in -*πολος* et *κολος*: *βουκόλος, αἰπόλος, θεηκόλος* voc. Eleum, *θεηπολέω*, quae ab eadem radice repetenda esse apparet. Plane eadem autem est significatio latini *colo* (deum et agrum), *incola, inquilinus*; quumque eiusdem originis videatur etiam phylae Atticae nomen *Αἰγικορεῖς*, omnes has voces ab una radice *kar*, quae in sanscritica lingua sonat *car* et significat moveri, ambulare, versari, propagatas

esse recte me judice censuerunt Benfey KZ VIII, 90, Froehde, Beitr. zur lat. etymol. p. XIII, Pott. EF I, 227, Curtius Et.[3] 429. Eadem consonae ambiguitas in *δίκροος δίπλοος* est, ut haec ab una radice pullulare existimem, et haud scio an ab eadem radice *kar* unde illa fluxerint, ut a pedum motu discessu et quasi hiatu derivata sit notio duplicis. Cf. theod. vet. *einstuodel* simplex Notk. Boeth. 214, a *stân* derivatum, *eintrafti* simplex Kero 48, quod Grimm Gr. II, 952 ad *traben* revocat. Ab illa igitur radice duae formae fluxerunt, *δι-πλο* et *δι-κρο*. Ex *διπλο* derivata sunt (*διπλα-jος*, hinc) *διπλάδιος* (Curt. Et.[3] 578) et (*διπλο-jος*, hinc) *δίπλοος*: ex *δικρο δικρα-ῖος* et *δίκρο-(j)ος*. (Fortasse ab eadem radice etiam *δίκελλα* descendit, = *δι-κελ-jα*, cf. *δισσός* ex *διχ-jος*, *dubius* = *dvi-b-ius;* sed cf. de hoc vocabulo Grassm. KZ XI, 28, L. Meyer KZ VIII, 140. 141. Ahrens ibid. 353 sq., Legerlotz ibid. 395 sq.).

κρουναῖος, ὕδωρ. Arist.

λακκαῖος, ὕδωρ Anaxil. ap. Ath. 3, 124 F. (a *λάκκος* cisterna).

λαριναῖον κύρτον· οἱ ἁλιεῖς τὸν ἐκ λευκέας, ἢ μέγαν. Amplificatio videtur esse vocabuli *λαρινός*, quod de bovibus plerumque pinguibus dicebatur; Ar. Av. 465 *μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος τι.* Cf. Kock ad l. Quae propria vocabuli significatio fuerit, incertum est, fortasse crassus, densus.

ληναῖος Bacchi cognomen ap. Diod. Orph. — *Τὰ λήναια* solemnia Attica, Ar., *λήναιον* locus his solemnibus destinatus Ar. Dem. Plat. *Ληναιών* mensis nomen apud Iones et Athenienses, jam apud Hesiodum op. 504 invenitur (quod quomodo explicandum sit apud poetam Boeotium, quum Boeoti hunc mensem vocarint *Βουκάτιον*, dissentiunt viri docti: cf. Göttl. ad eum l. et Schoem. in praef. editionis suae p. 50). — *ἐπιλήναιος* quod ad Lenaea pertinet Max. Tyr.

[*λιναῖος* lexicis eximendum esse vidimus supra p. 44].

μεδιμναῖον· μέτρον μοδίου Hesych.

[*μεθυμναῖος*. De hoc vocabulo v. infra § 78].

μεσαῖος. Athen. III, 95 A: *Ἀντιφάνης ἐν Γάμοις· „Ἐκτεμὼν χορδῆς μεσαῖον“.* i. e. e farcimine medio partem exsecans. Schweigh. ad l.: „Licet in lexicis vocabulum *μεσαῖος* vix reperias, tamen comparativus *μεσαίτερος* et superl. *μεσαίτατος* haud obscure positivum *μεσαῖος* declarant. Ad *μεσαῖον* intel-

lige *μέρος*, ut solet in talibus". Comparativos et superlativos *ἡσυχαίτερος, μεσαίτερος, ἰδιαίτερος* cet. Hartelius (Zsch. f. öst. gymn. 1871, p. 606 sq.) a locativis in *αι* ductos esse censet, quae sententia jure rejicitur a Fritschio de voc. gr. hyphaer. Stud. VI, 135 anm. 7. Is Buttmannum Ausf. Gr. 1[2] p. 260*) secutus ut Schweigh. hos comparativos et superlativos ab adjectivis in *αιος* ductos censet, eodem modo formatos quo *γεραίτερος, παλαίτερος,* i. e. *ο* vocali elisa. Ceterum cave unicuique horum comparativorum et superlativorum adjectivum in *αιος* quod revera in usu fuerit subesse putes; recte enim Buttmannus l. l.: „Uebrigens lassen sich z. b. die formen *ἡσυχαίτερος ἰσαίτερος* auch von den seltneren nebenformen *ἥσυχαῖος ἰσαῖος* nach text 4 ableiten, die dann der gebrauch nun vorzugsweise bei dem andern positiv beibehielt, und so ist es begreiflich, dass nach einer dunkel gefühlten analogie und durch streben nach wolgefälligem wechsel der töne dieselbe form sich auch zu andern adjectiven gesellte, welche keine solche nebenform hatten". Cf. quod idem de magna in his aliisve formis usurpandis licentia ait l. l. n. 6.

νησαῖος Eur.

ὁδαῖος Ἑρμῆς· ὁ ἐνόδιος Phot. *τὰ ὁδαῖα* merces H. cf. supra p. 33.

νωταῖος Nic. ther. 317. Cf. Lob. Parerg. ad Phr. p. 557.

ὀρειαῖος = *ὄρειος* (*ὁδοί*) Nic. Chon.

ὀρφναῖος Hom. v. supra p. 153.

[*παλαμναῖος* v. infra § 78].

[*πεδιαῖος* pellendum est e lexicis Graecis. Qui *τὸ πεδίον* incolunt, ab Herodoto 1, 59 vocantur *οἱ ἐκ τοῦ πεδίου,* a posteris *Πεδιεῖς,* Plut. Them. 14. Diog. La. 1, 58. Steph. Byz.: *πεδίον· τόπος πλατὺς καὶ ὁμαλός. τὸ ἐθνικὸν Πεδιεύς.* Apud Plutarchum praec. ger. reip. 805 *πεδιαίων,* quod in codicibus non nullis est, mutandum est in *πεδιέων*].

πελλαιόν φαιόν, καὶ Μακεδονικόν Hesych., confundens ethnicum cum adjectivo *πελλαῖος* amplificatione simplicioris *πέλλος* vel *πελλός* (de accentu enim non constat), quod et ipsum explicatur *φαιός,* servatum ap. Aristot. Theocr., quum et Hippocrates Galeno, Sophocles Erotiano teste eo usi sint. Quanquam potest sane *πελλαῖος* etiam a stirpe in *α* desinente

descendere, cf. πελλᾶς ὁ γέρων ἐπὶ σκώμματος Arc. 22, 2 et πέλλας, πέλλητος πρεσβύτης Hesych. Dubium enim non est, senem sic vocatum esse propter canos capillos. Sed verisimilius est πελλαῖος quoniam significatum primigenium retinuit non a derivato πελλᾶς sed a primitivo πελλός ductum esse. Ceterum πελλός ex πελjος natum, et cognatum cum πελιός πελιδνός πολιός, lat. *palleo, pallidus, pullus,* theod. vet. *falo.* Curt. Et. n. 352.

πελιδναῖος = πελιδνός Nonn. Dion. 4, 371.

πηλαῖος luteus Man. ἰχθύες Paus.

Πρασαῖος nom. propr. ranae in Batr.

ῥουσσαῖος? cf. supra p. 45.

Σευτλαῖος nom. propr. ranae in Batr.

[σησαμαῖος a σησάμη cf. p. 160 sq.].

σκοταῖος a σκότος (decl. II., quam vocabulum semper sequitur apud Homerum, plerumque apud Atticos) derivatum, egregium est testimonium, quae sit in vocabulis formandis vis analogiae. E bonae aetatis scriptoribus enim a solo Xenophonte usurpatur (An. 4, 1, 5. 10. Hist. gr. 4, 5, 18. Cyr. 7, 1, 45), et ita tantum ut eum significet, qui sub vesperum aliquid facit, ut ad analogiam illorum, δευτεραῖος, προτεραῖος cet. formatum esse intelligas. Apud posteriores demum, Diod. Dion. Hal. Plut. idem significat quod σκότιος vel σκοτεινός.

[σταδιαία μάχη ap. Ios. Luc. Poll., a σταδία, v. supra p. 170. — Suffixo ιαιο formata videntur σταδιαῖος stadii mensuram aequans, cum compositis ἡμισταδιαῖος πενταστ αδιαῖος].

τριταῖος pro τρίτος Eur. Cf. supra p. 162.

χερσαῖος ab ἡ χέρσος derivatum, Hdt. Att.

χορταῖος vocabatur tunica hirsuta, qualem Sileni in ludis satyricis gestabant, quae etiam ἀμφίμαλλος χιτών appellabatur. Poll. 4, 118. D. Hal. A. R. 7, 72. Eust. p. 1166, 53. Vocabulum quin a χόρτος derivatum sit, dubium esse non potest, sed de propria significatione admodum ambigitur. Ea de re accurate ut solet egit Wieselerus, das Satyrspiel, p. 93, cui tamen nequeo adstipulari, quum dicat: „χορταῖος χιτών ist ein chiton, der für den viehhof oder besser für den weideplatz im freien, für den aufenthalt im walde oder auf dem lande passt, wie ἀγοραῖος χιτών ein chiton, welchen man auf dem

markte trug". Quid enim Silenis cum pascuis vel stabulis rei? Et sunt praeterea, quae displiceant in Wieseleri dissertatione. Mihi recta videtur Casauboni, Scaligeri, Stephani, Welckeri sententia, ita tamen, ut non ex foeno, sed ex gramine omnique genere frondis viridis hanc tunicam primitus contexi solitam existimem, ut apud nos in ludis illis popularibus, quae ineunte aestate fiunt, homo frondibus involutus aestatis personam agit. Videtur enim mihi hoc pusillum aliquod vestigium, eundem morem aestatem salutandi hiememque expellendi qui apud nos viget, Graecis quoque pridem usitatum fuisse. Ea de re alio loco fuisus disseram.

„χωραφιαῖος, ἀγρὸς ap. Herodian. Epim. p. 152, non adjectivum esse videtur, sed error librarii pro χωράφιον, quod per ἀγρός interpretatus est grammaticus". G. Dind. — χωράφιον est vocabulum aetatis multo quam Theophrastus inferioris, quantum quidem nunc scimus. Reperitur enim praeter Thphr. fr. 12, 7, p. 828 non nisi apud infimos, Leon. tact., Nil. epist. G. D. Basil. Const. et Leon. Prochir. et in scholiis.

ἡμιωβολιαῖος Ar. incertum, utrum suffixo αιο an ιαιο derivatum sit ab ἡμιωβόλιον.

ὑπωμαῖος πούς Arat.

69. Variae sunt virorum doctorum sententiae explicare studentium, quomodo ex stirpibus in ο desinentibus addito suffixo ιο nasci potuerint derivata in αιος. Quod simplicissime explicat Gustavus Meyer KZ XXII, p. 494: „Auch ὁδαῖος von ὁδός macht noch keine schwierigkeit: es hat den alten auslaut des stammes bewahrt, wie auch in der composition dies einige stämme getan haben". Sed demonstrare debebat, quibus causis factum sit, ut in hisce nominibus servaretur vetus α, in aliis elideretur, ut in ἄγριος, δήμιος, in aliis mutaretur in ε (δούλε-ιος, ἵππε-ιος), in aliis in ο (πο-ῖος, ὁμο-ῖος). Mihi illa sententia parum probabilis videtur. Multo magis verisimile, quod Bühlerus „Das Secundärsuffix ΤΗΣ" p. 39 haec de quibus agimus nomina a femininis prototyporum formis derivata putat, ut ἐρημαῖος non ab ἔρημος, sed ab ἐρήμη. Quod saepius factum esse ipsi supra vidimus, quum μελαιναίη non possit non ex μέλαινα natum esse, ὀρφναῖος non ex ipso ὀρφνός ductum intellexerimus, sed ex ὀρφνή ὀρφναίη, et postea demum mascu-

linum *ὀρφναῖος* usurpatum, similiter etiam illa temporalia nata: *δευτεραῖος, ὑστεραία, προτεραία* al. Cf. etiam *ἐρυθραῖος, σταδιαῖος*. Neque nullo huic sententiae auxilio sunt quae ab adverbiis ducta videntur. Nam illorum adverbiorum pleraque stirpium in *ο* casus sive neutrius generis esse sive feminini constat, et haud scio an feminini plura. Itaque, ut *εἰκαῖος* ex *εἰκῇ*, *ἐξαπιναῖος* ex *ἐξαπίνης*, sic non incredibile est, *ἡσυχαῖος* non ab *ἥσυχος* sed ab *ἡσυχῇ* derivatum esse. Hac igitur ratione etiam alia possunt a femininis adjectivorum formis descendere. Quamquam omnium hanc originem fuisse nego eam maxime ob causam, quod pleraque prototypa carent forma feminina. Sed etiam si non omnium singulorum nominum, tamen omnis huius formandi generis illam fuisse originem non incredibile est, modo ne abstractam semper significationem illis femininis prototyporum fuisse Bühlero concedamus. Ea condicione accipio quod de posterioribus huius terminationis fatis dicit: „Da nun das femininum der adjectiva später immer mehr die abstractbedeutung einbüsste und andere bildungen, besonders *ια*, dafür eintraten [sive quod multa adjectiva, quae prius *τριγενῆ* fuerant, postea formam femininam omiserunt, cf. Kühner. Ausf. gr. 412, La Roche in Zsch. f. öst. Gymn. 27, p. 801 sqq.], standen die formen auf *αιος* allein, die art und weise ihrer bildung ging dem sprachbewustsein verloren und *αιος* trat als selbständiges suffix an verschiedene themen". Memorabile est etiam hoc, quod Aly p. 15 adnotat, complura et ea vetustiora id genus derivat ain *αιος* descendere a femininis in *ος*, ut *ὁδαῖος, ληναῖος, χερσαῖος*. Denique in non nullis quae a nominibus compositis derivata sunt, ad terminationem *αιος* ponendam permoti esse videntur ea re, quod posterior compositi pars a substantivo primae declinationis ducta erat, velut *ἐφήβαιον* ex *ἔφηβος*, i. e. *ἐφ' ἥβην γενόμενος, κολουραῖος* ex *κόλουρος* i. e. *κόλον οὐρὰν ἔχων*.

2. Nomina in *αιος* quae videntur verbalia.

70. Jam satis antiquo igitur tempore ad quaevis secundae declinationis nomina terminatio *αιος* affigebatur. Atque maxime quidem Iones hoc derivationis genus adamabant, saepe nullo significationis discrimine inter primitiva et derivata, quanquam

veteres minus illa derivatione usi sunt quam recentiores poetae maxime Iadem affectantes. Ea de re jam supra diximus, quum de paragoge Ionica ageremus. Et in uno maxime vocabulorum genere illa paragoge ionica jam perantiquis temporibus usitata erat, quod adhuc plane non vidisse videntur viri docti, in nominibus verbalibus sive agentem sive rem actam significantibus. Solent enim vocabula eius generis ut *ἀμοιβαῖος, βολαῖος, κλοπαῖος, πομπαῖος* al. revocari ad substantiva abstracta in *η* *ἀμοιβή, βολή, κλοπή, πομπή*, quasi significarent, quod ad *ἀμοιβήν, κλοπήν* etc. pertinet. Sed hoc plane falsum est. Nam quanquam nonnulla horum vocabulorum a femininis derivata esse constat, ut *τροπαῖον* videtur esse *τὸ ἐπὶ τροπῇ σταθέν* (supra p. 162), *δομαῖος* lapis ad *δομήν* necessarius (p. 142), *νομαῖον* pascuale a *νομή* derivatum (p. 148), quae vocabula jam supra in eorum numero posuimus quae a nominibus primae declinationis pullulant, tamen pleraque non aliam habent significationem nisi aut activam aut passivam, itaque haec per paragogen ionicam a simplicibus verbalibus idem significantibus derivata esse apparet. Ut *πομπαῖος* plane idem significat atque *πομπός, πομπεύς, πόμπιμος; τομαῖος* est sectus, caesus, i. q. *τεμνόμενος* vel *τμηθείς*, eadem significatione qua -*τομος* in *ἀντίτομος* etc., *δρομαῖος* = *τρέχων, κλοπαῖος* = *κλαπείς*. Et quum multorum hac ratione formatorum primitiva in -*ος* vel omnino non exstent, vel non exstent nisi in fine compositorum (ut *ἀμοιβαῖος χρυσάμοιβος, βολαῖος ἐλαφηβόλος ἑκηβόλος, δοχαῖος διάδοχος, δρομαῖος περίδρομος* al.), intelligitur, haec vocabula in *αιος* terminata jam admodum prisco tempore tam nihil a primitivis verbalibus in *ο* significatione diversa fuisse, ut Graecis ipsa verbalia esse viderentur, et terminatione *αιος* ex ipso verbo derivarentur nomina activae vel passivae notionis, etiamsi simplex huius significationis in *ος* desinens non existebat. Forma tamen servabatur denominativorum non solum terminatione sed etiam ea stirpis mutatione quae in simplicibus verbalibus fieri solet, ut a st. *βαλ δραμ στρεφ τεμ ἀμειβ* non *βαλαῖος* vel *βαλλαῖος δραμαῖος, στρεφαῖος, τεμαῖος* vel *τεμναῖος, ἀμειβαῖος*, sed *δρομαῖος στροφαῖος τομαῖος ἀμοιβαῖος* descenderent. Hac ratione ex secundario suffixo *αιος* quodam modo primarium

factum est. Sed talia alias quoque facta sunt. Ut nos Germani terminatione *-er* utimur ad nomina agentis ex verbis derivanda: *schreiber, gründer, aufpasser* etc. Sed hoc suffixum proprie secundarium est: a Gotis non usurpabatur nisi ad denominativa a concretis derivanda et eum significandum qui illam rem curat (*bok-areis, mot-areis, vull-areis,* Leo Meyer Got. Spr. § 273): a Germanis medii aevi magis magisque nullo fere significationis discrimine facto nominibus agentis affigebatur (*scrîbo scrîbari, helfo helfari, abanemo, abanemari*): mox pro suffixo primario habitum et ad nomina agentis ex ipsis verbis ducenda adhibitum est (*wîhari, irlôsari, rihtari.* Cf. Zimmer. p. 178). „Im altindischen findet sich sogar eine participielle bildung, die ganz deutlich nicht unabgeleitet sondern abgeleitet ist, nämlich die mit zu grunde liegendem passiven participium und dem suffixe *vant,* wie *uktávant* „gesprochen habend' (Benf. vollst. Gr. § 893), das von dem passiven *ukta* „gesprochen' ausgieng, und zunächst nur bedeuten wird: mit dem gesprochenen versehen". Leo Meyer in Beitr. zur Kunde der idg. spr. hsg. v. Bezzenberger I, 27. Et in ipsa lingua Graeca idem vir doctus eodem loco docet nomina in ευς, quae a verbis pullulare videntur, a nominibus derivata esse. Ut enim cetera nomina in ευς a nominibus sint ducta, ut τραπεζεύς, ἁλιεύς, χαλκεύς, sic etiam νομεύς et τοκεύς. „Das also abgeleitete homerische νομῆϝ wird zunächst auf das nominale νομή oder männl. νομός weide, welches letztere auch bei Homer selbst vorkommt, zurückzuführen sein, und den bezeichnen, der mit der weide zu tun hat". Sed etiam alia suffixa hac ratione mutaverunt significationem. Ut suffixo *ιο* secundario formata sunt verbalia *βούλιος, τόμιος, φθόριος, κρύφιος, βρόμιος, γόνιος, ζύγιος, θούριος, καθάριος, κλόπιος, λάλιος, λόγιος, λόχιος, μονιός, μόριος, νότιος, πλάνιος, πλόκιος* al., et composita *διατρύγιος, ἀκηράσιος, ἀμβρόσιος, ἱππηλάσιος, κερτόμιος, οἰκούριος, ἐκπάτιος, πτολιπόρθιος* al. His proxime accedunt quae in *-τικός* desinunt a verbis derivata, cf. Budenz, Das suffix *ΚΟΣ*, p. 37 sq., quae mihi maximam partem non ad nomina actionis, ut putat Bud. p. 44, sed ad nomina agentis in τος vel της vel τις revocanda videntur (quanquam in his terminatione κος addita paulo magis mutatur significatio primitivi quam in illis quae suffixum *ιο* adjungunt). Deinde eadem fere

ratio est vocum in -ιμος et -σιμος saepe plane eadem significatione usurpatarum qua vocabula in αιος ab eodem prototypo derivata, ut νόμιμα νόμαια; qua de re infra accuratius agam § 78. Omnium maxime autem cum nominibus verbalibus in αιος congruunt vocabula in -ας et adverbia in -αδην, αδον, quae et formatione et significatione illorum quasi couterina sunt; cf. ἀμοιβαῖος ἀμοιβάς ἀμοιβαδόν, δρομαῖος δρομάς δρομάδην, κοιλαῖος κοιλάς, λογαῖος λογάς λογάδην, ὁλκαῖος ὁλκάς al. De horum formatione cf. Curt. Et.[4] 612 sq. 625. 633. — E contrario aliud vocabulorum genus jam supra vidimus speciem habere verbalium, revera esse denominativa. Dico substantiva in -ωμα, -ημα, -ευμα etc. et adjectiva in -ωτος, -ευτος etc., a poetis persaepe ad sermonem amplificandum formata, quae formam habent derivatorum a verbis in οω, ευω etc., sed significationem non aliam quam substantiva ea, ab quibus illa ipsa verba descenderunt, et saepe carent omnino verbis ad quae revocari possint, quum e. gr. ἀετόω, δρομέω, κεγχρόω, παθέω, πεπλόω, πλευρόω nunquam exstiterint. Cf. supra p. 106 sq.

Iam vero, priusquam ipsa nomina in αιος a verbis derivata enumeremus, de alia quadam re monendum est. Pleraque enim id genus vocabula repetuntur a verbis primitivis, ut ἀμοιβαῖος, βολαῖος, κλοπαῖος, στροφαῖος. Sed cave omnia quae hanc formam habent, revera a primitivis illis ducta putes. Etenim etiam a verbis derivatis ducuntur nomina, ea tamen forma, quasi a primitivis descendant. Ut τὰ νόμαια non a νέμω pullulat, sed a νομίζω, λοχαῖος a λοχεύω. Atque eadem sors est etiam nominum in -άς, -ιος, -ιμος, (ut μαιάς a μαιεύομαι, βούλιος a βουλεύω, λάλιος a λαλέω, δόκιμος a δοκέω, νόμιμος a νομίζω al.) et compositorum partium posteriorum in ος et ης desinentium. Quod adhuc non perspexisse videntur viri docti qui de compositis egerunt. Nam si qui eam rem attigerunt (plerique enim plane tacent), haec compositorum membra posteriora non a verbis derivatis, sed ab ipsis primitivis, unde derivata illa fluxerint, profecta esse censent. Ita e. gr. Döderlinus in Gloss. Hom. n. 638 de compositis in -πορος agens: „in den compositis, inquit, ist πόρος meist in πείρων aufzulösen. — Oft νηῦς ποντοπόρος oder ὠκυπόρος, und Od. V, 277 ποντοπορευέμεναι, wie κύματα πείρειν. — Il,

XXIV, 375 *ὅς μοι τοιόνδ᾽ ἧκεν ὁδοιπόρον*, d. h. *ὁδὸν πείροντα*". Et G. Meyerus Stud. V, 100 *μελίγδουπος* ad rad. *γδυπ*, *ἀερόφοιτος* et *τεκνοποιός* ad *φιτ* et *πι* revocat. Eademque sententia esse videtur Clemmii de comp. Graec. q. a verbis inc. p. 63, cf. p. 12, et ipsius Boppii Vgl. Gr. § 257 sq. 913. 914 sq. Ego vero non dubito huius generis composita a verbis derivatis repetere (in eaque sententia adjutorem habere mihi videor Buttmannum Ausf. gr. Sprl. § 121, anm. 10), sed simplicium in *ος* et *ης* quae a primitivis tantum derivantur, formationem Graecos in compositorum quoque quae a derivatis repetebant partibus posterioribus, neque minus in illis in *ιος ιμος αιος* secutos esse existimo. Non ab ipsis enim radicibus haec vocabula deducta esse, accurate demonstrari potest.

Quippe ex mea quidem sententia qui illa composita fingebant veteres poetae epici lyrici dramatici posteriorem partem a verbo prototypo derivare non poterant nisi aut illud verbum prototypon ipsum eorum tempore non modo usitatum erat, sed etiam eandem habebat significationem, quam nomini verbali in compositi fine ponendo tribuere volebant, aut, si ipsum illud verbum non supererat, tamen ex antiquiore tempore traditus erat compositorum in nomen verbale ab illo petitum desinentium numerus, quae veterem formam et significationem retinuissent. Itaque dubitatione libera sunt composita in -*φονος* (*ἀνδροφόνος*, *μιαιφόνος*, *παιδοφόνος* al.), -*εργος* et -*εργης* (*ἀεργός*, *δημιοεργός*, *ἐντεσιεργός*, *εὐεργός εὐεργής* al.), -*γηθης* (*πολυγηθής*, *μελιγαθής*, *πλουτογαθής*, *φιλογαθής*), -*τορος* (*ῥινοτόρος χαλκοτόρος*, *διάτορος*), -*μυκος* (*ἐρίμυκος*), -*βρυχος* (*ἐρίβρυχος*), -*αλφης* (*τιμαλφής τιμαλφεῖν*), -*αλκης* (*ἑτεραλκής*), -*ουρος*, -*ορος*, -*ωρος* (*ἐπίουρος*, *πυλαωρός*, *ὁδουρός*, *τιμάορος* cet.); nam etiamsi usitatiora sunt derivata *φονεύω*, *ἐργάζω*, *γηθέω*, *τορέω* sive *τετραίνω*, *μυκάομαι*, *βρυχάομαι*, *ἀλφάνω*, *ἀλέξω*, *ὁράω*, tamen primitivorum exstant *πέφνον πέφαται*, *ἦλφον*, *ἔοργα ἐώργει ἔρξαι*, *ἀλαλκεῖν*, *γέγηθα*, *ἔμυκον μέμυκα*, *ἔτορε*, *ὄρονται ὄροντο*, *βέβρυχα*. Aliorum desunt quidem primitiva, sed tantus jam apud Homerum est numerus compositorum sic desinentium, ut ex antiquiore tempore haec composita tradita esse appareat, et ex ipsis primitivis pridem originem cepisse veri simile sit. Cuius generis sunt composita

in -βόρος, -βότος, -κόλος, -πόλος, quae quidem jam apud Homerum exstant. Sed quae a posterioribus ficta sunt πρόπολος, πρόςπολος, ἐπίπολος, περίπολος, quum significationem habeant non primitivo πέλομαι, sed derivatis πολέω vel πολεύω propriam, fingentium animis obversata esse haec verba, non verbum πέλομαι apparet; quid autem hoc est nisi repetere composita ab illis verbis? tamen formam eam adhibebant, quasi ab ipso πέλομαι repeterent. Atque idem factum est in plerisque compositis in -πορος desinentibus. Quorum longe maxima pars significationem habet a primitivo πείρω plane alienam, congruentem cum significatione derivatorum περᾶν et πορεύειν, quae tantum distat a primitivi significatione, ut dubium non esse possit, vocabulumne aliquod ab hoc an ab illis sit derivatum. Itaque ἀκροπόρος quidem et ποντοπόρος a πείρω derivari possunt, sed ὠκύπορος εὐθύπορος, εὔπορος, ναυπόρος significare non possunt nisi celeriter, directe, bene, navibus vehens vel tendens, itaque ad περάω vel πορεύομαι revocanda sunt. Plane alienum a primitivo πείρω est ἔμπορος vector, qui in nave aliena vehitur hospes, ὁ ἐν νηῒ πορευόμενος, et λαοπόρος (λαοπόροις μαχαναῖς Aesch. Pers. 113) i. e. τὸν λαὸν πορεύων vel πορίζων. Multo etiam gravius pro sententia mea testimonium dicunt composita in -ηγορος: κακήγορος, δημήγορος, δυσπαρήγορος, κατήγορος, μεγαλήγορος, sexcenta alia. Haec non ab ἀγείρω sed ab ἀγοράομαι vel ἀγορεύω repetita esse patet. Nam ἀγείρω nihil est nisi colligere, congregare; hinc ἀγορά collectio, contio, contionis locus: forum. Inde derivatum ἀγοράομαι vel ἀγορεύω significatione a primitivo plane diversa: in contione, in foro loqui, deinde omnino loqui, dicere: plane eadem ratione ab ἀγορά deductum ut latinum contionari a contio. Longe plerisque autem compositis in -ηγορος verborum ἀγοράομαι et ἀγορεύω significatio una convenit.

Jam quum etiam si ipsum primitivum adhuc exstat, tamen composita a derivatis repetita deprehenderimus, multo majore fiducia id factum esse censebimus, ubi verbum primitivum penitus periit, et maxime quidem eas partes posteriores sic fictas esse putabimus, quae raro tantum neque fere nisi apud scriptores Homero posteriores inveniuntur, ita ut ex antiquiore aetate ea

tradita, vel ad antiqniorum nobis non servatorum compositorum analogiam formata esse veri non sit simile.

Sed haec ipsa composita in lexicis grammaticisque ita solent explicari, ut pars posterior non sit nomen verbale ad ipsum hunc finem a verbo repetitum, sed nomen simplex suique juris ad componendum adhibitum, itaque παλίρροθος, ζείδωρος, λιγύφωνος, πάναγρος, τεκνόποινος, οὐρανόνικος, περίοικος, πάντολμος al. non a ῥοθέω, δωρέω, φωνέω, ἀγρεῖν, ποινᾶσθαι, νικᾶν, οἰκεῖν, τολμᾶν petita sint, sed a ῥόθος, δῶρον, φωνή, ἄγρα, ποινή, νίκη, οἶκος, τόλμα. Quae quidem quaestio quum difficillima sit, quod supra jam diximus p. 172, tamen, etsi in nonnullis dubitaveris, utram sententiam sequi malis, e plerisque, si posterius membrum a nomine repetitum putes, aegre tantum extorquetur sententia apta, quae facillima est, si posteriorem partem a verbo derivato repetas. Certissimo autem testimonio sunt eae compositorum partes posteriores quae nomen sui juris non habent a latere, praesertim si apud Homerum nondum inveniuntur. Eius generis sunt composita in -ποιος quae non ante Pindarum et Aeschylum inveniuntur, ut ἀνδριαντοποιός, κακοποιός, γελωτοποιός al. Quae quin a verbo ποιέω descendant, nulla potest esse dubitatio. Nam nec verbi primitivi neque nominis, unde -ποιος repetitum esse possit, ne apud Homerum quidem neque apud lexicographum ullum legitur quidquam, et quominus ex antiquiore quodam tempore propagatam et per analogiam posteris traditam putemus formationem, prohibemur eo, quod ante Pindarum eius vestigium nullum invenitur. Itaque non recte Curtius n. 387 composita in -ποιος in jus vocat, ut ποιέω a stirpe quadam ποιο derivatum esse arguat. — Deinde composita in -στερης: ἀργυροστερής, ὀμματοστερής, πατροστερής, βιοστερής, ἡλιοστερής, ὀμματοστερής, et in -κολλος: ποτίκολλος, ἀρτίκολλος, σύγκολλος, χρυσόκολλος; quae ne dedita quidem opera ad alia verba referre possis quam ad στερέω et κολλάω. — Composita in -ορος, praesertim ἔφορος, quod non ab ὄρομαι sed ab ὁράω repetitum prodit π mutatum in φ. — His sexcenta possunt addi, ut comp. in -αης: ἁλιαής, ἀκραής, δυσαής, ζαής al., in -φοιτος: ἡεροφοῖτις, ὁμόφοιτος, νυκτίφοιτος, in -ροφος: αἱματόρροφος, in -δονος ἁλίδονος, οἰστρόδονος, πολύδονος,

in -λοχος βωμολόχος, quod Pherecrates ipse apud Harpocrationem s. v. a λοχᾶν descendere testatur:

> κἄπειτ', ἵνα μὴ πρὸς τοῖς βωμοῖσι πανταχοῦ
> ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα . . .

et permulta alia, sed satis existimo probatum esse, quod posueram, compositorum partes posteriores verbales, etiamsi formam habeant quasi a primitivis ductae sint verbis, tamen a verbis derivatis esse repetitas.

Et quae compositorum, eadem etiam simplicium eorum est condicio, quae suffixo aliquo amplificativo (si hoc vocabulo uti licet) ιο αιο ιμο αδ formata sunt. Quin etiam in ipsum ο desinentia interdum hac ratione formata sunt. Cuius rei certissima sunt testimonia quae a verbis qui vocantur compositis descendunt, velut ἔξαιτος, quod Düntzerus quidem KZ XVI, 3 a nomine nescio quo αἶτος in lingua Graeca nusquam occurrente repetit, sed ab ἐξαιτέω propagatum esse patet (ab ἐξαίρετος certe, quod alii volunt, per syncopen natum esse omnino nequit), ἄπαρνος = ἀπαρνούμενος, ἐπίβουλος, σύμβουλος = ἐπιβουλεύων, συμβουλεύων, ἀπαράσκευος, διασκευή, κατασκευή, παρασκευή ab διασκευάζω, κατασκευάζω, παρασκευάζω al. Nominis autem eius, unde verbum derivatum pullulabat, forma quantopere vocabulorum ab hoc verbo ductorum formam ad se quodammodo adduxerit, luculentissime intellegitur ex vocabulo πρόσκυνες quod significat προςκυνοῦντες (Hippias ap. Ath. VI, 259 ἐκαλοῦντο διὰ τὸ περὶ τὰς θεραπείας εἶναι τῶν ἐπιφανῶν πρόςκυνες καὶ κόλακες), neque nisi a προςκυνέω derivatum esse potest, tamen ita formatum est, quasi ab ipso κύων ductum sit.

Iam singula nomina in αιος quae a verbis ita descendunt, ut simplex aliquod in ος desinens sive revera aliquando usurpatum sive mente tantum fictum amplificent, enumerabo.

71. ἀλθαία Thphr. Diosc. quod vocabulum jam supra p. 173 dubitavimus utrum ab ἀλθήσκω an ab ἄλθομαι derivatum sit.

ἀλκαία cauda, atque si grammaticis fidem habemus, inprimis leonis. Schol. Nic. ther. 122: γράφεται καὶ ἀλκαίην (immo haec optimi libri Π est lectio, deteriores exhibent ὀλκαίην)

καταχρηστικῶς· κυρίως γὰρ ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ἀλκαία καλεῖται, ὅτι δι' αὐτῆς ἑαυτὸν ἐποτρύνει καὶ ἐγείρει εἰς ἀλκήν· „αἰεὶ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι“ (Il. Υ, 171). Schol. Ap. Rh. IV, 1614: *ἀλκαία λέγεται ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς εἰς ἀλκὴν τρέπεσθαι. καὶ ὁ ποιητής· οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν Μαστίεται“* (Il. Υ, 170). *Καλλίμαχος δὲ* (fr. 317) *κακῶς ἐπὶ τῶν μυῶν* (*μυιῶν* cod. Laur.) *τέθεικεν „ἀλκαίας ἀφύσσα“. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλκεῖν, ὅ ἐστι βοηθεῖν, ἡ εἰς ἀλκὴν παρορμῶσα .... κυρίως δὲ ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ἀλκαία λέγεται. ἐν δὲ τῇ κωμικῇ λέξει οὐ μόνον ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ἀλκαία, ἀλλὰ καὶ ἵππου καὶ βοὸς καὶ τῶν ἐμφερῶν, ὅσα ὥσπερ ἀλεξητηρίῳ τῇ οὐρᾷ χρῆται.* Similiter EM s. v. Apparet, veriloquio tantum quod sibi finxerant veteres grammaticos motos esse, ut leonis caudam proprie hoc vocabulo appellari dicerent, veriloquium autem illud quam ineptum sit, nemo non intellegit (tamen et in Thesauro et in Passowii lexico repetitum legas); cf. Lob. Paral. p. 306. Non ab *ἀλκή* repetitum est, sed ab rad. *ἀλκ* quae in *ἄλαλκον, ἀλκάθειν, ἀλέξειν,* ut cauda sic vocata sit, quia muscas aliasque bestiolas defendit, *ἀλεξητήριον* est, ut ait schol. Ap. Rh. Ceterum traditum est vocabulum apud Nic. th. 122. 225. Ap. Rh. 4, 1614, quibus in locis alii libri *ἀλκαίη* alii *ὁλκαίη* habent; cf. quae infra s. v. *ὁλκαῖος* § 73 dicentur. Praeterea Opp. Hal. 5, 264. Ael. h. a. 5, 39. 16, 10.

Eadem significatio activa videtur esse adjectivi

ἀλκαῖος Eur. Hel. 1152: *ἀρετὰς πολέμῳ κτᾶσθε δορὸς ἀλκαίου τε λόγχαις.*

ἀμοιβαῖος ut *ἀμοιβός = ἀμειβόμενος.* Pind. Ol. I, 39 *ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων.* Emped. 68: *Χρόνοιο, ὅ σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλαται ὅρκου.* Hdt. 6, 4: *Τὰ ἀμοιβαῖα τὰ ἀπὸ τῶν Περσέων ἀντιπεμπόμενα βιβλία.* Plato r. p. 3, p. 394 B *Ὅταν τις τὰ ἀμοιβαῖα καταλείπῃ,* de dialogis. Persaepe apud scriptores posteriores. Cf. *χλαῖνα ἀμοιβάς* ap. Hom. Od. ξ 521.

ἀμολγαῖος ap. Leon. Tar. cf. p. 176 sq.

βολαῖος de thynno dictum interpretantur impetuosus, „ut *βολαῖος θύννος* ap. Eust. p. 1404, 52, qui a *βολή* deducit, eod. modo, quo ap. Athen. 7, p. 302 B *ὁρμητικός* esse dicitur“

HSt. Sed βολή nunquam significat impetum. Itaque βολαῖος rectius a βάλλω repetendum videtur, ut significet aut irretitum, jactu retis (βόλῳ) captum, aut, quod magis placet, jaculo vel tridente percussum, nam ut nunc, sic etiam tum jaculis (tridentibus) thynni occidebantur (schol. Ar. Vesp. 1087: *θυννάζοντες· κεντοῦντες, ὡς τοὺς θύννους τοῖς τριόδουσι, μεταφορικῶς.* Suid.: *θυννάζοντες· ἀντὶ τοῦ καταχεντοῦντες, τοὺς γὰρ μεγάλους θύννους τριόδουσιν ἐλάμβανον.* Item Hesych. et Phot. Plin. N. H. IX, 15, 51). Haec videtur esse significatio versus poetae tragici a Plut. V. Lucull. c. 1 et Mor. p. 554 F. allati: *θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διαστροβεῖ,* ut thynnus hasta percussus palpitat.

ἀναβόλαιον, ornamenta mulierum (der aufschlag), quibus pectora et humeri proteguntur. Hieron. in Es. 4, 1. vestis pontificalis apud Athanas.

ἐπιβόλαιον i. q. *ἐπίβλημα* Ezech. 13, 18. 21. Joseph. A. J. 6, 11, 4. Ap. Soph. l. Hom. s. v. *Ἑανός*; Poll. 6, 10.

περιβόλαιον = *περίβλημα,* velamentum, Eur. Plut. Gal.

προβόλαιος. *προβόλαιον δόρυ* Thcr. 24, 123. *ὁ προβόλαιος* de hasta orac. ap. Hdt. 7, 148. Idem esse atque *προβαλλόμενος* patet.

συμβόλαιον. Huius vocabuli variae sunt significationes, quae tamen omnes multo melius conveniunt cum verbo *συμβάλλειν συμβάλλεσθαι* quam cum substantivo *συμβολή.* 1. i. q. *σύμβολον,* nota, signum, indicium unde quis intellegere vel conjicere aliquid possit (quanquam non satis patet, quomodo haec nominis significatio orta sit; fortasse proprie causativa erat). 2. pactum, conventum, *τὸ συμβαλλόμενον* (*συμβάλλεσθαί τι* de aliqua re convenire). Hinc abstractior significatio comercium, e. c. Eur. Ion. 411, quae non potest elici ex *συμβολή* ut pote quod vocabulum nunquam eam sententiam habeat. 3. pecunia credita vel debita, quum *συμβάλλειν* etiam significet pecuniam alicui credere. — Plane diversae sunt vocis *συμβολή* significationes: conjunctio, commissura, junctura, conflictus, congressus, collatio quae fit singulis in commune, collectae.

συμβόλαιος adjectivum semel reperitur Thuc. I, 77, 1 *ἐλασσούμενοι ἐν ταῖς συμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις.* Hoc loco *συμβολαίας δίκας* idem esse quod aliis locis vocatur

δίκαι ἀπὸ συμβόλων, i. e. controversias inter cives diversarum civitatium, quae certo aliquo modo, de quo civitates convenerunt, dirimendae sunt (Harpocr.: *σύμβολα· τὰς συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια.* Cf. Schömann et Meier, Att. Proc. 777 sq., Hermann Alt. I, 116, 10. Schömann Alt. II, 26), inde a Schömanni ea de re curis ab omnibus fere concessum est, ut a Curtio, Classenio Krügero (aliter sentit Boeckh Sthh. p. 529 a: „Ich kann mich aber nicht überreden, dass *ξυμβολαία δίκη* eine *δίκη ἀπὸ ξυμβόλων* sei, sondern muss *ξυμβολαία δίκη*, wie frühere getan haben, für eine *δίκη* über *συμβόλαια* halten, wohin der ausdruck zunächst weist; und so hat es auch der scholiast verstanden, wenn er die worte *ἐν ταῖς συναλλαγματικαῖς χρείαις* zur erklärung anwendet"). Sed falsum est, quod in Passowii lexico eam ob causam *συμβόλαιος* a *σύμβολον* descendere affirmatur. Immo voci *συμβόλαιος* hoc loco eadem est significatio quam neutrius *συμβόλαιον* esse modo vidimus (quamobrem Hesychius explicat *συμβολαίας δίκας τὰς κατὰ συμβόλαιον*). Illud autem significat pactum, *τὸ συμβαλλόμενον*, id, de quo conventum est. Agedum! Quanam de re in his *συμβολαίαις δίκαις* conventum est? Nempe de ipsis *δίκαις*! Hae ipsae igitur sunt *συμβόλαιαι*, de quibus certo aliquo modo ac ratione instituendis conventum est. Itaque hic unum relictum est exemplum feminini generis adjectivi *σύμβόλαιος*, quod neutro genere et notione substantivali saepissime usurpatur. Recte igitur schol. interpretatur: *ἐν ταῖς συναλλαγματικαῖς χρείαις*. Confirmatur interpretatio nostra glossa Hesychii: *Ξυμβολιμαίας δίκας Ἀττικοί, τὰς κατὰ συμβόλαια*, ubi non opus est, ut putat L. Dind. in thes., scribere *συμβολαίας*, quum adjectivorum in *-ιμαιος* plane eadem sit significatio verbalis; cf. infra § 79.

ὑπερβολαῖος. Vocabulum musicorum proprium *νήτην* et *παρανήτην ὑπερβολαίων* vel *ὑπερβολαίαν* dicentium. Cf. Boeckh. de metr. Pind. p. 206 sq. Propria significatio esse videtur superans, *ὑπερβάλλων*. Ceterum illius artis adeo sum imperitus ut non audeam certius quidquam affirmare.

βουλαῖος et a *βουλή* et a *βουλεύομαι* repeti posse, aliisque locis aliam convenire significationem, supra indicavimus p. 140.

72. *δοχαῖος* recipiens. Nic. ther. 618 *σκαφίδεσσι δοχαίαις.* Al. 21 *οἱ δὲ δοχαίην κλείουσι στομάχοιο*, quod antea dixerat *στόμα γαστρός, ἣν οἱ μὲν καρδίαν καλοῦσιν, οἱ δὲ δοχεῖον τῶν ἐντέρων τῆς βρώσεως, λέγει δὲ τὸ κῶλον* Schol. Lob. Paral. 314: „Nicandrum autem, quum stomachum *δοχαίην γαστρός* vocaret Alex. 21, non puto formam substantivi *δοχή* variare, sed partem receptoriam sive receptricem significare voluisse".

δρομαῖος plerumque significat *τρέχων*, ut Soph. Tr. 927 *δρομαία βᾶσα.* Eur. Or. 45 *δεμνίων ἄπο πηδᾷ δρομαῖος.* Ar. Ran. 478: *Ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.* Plura v. in Thes. Sed a *δρόμος* repetitum est Xen. Cyneg. 3, 8 *Ὅσαι δὲ κυνῶν τὰ ἴχνη τὰ μὲν εὐναῖα ἀγνοοῦσι, τὰ δὲ δρομαῖα ταχὺ διατρέχουσιν, οὐκ εἰσι γνήσιαι.*

ἔρραος? cf. p. 18.

θοραῖος. Nic. ther. 586: *ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην.* Schol.: *πηρῖνα: ποτὲ μὲν τὸ ἀγγεῖον τῶν διδύμων, ποτὲ δὲ τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, ἐξ οὗ αἱ προρρεύσεις γίνονται. θοραίην δὲ σπερμαίνουσαν. θορὸς γὰρ τὸ σπέρμα, ὥς φησι καὶ Ὀππιανός. θορός* de semine virili etiam ap Hdt. est, qui etiam *θορή* eadem significatione habet. Itaque *πηρίς* esset vocata *θοραίη* quia semen continet. Sed mihi potius a *θρώσκω, θόρνυμι, θορνύω* videtur vocab. revocandum, quum enim animal salit, et ipsum *αἰδοῖον* salit, vel potius hoc est quod emittit semen, quam significationem activam ipse scholiasta sensit quum interpretatur *σπερμαίνουσαν.* Multo magis autem ut hanc vocis originem statuam moveor cognomine Apollinis apud Lycophr. Al. 351 *τὸν Θοραῖον Πτῷον Ὠρίτην θεόν*, quod quum ex sententia loci significare videtur petulantem, salacem, tum significatione activa uti neque esse deum qui generationi maxime pecorum praeest (Preller I², 207, 1), sed qui ipse generat, docet eiusdem dei cognomen *θοράτης* apud Lacones (Hesych.), quod nomen agentis esse suffixo confirmatur. Cf. Hesych.: *θόρος· βάτης, ἀφροδισιαστής. ὀχεία, ἡ ἔκκρισις τοῦ σπέρματος.* Eadem fere significatio est vocabuli

θουραῖος. Hesych.: *θουραίη· ὀρεκτικῶς ἔχουσα, καταφερής* i. e. proterva, cupida, venerea, quod vocabulum proprie non dici potuisse nisi de mare salace, *θορνυμένῳ* vel *βινητι-*

ῶντι apparet, deinde ad feminam translatum; — et *θουραίην, ἀνδρείαν θρασεῖαν ἰσχυράν.* Etiam hoc a *θρώσκω* derivatum, sed significat eum qui viriliter irruit in hostes, *θουραῖος* = *θοῦρος, θούριος.*

κλοπαῖος vocatur quidquid *κλέπτεται* i. e. aut furto subducitur, ut *πυρὸς πηγὴν κλοπαίαν* Aesch. Prom. 110, *κλοπαίαν λαβών (γυναῖκα)* i. e. *κλέψας* Eur. Alc. 1035, aut furtim, occulte fit, Plat. leg. 11, 934 C *τῶν κλοπαίων τε καὶ βιαίων πάντων τὰς ζημίας,* i. e. sive facinus aliquid clam, sive per vim apertam fit.

κόπαιον = *κόμμα,* frustum. Alciphr. 3, 7. Suid.: *σελάχιον· ἰχθύδιον... Καλλίστρατος δὲ τὸ τοῦ ἰχθύος κόπαιον.* Hesych.: *σελάχιον· κόμμα ἰχθύος.*

κρυφαῖος? v. p. 169.

κυρβαῖος in uno tantum versu cantilenae illius quae Iresione vocatur traditum est: *κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρποι μᾶζα.* Sic omnes vitae Hom. libri; *κυρκαίη — κατὰ δόρπου ἕρπεο* Suid., *πῦρ καίη δ' αἰεί, κατὰ δόρπου ἕρπῃ μᾶζα* Pauw., *ἕρκεα* Ilgen.: totum cum versu, qui deest Herodoto (*νῦν μὲν κριθαίην εὐώπιδα σησαμόεσσαν*) sic constituit Hermannus: *πυρκαϊῇ δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρπεο, μᾶζαν ἔμμεν κριθαίην, εὐώπιδα, σησαμόεσσαν.* At non in mactra panis coquitur, neque *μᾶζα* omnino coquitur, et parum eleganter dictum est imperativo: ignis serpe circa mactram, ut sit massa hordeacea, nam hordeacea jam fuit antequam igni torrebatur. Plane contorta et paene inepta est haec correctio, neque multo melior quam proponit Anton in libello cui inscriptum est: Comparatur mos recens hieme expulsa aestatem cantu salutandi cum similibus veterum moribus, III, Görl. 1841, p. 8: *κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρπεο μᾶζα, Ἔμμεν κριθαίην εὐώπιδα, σησαμόεσσαν.* Priorum interpretum sententias idem ibidem recenset. Mihi versus quem Suidas affert, per se bonus esse, sed in locum translatum esse videtur, qui non est suus, et uterque versus solus spectandus. Atque de *κυρβαίη* adhuc multae et diversae sententiae sunt prolatae. Quod vocabulum quin a *κύρβις* non sit derivatum, nemini dubium esse potest, sed ne a *κορυφή, κορύμβη* quidem descendit. Qui linguae leges noverit, statim intelleget et *κύρβις* et *κυρβαίη* pullulare

ab una eademque radice, quam fuisse oportet *kvarb*. De hac radice quae significat torquere, volvere, involvere, eiusque stirpe agit Fick I, 542. Huc enim pertinet *κύρβις* columna quae verti potest, *κυρβασία* tiara, *κορυφή* cacumen vertex (wirbel), *κρώπιον* falx, *κρωβύλος* schopf, alia, lat. *corbis*, *cucurbita*, got. *hvairban*. Itaque *κυρβαίη μᾶζα* videtur significare massam, quae peragitatur, circumagitur, miscetur, ut nos dicimus, den teig umrühren, ut eadem fere significatio evadat, quae est in Suidae *κυρκαίη*. Nihil mutandum in versus forma qualem vitae Herodoteae codices tradunt multo quam Suidae meliore, cuius imperativus parum consentit cum praecedente opt. *εἴη* et per se ineptus est. Sensus est: semper a mactra proveniat massa bene agitata. Quamquam non nego in ejusmodi carmine populari, cuius multas diversas formas circumferri solitas consentaneum est, eundem versum etiam alia forma esse cantatum, fortasse tam diversa, ut versus apud Suidam sequens, qui in sententiam bene quadrat, etiam ad formam aptus esset. Hic igitur versus ex alio quodam carmine eiusdem sententiae, sed haud mediocriter diversae formae, sumptus esse videtur. — *Κυρβαίη* igitur vocabulum perantiquum et dialecto alicui proprium esse existimo.

λογαῖος Strab. 1, 59: *νῦν μὲν γέφυρά ἐστιν ἡ συνάπτουσα αὐτὴν* (*τὴν πρὸς Συρακούσαις νῆσον*) *πρὸς τὴν ἤπειρον πρότερον δὲ χῶμα, ὥς φησιν Ἴβυκος, λογαίου λίθου, ὃν καλεῖ ἐκλεκτόν*. Legendum esse apparet *οὕτω δὲ καλεῖ τὸν ἐκλεκτόν*. Sic dictum putat Strabo ut *νεηνίαι λογάδες* Hdt. I, 36. *Ἀργείων οἱ χίλιοι λογάδες* Thuc. 5, 67, al. Sed idem significare videtur, quod *λίθοι λογάδες* ap. Paus. 7, 22, 3 *ἐν Φαραῖς δὲ ἐν τῷ ἄλσει βωμὸς λίθων λογάδων ἐστί*, i. e. e lapidibus non quadratis neque alio quodam modo formatis vel dolatis, neque ex lapicidinis allatis sed informibus atque rudibus, ex campis ubi passim jacent collectis (quod Romani vocabant opus incertum, O. Müller, Handb. d. Arch. § 269, 2); Thuc. 4, 4: *καὶ ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο, σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην δὲ φέροντες λίθους, καὶ ξυνετίθεσαν ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι*, cf. id. 4, 31. 6, 66. Hinc Suid.: *Λογάδην, ἐπιλέκτως. Θουκυδίδης δ'. Σιδήρια ..... ξυμβαίνοι. Καὶ λογάδες λίθοι. Ἐκ λογάδων λίθων ἐκτισμένος. τουτέστι, τῶν εὐτελῶν καὶ μικρῶν.* Ab Hesychio *λογάς* explicatur

ἐπίλεκτος, ab EM *ἐκλεκτός*. Quae inter vocabula in *αιος ας αδην* intercedat ratio, supra diximus p. 189.

λοχαῖος vocabulum dubiae significationis. Arat. 1057 *λοχαίη σχῖνος*, quod alii interpretantur densam, magnam (schol.: *βαθεῖα καὶ ὑψηλή, ἀπὸ τοῦ λοχῆσαι δύνασθαι καὶ ἐνεδρεῦσαι ἐν αὐτῇ κρυπτόμενον. οὕτως Ἀπολλινάριος*, quod veriloquium quam inepte sit excogitatum, neminem fugit), alii gignentem, fecundam, ut quae ter per annum fructus ferat; Cyrus in Anth. Pal. XV, 9, 2 in Theodosii imperatoris honorem: *Πάντα μὲν Αἰακίδαο φέρεις ἀριδείκετα ἔργα Νόσφι λοχαίου ἔρωτος* ubi *λοχαῖος* ad rem aliquam vituperatione dignam spectare patet. „*λοχαῖος* Achillis *ἔρως*, amor clandestinus, is esse videtur, cui Achilles apud Lycomedem indulgebat" Jacobs. Ex neutrius loci sententia certius quidquam de vocabuli *λοχαῖος* significatione erui potest. Sed ex Theophrasti duobus locis plus effici posse existimo. Thphr. de caus. pl. III, 21, 5: *Χειμῶνες δὲ ἐπιγινόμενοι πανταχοῦ μὲν χρήσιμοι· ῥιζοῦται γὰρ καὶ καρκινοῦται μᾶλλον, ὥστ' εἰς τὸ ἔαρ σύμμετρον ἀποδίδοται μέγεθος. Μάλιστα δ' ἐν ταῖς ἀγαθαῖς χώραις· τὰ γὰρ νότια καὶ ὅταν εὐδία**) *ταχὺ ἀναδιδόασι καὶ* (cod. Urb. *καὶ τοῦ πρὸς*) *ποιοῦσι λοχαίαν καὶ καρπὸν ἐρυσιβώδη* (Gaza: austrinum enim atque omnino serenum tempus celeriter prodire facit. vitia magna ex parte foetificant aeruginosasque fruges efficiunt. Wimmer: venti enim austrini et si coelum serenum sequatur segetem cito evocant, ita ut facile decumbat et fructus robigine occupentur), et III, 23, 5: *Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ ἀγαθὴ χώρα καὶ χειμώνων δεῖται πολλῶν· ἂν γὰρ εὐδίαι καὶ τὰ νότια ἐνισχύωσι, λοχαίους ποιοῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐρυσιβώδεις. Ὁ δὲ χειμὼν πιλώσας καὶ καρκινώσας τὰς ῥίζας σύμμετρον εἰς τὸ ἔαρ ποιεῖ τὸ μέγεθος ὅλως δὲ καὶ τὴν χώραν ἂν εἰργασμένην λάβῃ ἱκανοί* (Wimmer: In universum autem ager bonus etiam frigore hiemali indiget multo. Si enim dies sereni et venti austrini dominentur, segetes plerumque decumbunt et rubigine occupantur. Frigus vero hiemale etc.). Wimmer igitur *λοχαῖος*

---

*) locum corruptum esse apparet. Legendum videtur fortasse sic: *καὶ μάλιστα ὅταν εὐδία ἐπιγένηται.*

interpretatur decumbens. Sic etiam Schneiderus, et jam veteres grammatici, qui tamen aliam quoque significationem afferunt βαθύς, εὐτραφής. Phot.: λοχαῖος σῖτος· ὁ βαθὺς ἢ ὁ δι' ἐπομβρίαν κεκλιμένος. Hinc emendandus Hesychius: λοχαῖος κλεινόμενος εὔσιτος (l. κλινόμενος σῖτος, M. Schmidt emendat κλινόμενος βαθὺς σῖτος), ἀπὸ τοῦ εὐτροφεῖν. id. λοχίαν· τὴν εὐτραφῆ γῆν, καὶ ἁδροὺς στάχνας ἢ καρπὸν φέρουσαν. id. λοχιά· κρυφαία. γεννᾷ. αὔξει. καὶ ἄρτος τῇ Ἀρτέμιδι γενόμενος. καὶ ἁδροὺς ἀστάχυας ἔχουσα. Sed λοχαῖος illis locis de segete procumbente dictum esse non credo. Iisdem enim causis et λοχαίαν fieri segetem et ἐρυσιβώδη ait. Atqui procumbunt segetes maxime vehementibus imbribus prostratae, δι' ἐπομβρίαν, ut ait Photius: ἐρυσίβην autem Theophrastus vehementi imbre et vento vel prohiberi ait, sed tum maxime gigni, quum ventis tranquillis sole tepescant segetes modo vel imbre leniter stillante vel rore humectatae. hist. pl. VIII, 10, 2: τὰ γὰρ προσήνεμα καὶ μετέωρα οὐκ ἐρυσιβᾷ ἢ ἧττον, ἀλλὰ τὰ ἔγκοιλα καὶ ἄπνοα. caus. pl. III, 22, 2: τὰ δὲ προσήνεμα τῶν χωρίων ἧττον ἐρυσιβοῦνται· διὰ γὰρ τὴν κίνησιν ἀποσείεται καὶ ἀποπίπτει τὸ ὑγρόν. Ἐπεὶ καὶ ὅταν ὕσαντος πνεῦμα ἐπιγένηται καὶ πάλιν ἐπιλαμβάνῃ νὺξ ἧττον· τὸ μὲν γὰρ διέσεισεν ὁ δ' ἥλιος εὐθὺς ἐπιγενόμενος οὐκ ἐποίησε σῆψιν, ἀλλ' ἀνεξηράνθη πρότερον. caus. pl. IV, 14, 3 Ἐρυσίβη δὲ σῆψίς τίς ἐστι τοῦ ἐφισταμένου ὑγροῦ, δι' ὃ πολὺ μὲν ὕσαντος οὐ γίνεται, καταπλύνεται γάρ. Ἐὰν δὲ ψεκάδες ἢ καὶ δρόσοι πλείους γένωνται καὶ ὁ ἥλιος ἐπιλάβῃ καὶ ἄπνοια, τότε σήπεται· δι' ὃ καὶ ἐν τοῖς εὐπνοις καὶ μετεώροις ἧττον, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις καὶ δροσοβόλοις μᾶλλον. Ex his locis intelligitur, quid in illis de quibus quaerimus significent χειμῶνες et νότια. Χειμῶνες enim non frigus hiemale est, ut vertit Wimmerus, sed procellae et vehementes imbres, quales in hieme fieri solent (cf. etiam βίας χειμώνων καὶ πνευμάτων caus. pl. III, 23, 4). His opponitur tempestas vel humida, sed mitis ac tepida, vel serena. Atque imbribus quidem ventisque corroborari ait radices et firma quodam modo fundamenta plantarum substrui, hoc autem miti atque humido aëre celeriter evocari plantas: ταχὺ ἀναδιδόασιν i. e. celeriter crescunt, foliis abundant et luxuriant

(sie gehen ins kraut). Atqui ea frumenti genera, quae densissima sunt foliis calamumque et spicam habent crassos, maxime robigine corripi saepius ipse Theophrastus affirmat: c. pl. III, 22, 1 *τὰ μὴ ἐρυσιβούμενα· ταῦτα δὲ τὰ ἐπικλινῆ τῷ στάχυϊ καὶ μὴ ὀρθά. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἐπικύπτειν συμφέρει τὸν στάχυν ὅπως ἀπορρέῃ καὶ μὴ ἐμμένῃ τὸ ὕδωρ καὶ ἡ δρόσος. Ἐπικλίνουσι δὲ οἱ μακροὶ στάχυες μᾶλλον οἱ δὲ πλατεῖς καὶ βραχεῖς ὀρθότεροι, δι' ὃ καὶ ἐρυσιβοῦνται ταῦτα διυγραινόμενα. Καὶ ὢν ὁ στάχυς ἀπήρτηται πολὺ τῶν φύλλων· ἐν γὰρ τοῖς φύλλοις ἐμμένει μᾶλλον ἡ ὑγρότης ὥστε πλησίον μὲν ὄντος εὐθὺς ἅπτεται, πόρρω δὲ οὐχ ὁμοίως.* Cf. IV, 14, 1 et de foliorum multitudine 2 et 3. Iam si cum his conferas quae Hesychius ait: *ἁδροὺς στάχυας ἢ καρπὸν φέρουσαν — ἁδροὺς ἀστάχυας ἔχουσα*, intelligas, a Theophrasto significari segetem luxuriantem, quod nostrates vocant geile saat. Luxuriantem autem segetem maxime obnoxiam esse ei uredinis generi quod nostrates brand vocant, constat.*) Atqui veri admodum simile est et Graecos voce *ἐρυσίβη*, et Latinos vocabulis *robigo* et *uredo* ambo mala significasse, quae nostrates distinguunt rost et brand vocantes (terminisque latinis recentioribus *robiginem* illam, *uredinem* hanc appellantes. Quanquam ne nunc quidem omnes agricolae haec uredinis genera bene distinguunt). Nunquam enim quod sciam, praeter *ἐρυσίβην* et robiginem aliud eius modi malum commemoratur. Cf. Plin. N. H. XVIII, 68, 275: *Plerique dixere rorem inustum sole acri frugibus robiginis causam esse et carbunculi vitibus, quod ex parte falsum arbitror omnemque uredinem frigore tantum constare, sole innoxio.* Recte quidem describitur robigo (rost) Orph. lith. v. 91, p. 340: *καὶ αἰθερίην ἐρυσίβην, Ἥτε κατουρανόθεν πταμένη, ποτὶ καρπὸν ἐρυθρὰ Ἀμφὶ περὶ σταχύεσσι περισμύχουσα κάθηται*, sed mirum est, et hoc loco et apud Theophr. de fructu tantum robigine tentato esse sermonem, quum eo robigine qui rost vocatur, folia maxime et calami occupentur. Quamobrem a Theophrasto intelligi puto brand, eiusque sententia mihi videtur

*) De hisce rebus mihi licuit liberali consilio uti viri clarissimi Iulii Kühn, agriculturae doctorum qui nunc sunt longe celeberrimi.

esse haec, ut vernaculo utar sermone: *Bei feuchtwarmer windstiller witterung, und wenn nässe mit sonnenschein abwechselt, schiesst die saat ins kraut, wird geil, und wird vom brand befallen.* Iam vero quum luxuriantes segetes facilius quoque decumbant*), factum est ut interpretes, praesertim quum vocabuli radix hanc sententiam videretur commendare, λοχαῖος significare putarent idem quod κλινόμενος.

Ex his quae de vocabuli λοχαῖος apud Theophrastum significatione disputavimus, luce clarius apparet, neque a radice λεχ (quae in ἔλεξα λέκτο καταλέγμενος cet.) vocem descendere, quum propria significatio non sit procumbens, neque a λόχος insidiae λοχάω λοχίζω, perinepta enim est illa opinio, segetem vel lentiscum sic vocatam esse, quod tam densa esset, ut vel locatas sub ea insidias posset occulere. Mihi non ab alia videtur origine duci posse, quam a λοχεύω parere (h. Hom. tragg., de bestiis Aristot.; medium λοχεύομαι de patre ap. Aesch. fr. Niob. 159 D. Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται, sic Hephaest. et Prisc., quum Eust. habeat μνηστεύεται, quod Herm. recepit. Ac de viro quidem praeter hunc locum apud posteriores tantum poetas reperitur). Λοχαῖος igitur est pariens, fetificans, fecundus, fertilis (et lentiscus apte sic vocari potest, quoniam ter per annum fructus parit, id quod eodem loco Aratus dicit); hinc facile oritur significatio luxuriantis, atque hanc vocis sententiam apud Theophrastum esse vidimus, hanc etiam in illo epigr. esse puto, ut Achillis amor non clandestinus, sed luxuriosus vocetur.

Plane diversa sunt vocabula λοχεῖος λοχεῖον, quae etiamsi et ipsa a λοχεύω ducta sunt, tamen alia et formationis ratione et significatione. Significationem enim non habent activam vel passivam, sed id denotant quod cum puerperio conjunctum est, formata autem non sunt ut λοχαῖος, ut per paragogen ionicam a nomine quodam verbali, quod non existebat,

---

*) Plin. XVIII, 44, 154: *Caeleste frugum vinearumque malum nullo minus noxium est robigo. Frequentissima haec in roscido tractu convallibusque ac perflatum non habentibus; e diverso carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria est, quum oneratae fertilitate procumbunt.* Num haec extrema ex Theophr. sumpserit, dubito, certe priora ex locis supra citatis in suum usum vertit, hist. pl. VIII, 10, 2. caus. pl. III, 22, 2. IV, 14, 3.

sed cogitabatur tantum, derivatae sint, sed sic ut permulta in *ειος ειον* quae a verbis in *ευω* vel nominibus in *ευς* descendunt, velut *βασίλειος, ἱερεία, ἀριστεῖον, ἱερεῖον, κουρεῖον* al., de cuius formationis ratione mihi non satis constat. Apud Artemid. V, 73 *ἔδοξε γυνὴ τέκνων γλιχομένη δίφρους ὁρᾶν λοχείους ἑπτά* in cod. V est *λοχειους* (*αι* superscr.), in L *λοχείους*. His adscripta erat glossa, quae in ipsum textum se insinuavit, *οἷς πρὸς τὸ τεκεῖν* (*ἀποτεκεῖν* V) *χρῶνται αἱ γυναῖκες*. Hinc Suidas: *λοχαῖοι δίφροι· οἷς πρὸς τὸ τεκεῖν ὀψὲ χρῶνται αἱ γυναῖκες*. Genuinam formam esse *λοχείους* apparet.

νόμαιος. *τὰ νόμαια* saepe apud Herodotum, eadem significatione qua alias *τὰ νόμιμα* vel *νομίσματα*. Adjectivum in titulo Samio saec. II. ante Chr. n., ed. a Vischero in Rhein. Mus. XXII, 1867, p. 315 n. II, *ἐκκλησίας νομαίας οὔσης* ad significandam eam *ἐκκλησίαν* quae alias vocari solet *νομίμη*. Vocabulum ionicae dialecto proprium esse patet, et a *νομίζω* repetitum, i. q. *τὸ νομιζόμενον*, cuius rei testimonium est etiam *νόμιμος*, quod idem significat et eadem ratione formatum est; suffixum enim *ιμος* plane eodem modo quo suff. *αιος* adhibetur ad nomina verbalia formanda; cf. infra § 79. De accentu Cyrill. vel Philop. *π. τῶν διαφ. τόνων*, Cram. an. II, 309, 30. Theognost. ib. p. 127, 7. Cf. Hdn. ed. Lentz I, 369, 10. II, 426, 19. Diversum *νομαῖος* quod ad pascuum vel gregem pertinet, *νομαῖον* pascuale, cf. supra p. 148.

προνομαία proboscis Diod. Luc. Philostr. Lob. paral. p. 311: „*Προνομή* non solum actionem *τοῦ προνομεύειν* denotat, sed etiam instrumentum ut *προχοή* et *προβολή*, quod ipsum est proboscidis nomen, nec solum projectionem sed etiam rem projectam et praetentam ostendit et hac ratione congruit cum feminino adjectivi *προνόμαιος*, quod ipsum ab usu remotum, sed feminina positio retenta est ad significandam proboscidem, sicut *περιβόλαιον* dicitur pro *περιβολή*, et *προβόλαιος* apud Herodotum pro *πρόβολος* sive *προβόλιον* dici videtur". Neque tamen a *προνομεύω* derivatum est, quod non significat nisi diripere, populari, sed a *προνέμειν*, quod praetendendi significationem habet e. c. ap. Aesch. Eum. 313 *καθαρὰς χεῖρας προνέμοντα*.

73. *ὁλκαῖος* proprie significat qui trahitur, ut recte explicat Stephanus. Nic ther. 268, anguem qui Cerastes vocatur oblique incedere, *τράμπιδος ὁλκαίης ἀκάτῳ ἶσον, ἥτε δι' ἅλμης πλευρὸν ὅλον βάπτουσα κακοσταθέοντος ἀήτεω εἰς ἄνεμον βεβίηται ἀπόκρουστος λιβὸς οὔρῳ*. Schol. *τῆς ἐπισπωμένης*. navicula quae trahitur Steph. Mihi idem videtur significare quod *ὁλκάς*, ut quod navium genus minus aptum esset ad cursum tenendum. ib. 119: *Τῶν ἤτοι θήλεια παλίγκοτος ἀντομένοισι δάχματι, πλειοτέρη δὲ καὶ ὁλκαίην ἐπὶ σειρήν*. Schol.: *τῷ τε δήγματι πλειοτέρα, καὶ κατὰ τὴν ἑλκομένην σειρήν, ἤγουν οὐράν ..... ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ πλειοτέρη καὶ πάλιν· καὶ τῷ δήγματι γὰρ πλειοτέρη καὶ κατὰ τὴν ὁλκήν, καὶ κατὰ τὴν οὐράν, πλειοτέρη. ὁλκὸν δὲ τὸ σῶμα. ἢ τὴν οὐράν, καὶ σειρὴν τὴν πορείαν. βούλεται γὰρ σημᾶναι ὅτι τὸ ἄκρον τῆς οὐρᾶς αὐτῆς παχύ ἐστι.* *σειρή* proprie funem significat, apud posteriores quidquid funi simile est, crines plexos, coronam, seriem, lineam. Sic hoc loco *ὁλκαίη σειρή* est longum illud atque teres quod trahitur. Atque de cauda vel corpore anguis eam ob causam ipsum hoc vocabulum dictum est, quod vocabulo *ὁλκός* serpentium corpus saepius notatur: Luc. Hermot. 79 *ἢ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν ἐάσαντας τὸ σῶμα ἢ τοῦ ὄφεος τὸ σύφαρ* (exuvias, membranam, quam exuit), *ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ* (corporis ipsius). Nic. ther. 226 *ἴσως μὲν πεδανὴ δολιχοῦ ὑπὸ πείρασιν ὁλκοῦ*. 316 *τῷ δ' Ἑλένη μέσσον ὁλκὸν ἐνέθλασε* (schol. *ἤτοι τὸ σῶμα*). Nonn. 44, 110 *εἱλικόεντι ὁλκῷ*. Et ipso feminino *ὁλκαίη* interdum usi sunt ad caudam significandam. Ap. Rh. 4, 1614 de Tritone: *αὐτὰρ ὑπαὶ λαγόνων δίκραιρα οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα κήτεος ὁλκαίη μηκύνετο*. Sed *ὁλκαίη* i. e. quae trahitur, cauda dici non potest nisi eorum animalium quae vel serpunt vel natant, quam ob rem ferri potest vulgata lectio apud Nic. ther. 225, de angue dicentem *ἀκιδνότερος δὲ κατ' εὖρος νηδύος, ἡ δὲ μύουρος ὑφ' ὁλκαίη τετάνυσται*, non ferenda est ib. 122, ubi Pleiades dicuntur positae esse *ὑπὸ ταύρου ὁλκαίην*. Atque utroque Nicandri loco optimus cod. *Π.* habet *ἀλκαίην*, quod jure recepit Schneiderus. Cf. supra p. 193. Etiam apud Ap. Rh. libri nonnulli habent *ἀλκαίη*, ut non sine jure dubitaveris, num *ὁλκαίη*

omnino hac significatione usurpatum sit. — Sed ut ad adjectivum *ὁλκαῖος* revertamur, in his praeterea locis traditum est: Nic. ther. 830 *φορέει γε μὲν ἄλγεα τρυγών, ἦμος ἐν ὁλκαίοισι λίνοις μεμογήοτα κέντρῳ ἐργοπόνον τύψῃσι.* Schol.: *μακροῖς καὶ ἐπιμηκέσι.* Retia sic vocata esse quia trahuntur liquet. Cf. serb. *vlâk* fischernetz, polon. *włok* zuggarn der fischer. Schmidt Vocalism. II, 125. In versu spurio ap. Nic. l. l. 160 *ἕρπει ἀτραπὸν ὁλκαίην δολιχῷ μηρύγματι γαστρός* (quod schol. interpretatur *ἐπιμήκη*) mihi quidem *ἀτραπός* videtur significare actionem eundi, et *ἀτρ. ὁλκαίην* dictum esse ut ap. Aesch. Ag. 80 *τρίποδας ὁδούς*, quanquam *ἀτραπός* alias hac significatione usurpatum esse nescio. Lycophr. 216 *λεύσσω πάλαι δὴ σπεῖραν ὁλκαίων κακῶν*, de Graecorum classe adveniente, quod schol. interpretatur inepte *συναγωγὴν κακῶν, τῶν ἀπὸ τῶν ὁλκάδων καὶ πλοίων συρομένην:* significat seriem malorum obrepentium. ib. 1072 *ἀντίπορθμον αὔλακα βοῶν ἀροτρεύσουσιν ὁλκαίῳ πτερῷ.* Schol. *τῷ ἑλκομένῳ ἄκρῳ τοῦ ἀρότρου, ἥτις καλεῖται ὕνις* (vomer). Nonn. 44, 110 *στέμματι δ' ὁλκαίῳ κεφαλὴν κυκλώσατο Κάδμου πρηὺς ὄφις,* i. e. serpentis *ὁλκός* i. e. corpus longum et quasi productum erat *στέμμα,* quo Cadmi caput cingebatur. Hoc igitur loco *ὁλκαῖος* ab *ὁλκός* substantivo derivatum est. — Neutro genere *ὁλκαῖον* apud Nic. ther. 220 *ὑπὲρ ἄκρον ὁλκαῖον σπείρης κολοβὴν ἐπελίσσεται οὐράν.* Hoc loco *ὁλκαῖον σπείρης* nihil aliud significat nisi *ὁλκὸν σπείρης* vel *σπεῖραν ὁλκαίην.* Cf. Schneid. ad l.

Sed etiam vasis quoddam genus *ὁλκαῖον* vocatur, quod et *ὁλκεῖον* et *ὅλκιον* scribitur. Diphth. *αι* ap. Poll. 6, 100: *ὁλκαίου δὲ Ἀντίοχος [μέμνηται]· ἔστι δὲ ὁλκαῖον ᾧ τὰ ἐκπώματα ἐναπονίπτουσιν,* et 10, 78, ubi de variis labrorum nominibus loquitur: *ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται τὰ ἐκπώματα, ὁλκαῖον, τάχα δὲ καὶ λουτήριον.* Hesych.: *ὁλκαῖον λακάνη, νιπτήρ, κρατήρ.* Eadem significatione *ὅλκιον* et *ὁλκεῖον:* Hesych.: *ὅλκιον μέγας κρατήρ, λουτήρ. ὁλκήιον· τὸ αὐτό.* Phot.: *ὁλκεῖον χαλκοῦς λέβης, τρεῖς πόδας ἔχων.* Poll. 10, 176: *καὶ ὁλκεῖον ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χαλκοῦν, ὡς ἐν Ἀρρηφόρῳ Μενάνδρου:* (fr. 9, p. 91) „*ἢ χαλκοῦν μέγα ὁλκεῖον*“, *ἐν δὲ Φιλήμονος*

Γάμῳ (Philem. fr. 1, p. 8): „*ὀλκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον Πυρῶν τι μεστόν*". Utroque loco diphthongus metro firmata est. Item in versu Epigenis quem affert Ath. 11, 480 A: *Ἐπιγένης Μνηματίῳ· „Κρατῆρες, κάδοι, Ὁλκεῖα, κρουνεῖ' — Ἔστι γὰρ κρουνεῖα; — Ναί*". Itaque terminatio *ειον* restituenda videtur etiam ap. Plut. Alex. c. 20: post victoriam apud Issum reportatam Alexander lavari vult: *ὡς δ' εἶδε μὲν ὅλκια* (v. l. *μενολκία*, cuius accentus genuinam formam *ὁλκεῖα* prodit) *καὶ κρωσσοὺς καὶ πυέλους καὶ ἀλαβάστρους, πάντα χρυσοῦ ἠσκημένα περιττῶς, ὠδώδει δὲ θεσπέσιον κτλ.* et in locis ex Polybio ab Athenaeo citatis: Ath. 5, 195 C. (Hultsch XXXI, 4, 1): *Ἐπιτελεσθέντων δὲ τῶν ἀγώνων .... ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ· ἦν δὲ ταῦτα πεντεκαίδεκα, καὶ κινναμωμίνου τὰ ἴσα, καὶ ναρδίνου.* ib. 10, 439 B: [*Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς*] *πλείστων παραγινομένων ἐν τοῖς γυμνασίοις, πάντας ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἤλειφε κροκίνῳ μύρῳ καὶ κινναμωμίνῳ καὶ ναρδίνῳ καὶ ἀμαρακίνῳ καὶ ἰρίνῳ.* et Callixenus Rhod. l. IV in pompae a Ptol. Philad. habitae descriptione apud Ath. 5, 199 E quum alia cuiusvis generis vasa apportata esse narrat, tum *ὁλκεῖα* (v. l. *ὁλκαῖα*) *δύο, ἑκάτερον χωροῦν μετρητὰς πέντε.* His locis efficitur unum vas tribus illis nominibus significari, pelvim magnitudine atque usu admodum vario. Nam ex Philemonis loco intelligimus, etiam ad res siccas recipiendas adhibitum esse et satis modica fuisse magnitudine, ut in mensa poni posset. Sed plerumque maius erat, in solo positum, et ad liquores recipiendos destinatum, inprimis aquam, qua vel homines ipsi vel res quaelibet lavarentur (hinc Polluci significat vas *ᾧ τὰ ἐκπώματα ἐναπονίπτουσι*), sed etiam vinum, quam ob rem explicatur *κρατήρ*. Ad unguenta recipienda saepius adhibitum non existimo, sed ingentis Antiochi luxuriae hoc testimonium esse, quod pretiosissima unguenta, quae parvis vasculis contineri solebant, in magnis labris (waschbeckenweise) offerret lavantibus.

Quodnam autem vocabuli veriloquium, quae propria significatio est? Ab *ἕλκω* nescio quo modo repetitum esse possit. Mihi ab eadem radice descendere videtur, unde *λεκάνη*, quod vocabulum vas eiusdem generis significat, et ad explicandum *ὁλκαῖον* adhibitum vidimus. Cf. *λύκος* et *ὁλκοί· λύκοι* Hesych.

J. Schmidt, vocalism. II, 338. Atque pensitanti mihi ex quanam origine illa orta esse possint, veri simillimum videbatur, vocabulum ductum esse a rad. *val* *Fελ* vertere, volvere, circumagere, adjecto determinativo *κ* ut in *ἑλίσσω* = *Fελ*F-*ι*-*κ*-*jω*, *ἕλιξ* (quocum L. Meyer Vgl. Gr. II, 56 comparat got. *usvalugjan* *περιφέρειν τινά*), ut significaret vas globosum, sinuosum, ventruosum, quod nos vocamus bauchig. Similiter Latini eiusmodi vasa vocabant *sinos* vel *sina*, Graeci *δῖνους*, de quo vocabulo v. thes. l. Gr. s. v. *δεῖνος* et *δῖνος*, Panofka Rech. sur les noms des vases grecs p. 10, Jahn Einl. in d. vasenkunde, p. XCVI. Ut *ὁλκαῖον* cum *ἑλίσσω*, sic *δῖνος* cum *δινέω*, *δινεύω* cohaeret. Cf. Hesych.: *δεῖνος· δίνησις· καὶ εἶδος ἐκπόματος. δεινήεντα· περιστρεφόμενα, φοβερά. δεῖνως· τὸ περιστρεφόμενον· δεινός· κακός, φοβερός, ἐστραμμένος;* quibus in glossis diversa misceri apertum est.

Quae vocabuli forma genuina sit, difficile dixeris. Apud Pollucem bis, semel apud Hesychium diphthongus *αι* tradita est. Iam quum Pollux Antiochum auctorem nominet, eundem nisi fallor qui ab Athenaeo XI, 482 C commemoratur, qui *περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν* scripserat, veri non dissimile est, primitivam formam fuisse *ὁλκαῖον*, qua significaretur vas *ἐστραμμένον*, tornatum. Sed quum vasorum nomina plerumque in *ειον* desinerent (quo suffixo instrumentorum nomina formari solerent), postea etiam *ὁλκαῖον* horum analogiam secutum mutatum est in *ὁλκεῖον*, denique quo tempore *ει* et *ι* mutari coeperant in *ὅλκιον*.

Duas jam vocabuli *ὁλκαῖον* significationes tractavimus, restat tertia, qua partem aliquam navium significat. Sed quaenam illa sit pars navis, et quae genuina vocabuli hac significatione usurpati forma, valde ambigitur. Bis enim hoc vocabulum traditum est apud Apoll. Rhod. 4, 1609 [*Τρίτων*] *ἐπισχόμενος γλαφυρῆς ὁλκήιον Ἀργοῦς Ἦγ' ἁλάδε προτέρωσε*, et 1, 1314: Argonautis Hercule absente valde dissentientibus, quid faciendum, quum Telamon gubernaculo potitus navis cursum vertit, subito Glaucus emersus ex ponto *στιβαρῇ ἐπορέξατο χειρὶ νηίου ὁλκαίοιο* (sic Guelf., *ὁλκέοιο* Laur.), neque esse in fatis affirmat, ut Hercules Aeam veniat. Atque scholiastes quidem ad hunc locum adnotat: *νήιον* [*ὁλκαῖον*, quod in cod. Laur.

deest, restituit Keilius] λέγεται μέρος τῆς νεώς, ὅπερ σύρεται κατὰ τὸ ὕδωρ, ad illum: ὁλκήιον Ἀργοῦς· τὸ κάτω τοῦ πλοίου ξύλον τὸ πρὸς τῇ τροπίδι, οὐ ἡ ναῦς ἕλκεται, ὃ πήσσεται πρῶτον ἐπὶ γῆς κατασκευαζομένου πλοίου. Habes somnia grammatici, ex inepta de veriloquio opinione orta, locorum ipsorum sententiae ratione non habita. Licet enim doctus fuerit Apollonius, tamen tam ineptum eum fuisse animum inducere nequeo, ut deos illos cursus navis mutandi causa pusillam aliquam navis partem sub carina positam arripientes fingeret. Quam ob rem veri similius, hoc vocabulo ipsum gubernaculum significari. Hac enim significatione Sophoclem usurpasse ὁλκίον (i. e. ὁλκεῖον) testis est Pollux, X, 134: καὶ ὁλκία δὲ τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ (fr. 388) ὠνόμασε παρὰ τὸ Ὁμήρου ξεστὸν ἐφόλκαιον. Sed quid ipsum illud Homericum ἐφόλκαιον quod adhibet significet, plane ignoramus. Narrat enim Ulixes ξ 350 Eumaeo, quomodo clam effugerit e nave Thesprotia: κεφαλῇ δὲ κατὰ ῥάκος ἀμφικαλύψας Ξεστὸν ἐφόλκαιον καταβὰς ἐπέλασσα θαλάσσῃ στῆθος κτλ. Posteriore tempore ἐφόλκιον significabat vel naviculam, scapham, quae a magna navi trahitur, vel i. q. ἔπιπλα, ἀγώγιμα, sarcina. Neutrum cum loci Homerici sententia congruit, quod intellexit Apollonius Sophista, eorum sententias rejiciens, qui illam Homero intruderent significationem. Ipsi potius ἐφόλκαιον significare videtur gubernaculum, idemque censent Hesych.: ἐφόλκαιον· ἐφολκίδα, πηδάλιον, et ἐφόλκιον· διὰ τοῦ ι τὸ πηδάλιον, ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι; EM. ἐφόλκιον· πηδάλιον. Hinc profectus Ameisius explicat: „das zum heranziehen oder nachschleppen gehörige, ein steuerruderbalken, der vom hinteren schiffsbord zum wasserspiegel hinabreichend die unten angefügten und im wasser gehenden schaufelruder ans schiff heranzieht oder dem schiffe nachschleppt". Grashofio autem d. schiff b. Hom. p. 22 significare videtur scalam, quae prope puppim de navi ad terram descendit. Atque hoc propter verbum καταβάς verisimilius. Sed sive illa sive haec vera est significatio, sane mire utraque navis pars dicta esset τὸ ἐφέλκον vel ἐφελκόμενον, quum neutra ad hunc finem sit comparata, a potiori autem fiat denominatio. Atque multo minus a simplici ἕλκειν gubernaculi appellatio duci poterat. Quamobrem vocabulo ὁλκαῖον vel ὁλκήιον (pro ὁλκεῖον) apud Ap.

Rh. atque haud scio an etiam apud Sophoclem significari puto *τὸ σκάφος τῆς νεώς*, alveum navis. Neque tamen recte Passowius ab *ἕλκω* repetens sic natam significationem putat: „was geschleppt, gezogen wird, daher besonders der untere teil eines körpers, z. b. der untere teil eines schiffes (quid enim? inferiorne pars magis trahitur quam ceterae?) der untere schiffsraum; überhaupt jedes weite, bauchige gefäss". Sed navis alveum eandem ob causam sic appellatum et eodem vocabulo notatum puto atque vas illud de quo modo diximus, propter naturam tornatam et ventruosam, itaque etiam hoc *ὁλκαῖον* non ab *ἕλκω* sed a rad. *Ϝελ* ductum. Alia quoque vocabula et ad vas et ad navem significanda adhibita sunt, ut *γαῦλος, ἄκατος,* cf. etiam *καρχήσιον.* Graser das Seewesen des Alt. Philol. Suppl. III, p. 234, 72. Quae genuina vocabuli forma esset ipsi Apollonio jam ignotum erat, quum altero loco *ὁλκήιον* i. e. *ὁλκεῖον,* altero *ὁλκαῖον* usurparet.

ὀμφαῖος Nonn. *Ὀμφαίη* Emped. Cf. supra p. 149.

74. *πομπαῖος* plane idem significat quod *πομπός πομπεύς πόμπιμος,* i. e. mittens ducens comitans. Sic vocatur ventus secundus, *οὖρος* Pind. Pyth. 1, 67, sic navis quae Graecos Trojam vehit, *ἐλάτη* Eur. Iph. Aul. 1323, sic praecipue Mercurius, qui homines et viventes in terra comitatur (cf. Il. Ω 334 *Ἑρμεία· σοὶ γάρ τε μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι,* et mox ipse de se v. 461 *σοὶ γάρ με πατὴρ ἅμα πομπὸν ὄπασσεν*) et mortuos sub terram, quam ob causam etiam *ψυχοπομπός* vocatur. Preller Myth. I² 316. Itaque *πομπαῖος* nomen agentis est, neque a *πομπή* derivatum, nunquam enim significat quod ad *πομπήν* pertinet, quem significatum habet *πομπικός.* Semel apud Eust. p. 1695 *τὰ πομπαῖα ἄγειν* pro pompas ducere.

ἀποπομπαῖος in continua oratione non reperitur ante LXX, sed Atticis usitatum fuisse discas ex lexicographis: Poll. 5, 131: *Οἱ δὲ δαίμονες οἱ μὲν λύοντες τὰς ἀρὰς ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποπομπαῖοι ἀποτρόπαιοι λύσιοι φύξιοι, οἱ δὲ κυροῦντες ἀλιτήριοι ἀλιτηριώδεις προςτρόπαιοι παλαμναῖοι.* Harpocr.: *ἀποπομπάς· ἀποτροπάς. Ἰσοκράτης Φιλίππῳ. ἀποπομπαῖοί τινες ἐκαλοῦντο θεοί, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ἐν ἑκτῷ περὶ θεῶν διείλεκται.* Hesych.: *ἀποπομπαί· ἡμέ-*

ραι τινές, ἐν αἷς θυσίαι ἐτελοῦντο τοῖς (ἀπο)πομπαίοις θεοῖς. — ἀποπομπαῖος· ὁ ἀποστραφεὶς ἄπρακτος. καὶ ὁ κεκαθαρμένος. — ἀποπομπεῖν· τὸ ἀποπέμψασθαι. καὶ ἀποκαθήρασθαι. ἀποπόμπιμοι· αἱ ἀποφράδες ἡμέραι (dies nefasti). Suid.: ἀποπομπαῖος· ὁ χίμαρος, ὁ τράγος. Καὶ ἀποπομπαῖοι θεοί τινες οὕτως ἐκαλοῦντο. Καὶ ἀποπομπή, ἀντὶ τοῦ ἀποτροπή. Quibuscum conferas locum Isocratis Phil. 117: ὁρῶ .... καὶ τῶν θεῶν τοὺς μὲν τῶν ἀγαθῶν αἰτίους ἡμῖν ὄντας Ὀλυμπίους προςαγορευομένους, τοὺς δ' ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς τιμωρίαις τεταγμένους δυσχερεστέρας τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντας, καὶ τῶν μὲν καὶ τοὺς ἰδιώτας καὶ τὰς πόλεις καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρυμένους, τοὺς δ' οὔτ' ἐν ταῖς εὐχαῖς οὔτ' ἐν ταῖς θυσίαις τιμωμένους, ἀλλ' ἀποπομπὰς αὐτῶν ἡμᾶς ποιουμένους.

Itaque Pollucem si audimus ἀποπομπαῖοι iidem dei vocabantur qui et ἀποτρόπαιοι, ἀλεξίκακοι i. e. malum averruncantes. Ea significatione ἀποτρόπαιος saepe usurpatur, et maxime Apollo sic vocabatur, ut Ar. Av. 61. Vesp. 161. Plut. 359. 854. Etiam solum ἀποτρόπαιε Eq. 1307 exclamatio metuentis, cui supplendum est ἄρηξον vel μὴ γένηται τοῦτο. Cf. Paus. II, 11, 2 τοῦ τάφου πλησίον εἰσὶν ἀποτρόπαιοι θεοί. Παρὰ τούτοις δρῶσιν, ὅσα Ἕλληνες ἐς ἀποτροπὴν κακῶν νομίζουσιν. Hippocr. p. 378, 31: Καὶ θεοῖς εὔχεσθαι, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἀγαθοῖσι Ἡλίῳ, Διὶ οὐρανίῳ, Διὶ Κτησίῳ, Ἀθηνᾷ Κτησίῃ, Ἑρμῇ, Ἀπόλλωνι, ἐπὶ δὲ τοῖσι ἐναντίοισι τοῖσι ἀποτροπαίοισι καὶ Γῇ καὶ ἥρωσι, ἀποτρόπαια γενέσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα. Sic igitur etiam ἀποπομπαῖοι dicti dei qui malum avertunt. Sed ex Isocratis loco potius efficiendum videtur ἀποπομπαίους vocatos esse deos qui essent ipsi removendi avertendi. Nam ἀποπομπήν τινος ποιεῖσθαι idem significat quod ἀποπέμπεσθαί τινα, i. e. a se ablegare, summovere, repudiare, rejicere, ut apud Eurip. Hec. 72 ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν. Weil: „je la lance loin de moi, comme une chose abominable. Ce mot était probablement accompagné d'un geste symbolique". Apud Isocratem tamen ἀποπομπὰς ποιουμένους non simpliciter pro ἀποπεμπομένους positum esse, sed certos quosdam ritus et cerimonias denotare lexicographi docent, quam ob rem recte Thes.: „ἀποπομπὰς ποιεῖσθαι Isocr. Phil. 106 B

procurare et depellere, a se ablegare et summovere, quod fiebat certis precationibus". Hunc illarum cerimoniarum fuisse finem ut infesti quidam daemones removerentur et placarentur, videas ex Plut. def. or. 13: ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας ὥσπερ ἡμέρας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπάς, ἐν αἷς ὠμοφαγίαι καὶ διασπασμοί, νηστεῖαί τε καὶ κοπετοί, πολλαχοῦ δὲ πάλιν αἰσχρολογίαι πρὸς ἱεροῖς, μανίαι τε ἀλαλαί τε ὀρινόμεναι ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ, θεῶν μὲν οὐδενί, δαιμόνων δὲ φαύλων ἀποτροπῆς ἕνεκα φήσαιμ' ἂν τελεῖσθαι μειλίχια καὶ παραμύθια; ut etiam ἀνθρωποθυσίας olim fecissent non a diis jussi, sed χαλεπῶν καὶ δυστρόπων ὀργὰς καὶ βαρυθυμίας ἀφοσιούμενοι καὶ ἀποπιμπλάντες ἀλαστόρων. Non minus Averrunci Romanorum proprie sunt averruncandi: Gell. 5, 12: „Quum Jovem igitur et Dijovem a juvando nominassent, eum quoque contra deum, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet (nam deos quosdam ut prodessent celebrabant, quosdam ut ne obessent placabant) Vejovem appellaverunt dempta atque detracta juvandi facultate. . . . . Propterea Virgilium quoque aiunt, multae antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum, numina laeva in Georgicis deprecare: significantem quandam vim esse huiuscemodi deorum in laedendo magis quam in juvando potentem. Versus Virgilii hi sunt:

In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo.

In istis autem diis, quos placari oportet, uti mala a nobis vel a frugibus natis amoliantur, Averruncus quoque habetur et Robigus". Recte igitur Naegelsbachius (Nachhom. theol. s. 386): „Zweitens aber gehören zu den gottheiten, welche zur abwehr künftigen unheils gesühnt werden müssen, jene gefährlichen und dunklen wesen, welche nach Isokr. 5, 117 weder in gebeten noch opfern geehrt, sondern durch sogenannte ἀποπομπαί unschädlich gemacht werden. Es sind dieselben, welche Plutarch. Defect. orac. 14 nicht für götter, sondern für δαίμονες φαῦλοι gehalten wissen will,*) denen man, wie er sagt, ἀποτροπῆς

*) injuria reprehenditur ab Herm. Gottesd. Alt. 23, 18, quoniam Plutarchi δαίμονες φαῦλοι non essent nisi „subjective auffassung des

ἕνεκα die ἱερὰ μειλίχια und παραμύθια darbringt. Es ist nach diesen ausdrücken sehr die frage, ob die unterscheidung, die wir gemacht haben, nicht müssig ist, und nicht vielmehr jene oben genannten Μειλίχιοι in Lokris und Ἀποτρόπαιοι in Korinth diese namen euphemistisch führen und eigentlich bösartige wesen sind, und am ende selbst Zeus und Apollon wenigstens nach einer hinsicht in den kreis der gefährlichen götter gezogen werden müssen"; similiter Müller Eum. p. 138: „dass der dienst der toten .... einen charakter der sühne hat, und die dunklen mächte der unterwelt, die dem leben im allgemeinen feindlich gegenüberstehen, begütigen soll". Etiam ἀποτρόπαιος, ut saepe passiva significatione utitur (velut in illo loco Hippocratis quem supra citavimus), et apud posteros idem fere significat quod θεομισής (cf. Plut. de deo Socr. p. 587 B. Synes. ep. 58. 57., saepe apud Luc.), de daemonibus infestis usurpavit Julianus (Cyrill. contr. Jul. IX, 298 E μιαροῖς καὶ ἀποτροπαίοις δαίμοσι).

Utrumque igitur vocabulum deos vel daemones significat et infestos, depellendos, placandos, et benignos, ἀλεξικάκους, averruncos. Atque utraque eorundem deorum natura erat. Etenim cerimoniis illis ac placationibus moveri putabantur, ut mala quibus praeessent ne mitterent, ut averterent, ut iis liberarent.

Sed ἀποπέμπεσθαι non de externis tantum malis averruncandis dicebatur verum etiam de animi maculis sceleribusque abluendis, quod saepius vocabatur ἀποδιοπομπεῖσθαι.*) Poll. 1, 33: ἄλλης δὲ χρείας καθήρασθαι, μίασμα ἐκνίψασθαι, ἄγος ἀποπέμψασθαι, μύσος λύσασθαι, ἀπολύσασθαι, ἀποτρίψασθαι, ἀποδιοπομπήσασθαι. EM. 125, 33: Ἀποδιοπομπεῖσθαι· πρώτης συζυγίας διοπομπῶ διοπομπήσω· ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ τοῦ πομπός. σημαίνει δὲ τὸ ἀποτρέπεσθαι διὰ τοῦ ἀποτροπαίου Διός· (Ἀποτρόπαιος μὲν Ζεὺς καὶ δαίμων, ἀποτρέπων τὰ ἄγη). ib. 128, 20 Ἀποδιοπομ-

---

redenden". Ea enim re tantum Plutarchus a communi opinione recedebat, quod non deos illos putabat sed daemones.

*) De hoc verbo cf. Ruhnk. ad Tim. p. 40. Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 73. De cerimonia Herm. Gott. Alt. 23, 18. 21. 23. 25. Schöm. Alt. II, 348. Lob. Agl. I, 183. Müll. Eum. 146. Preller Polemo. 140 sq.

πεῖσθαι· ἀποπέμπεσθαι (πρὸς) τὸν προςτρόπαιον Δία καὶ οἷον καθαίρεσθαι.' Suid.: Ἀποδιοπομπεῖσθαι· αἰτιατικῇ· ἀποπέμπεσθαι πρὸς τὸν προςτρόπαιον Δία, καὶ οἱονεὶ καθαίρεσθαι ἢ ἱλάσκεσθαι. Τοὺς νυκτικόρακας εἰς τοὺς ὄρνεις ἀποδιοπομποῦνται. Καὶ ἀποδιοπομπείσθω, ἀποδιωκέσθω. Timae.: ἀποδιοπομπεῖσθαι· ἀποπέμπεσθαι καὶ διωθεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα συμπράκτορι χρώμενος τῷ Διί. Phryn. App. soph. ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ διοπομπεῖσθαι σημαίνει μὲν τὸ ἀποπέμπεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι μύση. Hinc ἀποπομπαῖος ab Hesychio explicatur ὁ κεκαθαρμένος, quasi significet τὸν ἀποπεμψάμενον τὰ μύση ἑαυτοῦ. Sed et dii qui his expiationibus praeerant, sic vocati esse videntur; προςτροπαίους certé eos appellatos esse et ex grammaticorum locis modo adscriptis intelligas et ex hoc Platonis Leg. IX, 652 B ὅταν σοι προςπίπτῃ τι τῶν τοιούτων δογμάτων, ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἱκέτης· ἴθι ἐπὶ τῶν λεγομένων ἀνδρῶν ὑμῖν ἀγαθῶν ξυνουσίας.

Habes diversas vocis ἀποπομπαῖος significationes, quibus ipsi Graeci, quibus Attici utebantur. Majorem famam nancta est, quod a LXX interpretibus adhibita est ad interpretandum famosum illud *Azâzel* Levit. 16, 8 sqq. Est enim illic scriptum sic: καὶ λήψεται τοὺς δύο χιμάρους καὶ στήσει αὐτοὺς ἔναντι κυρίου παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· 8 καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν ἐπὶ τοὺς δύο χιμάρους κλήρους, κλῆρον ἕνα τῷ κυρίῳ καὶ κλῆρον ἕνα τῷ ἀποπομπαίῳ (לַעֲזָאזֵל). 9 καὶ προςάξει Ἀαρὼν τὸν χίμαρον ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τῷ κυρίῳ, καὶ προςοίσει περὶ ἁμαρτίας· 10 καὶ τὸν χίμαρον ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τοῦ ἀποπομπαίου (לַעֲזָאזֵל), στήσει αὐτὸν ζῶντα ἔναντι κυρίου τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτοῦ ὥστε ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν (לַעֲזָאזֵל), καὶ ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον . . . . 26. καὶ ὁ ἐξαποστέλλων τὸν χίμαρον τὸν διεσταλμένον εἰς ἄφεσιν (לַעֲזָאזֵל) πλυνεῖ τὰ ἱμάτια καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ etc. Vides pro voce hebraica *azâzel* bis positum esse ἀποπομπαῖος, semel ἀποπομπή, semel ἄφεσις. De illius vocabuli hebraici significatione viri docti et prius dissenserunt et nunc dissentiunt (diversas de eo sententias

v. ap. Knobel. ad h. l.). Sed quantum video veritati proxime accedit illorum opinio, qui hoc nomine appellatum esse putant daemonem aliquem malum, ad quem caper ille populi israelitici sceleribus cumulatus dimittitur. Ewald Altert. d. volkes Israel p. 479: „da der für ihn bestimmte bock zuletzt mit der ganzen schuld der gemeinde beladen in die menschenleere wüste abgesant werden sollte, so galt er sicher als der böse geist der wüste, den man in abscheu von sich wies [ἀποπέμπεσθαι] und dem man alles böse zuwies was man bei sich nicht dulden wollte“. Etiam forma cum Graecorum daemone ἀποπομπαίῳ plane congruere videtur. Id. ibid.: „עזאזל Lev. 16, 8. 10 vgl. v. 21 f. ist seinem ursprunge nach (vgl. אזל weggehen) völlig so viel wie ἀποπομπαῖος (wie auch die LXX übersetzen), *averruncus*, ein unhold, ein dämon den man weit von sich weist“. Sed quum einsmodi daemo a posteriore religionis israeliticae indole plane abhorreret, jam pridem alio modo vocem interpretari conati sunt. Iam LXX bis *ăzâzel* abstractis ἀποπομπή et ἄφεσις reddiderunt, ut jure dubitaveris an vocabulo ἀποπομπαῖος aliam tribuerint significationem quam daemonis respuendi. Plerique ipsum caprum sic vocatum esse putabant qui dimitteretur vel emitteretur, quam ob rem etiam τράγος ἀπερχόμενος (Symm.) ἀπολυόμενος (Aquil. ap. Theodoret.), ἀφιέμενος (Theodotion.), *caper emissarius* (Vulg.) appellabatur: sic etiam Luth.: *der ledige bock.* Sic etiam graecum ἀποπομπαῖος intelligebant: Theodoret. quaest. XXII in Lev. p. 130: *Ὁ τράγος ἀποπομπαῖος ἐκλήθη ὡς ἀποπεμπόμενος εἰς τὴν ἔρημον;* Cyrill c. Iul. p. 301 E ἀποπεμπόμενος τῆς σφαγῆς. Tamen diu fuisse qui veram significationem daemonis intelligerent, testis est Julianus, qui etiam hac re Iudaeorum religionem nihil superare ethnicam affirmavit, quod et ipsi daemones malos esse crederent, quam ob rem vehementissime impugnatur a Cyrillo quod non intellexerit ἀποπομπαῖον vocari ipsum caprum; c. Jul. IX, p. 298 E: *Οὐκοῦν κἂν εἰ πλείστας ἡμῖν τὰς χρήσεις ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς παρατίθησιν, ἀλλ' οὖν ἴστω συνιεὶς οὐδέν. Καὶ γοῦν τὸν ἱεροφάντην ἐρρήθη Μωσέα μιαροῖς καὶ ἀποτροπαίοις δαίμοσι θυσίας ἐπιτελεῖν .... εἰ δὲ καθά φησιν αὐτός, ὁρᾶται προςτεταχὼς καὶ ἀποτροπαίοις δαίμοσι καθιεροῦν τὰ νενομισμένα, τίνα τρόπον ἡμᾶς ἐξί-*

στησι τοῦ κακοῦ; 299 C *Ἀποτρόπαιον μὲν οὖν τὸν ἀποπομπαῖον ἀποκαλεῖ, καινοτομήσας ὄνομα τοῖς μὲν ἱεροῖς νόμοις οὐκ ἐγνωσμένον, ἐντριβὲς δὲ ἴσως ἑαυτῷ* ...... 301 E *κλῆροι δὲ καὶ ὀνόματα τοῖς τράγοις, ἑνὶ μὲν ὁ κύριος, θατέρῳ γε μὴν ὁ ἀποπομπαῖος. οὐ γάρ τοι, καθά φησιν ὁ κράτιστος Ἰουλιανός, ἀποπομπαίῳ τινὶ καὶ ἀποτροπαίῳ δαίμονι τὸν ἔξω μεμενηκότα τῆς σφαγῆς ἀνεῖσθαι προςτέταχεν, ἐκαλεῖτο δὲ μᾶλλον αὐτὸς ὁ ἀποπομπαῖος, ἅτε δὴ καὶ ἀποπεμπόμενος τῆς σφαγῆς καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ σφαζόμενος κύριος.* Glaph. in Lev. 373 E: *Τινὲς μὲν οὖν οἴονται τὸν ἕνα τῶν τράγων ἀποπομπαίῳ τινὶ καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι δεδόσθαι.*

De capro dictum etiam Philo intellexit, sed alia significatione. Huic caper eam ob causam *ἀποπομπαῖος* dictus videtur, quod populi scelera abluenda, expianda, removenda in se recipit, et quod haec scelera cum capro ablegantur in desertum. Quamobrem *ἀποπομπαῖος* ei significat scelestus, nefarius, cui expiatione (*τῷ ἀποπέμπεσθαι*) opus est. I, 498 (Quis rer. div. heres 505): *καταπλήττει με καὶ ἡ τῶν προςαγομένων τῷ ἱλασμῷ δυοῖν τράγων ἐπίκρισις ὁμοῦ καὶ διανομή, τεμνομένων ἀδήλῳ καὶ ἀτεκμάρτῳ τομεῖ, κλήρῳ. Λόγων γὰρ δυοῖν ὁ μὲν τὰ τῆς θείας ἀρετῆς πραγματευόμενος ἀνιεροῦται καὶ ἀνατίθεται θεῷ· ὁ δὲ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης κακοδαιμονίας ἐζηλωκὼς γενέσει τῇ φυγάδι* (profugae creaturae dedicatur). *Καὶ γὰρ ὃν ἔλαχεν αὕτη κλῆρον, ἀποπομπαῖον καλοῦσιν οἱ χρησμοί· ἐπειδὴ μετανίσταται καὶ διώκεται καὶ μακρὰν ἀπελήλαται σοφίας.* Clarius etiam quid sibi velit intelligas ex I, 238, 46 (de post. Caini § 20). „*Δι' ὃ τοῦ Γαϊδὰδ υἱὸς εἶναι λέγεται Μεήλ, οὗ τὸ ὄνομα μεταληφθέν ἐστιν ἀπὸ ζωῆς θεοῦ. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ποίμνιον* (i. e. Gaidad, cf. § 19) *ἄλογον, ὁ δὲ θεὸς πηγὴ λόγου, ἀνάγκη τὸν ἀλόγως βιοῦντα τῆς θεοῦ ζωῆς ἀπεσχοινίσθαι. Τὸ μὲν οὖν κατὰ θεὸν ζῆν ἐν τῷ ἀγαπᾶν αὐτὸν ὁρίζεται Μωυσῆς... Τοῦ δ' ἐναντίου βίου* (i. e. *τοῦ ἀπὸ ζωῆς θεοῦ*) *παράδειγμα τίθεται τὸν ἀποτυχόντα τοῦ κλήρου τράγον* (i. e. *τράγον ἀποπομπαῖον*). „*Στήσει γὰρ αὐτὸν*", *φησί*, „*ζῶντα ἐναντίον κυρίου, τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτοῦ, ὥστε ἐξαποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν*". *ἄγαν ἐξητασ-*

μένως. Nam si quis aetate defectus non indulgeat libidinibus, eam laudem non esse, quod non vexetur cupiditatibus, at multa laude dignum, si qui juvenis libidinibus obstet. *Ἔτ' ἂν* (l. *Ὅταν* cum Mangey) *οὖν τούτων εὐδαίμονα κλῆρον ἀπολαχόντα μηδὲν . . . ζῇ δὲ ἐν ἡμῖν τὰ ἀποπομπαῖα νοσήματα καὶ ἀρρωστήματα, σπουδάζωμεν αὐτὰ ἀνατρέπειν καί καταβάλλειν. Τὸ γὰρ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτῶν τοιοῦτόν ἐστιν ὁμολογῆσαι, ὅτι ἔχοντες αὐτὰ ἐν ψυχῇ ζῶντα καὶ περιόντα, οὐκ ἐνδίδομεν· ἀλλ' ἀντιβαίνοντες ἅπασι καρτερῶς ἀπομαχόμεθα, μέχρις ἂν παντελῶς ἀποδιοπομπησώμεθα.* Locus quamquam mutilatus est, tamen apparet *ἀποπομπαῖα νοσήματα* significare ea *ἃ δεῖ ἀποπέμπεσθαι*, ut caper sceleribus cumulatus emittitur, et *ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτῶν**) significare: purgare nos sceleribus eaque dimittere, ut illa cerimonia Iudaei purgabantur sceleribus in caprum cumulatis et cum eo emissis. Caper autem ille, quoniam populi totius sceleribus cumulatus est, symbolum est vitae impiae, *ἀπὸ ζωῆς θεοῦ*. Vides, diversas verbi *ἀποπέμπειν* et *ἀποπέμπεσθαι* significationes a Philone in derivato *ἀποπομπαῖος* misceri, ut clara et distincta huius vocabuli significatio apud Philonem quidem non possit intelligi.

75. *σκωπαῖος*. Ath. 12, 518 F: *Ἐπιχωριάζειν δὲ παρ' αὐτοῖς* (*τοῖς Συβαρίταις*) *διὰ τὴν τρυφὴν ἀνθρωπάρια μικρὰ* [*καὶ*] *τοὺς σκωπαίους, ὥς φησιν ὁ Τίμαιος* (cod. *Τίμων*), *τοὺς καλουμένους παρά τισι στίλπωνας*. Sic Mein. praeeunte Roepero. Eust. ad Od. 5, p. 207, 46: *Ἴσως δὲ τῶν σκώπων παρώνυμοι καὶ οἱ παρὰ τῷ Τίμωνι σκωπαῖοι, παρὰ Λάκωσιν ἐπιχωριάζοντες ἀνθρωπάρια ἐκεῖνοι μικρά, καλούμενα παρὰ τισι στίλπωνες*. Hic igitur pusillos illos vocatos esse putat *σκωπαίους* et *καί* vel non legit vel non vidit. „Hermolaum quoque ita accepisse testatur Bud., sc. pro homuncionibus; sed quum jam dixisset *ἀνθρωπάρια μικρά*, cur addiderit *καὶ τοὺς σκοπαίους*, merito quaeri possit". St. Thes. Dubito num Graece dici potuerit: *ἐπιχ. . . . . ἀνθρωπάρια μικρά, τοὺς σκωπαίους, ὥς φησι ὁ Τιμ.*: pusillos homines, scopaeos, ut ait Tim. Exspectes *τοὺς*

*) Rectius igitur tradit obscurum illud לְכַפֵּר עָלָיו quam scriptores ecclesiastici quibus *ἐξιλάσασθαι ἐπί τινος* plerumque significat purgare aliquem.

καλουμένους σκωπαίους vel *ἃ καλοῦσι σκωπαίους*. Ceterum in aperto est vocabuli veriloquium. Nam quum ex simiarum in sequentibus commemoratione intelligamus, Sybaritis nanos illos et *σκωπαίους* scurrarum loco fuisse, *σκωπαίους* nomen accepisse puto a *σκώπτω*, unde etiam *σκωπτόλης* et *σκώπτης*. Ab eadem radice *σκώψ*.

σποραῖον = *σπόρος*, semen. Babr. fab. 13, 2 *Γεράνους σποραίων πολεμίας κατειλήφει.*

στροφαῖος Mercurii cognomen ap. Ar. Plut. 1153: *ἙΡΜ. παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθέ με. ΚΑ. στροφαῖον; ἀλλ' οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν.* Quam vocem grammatici duplici ratione explicant. 1. *στροφαῖον* significare deum cardinis portaeque custodem, a *στροφεύς στρόφιγξ* repetitum: schol.: *στροφαῖον οὖν περὶ τὴν θύραν ἀντὶ τοῦ φύλακα τῆς θύρας ἀπὸ τῆς στρόφιγγος.* Poll.: *καὶ στροφαῖος ἐν τῷ οἰκήματι θεὸς παρὰ τὸν στροφέα ἱδρυμένος· ἐστὶ δὲ Ἑρμῆς.* EM.: *στροφαῖος· ὁ παρὰ ταῖς θύραις ἱδρυμένος Ἑρμῆς· παρὰ τὸν στροφέα τῆς θύρας.* Similiter Hesych. 2. *στροφαῖον* derivatum esse a *στρέφεσθαι* fallaciis technisque uti (ut Pl. r. p. 3. p. 405 C) et significare deum versutum dolosum furum patronum. schol.: *παρὰ τὸ στρέφειν τὰ πράγματα· οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦντες πανοῦργοι λέγονται* [rectius P: *στροφαῖον γάρ φαμεν ἄνθρωπον τὸν εἰδότα συμπλέκειν καὶ στρέφειν λόγους καὶ μηχανάς*]. *ἔστι δὲ ἐπωνυμία Ἑρμοῦ παρὰ τὸ ταῖς θύραις ἱδρύσθαι ἐπὶ φυλακῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν.* — Utraque interpretatio apud Eust. ad Il. *Ω* p. 1353, 9: *στροφαῖος Ἑρμῆς φησιν οὐ μόνον ὁ παρὰ τῷ στροφεῖ ἱδρυμένος, ἀλλὰ καὶ ὁ στρέφων καὶ ἐξαπατῶν, οἷον στρόφις.* Atque priorem illam interpretationem de deo cardinis custode nunc fere omnes acceperunt (Panofka, Welcker, Preller, Pass. et Thes.), quanquam haec ita tantum ferri potest, ut Mercurius vocatus sit is qui portam *στρέφει*, aperit et claudit. Sed vocem *στρέφω* hac significatione de valvis movendis adhibitam esse non invenio. A *στροφεύς στρόφιγξ* vocabulum repetere formationis leges vetant. Neque *Carna* cardinis dea Romanorum adhiberi debet, quum ab eiusmodi diis certae cuidam domus parti vel certis vitae actibus praepositis abhorreat Graecorum religio omnisque indoles. An forte Graeci quoque habuerunt Forculos Limenti-

nos Lateranos, Pecunias Argentinos, Semonias Segestas, Lacturcias Maturas et qui eius generis alii sunt sexcenti apud Romanos dii? Quamobrem multo probabilius mihi videtur *στροφαῖον* vocatum esse illum Mercurium apud fores positum quasi versutum (ut alias vocatur *πολύτροπος, ἠπεροπευτής, ποικιλομήτης, δολοφραδής* al.) furumque patronum, qui eam ipsam ob causam fures prohibeat. Haec est Hemsterhusii sententia ad locum illum Aristophaneum adnotantis: „Mercurius quidem furti furumque patronus .... neque tamen eo minus statua propter fores dedicata domos ipsi custodiendas veteres commiserunt, ut scilicet ea religione delinitus clientes suos procul arceret"; haec etiam Winckleri, die Wohnhäuser der Hell. p. 101. Nemini enim ignota est illa apotropaeorum, ut vocabulo utar novitio, homoeopathia,*) de qua docte egit O. Jahn „Ueber den bösen Blick" in Ber. d. Sächs. G. d. W. 1855, p. 61 sq. Accedit quod Cario hac significatione vocabulum intelligit, quum respondeat: *ἀλλ' οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν.* Itaque Graecos illo tempore etiam sibi conscios fuisse putabimus, *στροφαῖον Ἑρμῆν* prope portas positum esse furum patronum ut domum custodiat a furibus: posteriores eum a cardine sic vocatum existimabant.

Sed quanquam vocabuli hanc esse significationem censeo, non eandem causam statuae Mercurii omnino ante domus positae. Viri docti eam ob causam has statuas positas esse judicant, quod Mercurius viarum et comercii deus fuerit „der den sterblichen in allem beginnen ein sicherer führer ist, ihren aus- und eingang für häuser, strassen und märkte beschützt" Gerh. Myth. § 275, 5. Cf. Preller I², p. 310. Hermann Gott. Alt. 15, 9. Petersen Hausgottesd. der alten, Zsch. f. Alt. 1851, p. 104. Mihi secus videtur. Etenim quum Mercurii statuae vel potius hermae huic usui destinatae erecto membro virili essent insignes iisque praeter Athenienses maxime Arcades uterentur (Preller p. 296, 311. Paus. 3, 48, 4. Gerh. § 272, 3), quumque eadem fere forma esset statuarum Priapi quasi hortorum custodis in hortis positarum, veri simile mihi videtur, ut illis Priapi sic etiam his Mercurii statuis proprie significatum esse deum salacem

*) quam disertis verbis agnoscit schol. Aeschin. c. Timocr. § 23: *τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια.*

generantem pecorum praesidem, cuius statua ad pecora et stabula custodienda propter fores poneretur. Hinc in urbem etiam translatus est hic mos statuarum ponendarum, et jamjam phallus ille erectus magis magisque apotropaei tantum significationem accepit, qui adspectus sui turpitudine non oculum tantum invidum ac fascinationes (quae sola fere respicit Jahn l. l.), sed quaelibet mala averteret, ut Priapum ad fures maxime arcendos positum esse constat, cf. Hor. Sat. I, 8, 3 sqq. Priap. 13. 15. 17. 22. 23 saep. Etiam Hecatae ante portas positae hoc munus erat, quum et ad alia loca a contumeliis defendenda adhiberetur, cf. inscriptionem sub Hecatae effigie exaratam quam Jahn l. l. p. 87 affert: „Quisquis in eo vico stercus non poserit aut non cacaverit aut non miaverit, is habeat illas propitias; si neglexerit, viderit". Mox quum propriam illius dei naturam essent obliti, eum hanc maxime ob causam ante domos positum putantes, ut fures defenderet, morem illum apotropaeorum sequentes *στροφαῖον* vocabant, quasi deus furum ante fores positus esset ut fures prohiberet. Non nego illis fortasse in hoc vocabulo fingendo obversatam esse notionem *στροφέως*, satis enim raro in vocabulis fingendis certam quandam et distinctam cogitationem in fingentium mentibus fuisse puto.

τομαῖος sectus, caesus, succisus, recisus Aesch. Cho. 166 *ὁρῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ.* 539 *ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων.* Suppl. 268 *Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια* (cf. *ἄκος τέμνειν, ἐκτέμνειν,* Blomf. ad Aesch. Ag. 17. *ἀντίτομος* Pind. Pyth. II, 393, *ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν*, schol. *ἀλεξιφάρμακα*, i. q. *ἀντιτεμνόμενα*, Eur. Alc. 970 *Φοῖβος Ἀσκληπιάδαις ἔδωκε φάρμακα ἀντιτεμὼν βρότοισι*), *τομαία χαίτα* Eur. Alc. 101; Nic. ther. 52 *Πριόνεσσι τομαίη Κέδρος πολυόδουσι καταψηχθεῖσα γενείοις.* schol. *τεμνομένη.*

τοναῖος intentus. *δρόμος* Suid. Zon. *τοναία* sc. *φωνή*, glossographi interpretantur *φωνῆς τάσιν;* Hes. Phot. EM. Lobeckio paral. 314 videtur dictum pro *τονή*.

περιτόναιος i. q. *περίτονος,* quo voc. utitur Eust. 1533, 4 ad illud interpretandum. Peritonaeum, i. e. membrana qua continentur viscera, vocatur *ὁ περιτόναιος ὑμήν* Poll. 2, 224, *ὁ περιτόναιος* Cels. 4, 1, plerumque *τὸ περιτόναιον* Hipp. Gal. Est *τὸ περιταθέν*. Etiam pars navis sic vocabatur. Poll.

1, 98 τὰ δὲ περὶ τὴν πρύμναν προύχοντα ξύλα περιτόναια καλεῖται. ib. 92 τὸ δὲ συνέχον ἄνωθεν ἑκατέρους τοὺς τοίχους περιτόναιον καλεῖται. Cf. Graser de vet. re nav. p. 79 sq.

ὑπερτόναιον. „Ὑπερτόναια i. q. ὑπέρθυρα ap. Poll. 7, 122. Inscr. de munim. Athen. p. 34 ed. Müller: Ἐπιθήσει (ταῖς θυρίσι) ὑπερτόναια ξύλινα γομφώσας διάτοιχα πάχος στοιχιαῖα, μῆκος ὀκτώποδα· ὑποθήσει δὲ καὶ κύβους τοῖς ὑπερτοναίοις. Sunt ligna supra lumen fenestrarum suspensa, quibuscum Müller p. 53 comparat διατόναια τοξοειδῆ, i. e. tigna in arcus speciem supra oecum extensa Callix. ap. Athen. 5, p. 205". Dind.

τριβαία. Hoc vocabulo ter utitur Suidas ad interpretandum ἴγδη, θυείδιον, ὕπερον. Significat igitur vel mortarium vel pistillum. Itaque proprie videtur esse i. q. ἡ τρίβουσα.

76. τροπαῖος activa significatione fugantis, τοῦ τρέποντος τοὺς πολεμίους, Iovis et Neptuni cognomen est. Hanc huius cognominis esse vim, neque significare eum qui τῇ τροπῇ praeest, genetivus arguit cum eo conjunctus: Eur. El. 671 Ὦ Ζεῦ ... τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν. Heracl. 403 θυηπολεῖται δ' ἄστυ μάντεων ὕπο τροπαῖά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια, sc. θυηπολήματα, quibus hostes fugentur, urbs servetur. El. 469, ubi pro Ἕκτορος ὄμμασι τροπαίοις recipienda est ingeniosa Weilii conjectura Ἕκτορος ὄμμα τροπαῖον, vue qui fait fuir Hector. — τροπαῖον supra p. 162 vidimus Graecis significasse τὸ ἐπὶ τροπῇ σταθέν. Sed haud scio an primitus fuerit signum dei τροπαίου, et ab hoc nomen acceperit. Conferas Eur. Phoen. 1251 Ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας τροπαῖον. 1473 Οἱ μὲν Διὸς τροπαῖον ἵστασαν βρέτας Suppl. 647 Πῶς γὰρ τροπαῖα Ζηνὸς Αἰγέως τόκος ἔστησεν cum Heracl. 936 βρέτας Διὸς τροπαίου. Schol. Phoen. 1251: Ἐν σοὶ κεῖται ἀνορθῶσαι τὸ εἴδωλον τὸ νικητήριον· οἵ γε νικῶντες εἴδωλον ἵστασαν τοῦ Διός. — Ζηνὸς-βρέτας] Τὸ εἴδωλον τοῦ Διός, ἢ αὐτὸς ὁ Ζεύς. — Εἰώθασιν οἱ παλαιοι τεὸ ἐνίκων τροπαῖον ἀνιστᾶν θεοῦ τινος εἴδωλον, καλοῦντες τοῦτον σωτήριον.

ἀποτρόπαιος avertens, et abhorrendus. θεοὶ ἀποτρό-

παιοι Ar. Pl. Xen. Paus. Plut. dei malum avertentes, averrunci. Cf. de his supra p. 211. 213. *τὰ ἀποτρόπαια* sacra avertendorum malorum causa facta Plut.

ἐπιτρόπαιος, bis ap. Herodotum de regno, *ἀρχή* vel *βασιληίη ἐπιτροπαίη*. Quod non recte in lex. Pass. et thes. ad *ἐπίτροπος* tutor revocatur et explicatur „vormundschaftliche regierung“: quae significatio quanquam inesse potest in l. IV, 147 *ἐόντων ἔτι τῶν παίδων τούτων νηπίων ἐπιτροπαίην εἶχε ὁ Θήρας τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιληΐην*, non est III, 142 *Τῆς δὲ Σάμου Μαιάνδριος ὁ Μαιανδρίου εἶχε τὸ κράτος, ἐπιτροπαίην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν*, quod quid significet ex ipsis Maeandrii verbis intelligas: *ἐμοὶ σκῆπτρον καὶ δύναμις πᾶσα ἡ Πολυκράτεος ἐπιτέτραπται*. Recte igitur Schweighäuserus *ἐπιτρόπαιος* interpretatur „fidei alicuius commissus“, neque ab *ἐπίτροπος* neque ab *ἐπιτροπή* sed ab *ἐπιτρέπεσθαι* committere, permittere vocabulum illud derivatum est.

προςτρόπαιος proprie significat eum, qui *προςτρέπεταί τινα*, specialiter qui scelere aliquo, maxime caede commissa vel homines vel deos aliquos implorat, ut se expient et purgent. Est igitur idem quod *ἱκέτης*. Et ut hoc sic etiam *προςτρόπαιος* saepius, a tragicis praesertim, omnino de homine scelesto, piaculari usurpatur. Hae significationes qui natae sint facile intelligi potest. Difficilius autem est perspicere, qui factum sit, ut etiam dii vel daemones quidam scelerum ultores *προςτρόπαιοι* vocarentur. Ea de re accuratius inquirendum est.

De diis *προςτροπαίοις* saepius loquuntur grammatici: Poll. 1, 24: (*θεοὶ*) *τρόπαιοι ἀποτρόπαιοι λύσιοι καθάρσιοι ἀγνῖται, φύξιοι σωτῆρες ἀσφάλειοι, παλαμναῖοι προςτρόπαιοι, γενέθλιοι γαμήλιοι κτλ.* 5, 131 *δαίμονες οἱ μὲν λύοντες τὰς ἀρὰς ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποπομπαῖοι ἀποτρόπαιοι λύσιοι φύξιοι, οἱ δὲ κυροῦντες ἀλιτήριοι ἀλιτηριώδεις προςτρόπαιοι παλαμναῖοι*. Bekk. anecd. p. 296, 4. Phot. p. 462, 22. EM. 700, 10: *προςτρόπαιος· δαίμων τις ἐπὶ τῶν ἐναγῶν*. — *Ζεὺς προςτρόπαιος* auctore Phot. p. 371, 16: *ὁ προςτρέπων τὸ ἄγος τοῖς παλαμναίοις*, lex. rhet. ap. Eust. p. 1807, 11 *ᾧ ἄν τις προςτρέποιτο ἱκέσιος*. Plerumque solo nomine *προςτρόπαιοι*

vocantur genii quidam vel daemones furiis persimiles, qui caedium poenas exigentes interfectores terrent atque agitant. Cuius significationis primus auctor certus (nam de Aeschylo ut videbimus ambigitur), est Antipho, qui saepius ad animos judicum permovendos citat horum daemonum timorem:

Antiph. 126, 39 (IV *β* 8) *ἀδίκως μὲν γὰρ ἀπολυθεὶς διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς ὑμᾶς διδαχθῆναι ἀποφυγών, τοῦ μὴ διδάξαντος καὶ οὐχ ὑμέτερον τὸν προστρόπαιον τοῦ ἀποθανόντος καταστήσω· μὴ ὀρθῶς δὲ καταληφθεὶς ὑφ' ὑμῶν ὑμῖν καὶ οὐ τούτῳ τὸ μήνιμα τῶν ἀλιτηρίων προστρίψομαι.* id est: *εἰς τὸν μὴ διδάξαντα καὶ οὐχ εἰς ὑμᾶς τὸν προστρ. στρέψω.* id. 125, 32 (IV *α* 4) *δεινοὺς ἀλιτηρίους ἕξομεν τοὺς τῶν ἀποθανόντων προστροπαίους.* Pol. 24, 8, 2 *ἡ τύχη παρέστησεν αὐτῷ τινας ἐρινῦς καὶ ποινὰς καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνου ἠτυχηκότων.* Paus. 2, 18, 2 *Οὐκ ἔχω σαφὲς εἰπεῖν πότερον ἀδικίας ἦρξεν Αἴγισθος ἢ προϋπῆρξεν Ἀγαμέμνονι φόνος Ταντάλου τοῦ Θυέστου. . . . ἐγὼ δὲ καταγνῶναι μὲν οὐκ ἐθέλω, φύσει σφᾶς γενέσθαι κακούς· εἰ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῖς τὸ μίασμα τὸ Πέλοπος καὶ ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος ἠκολούθησε, τούτοις ἦν ἄρα ὁμολογοῦντα, ἡνίκα ἡ Πυθία Γλαύκου . . . ἐπίορκα ὀμόσαντος, καὶ τοῦδε εἶπεν εἰς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην.*

Vides in his locis *τὸν προστρόπαιον* conjungi cum genetivo interfectoris, quem agit, quem tenet, possidet, et c. gen. interfecti, a quo oritur, ut *ἀραί* idem fere significantes, cuius jussa perficit, cuius quodammodo servus et famulus est. Sed etiam ipse occisus dicitur *προστρόπαιος*: Antiph. 119, 6 (II *γ* 10) *ἡμῖν μὲν προστρόπαιος ὁ ἀποθανὼν οὐκ ἔσται ὑμῖν δὲ ἐνθύμιος γενήσεται,* ubi nemo non videt *προστρόπαιος* idem significare quod *ἐνθύμιος*: *ἐνθύμιον* autem est quod animum mordet, pungit, agitat. Non satis constat, eademne significatio etiam sit in alio quodam loco Antiphontis 129, 10 (IV *δ* 10): *ὅ τε γὰρ ἀποκτείνας τοῦ ἀποθανόντος οὐδὲν ἧττον τοῖς αἰτίοις προστρόπαιός ἐστι* (sic enim Mätzn. legit cum mss. NBZM; vulgo *προστρόπαιόν ἐστι*), *οὕτως τε ἀνοσίως διαφθαρεὶς διπλάσιον καθίστησι τὸ μίασμα τῶν ἀλιτηρίων τοῖς ἀποκτείνασιν αὐτόν:* i. e. reus caedis, qui

invitum se caedem patrasse ait, si injuste damnabitur, non minus quam occisus punget animos eorum qui eum falso judicio necaverunt; *προςτρόπαιός ἐστι τοῖς αἰτίοις* mordax iis insistet genius. His addenda sunt: EM. s. v. *Αἰώρα· ἑορτὴ Ἀθηνᾶς, ἣν καλοῦσιν εὔδειπνον. λέγεται γὰρ Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας θυγατέρα, σὺν Τυνδάρεῳ τῷ πάππῳ ἐλθεῖν Ἀθήναζε κατηγορήσουσαν Ὀρέστου· ἀπολυθέντα δὲ ἀναρτήσασαν ἑαυτήν, προςτρόπαιον τοῖς Ἀθηναίοις γενέσθαι.* Eur. Ion. 1260: *ἵζε νῦν πυρᾶς ἔπι. Κἂν θάνῃς γὰρ ἐνθάδ' οὖσα, τοῖς ἀποκτείνασί σε Προςτρόπαιον αἷμα θήσεις.* Sanguis tuus, i. e. recordatio sanguinis innocentis a se fusi interfectores tuos mordebit.

Denique eadem significatione etiam neutrum usurpatum est: Antiph. 125, 2 (III *δ* 9) *Οὐκ ἐὰν οὖν ἀπολύσητε ἡμᾶς, ἀλλ' ἐὰν καταλάβητε, ἐνθύμιον ὑπολείψεσθε. ὁ μὲν γὰρ αὐτὸς τὰς αὑτοῦ ἁμαρτίας φέρων οὐδενὶ οὐδὲν προςτρόπαιον καταλείψει· ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας ἐὰν διαφθαρῇ, τοῖς καταλαμβάνουσι μεῖζον τὸ ἐνθύμιον γενήσεται.* Nam in hoc loco apparet, *τὸ προςτρόπαιον* idem significare atque *τὸ ἐνθύμιον*, i. e. quod animum peccati commissi conscium angat et excruciet, quod nos vocamus gewissensbisse.

Sed neutrius *τὸ προςτρόπαιον* alia quoque significatio esse videtur; Harpocratio enim diserte dicit *τὸ προςτρόπαιον* esse *ἀντὶ τοῦ ἄγος καὶ τὸ μίασμα,* eandemque sententiam ex illo hauserunt Suidas et Photius. At haec lexis ex uno Aeschinis loco de falsa leg. 158 sumpta est, cuius et lectio et sententia admodum ambigua est. Itaque accuratius in eum inquiramus. Narrat Aeschines, Demosthenem quum frustra tentasset Aristophanem Olynthium pecunia corrumpere, ut feminam suam ab Aeschine contumeliose tractatam esse testaretur, ipsum hanc falsam criminationem cum contumeliis ac iurgiis protulisse, cui si populus Atheniensis credidisset sibi ipsi de turpissima re fuisse pereundum. Iam quae sequuntur, sic in codicibus scripta sunt: *Ἐάσετε οὖν αὐτὸν τοιοῦτον προςτρόπαιον* (*τοιοῦτον αὐτοῦ πρ.* h Flor. cum schol., pro *αὐτοῦ* F habet lacunam in erasis) *μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως, ὥστ' ἐν ὑμῖν ἀναστρέφεσθαι* (*ὥστε* om. cl. A. Weidneri); *καὶ τὴν μὲν ἐκκλησίαν καθαίρετε, ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασι διὰ τούτου*

(*τοῦτο* !) *τὰς εὐχὰς ποιήσεσθε καὶ στρατιὰν ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν ἐκπέμψετε; καὶ μὴν ὅ γε Ἡσίοδος λέγει·*

πολλάκι τοι ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
ὅς κεν ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

Huius loci duae veterum explicationes exstant. Altera quam jam commemoravimus Harpocrationis: *Προστρόπαιον. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας· Ἐάσατε οὖν αὐτὸν τὸ τοιοῦτον προςτρόπαιον; ἀντὶ τοῦ ἄγος καὶ τὸ μίασμα. Καὶ προςτροπὴ δὲ καὶ ἀρὰ ταὐτὸ*) λέγεται. ἐν γοῦν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος* (§ 110) *ἐκ παραλλήλου τίθησι τὰ ὀνόματα ὁ ῥήτωρ. Κεῖται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ παρὰ Δεινάρχῳ ἐν τῷ περὶ Φορμισίου ἀσεβείας.* Altera scholiastae duplex: *ἆρα, φησί, τοῦτον ἐάσει δεῖ ζῆν τὸν ἑαυτοῦ προςτρόπαιον* (*τὸν* om. Vat. Laur. gim)*; μὴ γὰρ γένοιτο αὐτὸν γενέσθαι τῆς πόλεως. προςτρόπαιός ἐστιν ὁ εἰς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος τὰ κακά, ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τοῦ ἀποτρόπαιος, τοῦ ἀποτρέποντος τά κακά. Διὸ καὶ Διὶ ἀποτροπαίῳ θύομεν, οὐκέτι μέντοι καὶ προςτροπαίω* Vat. Laur. F gim. *προςτρόπαιον μιαρόν, κατάρατον* B. Vides, utrumque interpretem textum Aeschinis vel legisse vel legendum censuisse diversum ab eo quem nunc habemus. Itaque viri docti partim hunc partim illum in emendanda scriptura secuti sunt. Ac plerique ex scholiasta receperunt *αὑτοῦ* (Reiske, Bekk. Dind. Bait.-Saupp. Franke, Bens.), quo non opus esse affirmat Bremi, quum per se subintelligatur. At in restituendo articulo in partes eunt, quum alteri *τὸ* alteri *τὸν* recipiant. Itaque *αὐτὸν τὸν τοιοῦτον αὑτοῦ πρ.* legunt Bait. Saupp., *τὸν τοιοῦτον αὑτοῦ πρ.* (omisso *αὐτὸν*) Bekk. Dind. cum Reiskio, *αὐτὸν τὸ τοιοῦτον αὑτοῦ πρ.* Franke Bens. Saupp. ep. cr. p. 53, *αὐτὸν τὸ τοιοῦτον πρ.* Bremi. Ex litteris loci nihil confici potest, quum articulus facile excidere potuerit, sive scriptum erat *αὐτὸν τὸν τοιοῦτον* sive *αὐτὸν τὸ τοιοῦτον.* Itaque quaeramus de significatione. Atque primum quidem scholiastae interpretatio absurda est. Nam, ut omittam, quod *προςτρέπεσθαι* verbum nunquam hoc sensu usurpatur, ut significet *ἐπισπᾶσθαι*

*) Sic enim cum Sauppio Ep. crit. p. 54 legendum pro eo quod traditum est *προςτροπὴ δὲ παρὰ τοῦτο.*

εἰς ἑαυτόν: quid tandem huc faceret „qui mala in se trahit"? Quaenam enim mala in se trahit Demosthenes? non id agitur, sed hoc dicere vult Aeschines, Demosthenem esse hominem nefarium, qui totam civitatem maculet et in perniciem trahat. Id quod versu Hesiodi clarissime demonstratur. Comitia, inquit, purgatis, at in populiscitis hoc rogante deos invocatis! An nescitis, deos precibus illius contagione contaminatis non placari sed irasci? Haec igitur scholiastae explicatio stare nequit. Videamus alteram: *μιαρόν, κατάρατον,* scholiastae B, cuius explicationes quamquam Schulzio auctore (p. 250) sunt fere omnia levissimi momenti, tamen non absonum est, unam alteramve melioris notae in iis delitescere. Et certe haec explicatio bene congruit et cum ea vocis significatione, quam apud tragicos usitatam esse vidimus, ut significet hominem piacularem, scelestum, et cum totius loci sententia, quum Aesch. totam civitatem omniaque ab ea gesta maculari dicat Demosthenis praesentia. Qui enim ipse piaculo pollutus est, is ipsa praesentia sua ceteros quoque maculat. Sic Hercules ap. Eur. Herc. f. 1161 quum Theseum approquinquantem infelici liberorum stragi vidit, dicit haec: *Αἰσχύνομαι γὰρ τοῖς δεδραμένοις κακοῖς, Καὶ τῶνδε προστρόπαιον αἷμα προβαλὼν Οὐδὲν κακῶσαι τοὺς ἀναιτίους θέλω.* I. e. quum ipse horum sanguine sceleste fuso maculatus sim, in me solum hoc piaculum verti, non pollui insontes volo. Inde etiam neutro genere vocabulum usurpari potuit, ut vidimus *τὸ προστρ.* apud Antiphontem significare id quod pungat; sic hoc loco significare potest id quod pollutum, scelestum est, ideoque alios polluat, ut fere recte vertatur ab Harp. *ἄγος μίασμα.* Sic ap. Cass. Dion. 42, 3 *προστρόπαιον καὶ ἑαυτοῖς καὶ Αἰγύπτῳ πάσῃ προςέθεντο.* At quominus hic arma deponamus, prohibemur illo *αὑτοῦ* et *μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως.* Quid enim significat *αὑτοῦ προστρόπαιος?* Qui se ipsum maculat, pro maculatus sceleribus? Haec sane mira et contorta esset locutio. Recta esset si vel masculinum *προστρόπαιος* significaret, quod Bekk. Bremi O. Müller (Eum. p. 135, 11) volunt: „qui sibi ipsi iram et vindictam divinam contraxit", sed eam vocis signif. esse non posse vidimus, vel neutrum *προστρόπαιον* conjunctum esset cum verbo, ut *προςβαλεῖν* ap. Eur.,

προςτίθεσθαι ap. Cass. Dion. l. l. Neque tamen omitti potest vocabulum, si rectum est, quod sequitur *μὴ γὰρ τῆς πόλεως*. Haec enim verba desiderant sententiam contrariam. Sed et ipsa haec verba mihi videntur suspiciosa. Quid enim sibi vult haec deprecatio, quum tamen hunc scelestum et piacularem diu jam in urbe esse, omniaque illa ministrare omnes videant, itaque urbem jam maculatam esse oporteat? Quae quum ita sint, et quum *αὐτοῦ* illud, quod postulari verbis *μὴ γὰρ τῆς π.* dixi (nam subintelligi, quod Bremius putat, nullo modo potest) desit apud Harp. et in plerisque codicibus, (in F erasum), corruptum esse locum censeo; *αὐτοῦ* illatum esse ab interpretibus eius generis cuius schol. est, et *μὴ γὰρ δὴ* (*δὴ* om. f, *δεῖ* d) irrepsisse in locum unius cuiusdam vocis. Sed haec quae fuerit difficile est inventu. Putarem *μιαρόν*, nisi schol. B hac ipsa voce *προςτρ.* interpretaretur. Cogitavi de *ἀναιδῆ*: sive aliud vocabulum hac fere sententia requiritur: *μιάστορά τε τῆς π.*, vel *καταγελᾶν τῆς π.* Sed si quaeritur quid mihi videatur esse rectius, *τὸ προςτρόπαιον* an *τὸν πρ.*, ego hominem quam rem significatam esse malo. Nam de homine loqui ostendit verbum *ἀναστρέφεσθαι* et quae sequuntur, ostendit versus Hesiodei analogia (quanquam rem pro persona usurpari posse demonstrat Aeschyl. Ag. 1645: *ἀλλά νιν γυνὴ Χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων Ἔκτειν'*, Cho. 1028 *Κτανεῖν τέ φημι μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης, Πατροκτόνον μίασμα καὶ θεῶν στύγος*; sed haec est tragica loquutio, quae prosae orationis humilitati minus convenit). Deinde *τὸν* paulo facilius omitti potuisse puto, in *αὐτὸν τὸν* enim plane pares sunt syllabae, in *τὸ τοιοῦτον* paulo dissimiliores.

Sed utut id est, sive *τὸν προςτρ.* significat omnino hominem scelestum, impurum, contaminatum, sive *τὸ προςτρ.* pro *τὸ μίασμα* dictum est, utraque significatio facile ex vocis significatione propria derivari potest. Qui autem explicemus quod vocabulo *προςτρόπαιος* non modo significatur is qui scelus aliquid patravit, sed etiam, quod locis supra citatis satis probavimus, ipse occisus, et malus genius qui ab interfectore poenam repetit? Fuerunt qui putarent, mortuum ideo appellari *προςτρόπαιον*, quod a diis posceret auxilium vel vindictam, *διὰ τὸ προςτρέπεσθαι θεούς*, quae est sententia schol. in Aesch. Cho. 287 (*τὸ γὰρ σκοτεινὸν τῶν ἐνερτέρων βέλος*

Ἐκ προςτροπαίων ἐν γένει πεπτωκότων καὶ λύσσα κ. . . . φόβος Κινεῖ, ταράσσει, quo de loco mox accuratius dicemus): *ἐκ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἱκετεύοντος τοὺς θεοὺς ἐκδικήσεως τυχεῖν;* quam sententiam amplexi sunt HSteph. et Pass. Deos autem *προςτροπαίους* esse *οὓς προςτρέπονται,* Iovem *προςτρόπαιον* „ad cuius genua provolvuntur. supplices, a quo genu supplici poscitur alquid, auxilium scilicet aut vindicta." HSt. Sic explicat Eust. p. 1807 ex lex. rhet.: *ὧν ἄν τις πρὸςτρέποιτο δεόμενος.* Haec si recta essent, mortui dicti forent *προςτρόπαιοι* active, quod deos implorent, dii *προςτρ.* passive, quod ab illis implorentur. Sed hae nugae sunt. Nam *δαίμονες προςτρόπαιοι* quos Pollux commemorat quin iidem sint atque *οἱ τῶν ἀποθανόντων προςτρόπαιοι* dubitari nequit, hos vero ipsos esse mortuos testatur Antipho, quum plane eadem significatione, qua alias *τοὺς τῶν ἀποθ. ἀποτροπαίους* adhibet, 119, 6 et 129, 10 ipsum mortuum *προςτρόπαιον* vocet. Non a diis per mortuorum preces excitatis, sed ab ipsis mortuis pungi et extorqueri occisores, clare apparet ex hoc loco Platonis: Leg. 865 D: *Παλαιὸν δέ τινα τῶν ἀρχαίων μύθων λεγόμενον μὴ ἀτιμαζέτω. Λέγεται δέ, ὡς ὁ θανατωθεὶς ἄρα βιαίως, ἐν ἐλευθέρῳ φρονήματι βεβιωκώς, θυμοῦταί τε τῷ δράσαντι νεοθνὴς ὤν, καὶ φόβου καὶ δείματος ἅμα διὰ τὴν βίαιον πάθην αὐτὸς πεπληρωμένος, ὁρῶν τε τὸν ἑαυτοῦ φονέα ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς τῆς ἑαυτοῦ συνηθείας ἀναστρεφόμενον δειμαίνει καὶ ταραττόμενος αὐτὸς ταράττει κατὰ δύναμιν πᾶσαν τὸν δράσαντα, μνήμην ξύμμαχον ἔχων, αὐτόν τε καὶ τὰς πράξεις αὐτοῦ.* Cf. Xen. Cyr. VIII, 7, 19. Itaque occisi non a diis postulant ut se ulciscantur, sed ipsi quodammodo daemones facti excruciant occisores, neque dii ab occisis implorati auxilium illis ferunt, sed hi dii ipsi sunt illi occisi. Quamobrem ista explicatio duplex a verbo *προςτρέπειν* sumpta vera non est. Rectius sic rem se habere putabimus. Praeter eum deum caelestem et Olympium qui hominem piacularem, *προςτρόπαιον,* tuetur, et ab illo imploratus eum expiat, etiam genius quidam vel daemon esse putabatur in cuius quasi tutela esset ille, qui eum et a malis immeritis defenderet et idem continuo agitaret et vexaret, dum sceleris poenas dedisset. Hic daemon quum esset hominis altera quasi persona, eodem quo hic nomine

vocabatur. Deinde magis magisque praevaluit opinio, hominem ab hoc daemone agitari et vexari. Mox προςτρόπαιος omnino nihil aliud significabat, nisi daemonem funestum et iratum ex scelere ipso et sanguine mortui oriundum, qui occisorem de occiso ulcisceretur. Et quum alia imagine ipse occisus videretur ulcisci mortem suam, vides quam facile ad rem jam paene aequalem transferri potuerit nomen quod proprie rem plane alienam significaverat.

Restat ut quaeramus an recte apud Aeschylum l. l. (Cho. 287) jam hanc vocis significationem exstare putent. Dissentiunt viri docti. Scholiastae jam vidimus τοὺς προςτροπαίους esse occisos vindictam a Iove petentes. Item Well. Dind. in lex. et Blomf. in gloss. vertunt: supplex. Eadem sententia est Franzii (belebt von bitten der im geschlecht gefallenen) et Clauseni. Sed Stanleius quum vertit „qui consanguineorum sceleratorum manu ceciderunt", sic construit: τῶν ἐνερτέρων, πεπτωκότων ἐκ προςτροπαίων ἐν γένει (i. e. ἐγγενῶν, v. Stanl. et Abr.), et προςτρόπαιον intelligit esse scelestum, piacularem, interfectorem. Idem censet O. Müller (Eum. 135). Etiam Weil hanc vocis sententiam esse putat, sed paulo aliter construi jubet: τῶν ἐνερτέρων ἐν γένει πεπτωκότων ἐκ προςτροπαίων, nam hoc loco nihil interesse utrum a cognatis an ab alienis caedes facta sit, dum is qui interfectus est sit cognatus illi qui vindictam negligit, ἐν γένει πεπτωκώς. Parum circumspecte vir alias sagacissimus. Nam occisos cognatos esse illi qui vind. negl. per se intelligitur, quum non cognatorum hominum ulciscendorum nullum videretur Graecis officium esse: contra ἐν γένει addito ad ἐκ προςτρ. multo scelerum foeditas augetur, et multo maiorem eam ob rem occisorum iram, multo acrius eorum βέλος esse oportet. Mihi omnino haec sententia multo pulchrior videtur Aeschyloque dignior quam illa quam amplectuntur scholiastae sectatores. Huc accedit usus praepositionis ἐκ. Nam ἐκ apud tragicos saepe usurpari ad auctorem denotandum et conjungi cum passivo, ut in or. prosa ὑπό, notum est, cf. Sept. 805 τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων· et multa al. ap. Dind. lex. Aesch. s. v. et Ell. Itaque haec locutio unicuique statim obversatur hunc locum legenti. Contra mira esset locutio, si, quum modo dictum esset: βέλος τῶν ἐνερτέρων, deinde denuo

adderetur „quod proficiscitur ab ultoribus cognatorum manu occisis". Exspectares appositionem genitivo casu ad *ἐνερτέρων*. Mirum est etiam ipsa praepositionis *ἐκ* conjunctio cum *βέλος*. Quam ob rem non puto hoc loco Aeschylum vocabulo *προςτρ.* significasse occisos ultionem petentes, sed eodem sensu vocem usurpasse quo tragici uti solent, = piacularis, nefarius.

τροχαῖος currens, inprimis celeriter currens. *τροχαῖα πανία* ap. Leon. Tar. Anth. Pal. 6, 288, 5 videntur significare fila subteminis quae a fuso vel radio textorio continuo devolvuntur, aut, si aliorum explicatio vocis *πηνίον* rectior est, ipsum fusum vel radium textorium celeriter huc illuc projectum. Pedem metricum Platone auctore r. p. 3, 400 B jam Damo sic vocavit. Quid proprie significaverit Terpandri *νόμος τροχαῖος* (Plut. de mus. p. 1132 D, cf. Volkm. ad l., cui a rythmo nominatus esse videtur) non satis constat. Apud. Cass. Dion. 56, 22 (*οἱ δὲ σαλπιγκταὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ὄντες τροχαῖόν τι συμβοήσαντες δόξαν τοῖς ἐναντίοις ὡς παρὰ τοῦ Ἀσπρηνοῦ πεπεμμένοι παρεῖχον*) *τροχαιόν τι* est cantilena proficiscentium, ὃ *τρέχων τις ᾄδει*. Quodnam tormenti genus significet ap. Ios. Maccab. 11, p. 512, 15 *περὶ τροχαῖον σφῆνα κατέκαμψαν*, nescio, neque magis intellego, quid sit *τροχαῖα· μέσα ἐν κύβοις* apud Hesychium. Quod idem addit *ἡ ὁδός, ὡς Ῥίνθων*, passiva notione dictum putaveris, ut sit via quae curritur.

77. Sed addito *αιο* non ea tantum nomina verbalia amplificantur, quae solo suffixo *ο* e verbis derivata sunt, verum etiam quae aliis terminationibus utuntur. Itaque eadem ratione qua vocabula modo enumerata etiam natae sunt voces in *-ταιος*, *-μεναιος*, *-μναιος*, *-μαιος*. Atque primo loco ea ponam de quibus dubitatio esse non potest, quae in *-ταιος* desinunt.

εὐκταῖος saepe apud Atticos hac significatione: votis et precibus expetitus, invocatus. Idem esse atque *εὐκτός* patet. *τὰ εὐκταῖα* vota Tragg. *ἀπευκταῖος* = *ἀπευκτός* Pl. Axioch.

προκριταῖος = *πρόκριτος* Epiphan.

σταφιδευταῖος Hippocr. de morb. III, p. 497, 8 *τρύγες στεμφυλίτιδες σταφιδευταῖαι* (*σταφιδευτέαι* EHIG. *σταφυδευτέαι K*) *ὑδαρέες* faeces ex uvis passis (*σταφίδων*) vel potius

faeces vini ex uvis passis facti, sapae, *οἴνου σταφιδίτου* (Littré: de la piquette de raisins secs, coupé d'eau). Ex *σταφίς* (**σταφιδεύω*) **σταφιδευτός σταφιδευταῖος*. *σταφιδευτός* ex *σταφίς* factum, quasi a verbo *σταφιδεύω* derivatum sit, ut multa in -*ητος*, -*ωτος*, -*ωμα*, velut *ἀνάνδρωτος, ἀεροδόνητος, κόλπωμα*, de quibus supra diximus p. 106 sq. Conferas latina *avitus, auritus, mellitus, cornutus, nasutus* al. L. Meyer Vgl. Gr. II, 517 sq.

78. His adjungi possunt pauca in *μεναιος μναιος*, quae derivata esse videntur e simplicibus verbalibus in *μενος, μνος*. His enim suffixis (quae ex duobus suffixis *ma* et *na* composita sunt) constat e verbis derivari nomina agentem plerumque significantia. Atque plenior quidem suffixi forma *μενο* ad participia maxime fingenda adhibetur, ut *μαχό-μενο-ς, τιθέ-μενο-ς, πεπνύ-μενο-ς* al. (L. Meyer. Vgl. Gr. II, 285 ff.), in aliis quae nominalem significationem acceperunt, jam prisco tempore elisa est vocalis *ε*, ut in *μνο, μνα* exeant: *μέδιμνος, βέλεμνον, μέριμνα* al. (Meyer p. 293). In multis horum vocabulorum propria significatio verbalis jam evanuit, magis servata est in latinis nominibus in *umnus*, ut *alumnus, auctumnus, Vertumnus, Volumnus* (Meyer l. l., Bechstein in Curt. Stud. VIII, 388), ex quibus vetustissimam esse hanc formationem intelligas. Ex huiusmodi igitur nominibus verbalibus mihi derivata videntur *μεθυμναῖος, παλαμναῖος, ὑμέναιος*.

μεθυμναῖος Bacchi cognomen, *ὅςγε τὸν ἄκρατον ἄντικρυς μέθυ, καὶ μεθυμναῖον αὐτὸς αὑτὸν ὠνόμασε* Plut. quaest. conv. III, 2, 1. *Τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον καὶ Λυαῖον καὶ Εὔιον καὶ Ἰήιον προςηγόρευον* Ath. VIII, 363 B. *Μεθυμναῖος· ὁ Διόνυσος, ὅτι μεθ' ὕμνων ἦλθεν. τάχα δὲ καὶ παρὰ τὴν μέθην εἴρηται, ὡς μεθυδότης* EM. *Μεθυμναῖος· ἀπὸ τόπου* Suid. Deum sic vocatum esse, quod *μεθ' ὕμνων* venisset, non credo, neque vocabuli forma ea est: exspectares enim *μεθύμνιος*. Rectius fortasse ab oppido *Μήθυμνα* derivatum esse putes dei cognomen, quanquam oppidi nomen longam habet vocalem. Methymnae enim Deum cultum esse constat. Sed mihi veri similius videtur, non dei nomen ab oppido esse derivatum, sed utrumque nominatum esse ab eadem re, ab ebrietate. Ut enim ex *ἐρύω ἐρυμνός*, sic ex *μεθύω* duci poterat *μεθυμνός*, et paragoge

ionica *μεθυμναῖος*, i. q. *μεθύων*; itaque deus ebrius, urbs ebria vocata.

παλαμναῖος plerumque significat hominem piaculo pollutum, qui caedem patravit, deinde omnino scelestum, nefarium. EM 647, 49: *παλαμναῖος· φονεύς, ἀντίθετος τῷ θεῷ, μεμιασμένος, πικρός, φόνιος, σοβαρός.* Hesych.: *παλαμναῖος· ἀποτρόπαιος, σκληρός, φονεύς, ὁ αὐτοχειρίᾳ τινὰ ἀνελών, ὁ ἐνεχόμενος μιάσματι οἰκείῳ.* Bekk. an. p. 293, 12: *π. πικρὸς καὶ φόνιος καὶ σοβαρός.* Suid.: *π. φονεύς, ἢ μιαρός. παλαμναῖοι γὰρ λέγονται οἱ διὰ χειρὸς ἀνδροφονοῦντες, παρὰ τὴν παλάμην.* Harpocr.: *παλαμναῖος. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου. αὐτοχειρίᾳ τινὰς ἀνελόντας, τῇ παλάμῃ, παλαμναίους ἐκάλουν, ὡς καὶ Ἀντικλείδης ἐν ἐξηγητικῷ ὑποσημαίνει.* Cf. schol. Soph. El. 587. Tr. 1207. Itaque ab Aesch. Eum. 448 (*ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος*) eadem significatione adhibetur qua paulo ante v. 445 *προςτρόπαιος*, a Sophocle pro interfectore ponitur Tr. 1207 *φονέα γενέσθαι καὶ παλαμναῖον σέθεν*, El. 587 *ἥ τις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ, μεθ' οὗ πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσας*, Omnino scelestum, nefarium, abominandum denotat apud Plut. Pomp. c. 80 *Καῖσαρ ..... τὸν μὲν προςφέροντα τὴν κεφαλὴν* (sc. *τὴν Πομπηΐου*) *ὡς παλαμναῖον ἀπεστράφη.* (Polyb.?) ap. Suid. s. v. *ἀλάστωρ: Ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ οὕτως αἰσχρῶς προήσονται τοὺς τόπους, μηδὲν παθόντες ἢ ἰδόντες κακόν.* Ael. ap. Suid. s. v. *παλαμναῖος· Ὁ δὲ πρὸ τῆς ἐς τοὺς πολεμίους συμπλοκῆς, ὡς εἶδεν ἀπολλύμενόν οἱ τὸν λεών, ἐνετολμήσατο κακὸν κακῷ μείζονι ὁ παλαμναῖος ἄρα ἐκεῖνος σβέσαι. προςτάττει οὖν τὴν ἄθλιον παρθένον δίχα τεμεῖν.* Hinc perniciosum, pestiferum, pestem significat ap. Synes. et Eumath., ut Synes. 193 C *παλαμναῖον τῆς χώρας Ἀνδρόνικον* pestem et perniciem regionis. Omnino hostem sic vocatum esse testatur EM. 647, 46: *καὶ ὁ ἐχθρὸς δὲ καὶ πολέμιος παλαμναῖος καλεῖται, ὁ διὰ χειρῶν καταγωνιζόμενος τὴν μάχην, παρὰ τὴν παλάμην.* — *παλαμναίη* dicitur etiam *ἀσπίς τις κατὰ θηρίων* Eust. EM. 647, 45: *καὶ ἀσπὶς δέ τις τῶν θηρίων, παλαμναία καλουμένη.* Orph. lith. 506 (ubi de viribus coralii agitur):

Ἴσθι δ' ἀμαλδύνειν σκορπήϊα κέντρα δύνασθαι
καὶ Περσηϊάδαο μένος μέγα κουραλίοιο,
ἠδὲ παλαμναίην ἀνεμώλιον ἀσπίδα θεῖναι.

Plane dubius sum de Eur. Iph. T. 1218:
ἸΦ. ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι, ΘΟ. τί χρή με δρᾶν;
ἸΦ. πέπλον ὀμμάτων προθέσθαι. ΘΟ. μὴ παλαμναῖον λάβω;
ubi alii interpretantur piaculum, contagium, alii vindicem sceleris, *ἀλάστορα*, cf. Bekk. an. 382, 31: *ἀλάστορα προςβαλεῖν· οἷον μύσος καὶ ἀνοσιουργίαν. Εὐριπίδης· σύ σοι παραιτῶ, μηχανωμένη κακὰ Ἐχθροῖσι, σαυτῇ προςβαλεῖν ἀλάστορα.*

Sed ut *προςτρόπαιοι* non solum parricidae ipsi vocabantur, sed etiam dii parricidii vindices, sic etiam *παλαμναῖος* utraque significatione usurpatum est. Iovem sic vocatum esse testes sunt EM 647, 43: *ὁ τοὺς αὐτοχειρὶ φονεύσαντας τιμωρούμενος Ζεὺς παλαμναῖος*, et Suid. et Phot.: *καὶ Ζεὺς παλαμναῖος· ὁ τοὺς τοιούτους* (i. e. *παλαμναίους*) *τιμωρούμενος* (cf. Ap. Rh. IV, 709 de Circe Apsyrti caedem expiante *καθάρσιον ἀγκαλέουσα Ζῆνα, παλαμναίων τιμήορον ἱκεσιάων*). *Δαίμονες παλαμναῖοι* iidem vocantur, qui et *ἀλάστορες* et *προςτρόπαιοι*. Poll. V, 131: *οἱ δὲ κυροῦντες* [*δαίμονες*] *ἀλιτήριοι ἀλιτηριώδεις προςτρόπαιοι παλαμναῖοι*. id. I, 24 *θεοὶ . . . σωτῆρες, ἀσφάλειοι, παλαμναῖοι, προςτρόπαιοι*. Apud Bekk. an. p. 193, 10 *παλαμναῖος* explicatur *ὁ δαίμων ὁ τὰ μύση καὶ τὰ μιάσματα ἀποτρέπων*, in lex. rhet. ib. p. 297, 13 *τοὺς δεσπότας τῶν ἀδικημάτων*. EM 649, 10: *παλαμαῖος καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν παλαμναῖος. σημαίνει δὲ τοὺς αὐτοχειρὶ φονεύσαντας τιμωρούμενον*. Babr. ap. Suid. s. v. *Οὐκ ἄνθρωποι ἔδοξαν εἶναι, ἀλλὰ δαίμονες παλαμναῖοί τινες*. Solum *παλαμναῖος* hac significatione est apud Xen. Cyr. VIII, 7, 18 *τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς οὔπω κατενοήσατε οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσι* (sc. mortui, nam de anima non intereunte morte sermo est) *οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι*.

Quid igitur proprie hoc vocabulum significat, unde originem cepit? Quam quaestionem priusquam aggrediamur spectandum est quod cognatum videtur *ἀπάλαμνος*, vocabulum non minus obscuri veriloquii. EM 118, 1: *ἀπάλαμνος· δειλός ἀσθενής ἄχειρος ἄτεχνος. ὁ μὴ δυνάμενος παλαμήσασθαι, ὅ ἐστι*

τεχνάσασθαι ἢ ἐργάσασθαι. Hesych.: ἀπάλαμνος· ἀσθενὴς ἀμήχανος. Suid.: ἀπάλαμνος ἄπειρος. — Incerta est significatio apud Hom. Il. *E*, 597:

τὸν δὲ ἰδὼν ῥίγησε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀπάλαμνος, ἰὼν πολέος πεδίοιο,
στήῃ ἐπ' ὠκυρόῳ ποτάμῳ ἅλαδε προρέοντι,
ἀφρῷ μορμύροντα ἰδών, ἀνά τ' ἔδραμ' ὀπίσσω,
ὣς τότε Τυδείδης ἀνεχάζετο . . .

Schol. et Eust.: ἄπειρον καὶ μὴ ἔχοντα τεχνάσασθαί τι, ὡς οἷον ἄχειρα, καὶ μὴ ἔχοντα παλαίειν ἢ παλαμᾶσθαί τι. Idem vero p. 174, 2 affert νέος οὐκ ἀπάλαμνος pro νέος οὐκ ἄναλκις. Apud posteros primum significat nefarium Pind. Ol. 2, 105: εἰ δέ . . . τις οἶδεν τὸ μέλλον, Ὅτι θανόντων μὲν ἐνθάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες Ποίνας ἔτισαν, τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ Λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ, itaque i. q. ἀλιτρός, sceleratus, impius, abjectus. Simili significatione ap. Theogn. 281:

Εἰκὸς τὸν κακὸν ἄνδρα κακῶς τὰ δίκαια νομίζειν
  μηδεμίαν κατόπισθ' ἁζόμενον νέμεσιν.
δειλῷ γὰρ τ' ἀπάλαμνα βροτῷ πάρα πόλλ' ἀνελέσθαι
  παρ' ποδός, ἡγεῖσθαί θ' ὡς καλὰ πάντα τίθει,

ubi sibi respondere liquet καλά et ἀπάλαμνα, ut hoc idem significet atque κακά vel ἄδικα. Itaque Welckerus interpretatur „scelerata multa temere (von der faust weg) suscipere". Simon. ap. Plat. Prot. 346 C (fr. 5 Bgk.)

ἔμοιγ' ἐξαρκεῖ ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ
μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος, εἰδώς τ' ὀνησίπολιν δίκαν
                                        ὑγιὴς ἀνήρ
οὔ μιν ἐγὼ μωμήσομαι.

Loci sententia est: plane bonus esse nemo potest: mihi satis esse videtur, si quis non nimis propensus est ad nequitiam, recti sibi conscius (ἑκὼν ὅστις ἔρδῃ μηδὲν αἰσχρόν). Eur. Cycl. 598: χώρει δ' ἐς οἴκους, πρίν τι τὸν πατέρα παθεῖν ἀπάλαμνον, i. e. ne pater muliebria a Cyclope patiatur. Hoc igitur loco idem est quod αἰσχρός. Rem cuius te pudeat, significat apud Theogn. 481:

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκέτι κεῖνος
τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς οὐδὲ νόου·
μυθεῖται δ' ἀπάλαμνα, τὰ νήφοσι γίνεται αἰσχρά,
αἰδεῖται δ' ἔρδων οὐδέν, ὅταν μεθύῃ.

Similiter nisi fallor Solon. fr. 27 Bgk. [3], 12:

τῇ δ' ἕκτῃ [ἑβδομάδι ἐτῶν] περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει,

i. e. puerilia, inepta, ut est ap. Cl. Al. *ἔργα μάταια*.

Bis legitur *ἀπάλαμος*: Hsd. op. 20 *ἥ τε καὶ ἀπάλαμόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει*, i. e. inertem, et Pind. Ol. 1, 59 de Tantali poena: *ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον* i. e. non inertem vitam, ut interpretatur Goram, sed intolerabilem, foedam. Steph.: „cui nulla arte sive ope resisti potest, ineluctabilis, insuperabilis".

Similis significatio est vocabuli *δυσπάλαμος*, quod bis apud Aeschylum reperitur. Eum. 845 *ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαναιᾶν θεῶν δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι* aut superatu difficiles intelligendi sunt doli, quae est Dindorfii sententia, aut, quod mihi magis placet, foedi, turpes, ut Schömannus interpretatur „arge list". Eundem etiam adverbii *δυσπαλάμως* significatum esse putaverim (neque assentior Dindorfio interpretanti „sine auxilio, desperata salute"), si quidem recte traditum est Suppl. 867 *δυσπαλάμως ὄλοιο*. Valde enim corruptum totum hunc locum esse constat, et scholiasta quum dicat *τοῦτο ἰδίᾳ, εὐκτικῶς· ὄλοιο οὖν σὺν ταῖς σαῖς μηχαναῖς* legisse videtur *σὺν παλάμαις* (cf. schol. Prom. 166 B *παλάμᾳ· μηχανῇ. παλαμᾶσθαι γὰρ τὸ μηχανᾶσθαι*), quod receperunt in textum Heimsoethius et Oberdickius. Atque hoc non absonum propter *παλάμαις* v. 865. Hesychius *δυσπάλαμον* interpretatur *δυσχερές, κακότεχνον*.

Veteres *ἀπάλαμνος* plerumque a *παλάμη* vel *παλαμᾶσθαι* derivant, eosque recentiores fere omnes secuti sunt, eandem rationem inter *ἀπάλαμνος* et *ἀπάλαμος* intercedere affirmantes quam inter *νώνυμνος* et *ἀνώνυμος, δίδυμνος* et *δίδυμος*. At primum *νώνυμνος* non ex *ἀνώνυμος* derivatum est, sed ex st. *ὀνομαν* quae in *ὀνομαίνω*, lat. *nomen*, scr. *nâman*, theod.

vet. *namo*, ἀνώνυμος vero ex ὀνοματ vel, quod mihi rectius videtur, ex nom. ὄνομα, ut ἄναιμος ὅμαιμος ἐύσσελμος ἀρίσημος ἄσπερμος ἀμφίστομος al. Temere Boppius Vgl. Gr. III², 174 et Benfeyius Wzw. II, 83 praeter παλάμη etiam thema παλαματ παλαμαν, Kuhnius KZ II, 393 παλαμον quondam extitisse affirmant, quarum formarum nullum omnino exstat testimonium (nam substantiva debilia theod. vet. *volma*, ags. *folme* ex firmis th. vet. *volma*, sax. vet. pl. *volmôs*, ags. *fôlm* nata sunt, et gr. πέλμα solea planta rectius cum ags. *film* lat. *pellis* componi videtur a Fick. I, 667). δίδυμνος autem omnino non traditum est, sed Hermanni conjectura natum et a Boeckhio receptum ap. Pind. Ol. III, 35, ubi boni codices fere omnes habent σὺν βαθυζώνου διδύμοισι παισὶ Λήδας, pauci διδύμεσι vel διδύμοις, deterrimi quidam recensionis Moschopuleae διδύμμοις, quod a Moschopulo scriptum esse apparet, quum metro longam syllabam exigi videret: et Ol. XIII, 21, ubi omnes libri habent ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον ἐπέθηκ'. Itaque quum haec forma nullis testimoniis sit firmata, non debebat a viris doctis (Zeyss KZ 17, 420, Walter KZ 12, 406, Bugge KZ 19, 423) pro argumento adhiberi in quaestionibus grammaticis. Sed ut recte Hermannus ex metro concluserit, Pindarum διδύμνοις scripsisse, tamen nullum ex hac forma argumentum colligi potest, ἀπάλαμνος ex ἀπάλαμος vel παλάμη natum esse. Ex δίδυμος enim suffixo νο non potuit derivari nisi διδύμινος, ex ἀπάλαμος non nisi ἀπαλάμινος. Cf. Leo Meyer Vgl. Gr. II, 562. Multo minus δίδυμος ex δίδυμνος nasci potuit, quod censet Bugge l. l. Sed δίδυμος ἀπάλαμος et δίδυμνος ἀπάλαμνος ex iisdem radicibus derivata sunt diversis suffixis idem significantibus, suffixo μο illa, suffixo μνο haec. Utroque suffixo finguntur nomina agentis, id quod de suffixo μνο jam supra p. 231 demonstravimus, de suffixo -μο non minus constat, cf. φαίδιμος, κέρτομος, χάλιμος, ἄνεμος lat. *animus*, θυμός lat. *fumus* scr. *dhûmá*, ὄρχαμος, πλόκαμος, ποταμός. Cf. Bopp. Vgl. Gr. III² § 805 sqq. L. Meyer Vgl. Gr. II, 295 sqq., qui accuratius distinguere debebant hoc suffixum μο ab eiusdem formae suffixo quo abstracta finguntur.

Quae quum ita sint, non a παλάμη sed a verbo quodam ἀπάλαμνος derivatum esse videtur. Quodnam autem illud

verbum fuerit, et quomodo diversae nominis significationes natae sint, optime nos perspecturos esse puto, si vocabulum paene eiusdem notionis ἀλάστωρ comparaverimus, quo saepe utuntur grammatici ad interpretandum παλαμναῖος. Etiam ἀλάστωρ interfectorem denotat, piaculo pollutum, deinde omnino scelestum, abominandum, invisum, inimicum (ut Soph. Ai. 372 ὃς χερὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας. Dem. pro cor. 296, de Philippi partibus: ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες. Eur. fr. 517 D. Ἴσως ἀλάστορ' οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν), denique deum poenas exigentem, ulciscentem, pungentem, perniciosum. Cf. Vales. ad Harpocr. s. v., Blomf. gloss. Pers. 360, Ellendt lex. Soph. s. v. Quod vocabulum recte recentiores ab ἀλάομαι repetunt, sed falluntur qui proprie deum sic vocatum esse putant, ut Tafel in Thes. s. v., Keck, praef. ad Aesch. Ag. p. 20 („Der ἀλάστωρ aber ist in doppelter bedeutung ‚der treiber', der wegen begangener blutschuld zugleich den sinn verwirrt und den mörder rastlos im elend umherjagt"), Curtius Et.[4] 547, quum sic non explicetur qui fieri potuerit ut ἀλάστωρ etiam vocaretur homo piacularis. Recte quidem negat Keckius ἀλάστορα unquam passive significare posse „den fluchbeladnen mann" passiva enim vis suffixi τορ non est. Sed quis credat Aiacem, quum dicat de Ulixe ὃς χερὶ μὲν μεθῆκα τὸν ἀλάστορα, significare voluisse „den treiber, den peiniger" neque potius „scelestum mihique invisum"? Multoque etiam incredibilius hoc: „Wenn Aesch. Eum. 235 Orestes zur Athene fleht δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα, so meint er damit nicht unmittelbar sich selbst, sondern den sich an seine sohlen heftenden rachegeist, der zugleich mit ihm vor der göttin erscheint"! Qui sic interpretatur quidvis volet scriptori supponet. Ego scriptorum locis vim facere nolens, omnes vocabuli ἀλάστωρ significationes optime explicari puto, si etiam huius verbi sortem eandem fuisse statuamus, quam vocis προστρόπαιος fuisse supra vidimus p. 228, et quae etiam aliarum non nullarum fuit, ut proprie homo sic vocatus sit, deinde eodem nomine etiam hominis quasi genius appellatus. Itaque ἀλάστωρ recte mihi explicari videtur a schol. Eur. Hec. 675: ἀπὸ τοῦ ἀλῶ τὸ πλανῶμαι· ὁ γὰρ φονεύσας τινὰ κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν ἐξήρχετο τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ περιπατῶν κατὰ τόπους ἐπλανᾶτο ἔνθεν

κἀκεῖθεν, ζητῶν τὴν ἴασιν τοῦ φόνου οὗ ἔπραξεν, ἕως οὗ ἔζη. Quum interfectores exilium petere oporteret — quod vetustis temporibus persaepe accidisse consentaneum est — et fortasse maxima pars exulum eam ob rem patriam reliquisset, exulum nomine omnino piaculares appellati sunt. Ergo *ἀλάστωρ* ab *ἀλάομαι*,*) mediali significatione, ut *ἀφίκτωρ = ἀφικνούμενος, μιάστωρ* non modo qui alios sed etiam qui se ipsum polluit, *ληιβότειρα* a *βόσκομαι, μνηστήρ* a *μνάομαι, ἀρητήρ, θηητήρ, ἰητήρ, ὀρχηστήρ* al. Deinde hoc nomine etiam omnis sceleratus, invisus, inimicus notabatur, sed etiam deus vel daemo in cuius ille esset quasi tutela (*ὁ τὰ ἄλαστα, τουτέστι τὰ χαλεπά, τηρῶν* EM. 57, 35, *ὁ ἐφορῶν τοὺς φόνους Ζεύς* ib. 25), qui eum errantem comitabatur, itaque ipse errabat. Sic deum *προστροπαίων* ipsum *προστρόπαιον* appellari vidimus supra p. 228; sic *μιάστωρ* non modo piacularis sed etiam qui piaculum ulciscitur: Soph. El. 603 *ὃν (Ὀρέστην) πολλὰ δή μέ σοι τρέφειν μιάστορα ἐπῃτιάσω.* Eur. Med. 1371 *οἵδ'* (liberi occisi) *εἰσιν ὤμοι σῷ κάρᾳ μιάστορες*; eademque significationis diversitas est vocabuli *ἀλιτήριος*; Iuppiter supplicum tutor ipse vocatur *ἀφίκτωρ* Suppl. 1, *ἱκτήρ* Suppl. 479. Omnino dii eadem agere putabantur quae homines quos tuerentur, cf. *Ζεὺς γεωργός, ἐργαῖος, στρατηγός, χάρμων, μυλεύς, ξύν-*

*) Indidem *ἄλαστος*, quod falso interpretantur, „mente captus, delirus", sed, ut recte vidit Duentzerus KZ 12, 12, idem est atque *στυγνός, δύστηνος, δεινός.* Cf. Il. X, 261 *Ἕκτορ, μή μοι ἄλαστε συνημοσύνας ἀγόρευε*; *πένθος ἄλαστον Ω* 105, *α* 342, *ἄχος ἄλ. δ* 108, *ἄλαστον ὀδύρεσθαι ξ* 174, Aesch. Pers. 990 *ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα λέγων*, ubi non potest de insania dictum esse, Soph. OC 537 *ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν*, 1672 *πατρὸς ἔμφυτον ἄλαστον αἷμα* (quod non potest significare „das in Oedipus wahnwitz gezeugte blut" ut explicat Keck l. l., sed non nisi das wahnwitzige blut, quod ineptum est. Immo est miserabilis, perditus, ut v. 1483 *ἄλαστον ἄνδρα* de Oedipo, et adv. *ἄλαστα* Eur. Phoen. 341). Eur. Hipp. 877. Tro. 1230. Herc. f. 911. El. 1185. Haec significatio facile oriri poterat ex significatione exulis piacularis. Etiam *ἀλαστεῖν* et *ἐπαλαστεῖν* turbatum, iratum esse, indignari, eodem revocaverim, *Μ* 163 *ἀλαστήσας ἔπος ηὔδα, Α* 21 *ἠλάστεον δὲ θεοί* Iunone a Iove punita, *α* 252 *τὸν δ' ἐπαλαστήσασα προςηύδα Παλλὰς Ἀθήνη.* Cf. EM 57, 44: *ἀλαστῶ. σημαίνει τὸ χαλεπαίνω. οἱ γὰρ πλανώμενοι χαλεπαίνουσι· οὕτως Ὠρίων.*

αιμος, Ἑρμῆς στροφαῖος et ἐμπολαῖος. Cf. supra p. 219, 175. Müller Eum. p. 147 n. 19.

Ut igitur ἀλάστωρ ab ἀλάομαι, ita etiam παλαμναῖος putaveris repetitum a stirpe verbali παλα, quae pura continetur latino *palari* (Fick II, 147, Zehetmayr lex. lat. etym. s. v.), in graeca lingua nobis non servata est nisi addito να (Curt. Verb. I, 251. 260) amplificata: πλα-νάω, cf. πάλνης· πλάνης Hesych. Hinc πάλα-μνος, parag. ion. παλαμναῖος, α intensivo*) addito ἀ-πάλα-μνος, vel simplici suffixo μο ἀ-πάλα-μος. Propriam significationem πλανωμένου servatam dixeris apud Homerum *E* 597; deinde omnino piacularem significabat, scelestum, nefarium, μιαρόν, αἰσχρόν, foedum, impudicum, denique ineptum ap. Solonem. Cf. Eur. Herc. f. 1346 ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι miseri, inepti.

Non nego de aliis quoque radicibus cogitari posse. Velut de παλάσσω, si quidem hoc ex παλα natum ut ἀλλάσσω ex ἀλλο repetit Curt. Verb. 368, ut παλαμναῖος proprie significaret sanguine conspersum; vel de παλαίω, quod mihi cum πλήσσω et πόλεμος cognatum esse, et proprie significare videtur „ferire, percutere, caedere", deinde „pugnare", denique „luctari". Itaque παλαμναῖος dictus esset qui ferit, caedit, occisor (cf. theod. vet. *slaht* strages caedes, *manslago* homicida carnifex, ags. *sluga* occisor), ἀπάλαμνος vel insuperabilis, ἀκαταπολέμητος, δεινός, vel activa significatione qui pugnare non potest vel non audet, imbecillus, ignavus, (quod fortasse quadret in loc. Hom. *E* 597; cf. ἀπάλαμνος = ἄναλκις ap. Eust.)

ὑμέναιος. Duae huius vocis significationes. 1. cantum nuptialem notat jam ap. Hom. *Σ* 493, eaque significatio posteris omnibus maxime erat usitata. 2. Deum nuptiarum praesidem sic vocatum non invenio ante Catullum et Lucianum. Sed Lucianus Herod. 5 eum ab Aetione in „nuptiis Roxanes" pictum narrat, epithalamiisque illis inde a primis quod sciamus temporibus erat ephymnium certa quadam forma, qua deus ille invocatus esse videtur. Certe Catulli in c. 62 haec est sententia

*) nam quaecunque huius praefixi origo fuit, tamen ne Clemmius quidem negare poterit, Homeri temporibus Graecos genuinae significationis plane oblitos intensiva tantum vi eam adhibuisse, ut ζα.

dicentis *Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee*, et c. 61, v. 3 *qui rapis teneram ad virum virginem o H. H. . . . . huc veni* cet. Neque Euripidi non pro deo fuisse videtur Tro. 314 *Ὑμήν, ὦ Ὑμέναι' ἄναξ*, 319 *διδοῦσ' ὦ Ὑμέναι, σοί, διδοῦσ' ὦ Ἑκάτα, φάος, παρθένων ἐπὶ λέκτροις ἃ νόμος ἔχει.* Cf. ib. 331. Ar. Av. 1736. 1742. 1754. Sappho autem accusativo casu dixit *Ὑμήναον* fr. 91. 107 Bgk. Hinc mihi sequi videtur, ex parte verum narrare illos, qui tradunt, Hymenaeum pulchrum fuisse juvenem matura morte in ipsis nuptiis abreptum, qui eam ob causam in omnibus nuptiis plangeretur (cuius fabulae longum est diversas formas enarrare, quas videas in Jacobii lex. myth. s. v. Cf. Serv. ad Virg. Aen. 1, 655. 4, 127. Ecl. 8, 30. Eust. p. 1157, 21. Schol. Pind. Pyth. 3, 96. Apollod. 3, 10, 3, 10, schol. Il. 18, 491. Philem. p. 174. Procl. chrest. ap. Phot. bibl. 321 a 22). Plane incredibile enim, quod mythologi censent (Welck. III, 193. 233. Preller I, 493. Hartung in Philol. III, 238 sq.), deum hunc a posteris ex carmine fictum esse (eine personification des liedes), quis enim in carmine ipsum carmen invocatum esse putet? Multo verisimilius est, carmen ab ephymnio vocatum esse, ut multa alia, *ὕμνος καλλίνικος, ἰηπαιήων, παιάν, ἰοβάκχοι* (cf. *Βακχέβακχον ᾆσαι* Ar. Eq. 410 cum *Ὑμηνυμέναιον ἀείδων* Opp. cyn. 1, 341), et haud scio an *ἔλεγος, διθύραμβος*, et quae maxime cum hymenaeo congruunt, *λίνος* vel *αἴλινος* (cf. ephymnion *αἴλινον αἴλινον*) et *ἰάλεμος*. Nam etiam Linus et Ialemus dicebantur filii Musarum, vates veteres, a quibus carmina illa nomen accepissent. Sed Linum quidem constat carmine illo quod *λίνος* vocabatur deploratum esse (Müll. Dor. I, 349), atque eandem ephymnii *Ὑμήναον* vim proprie fuisse accusativus arguere videtur; ad quam rem accedit quod in illo Pindari fragmento ap. schol. Eur. Rhes. 895* servato (Bgk. fr. 116) Linus Ialemus Orpheus et Hymenaeus proprio naeniarum genere deplorari dicuntur. Quamnam autem ob rem nuptiarum hilari die naenia cantata et quis tandem deploratus sit difficile dicas. Recte fortasse Hartung: „im nämlichen symbolischen sinne des untergangs der unschuld durch die ehe suchte man in sehnsuchtsvollen liedern am hochzeitstage den jüngling Hymenaeus, welche einst nach seiner eigenen kaum vollzogenen ehe plötzlich verschwunden oder unter trümmern

begraben sein sollte". Hic igitur juvenis proprie vitam juvenilem et intemeratam significabat. Postea quum non intelligerent, quid in nuptiarum hilaritate sibi vellent planctus, fabulae illae inventae sunt, denique Hymenaeus ille toties invocatus pro deo nuptiarum praeside habebatur. De veriloquio nihil audeo affirmare. Sed hoc mihi certum esse videtur, Ὑμήν et Ὑμέναιος idem significare et iisdem suffixis ab eadem radice descendere. (Quod Ὑμήν longum semper υ, Ὑμέναιος breve habere dicunt, rectum non est, nam etiam Ὑμήν brevem habet vocalem Eur. Tro. 331 Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' Ὑμήν in glyconeo, et Phaeth. fr. 781, 14 Ὑμήν Ὑμήν, cui respondet ἅ τὸν μέγαν). Forma ea unde utrumque descendit, vix esse potest nisi ὑμενο, suffixo participiali formatum. Haec etymologorum quoque recentiorum sententia est. Benfeyio I, 406 ὑμήν videtur esse aut „der preisende" a rad. *su*, unde ὕμνος, scr. *sumna* eodem suffixo descendunt, aut „der gott der zeugung" a rad. *sû* gignere. Magis placet Pottii opinio EF. 1, 230, ὑμήν esse „der verknüpfer" a rad. *vê* texere, quod bene congruit cum Catulli *conjugator amoris* 61, 45. Si autem Hymenaeus proprie non deus nuptiarum fuit, sed imago quasi vitae intemeratae, illa veriloquia vera esse non possunt. Quam ob rem haud scio an recte Serv. ad Aen. IV, 99 „Est etiam alia ratio vocabuli: nam ymen quaedam membrana quasi virginalis puellae esse dicitur, qua rupta quia desinat esse virgo, hymenaei nuptiae dictae". Epithalamiorum enim usum tam pervetustum esse puto, ut ex priscorum temporum feritate hoc ephymnium traditum esse veri non sit absimile.

His denique addenda sunt nomina in μαιος. Sed de his, ut quae difficile discernenda sint a denominativis in ιμαιος, propria quaestio est, quam proximo capitulo quamquam non absolvemus, quoniam otio nunc caremus, at breviter adumbrabimus.

3. Nomina in ιμαιος.

79. Ad nulla nomina suffixum αιο saepius adjectum est quam ad ea quae in ιμος et ιος desinunt. Ita factum est, ut nova quaedam suffixa composita nascerentur ιμαιο et ιαιο. Utriusque suffixi significationes non minus variae sunt quam

simplicium *ιμο* et *ιο*. Quamobrem ad illorum usum intelligendum de his prius quaerendum est. Atque suffixi *μο* tres maxime sunt significationes. Primum ad abstracta e verbis derivanda adhibetur, ut *ἀρδμός, κομμός, σεισμός* al., deinde ad concreta verbalia, sive activa sive passiva notione, ut *ἄνεμος, βωμός, δεσμός, ἐρετμόν, θεσμός, θυμός, ὄρχαμος, πλόκαμος, φαίδιμος* al. Sed etiam e nominibus persaepe hoc suffixo derivantur nomina, ita tamen, ut semper ante *μ* sive vocalis thematis prototypi finalis mutetur in *ι*, sive *ι* inferatur. Significatio huius suffixi *ιμο* propria non est, sed idem fere significat atque *ιο ικο* et alia eiusmodi. Huius generis sunt v. c. *αἴσιμος ἄλκιμος ἅλιμος ἄνθιμος δρόσιμος ἐλλόγιμος* (= *ἐν λόγῳ ὤν*) *κάρπιμος κύδιμος λόγιμος λόγχιμος* al. Sed sunt etiam permulta in *ιμος* et *σιμος* quae verbali utantur significatione, ut *ἐμβόλιμος* idem quod *ἐμβληθείς, γόνιμος* gignens, *μόνιμος* = *ἔμμονος, πόμπιμος* = *πέμπων* et *πεμπόμενος, ἐρείψιμος* collapsus, *λύσιμος* solvens al. His accedunt alia verbalia quae vel active quod quis facere potest vel passive quod fieri potest exprimunt, quod nos syllaba *-bar*, Latini adjecto *-ilis -bilis* denotant, ut *ἀγώγιμος* quod agi duci regi potest, agilis, *ἐδώδιμος* ad edendum aptus, *μάχιμος* qui pugnare potest, pugnax, bellicosus al. Sed fallatur si quis putet haec nomina ex ipsis verbis ducta esse adjecto primario illo suffixo *μο* quod participialem habet significationem. Nam radicis forma eum in modum mutata quomodo mutari solet in nominibus simplicibus denominativis luce clarius demonstrat *ἀγώγιμος, ἀοίδιμος, ἐμβόλιμος, γόνιμος, ἐδώδιμος, μόνιμος, μόριμος, νόμιμος, κούριμος, πόμπιμος* non alia ratione nata esse quam nomina in *αιος* verbali significatione utentia de quibus superiore capite egimus p. 186 sqq., scilicet sic, ut suffixo *ιμο* amplificata sint simplicia verbalia in *ο* desinentia (ut alia quoque adjectiva per *ιμο* amplificata sunt: *καλός κάλλιμος, ἥσυχος ἡσύχιμος*), quorum parva quaedam pars revera usurpabatur (ut *ἀγωγός, ἀοιδός* al.), alia in compositis tantam exstabant (ut *-βολος, -γονος, -μονος, -νομος -ποινος*), alia omnino non usurpabantur in loquendo, sed illorum fingendorum causa tacite cogitabantur (frustra enim primitiva quaesiveris vocum *δόκιμος*, quod a *δοκέω* repetitum, i. q. *ἔνδοξος; κούριμος,* quod a *κουρά* repetitum

non esse constat, quum apud Aesch. Cho. 180 simpliciter sit detonsus, apud Eur. Or. 955 *κούριμος σίδαρος* tondens; et aliorum). Ac vidimus supra plane eandem esse et sortem et significationem vocum *νόμιμος* et *νόμαιος* (p. 204), *πόμπιμος* et *πομπαῖος* (p. 210). Minus certa origo est vocabulorum in *-σιμος* Quorum permulta a nominibus abstractis in *-σις* descendere non potest negari. Ut *ἁλώσιμος βάξις* ap. Aesch. Ag. 10 non potest esse nisi nuntius *ἁλώσεως*, similiterque maxima pars eorum quae L. Meyer enumerat p. 621 ad nomina abstracta in *σις* revocanda videtur. Sed sunt etiam in his quae participiali utantur significatione, et cum compositorum potius partibus prioribus in *σι* desinentibus congruant quam cum abstractis. Ut *βακχεύσιμος* ap. Eur. simpliciter est bacchans, *ἐρείψιμος* ap. eund. collapsus (cf. *ἐρειψί-τοιχος* ap. Aesch.), *εὐθνήσιμος* Aesch. facilem mortem afferens, *λύσιμος* Aesch. solvens (cf. *λυσι-μελής*), *πτώσιμος* Aesch. = *πεπτωκώς*, necatus, *στάσιμος* stabilis, i. e. quod firmum immotumque stat. Quae quo modo explicanda sint mihi non liquet, praesertim quum etiam de compositorum partibus illis prioribus adhuc acerrime dissentiant viri docti; cf. Clemm Stud. VII, p. 51 sqq.

Ad omnia igitur haec vocabulorum in *ιμο* desinentium genera affigitur suffixum *αιο*, atque etiam ad ea, quae *ιμο* amplificandi tantum causa adjecerant, ut jam duo suffixa addita nihil fere significationi afferant mutationis. Cuius generis sunt e. c. *ἀποβολιμαῖος* Ar. Pac. 677: *Εἰ γάρ ποτ' ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγίγνετο,* = *ἀποβόλος ἐγίγνετο,* = *ἀπέβαλε τὰ ὅπλα.* — *ὑποβολιμαῖος* de infantibus subditivis Hdt. 1, 137. Pl. r. p. 7, 537 E al. Ab Hesych. Phot. Suid. explicatur *ὑποβαλλόμενος.* — *συλλογιμαῖος* Arist. meteor. 2, 1: *τῶν στασίμων ὑδάτων τὰ μέν ἐστι πηγαῖα, τὰ δὲ συλλογιμαῖα.* Luc. Tox. 19 *συλλογιμαίους τινὰς ἀνθρώπους.* Phryn. Bekk. an. p. 63, 12 *συλλογιμαῖος φορυτός, ἐπί τινος οὐδενὸς ἀξίου ἀνθρώπου.* Est igitur i. q. *συλλεκτός.* — *κλοπιμαῖος* ap. Luc. Icar. 20, Ant. Lib. 23 idem est atque *κλοπός, κλόπιος, κλοπαῖος,* eademque significatione *κλεψιμαῖος* apud LXX et scr. eccl. — *αἱ τροφιμαῖαι* Phil. t. 2, p. 443, 49 sunt virgines nondum in matrimonium datae, quae *τρέφονται.*

Quantopere autem illa suffixa in unum coaluerint, hinc intelligas, quod plerorumque nominum in *ιμαιος* desinentium prototypa in *ιμος* non exstant. Carent enim prototypis in *ιμος* haec: *ἀγριμαῖος, ἀγχονιμαῖος, ἀποβολιμαῖος, ὑποβολιμαῖος, συμβολιμαῖος, ἐνεχυριμαῖος, εὐχωλιμαῖος, κλεψιμαῖος, λαθριμαῖος, συλλογιμαῖος, νεκριμαῖος, ὀβολιμαῖος, ὀνυχιμαῖος, ἐξορισιμαῖος, πηγιμαῖος, προικιμαῖος, πυγονιμαῖος, ἀποστολιμαῖος, ἐπιστολιμαῖος, τραχηλιμαῖος, τυχιμαῖος.*

Ceterum satis habeo omnia quos noverim nomina in *ιμαιος* enumerasse. Sunt enim haec:

ἀγριμαῖος Eust. *ἀγχονιμαῖος* Bast. ep. cr. p. 155. *ἁρπαγιμαῖος* hymn. Orph. *ἀποβολιμαῖος* Ar. *ἐκβολιμαῖος* Hephaest. Theb. *embolimaeus* Auson. *ξυμβολιμαῖαι δίκαι* = *συμβόλαιαι* Hesych. v. supra p. 196. *ὑποβολιμαῖος* Hdt. Att. *ψευδυποβολιμαῖος* com. Att. *ἐνεχυριμαῖα* = *ἐνέχυρα* rejicitur a Phryn. et Thom. *εὐχωλιμαῖος* Hdt. Cass. D. *θνησιμαῖος* = *ἀποθανών* LXX. *θνηξιμαῖος* id. Cl. Al. *κλεψιμαῖος* LXX. Phot. *κλοπιμαῖος* Luc. *κρυφιμαῖος* Man. *λαθριμαῖος* Hesych. *συλλογιμαῖος* Arist. Luc. *νεκριμαῖος* LXX. *ὀβολιμαῖος* Theano ep. *ὀβριμαῖος* Hdn. epim. *ὀμβριμαῖος* id. *ὀνυχιμαῖος* Bekk. an. *ἐξορισιμαῖος* Hesych. *πηγιμαῖος* scr. byz. Hdn. epim. *προικιμαῖος* Cass. D. *πυγονιμαῖος* schol. Il. *ἀποστολιμαῖος* Ach. Tat. *ἐπιστολιμαῖος* Demosth. Philostr. *τραχηλιμαῖος* Str. (quod Lob. Phryn. 558 mutari jubet in *τραχηλιαῖος*). *τροφιμαῖος* Philo. *τυχιμαῖος* gloss. Lob. Phryn. 558. path. pr. 171. *φθοριμαῖος* Euseb.

4. Nomina in *ιαιος*.

80. Ex nominibus in *ιο* suffixo *αιο* amplificandi causa adjecto nata videntur vocabula in *ιαιο*, quae terminatio prioribus minus usitata erat, posteris magis magisque adamata denique adeo propriae et genuinae terminationis jura obtinuit, ut ad stirpes diversissimas adjungeretur et significationes complures sibi proprias arrogaret. Sed propter hanc ipsam causam tam spinosa est de huius terminationis origine quaestio, tam difficile et operosum, vocabulorum in *αιο* et *ιαιο* provincias distinguere — quam quaestionem Lobeckius ad Phr. p. 541 sqq. Path. el. I, 157 attigit magis quam confecit, quum omnia colligenda

diligenterque essent componenda — ut hanc quoque quaestionem in otiosiora tempora differre statuerim. Nunc vocabula tantum quae sic desinunt ex Passowii lexico excerpta enumerabo, ne quem alium oporteat hunc laborem etsi non difficilem at molestum suscipere. Alyus certe multa omisit (quanquam multum abest ut me nihil omisisse affirmem) neque apud quem quodque vocabulum scriptorem legatur adscripsit. Ceterum videas quae idem de hoc suffixo p. 16 sq. satis breviter disputavit. Quibus ut brevibus respondeam, injuria rejicit, argumentis non additis, Bühleri (Das Sec. suff. *ΤΗΣ* p. 39) et Pottii (EF. II 499) sententiam, *ιαιο* natum esse ex *ιο* suffixo vel ad *ιο* suffixum adjectivorum vel ad *ια* femininorum suffixum (ea de re cf. supra p. 185 sq.) adjecto; quam autem ipse profert sententiam, ea recta esse non videtur. Ait enim sic: „Equidem *ι-αιο-ς* describendum ratus *αιο-ς* ex falsa illa analogia de qua supra [§ 12 ad explicanda voc. in *αιος* a nominibus decl. secundae repetita] exposui, repeto: est *αιος* terminatio ista usitatissima, quae a thematibus in *α* ad quamvis stirpem adrepsit hederae ceterisque herbis parasitis simillima. *ι* vero litteram ad themata refero eandemque esse opinor, quam in *ι-διο-ς, ι-δεο-ς, ι-δευ-ς, ι-δη-ς, ι-κο-ς, ι-μο-ς, ι-τη-ς* suffixis nec non in *ι-ζω* verbali aliqua terminatione usitatissima . . . . . solet in lingua Graeca ante quodvis suffixum ultima thematis vocalis in *ι* extenuari litteram". Vehementer autem errat, *αιο* terminationem ad quamvis stirpem adrepsisse adfirmans. Eius quidem de quo nunc agimus suffixi *ιαιο* haec natura est; sed vocabula in *αιο* desinentia a stirpibus in *α* et *ο* descendunt innumera: ad stirpes in consonantem vel aliam vocalem desinentes perraro ac fere nunquam adjectum esse *αιο* proxima paragrapho docebimus. Hoc igitur quum perperam positum sit, conclusionem rectam esse non posse apparet.

Iam singula vocabula enumerem.

αἰετιαῖος iscr. *ἀκαριαῖος* Dem. Arist. DHal. al. *ἁλουργιαῖος* iscr. *ἁμαξιαῖος* X. Diod. *ἁμαριαῖος* Thphr. *ἀμυχιαῖος* Pl. Ax. *ἀνεμιαῖος* Pl. *ἀστεριαῖος* Cleom. *βλωμιαῖος* Philem. com. *βροντιαῖος* Hippcr. Gal.; cf. supra p. 173. *βωμιαῖος* Soph. *προγαμιαῖος* scr. byz. *γιγαντιαῖος* Aesop. fab. *γωνιαῖος* DHal. *ἀκρογωνιαῖος* NT. scr. eccl. *δακτυλιαῖος* Hippcr. *ἡμιδ.* Sext. Emp. *διδακτυλιαῖος* Gal. S. Emp. *τριδ.* S. Emp. Orib. *τετραδ.*

S. Emp. ὀκταδ. Orib. δραχμιαῖος Ar. Pl. Arist. ἡμιδρ. Al. Trall. διδρ. Critias. τετραδρ. Al. Trall. ἑκατοστιαῖος iscr. ἐνιαῖος DL. ἐνιαυσιαῖος Hpcr. Diod. rejicitur a Phryn. ἐρεβινθιαῖος Diosc. ζωνιαῖος Ath. Math. ἡπατιαῖος Hpcr. ἠτριαῖος Ar. Com. συνθηματιαῖος Ar. καμινιαῖος LXX. κεγχριαῖος Luc. κεραμιαῖος Philo. κιναιδιαῖος Artemid. κληρονομιαῖος scr. eccl. κνημιαῖος Hipcr. κολοσσιαῖος Diod. Luc. κοτυλιαῖος Antig. Car. D. L. ἡμικ. Diosc. τετρακ. Sext. Emp. ἑξακ. S. Emp. κοσμιαῖος Democr. κροταφιαῖος Synes. κρυφιαῖος gloss. κυαμιαῖος Luc. Gal. λιτριαῖος Gal. DH. ἡμιλιτριαῖος Str. λυχνιαῖος Gal. Sext. Emp. ὑπολυχνιαία scr. eccl. ὑπομασθιαῖος? cf. Lob. ad Phryn. p. 557. μασχαλιαία iscr. CI I, p. 282, 9 b. μετωπιαῖος Gal. μηνιαῖος Aesch. (e conj.) Str. Plut. διμηνιαῖος Hpcr. Gal. Cleom. διχομ. Suid. Hesych. τριμ. Thphr. Diosc. τετραμ. Diod. πενταμ. Hippiatr. ἑπταμ. Cic. Plut. ἐννεαμ. scr. eccl. δεκαμ. Plut. μηριαῖος Xen. παραμηριαῖος Poll. μναϊαῖος? cf. Lob. Phryn. p. 553, cum compositis ἑξαμν. δεκαμν. μοιριαῖος Ptol. Synes. ἡμιμ. Cleom. τριμ. Apollod. poliorc. πενταμ. Procl. hypot. τριτημοριαῖος Ar. Quint. τεταρτημοριαῖος scr. math. μυλιαῖος (ὀδόντες) Orib. ναματιαῖος Aeschin. νεφριαῖος Diosc. κατανοτιαῖος iscr. νωτιαῖος Ar. Pl. ἐννωτιαῖος Ruf. κατανωτιαῖος Poll. iscr. ξεστιαῖος Gal. ὀβολιαῖος Arist. ἡμιωβολιαῖος Ar. Xen. διωβολιαῖος Gal. τριωβ. Diosc. Gal. Al.Trall. τετρωβ. Suid. ὀνιαία (sc. κόπρος) Hesych. Phot. τὰ ὀπωριαῖα = ὀπώρα Thphr. ὀργυιαῖος? Anth. cf. supra p. 153. ὁριαῖος λίθος gloss. ὀροβιαῖος Thphr. Diosc. Gal. ὀροφιαῖος iscr. παλαιστιαῖος vel παλαστιαῖος Hdt. Ios. Diosc. S. Emp. Geop. τριπαλαιστιαῖος Ath. Mach. πενταπ. Heliod. Orib. πηχυιαῖος Hdt. Pl. Thphr. al. πινακιαῖος Hippiatr. πλεθριαῖος Pl. Xen. πλευριαῖος (κρέα) Poll. χειροπληθιαῖος Thphr. Diod. πλουτιαῖοι ὑετοί scr. eccl. ποδιαῖος Pl. Arist. DHal. Luc. ἡμιποδιαῖος Apollod. poliorc. τριημιπ. Xen. προυργιαίτερος Att. ad *προυργιαῖος revocandum. cf. supra p. 183. διποδιαῖος l. dub. ap. Xen. ποταμιαῖος Arist. Hippiatr. scr. eccl. πυγονιαῖος Thphr. πωγωνιαῖος gloss. [ῥαχιαῖος cf. supra p. 156] ἡμιρρομβιαῖος Gal. σεληνιαῖος Georg. Sync. σκο-

τιαῖος Hipp. Poll. ὑποσπαδιαῖος Gal. σπιθαμιαῖος Hipp. Arist. Thphr. ἡμισπιθ. Hipp. σταλαγμιαῖος Paul. Al. στατηριαῖος Theop. com. ap. Poll. 9, 59. στατιαῖος Hesych. στελεχιαῖος Gal. στεμματιαῖον δίκηλον Hesych. στεφανιαῖος Gal. στηθιαῖος schol. Ar. gloss. στιγμιαῖος Plut. Gal. στοιχιαῖος iscr. προστομιαῖον iscr. ταλαντιαῖος Dem. Alcae. com. al. πενθημιταλ. Philo poliorc. τριταλ. Plut. Philo. τελματιαῖος Arist. διχοτομιαῖος Paul. Alex. τονιαῖος Arist. Euclid. Aristox. τριημιτονιαῖος Theo Sm. τραχηλιαῖος Str. (? cf. Lob. Phryn. 558) Eust. ὑδατιαῖος Hesych. φλεγματιαῖος Geop. φρεατιαῖος Thphr. Plut. Ath. φρενιτιαῖος Hipp. χοινικιαῖος Iscr. att. τριχουνιαῖος Diosc. χρυσιαῖος DL. ὠμιαῖος Arist. Heliod. Gal. ἐπωμιαῖος Hipp. ὡριαῖος S. Emp. Ptol.

V.

De terminatione αιος ad alias stirpes addita.

81. Terminationis αιος originem fuisse vidimus eam, ut ad stirpem in α desinentem adderetur suffixum ιο. Cuius suffixi iota quum tam arcte cum praecedente α conjunctum esset ut in diphthongum αι coalescerent, novum quasi quoddam suffixum αιο natum est. Hoc igitur novo suffixo jam uti poterant ad vocabula ex quibusvis stirpibus derivanda. Tamen ea in re admodum se cohibebant, neque fere ab aliis stirpibus nomina in αιο derivabant quam ab eis quae in ο desinunt, ut quae stirpibus in α proximae essent cognatae ac vel prius ipsae in α desiissent vel mobilia essent femininamque primae declinationis formam a latere haberent. Cf. supra p. 185 sq. Ab huiusmodi igitur stirpibus permagna nominum in αιος multitudo ducta est, de quibus priore capite egimus. Perraro autem et vetustiore quidem tempore fere nunquam αιο ad alias stirpes, i. e. ad stirpes aut consona aut alia quam α et ο vocali finitas, sive, ut veteris grammaticae more loquar, ad nomina tertiae declinationis additum est. Complura quae hac ratione formata esse videntur nomina aliter sunt explicanda. Vocabulum ἐχιαῖος quod lexicis circumfertur, non esse nisi falsam Schneideri conjecturam pro eo quod in Nicandri libris est ἐχιναῖος, et ἐχι-

ναῖος ipsum ex forma quadam *ἔχινα* videri ductum esse, supra vidimus p. 143. Etiam *ῥαχιαῖος*, quo Hippocrates utitur, non a *ῥάχις* sed a *ῥαχία* derivatum esse, p. 156 demonstratum est. Eadem origo etiam esse videtur vocis *ἐπιπολιαῖος· Ἑρμῆς ἐν Ῥόδῳ ὡς Γόργων ἱστορεῖ* Hesych. Sic vocatus esse videtur Mercurius quod urbem custodiret (cf. quae huc trahit Schmidt ib. s. v. *ἐπιπόρπωμα: ἐπειδὴ τῆς πόλεως . . .*). Praeter *πολι* enim etiam stirpem *πολια* (ut *πότνια*) extitisse docent *πολια-όχος* (Pind. Aesch.), *πολια-νόμος* (Cass. Dio. tab. Heracl.) *πολιήτης* (Hom. Hdt. Pind. Tragg.), quod intellexerunt Roediger de prior. membr. in nom. gr. comp. conform. p. 17, R. Meister in Curt. Stud. IV p. 376, G. Meyer ibid. V p. 89. Atque haud scio an idem statuendum sit de *κρηπιδαῖον*, quo Lysias usus est teste Poll. VII, 120: *καὶ κρηπιδαῖον δὲ μέρος οἰκοδομήματος, Λυσίου εἰπόντος ἐν τῷ περὶ τοῦ τύπου „τοῦ γείσου συντετελεσμένου καὶ τοῦ κρηπιδαίου"*. Latini enim pro gr. *κρηπίς* dixerunt *crepida*. Qui quum saepe stirpes graecas in consonam exeuntes addita vocali amplificarent, ut *δελφίς delphinus, ἑβδομάς hebdomada, Σφίγξ Sphinga* al. (cf. G. Meyer in Curt. Stud. V, 71), haud incredibile est, iis multa illorum vocabulorum jam graeca hac forma tradita esse ab Italiotis. Ab iisdem autem etiam Lysias formam *κρηπιδα* accepisse poterat. Fortasse etiam *οἰκοτρίβαιος* huic vocabulorum numero addendum est. Poll. III, 76: *τὸ δὲ παιδίον τὸ ἐκ τῶν οἰκοτριβῶν οἰκοτρίβαιον ὠνόμαζον*. Verna enim non solum *οἰκότριψ* vocabatur (Lob. Phryn. p. 203. Paral. p. 292), sed Hesychio teste etiam *οἰκοτρίβης* (cf. Nauck. Ar. Byz. p. 196). Quanquam hoc dubium, neque solent a verbis nomina in *-ης* primae derivari nisi activa significatione, cf. *δαμάλης* et comp. in *-αρχης, -δαμνης, -δικης, -δίνης, -ευνης, -θοίνης, -λεσχης, -μετρης, -νικης, -νομης, -οπικης, -ουνης, -παλης, -πωλης, -τηρης, -ωνης*. Quam ob rem vereor ne Polluci restituendum sit *οἰκοτρίβειον*. Ad stirpem vocali *α* vel *ο* finitam revocandum videtur etiam *δηναιός* quo inde ab Homero utuntur poetae. Hanc vocem derivare solent ab adverbio *δήν*, quod veri dissimillimum. Rectum vidisse mihi videtur Legerlotzius in KZ VII, 302: „Ableitungen von dem thema *δα, δη* sind *δα-νά* (Hesych. *δανά· ἤδη, ὡς δή*) und *δα-νό-ν* (denn so dürfte

bei Hesychius für δαόν πολυχρόνιον zu schreiben sein), wovon wider δηναιός; ferner dor. δα-ρό-ς, ion. δη-ρό-ς (vgl. νύκτερος) lange dauernd", et in annot.: „δᾱ-νά und δᾱ-νό-ν bedeutet eigentlich tägig; auch mag ein δᾱ-νή (sc. διατριβή) tagesfrist, vorhanden gewesen sein; denn ein solches substantivum scheint man für δηνα-ιό-ς, eigentlich von tageslänge, dann überhaupt lange, annehmen zu müssen".

His igitur detractis perpauca inferioris maxime Graecitatis vocabula restant, quae αιο tanquam plenum suffixum ad stirpem aliquam sive plenam sive decurtatam adjunxerunt. Quorum vetustissimum est

χοαῖος ex χοῦς, them. χοϝ. Hippoloch. (qui Duridis fuit aequalis) ap. Ath. IV, 129: ὁ Πρωτέας αἰτεῖ σκύφον χοαῖον i. e. congium unum capiens, aequans. item ἡμιχοαῖος apud Theophr. Exspectaveris χοϊαῖος, ut κοτυλιαῖος al. Fortasse vitaverunt vocalium coacervationem.

Ex stirpibus consonante finitis ducta sunt:

γαλαξαῖος lactens lacteus Nonn. Cf. γαλαξήεις, γαλαξία, γαλαξίας.

ἰναία. δύναμις Hesych.

ὑδραῖος quod in aqua est Olympiod. Nicet. Laconicum esse videtur quod affert Hesychius οὐδραία· ὑδρεία, μέτρον τι, Ἀττικοῦ μετρητοῦ ἥμισυ. Cf. Ahr. Dor. p. 125.

Ad stirpem decurtatam αιο additum est in hisce:

ἀροτραῖος Antip. Sid. in Anth. 7, 209, 4 ἀρ. θαλάμη thalamus agrestis, quod non potest ab ἄροτρον descendere, sed non nisi ab ἀροτρεύς, quod vocabulum inde a Demosthene in usu fuit, maxime apud poetas posteriores. ἀροτρεύς = ἀροτήρ, cf. ἀροτρεύω ἀροτριάω et Φοῖβος ἀρότριος in h. Orph.

γλυκαῖος pro γλυκύς est apud Synesium medicum duodecimi p. Chr. n. saeculi.

Quae praeterea huic classi adnumeranda videri possunt λεχαῖος πελαγαῖος, ea alia ratione formata esse supra p. 85. 86 demonstratum est.

Vides quam exiguus sit numerus eorum vocabulorum in αιος, quae ab alia stirpe quam in α vel ο desinente derivata sunt, vides infimorum tantum temporum hanc esse licentiam, ut luce clarius appareat pravam esse eorum sententiam qui hanc

quoque terminationem ut multas alias ad quamvis stirpem adrepsisse putent. Immo vix ulla alia tam originis suae semper sibi conscia fuit quam haec.

VI.

Adespota.

82. Postremo loco ea vocabula in *αιος* sunt enumeranda quorum origo adhuc ignota est, et quae ex alienis linguis in Graecam recepta sunt.

ἀνταχαῖος magnus piscis ex accipenseris Linn. ut videtur genere, qui in Istro et Borysthene vivebat. Hdt. IV, 53. Ael. n. an. XIV, 23. 26. Strabo VII p. 307. Cf. I. M. Gesneri disputatio de Antacaeo in Act. Soc. Ien. lat. II p. 21 sq. *τάριχος ἀνταχαῖον* Antiphan. ap. Ath. III, 418 D.

ἀραιός Doederl. gl. H. 1045 revocat ad *ἀρᾶν* tab. Heracl. (Cf. Meister in Curt. Stud. IV, 436), *ἀρατὸν ἕλκος* Soph. Ant. 970, *ἀρημένος* Hom., atque explicat: „dünn, schmal, eigentlich zerbrechlich". Sed Aristarchus cum spiritu aspero scripsit *ἁραιός*, et est in hiatu *E* 425. *Σ* 411. *Υ* 36, ut digamma in initio abjectum putes, quod in *ἀράω* non fuisse docent tab. Heracl. et Od. *ι* 403 *Πολύφημ' ἀρημένος*. Benfeyius Wzw. II, 193: „das mir etymologisch ganz unbekannte *ἀραιός, ά, όν*, (mehrfach mit anl. *ϝ* (Thiersch. Gr. Gr. 232), att. mit anl. ʽ) dünn, zart, schwach (schwerlich zu *rarus*, st. *rjedĭkŭ*)". Fick II[3] p. 22 confert *ἔρημος, ὅρος* (= *ὀρϝο-ς*), *ἀρόω, ἄρουρα*, lat. *area arvus rarus*, a rad. *ar* dividere scindere agrum mollire. — Hinc *ἀραιά* ilia, *μεσάραιος* (*φλέβες*), *μεσάραιον* gekröse.

βαΐον NT ramus palmae arboris, et *βαΐς* quod idem significat, ex lingua aegyptia in graecam translata sunt; aeg. vet. *bâ*, copt. *βητ*, v. Thes. s. v. Champollion, gramm. égypt. I, p. 59. Benfey 2, 369.

βιδιαῖοι. Haec forma, quae apud Paus. 3, 11 tradita est, eadem ratione videtur corrupta esse qua *πεδιαῖοι*, de quo supra p. 183 diximus. „Duplex nominis scriptura in titulis Laconicis exstat, *βίδεος* et *βίδυος*, nusquam *βιδιαῖος* nec *βειδιαῖος*. — In scriptura *βίδυος* latet etymon. Grammaticos si audimus, *βείδιος* est vel *ἔνδοξος*, ut Suidas exponit, vel

ἄρχων, quae Eustathii (p. 1453, 11) explicatio est: sed his auctoritatibus cave te induci patiaris. Bidei teste Pausania ludos epheborum curant: ephebis inter ludos maxime praefecti sunt: ludorum et epheborum sunt testes et judices: sunt *ἴδυοι*, et quoniam verbum *εἴδω* digamma habet, dicuntur *Ϝίδυοι, βίδυοι*". Boeckh CI I, p. 609. Cuius sententia accepta est ab Ahrente Dor. p. 47 et Curtio Et. n. 282 et p. 552, qui et ipsi *βίδυοι* vel *βίδεοι* pro genuina forma habent. Et pugnat *βιδιαῖοι* cum omni huius verborum generis analogia. Quam ob rem hanc formam a scriba aliquo in Pausaniae textum illatam putabimus.

κρουνοχυτρολήραιος. Ar. Eq. 89 *κρουνοχυτρολήραιον* (ον) *εἶ*, sic codd., in uno Flor. *Γ*: *λήραιος*. „Ein ganz unmögliches wort. Man erklärt es: Wasserkrugphilister, ein mensch, der, weil er nur wasser trinkt, jeder höheren begeisterung unzugänglich ist" Kock. „Das wort *κρουνοχυτρολήραιον* leitet man v. *κρουνός* brunnen, *χύτρα* topf und *λῆρος* geschwätz ab, doch ist dabei die endung -*αιον* wunderbar" Ribb. „Wasserkrukenhasenfuss" Droys. *Κρουνοχυτρολήραιον. Ἀντὶ τοῦ. φλύαρος εἶ. κρουνὸς γὰρ τὸ χύδην καὶ ἀκρίτως καὶ ἀθρόως ῥέον. λῆρον δὲ τὸ μάταιον. συνέθηκεν οὖν ἀπὸ τοῦ κρουνοῦ καὶ τοῦ ληρεῖν καὶ τῆς χύτρας, ἀναισθήτου οὔσης, ἵνα τὸ ὅλον δηλώσῃ τὸν ἀναίσθητον καὶ ἀνόητον καὶ περιττολόγον.* Schol. Forma quidem vocis abnormis est, quum composita in *αιος* desinere non soleant nisi quorum pars posterior derivata sit aut a nomine quod ipsum jam in *αιο* vel *αια* desinat aut a verbo barytono aut primae conjugationis. Sententia autem est aptissima: Niciae dubitanti num quis ebrius bona consilia capere possit (*πῶς δ' ἂν μεθύων χρηστόν τι βουλεύσαιτ' ἀνήρ;*) Demosthenes respondet: tu quidem nugaris etiamsi urceos aqua completos hauseris. Quam ob rem nihil mutandum. Analogiam multorum quae e verbis barytonis et verbis in *αω* fluxerunt nominum in *αιος* poeta secutus esse videtur.

Λυαῖος a *λύω* repetitum, et Bacchum sic vocatum esse fere consentiunt viri docti, quod curas solveret, ut etiam *Λύσιος* et *Ἐλευθέριος* vocabatur. Eademque etiam veterum sententia erat. EM 193, 17: *λύω, Λύαιος, ὄνομα κύριον.* 571, 17 *Λυαῖος,*

ἀπὸ τῆς λύσεως τοῦ ῥάμματος· προςεῤῥάφη γὰρ τῷ μηρῷ τοῦ Διός. ἢ παρὰ τὸ λύεσθαι τῷ οἴνῳ τοὺς μεθυσκομένους. Plut. qu. conv. I, 1, 2 εἰ δὲ πάντων μὲν ὁ Διόνυσος λύσιός ἐστι καὶ λυαῖος, μάλιστα δὲ τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινά. V, 6 ὥςπερ οὖν ὁ Ἐπαμεινώνδας, εἴς τινα δυσχωρίαν τῶν στρατηγῶν . . . εἰσβαλλόντων τὴν φάλαγγα . . . ἐξέλυσε καὶ κατέστησεν εἰς τάξιν, οὕτως ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ συμπεφορημένους ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, κυνηδὸν ἄρτι παραλαμβάνων ὁ Λυαῖος θεὸς καὶ Χορεῖος εἰς τάξιν ἱλαρὰν καὶ φιλάνθρωπον καθίστησι. His repugnat Pottius KZ VI, 136: „Solcherlei bildungen nämlich sind, so viel ich einsehe, nie unmittelbar aus dem verbum (also unseren falls aus λύω) sondern denominativ. Λύα bezeichnet aber hader, zwist, und dann wäre es leicht möglich, obiger name fasse die geneigtheit vieler trunkener zu streit und zank ins auge". Sed plane contraria significatione est apud Plut. de coh. ira 13 fin. χωρὶς ὀργῆς καὶ μέθη κοῦφόν ἐστιν. ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ νάρθηξ ἱκανὸς κολαστὴς τοῦ μεθύοντος, ἂν μὴ προςγενόμενος ὁ θυμὸς ὠμηστὴν καὶ μαινόλην ἀντὶ λυαίου καὶ χορείου ποιήσῃ τὸν ἄκρατον. Forma quidem vocabuli eam ob causam mira est, quod nomina in αιος non solent repeti nisi a verborum stirpibus in consonam vel in α desinentibus. Sed quum non prius adhibitum legatur quam apud scriptores primi a. Chr. n. saeculi (Phil. Thess. Anth. IX, 247, Antig. Car. ib. IX, 406, poetasque latinos Tib. Hor. Ov.; post hos apud Plut. Nonn. et in Anacreonteis), recentiore demum tempore fictum esse videtur ad analogiam non satis perspectam verbalium in αιος desinentium.

μαῖον cumini genus. Alex. Trall. 8, 392. 11, 538. Gloss. iatr. ap. Ducang.: Λαγοκύμινον· μαῖον. Incertum an cognatum sit μεῖον vel μῆον, lat. *meum*.

προβαταία synonymum ocimoidis ap. Diosc. 4, 28.

σίραιον vel *σίραιος οἶνος* sapa, defrutum. Brevi syllaba prima apud Ar. Vesp. 878. Antiph. ap. Ath. 2, 68 A, Alex. ibid. 4, 170 B et saepe apud posteriores. Longa syll. prima apud Nicand. Alex. 153. Saepius in prima syllaba ει scribitur, ut a Moeride σείραιον; Poll. 6, 16 σήραιον; in VV. LL. ad Diosc. σείριος. Vocabulum Galeno et Moeride auctoribus atticum erat, quum ceteri Graeci eandem rem ἕψημα vocarent.

Sed obscura est origo. Benfeyius I, 40 confert σειρός, σείριος: „Schlechte formen von σειριάω σειρίασις sind σιριάω σιρίασις: geben uns diese das recht, hierher zu ziehen auch σίραιος, σίρινος (οἶνος), σίραιον, τό, eingekochter (zusammengebrannter; in der eigentlichen bedeutung von σαυς) most, welcher auch ἕψημα das gekochte heisst?" Sed ipsa quam affert forma σίρινος (Eust. Od. p. 1385, 14) arguit, non a verbo sed a nomine repetitam esse hanc vocem. Fortasse cognatum est lat. *sĕrum*, quod cum ὀρός conferri solet, improbante Fickio I, 796 propter formam ὀρρός. Cf. lett. *sêras* caseus, sl. vet. *syrŭ* caseus, scr. *săra* et *sâra* sucus serum butyrum. Nec desunt alia in quibus α (vel ε) ante ρ in ι sit mutatum: οἰκτίρω, κίρνημι, σκιρτάω.

σιφαῖος Luc. Lexiph. 6: Ἄρτοι μὲν ἦσαν σιφαῖοι οὐ φαῦλοι. Liber unus συφαῖοι. Σιλφαῖος ἄρτος sine interpr. Suid. Vocabuli explicationem non video tentatam nisi in Pass. lex.: „Vielleicht mit σίφων, σιφλός verwant, also hohles brot, eine art windbeutel. Suidas, bei dem sich σιλφαῖος σῖτος ohne erklärung findet, schrieb vielleicht σιφλαῖος σ." (Quod propter ordinem litterarum veri non simile.)

σπήλαιον spelunca Plat. Arist. Zeyss in KZ 19, 181: „Die einfache wurzel, welche das gr. σπέος darbietet, erscheint in dem ihm entsprechenden lateinischen *spec-us* durch *c* erweitert, während eine erweiterung derselben wurzel durch *l*, wie in griech. σπήλ-αιον und σπῆλ-υγξ, die im lateinischen zu *spēl-aeum* und *spēl-unca* geworden sind, so im deutschen *spal-t*, *spal-te* und im griech. σπάλ-αξ s. ἀ-σπάλ-αξ sich zeigt". Incertum igitur est, utrum ab ipsa radice ductum sit σπήλαιον, an a substantivo aliquo σπήλη (ut στήλη).

συρμαία. Sic vocabatur praecipue potio ad purgandum ventrem sumpta et a medicis Graecis saepius adhibita (unde ventrum purgare vocabant συρμαΐζειν Hdt. 2, 77. Ael., et purgationem συρμαϊσμόν Hipp. p. 805 II), quam ab Aegyptiis recepisse videntur. Aegyptios enim tres dies continuos uniuscuiusque mensis syrmaea alvum purgasse auctor est Herodotus II, 77, et Aristoph. Thesm. 857 Aegyptios vocat μελανοσυρμαῖον λεών. Sed non ad hunc finem solum potabatur, nam eo medicamenta diluta propinasse medicos discas ex Hippocr. morb.

mul. 1, p. 626, 37. 39, Aegyptiosque hoc liquore in condiendis cadaveribus usos esse ad ventrem eluendum narrat Herodotus II, 88. Quid significet apud eundem II, 125 in Cheopis pyramide inscriptum esse tradentem (ex Herodoto nisi fallor idem tradens hausit Diod. I, 64) *ὅσα ἔς τε συρμαίην καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα ἀναισιμώθη τοῖσι ἐργαζομένοισι* (cuius inscriptionis nunc nulla restant vestigia) non constat. Non de liquore purgatorio hoc loco cogitandum esse sed de cibo vel potu ad victum necessario apparet. Quodnam autem potionis genus hoc vocabulo proprie significatum sit, et veteres et recentiores admodum dissentiunt. Raphanum sic vocatum eiusque sucum cum sale mistum ad purgandum adhibitum esse tradunt Erotian. Poll. Diocl. ap. Paul. Aeg. 1, 100. Schol. Ar. Pac. 1254. Aliis videbatur potio ex aqua et sale, *πόμα δι' ὕδατος καὶ ἁλῶν* Hesych. Alii Didymo auctore ex hordeo factum esse affirmant et idem esse atque *ζῦθον*: Schol. Ar. Pac. 1254 *τινὲς δὲ τὸν λεγόμενον ζῦθον, ὥς καί φησι Δίδυμος.* Schol. Thesm. 857 *κρίθινόν ἐστι πότημα.* Gl. Hdt. 2, 77 *συρμαΐζειν* explicant *καθαίρειν ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος*, sic etiam Suid. *Βρωμάτιον διὰ στέατος καὶ μέλιτος* sic vocatum esse Spartae, et ludorum praemium fuisse narrat Hesychius. Denique quibusdam etiam *λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικός* esse videbatur, Hesych. Suid. Neque minus dissentiunt recentiores, quorum sententias v. ap. Sprengel, Gesch. d. Medic. I, p. 71, Bähr ad Hdt. II, 88. 125. Quae quum ita sint, difficillimum est intellectu, quae vocabuli sit origo et significatio primigenia. Rem esse ex Aegypto in Graeciam translatam constat, num etiam nomen, incertum est. Ac ne Georgius Ebers quidem qui a me ea de re rogatus benevolentissime quid sentiret mecum communicavit certius quidquam affirmare potuit. Nam ex verbo aegyptio *surà* potare potus potuit sane derivari subst. *suràmu* vel *suràmuau* potus, sed hac significatione traditum esse non videtur. Huic coniecturae aliam addit vir doctissimus hanc: „In meinem papyrus kommt aber auch ein getränk vor, das gegen ‚übelkeit im leibe' eingegeben wird und *sarem* oder *mu en saremu* saremwasser genannt wird. Es sollen davon 2 *hennu*, d. i. 2 × 0,465 liter genommen werden. Ob das *συρμαία* ist?" Sed ex mea quidem sententia, quum *συρμαία* veteribus ita videretur Aegyptiorum propria ut vel comici

populum Aegyptium μελανοσυρμαῖον λεών vocarent, si hoc vocabulum ex lingua aegyptiaca sumptum esset, non posset non in huius linguae monumentis quae nobis servata sunt persaepe occurrere. Itaque quum Aegyptologi ipsi eius notitiam non habeant certiorem, veri similius est, Graecam esse vocem, praesertim quum etiam hordeaceum illud Aegyptiorum vinum quod ipsi ḥeq vocabant a Graecis Graeco vocabulo ζῦθος (a rad. jav quae in ζειά, ἦια, cf. supra p. 70) appellaretur. Sed quomodo συρμαίη explicandum sit, mihi plane ignotum est. Solent eam vocem revocare ad συρμός, quod de vomitu usurpatum dicunt apud Nicand. alex. 256:

> τοῦ καὶ ἐπισχομένοιο περὶ στόμαχον βάρος ἵζει
> πρῶτον ἐρεπτόμενον, μετέπειτα δὲ λοιγέι συρμῷ
> ῥιζόθεν ἑλκωθέντα, κακὸν δ' ἀποήρυγε δειρῆς.

Sed hoc valde dubium. Schol.: ἐν δὲ τῇ καταπόσει ἐσθίον τὸν στόμαχον καὶ δηγμοὺς ἱκανοὺς παρέχον βάρος εἰς αὐτὸν ἐνίησιν, ἔπειτα σφοδρῶς αὐτὸν καταξέσαν ἑλκοῖ τοσοῦτον, ὥστε ποτὲ μὲν ἐμεῖν κτλ. . . . Ἀνερεπτόμενον, ἤγουν ἀνερευγόμενον τῇ περιτρίψει. Συρμῷ δέ, τῇ ζέσει καὶ τῇ ὀλεθρίᾳ καύσει τὸν στόμαχον ἑλκωθέντα. Neque σύρω unquam de ventris purgatione adhibitum invenio. Tamen veri non omnino dissimile, quum σύρεσθαι dicatur quidquid fluctibus abripitur et trahitur, etiam de purgatione interdum hoc verbum usurpatum esse et συρμαίαν dictam quasi abluentem abripientem, et eodem modo formatam qua vocabula supra § 78 tractata.

Φαναῖος in Chio insula Apollo vocabatur, teste Hesych., ab eiusdem insulae promuntorio Φάναι, (ubi eius templum fuisse narrat Strab. XIV, 645) ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον, St. Byz. Macrobio autem Sat. 1, 17 Φαναῖος dictus esse videtur, ἐπειδὴ φαίνεται νέος, quia sol quotidie renovat sese. Quod licet ineptum sit, tamen mihi quoque vocabulum a φαίνεσθαι videtur repetendum esse. Semel Iuppiter sic vocatur Eur. Rhes. 355: σύ μοι Ζεὺς ὁ φαναῖος ἥκεις διφρεύων βαλιαῖσι πώλοις. Mihi dubium non est quin cognatum sit cum φανός splendens φανός taeda. Nam quanquam haec longam habent α, brevis est in φανή taeda. Sed quomodo ex rad. φαν ortum sit φαναῖος, non audeo dijudicare.

χαῖον pedum, baculum pastorale. Ap. Rhod. Arg. 972: *Καὶ τὰ μὲν . . . ποιμαίνεσκεν . . . Φαέθουσα . . . . ἀργύρεον χαῖον παλάμῃ ἔνι πηχύνουσα.* Schol.: *χαῖόν ἐστι καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται. Ἀμερίας δὲ ψιλὴν ἀπέδωκε ῥάβδον. Καλλίμαχος· „Ἔπρεπέ τοι προέχουσα κάρης εὐρεῖα καλύπτρη, ποιμενικὸν πίλημα· καὶ ἐν χερὶ χαῖον ἔχουσα“. Καὶ τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ λεγόμενον ἐρυσίχαιον, τῷ χαίῳ ἐρύοντα, ἤτοι ποιμαίνοντα.* EM. 807, 45: *χαῖον οἱ μὲν καμπύλην βακτηρίαν· οἱ δὲ ῥάβδον· οἱ δὲ λαγωβόλον.* Suid. *χαιός· ἡ ῥάβδος.* item Cyrill. ap. Math. Gl. min. p. 25, Hdn. epim. ed. Boiss. p. 149. St. Byz. 281, 10 ed. Mein.: *Ἐρυσίχη, πόλις Ἀκαρνανίας. . . . τὸ ἐθνικὸν Ἐρυσιχαῖος, περὶ οὗ πολὺς λόγος τοῖς ἀρχαίοις. ὁ τεχνικὸς γὰρ καὶ Ἡρωδιανός φασιν ὅτι σεσημείωται τὸ Ἐρυσίχαιος προπαροξυνόμενον ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. μήποτε οὖν τὸ χαῖον ἐγκεῖσθαι, ὅ ἐστιν ἡ βουκολικὴ ῥάβδος, καὶ τὸν ἐρύσσω μέλλοντα. διχῶς οὖν ἔσται, ὡς ἐστι δῆλον παρ' Ἀλκμᾶνι ἐν ἀρχῇ τοῦ δευτέρου τῶν παρθενείων ᾀσμάτων· φησὶ γάρ. Οὐκ ἧς ἀνὴρ ἄγροικος οὐδὲ Σκαιὸς οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος, Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος [οὐδὲ ποιμήν]* (ex seqq. additum a Mein.). *εἰ γὰρ τῷ „Θεσσαλὸς γένος“ συναπτέον, ἐθνικόν ἐστι καὶ προπερισπάσθω. Ἡρωδιανὸς ἐν ταῖς καθόλου προσῳδίαις καὶ Πτολεμαῖος ἔφη· εἰ δὲ τῷ „οὐδὲ ποιμὴν“ συνάψειέ τις λέγων ἢ „ἐρυσιχαῖος τὸ οὐδὲ ποιμήν“, πρόδηλον ὡς προπαροξυνθήσεται καὶ δηλοῖ τὸν βουκόλον ἢ τὸν αἰπόλον, πρὸς ὃ τὸ ποιμὴν ἁρμόδιον ἐπαχθήσεται.* — Vocabuli origo ignota est. Eadem significatione sunt *χαβός* et *χαμός*, quae conferunt Benf. II, 321, Curt. Et. n. 184.

Addenda et corrigenda.

Conscripta jam hac commentatione prodiit annalium a Bezzenbergero editorum (Beiträge zur kunde der indogermanischen sprachen) fasciculus alter, quo continetur Fickii dissertatio „zum sogenannten ja-suffix im griechischen". Hac dissertatione quominus ad librum meum dum typis exprimitur corrigendum uterer temporis angustiae prohibuerunt. Sed né si otio abundassem quidem puto me magnum inde fructum capturum fuisse. Nam quum nonnulla recte sint excogitata, multo plura perversa sunt, et, ut verbo dicam, tota commentatio parum accurate confecta, nec temporum neque significationis ulla habita ratione, diversisque eiusdem formae suffixis non distinctis. Scilicet alii imperaturos se putant, si diviserint, hic vir doctus deletis finibus rerum se esse potiturum sperat. Cui fusius alio loco, hic breviter respondebo. Dissertationis summa est haec: „dass jeder in der flexion des verbs erscheinende verbalstamm ohne zutritt von nominalsuffixen ohne weiteres auch als nominalstamm verwendet werden kann", unde hoc sequitur „dass eine lange reihe von nominibus, die nach der herschenden theorie durch ein nominales suffix *ja* gebildet sein sollen, nur die nominalen vertreter entsprechender verbaler *ja*-stämme sind" . . . „*ἀγγελία* ist nichts anderes als das als nomen flectierte *ἀγγελjo*, das in verbaler function in *ἀγγελjo-μεν* erscheint". Non debebat hoc exemplum adhibere, quoniam st. *ἀγγελjo* non potuit nisi pro nomine agentis, non pro abstracto adhiberi: v. quae de abstractis supra disputavi p. 90 sqq., et de suffixo *ιᾱ* abstractorum p. 94. Sed ut abstracta mittamus, nomina agentis ex verbis ita derivata esse non negem, ut *ι* non suffixi nominalis sit, sed ex verbo sumptum, id quod in *ἔμπαιος πρόςπαιος* factum esse supra p. 171 sq. dixi. Etiam de ceteris nominibus in *αιος* quae a latere habent verbum in *αω* et verbali utuntur significatione, de quibus § 67 egi, diu dubitavi, utrum *ιο* illud verbalis esset stirpis, et hinc casuum suffixis tantum additis nomen derivatum, an nomen ex stirpe primitiva in *α* desinente suffixi nominalis *ιο* ope ductum esset. Quamobrem de his: *βίαιος, γαῖα, βουγάιος, βρονταῖος, ἱμαῖος, ἀκέραιος* al., quae mihi quoque a verbis derivata videntur, quanquam alia quam Fickius putat ratione, ferri potest Fickii sententia. Sed quid quod talia adhibet: *θυραῖος θυρόω, κορυφαῖος κορυφόω, πετραῖος πετρόω*, quasi *θυραῖος* significet cum qui foribus instructus est, *κορυφαῖος* qui erigitur, exaggeratur, *πετραῖος* qui lapidibus obruitur! *προτεραῖος προτερέω*, quum *προτεραῖος* a *προτέρΑ* sc. *ἡμέρα* derivatum sit (supra p. 155), *προτερέω* significet eum qui *πρότερΟΣ* est! *πυκναία πυκνόω* quum *πυκναία* nihil esse viderimus nisi ionicam amplificationem vocabuli *πνύξ* vel *πύκνη*! *περαῖος* et *περάω*, quum *περαῖος* ex *πέρα πέραν* ductum arguat *ἀντιπέραιος* supra p. 169! *σειραῖος σειράω* quorum illud vetustissimum est, hoc a Photio primo adhibitum! *ἐρημαῖος ἐρημέω παλαμναῖος παλαμνάω* quum neque *ἐρημέω* neque *παλαμνάω* omnino tradita sint! *γύναιος* confert cum *μισογυνέω*, quod ex *μισογύνΟΣ* non suffixo *je* sed terminatione *εω εἰς εῖ* etc. satis recenti tempore derivatum esse constat, quum *γύναιος* ex st. *γυνΑ* repetitum esse pateat. Atque hoc maxima vituperatione dignum est, quod saepissime comparat verba decomposita, ut *ἀντιβολέω, ἀδικέω, οἰκοδομέω* cum nominibus simplicibus in *αιος* ut *βολαῖος δίκαιος δομαῖος*, quum nunquam exstiterint simplicia *βολέω δικέω δρομέω*, et *ἀδικέω* quidem ex *ἄδικος* ductum sit, *δίκαιος* autem ex *δίκΗ*. Ac nego omnino a verbis in *εω* duci potuisse nomina in *αιος*. Sed taedet plura verba facere, quum nostram

de omnibus illis vocabulis sententiam satis copiose in ipso libro exposuerimus. Unum tantum addere libet hoc, quod constantia caret Fickii illa disserendi ratio. Nam quoniam innumera vocabula in *αιος* suffixi *ιο* vel *ια* ope ex stirpibus nominalibus ducta esse constat, id quod ne ipse quidem negat, ut *γραῖα, νεολαία, προναία, κεραία, κνεφαῖος, -γαιος, ἀγελαῖος, ἀκταῖος, ἁμαξαῖος, ἀκραῖος, δείλαιος, ἡσυχαῖος, κηπαῖος* etc. etc., sane non intelligitur, qui pauca quaedam, ut *γύναιος, δίκαιος, δομαῖος, δρομαῖος, ἐρημαῖος, εὐναῖος, θυραῖος, κορυφαῖος* al. propter nullam aliam causam eadem ratione formata esse negare possit, quam quod exstant etiam verba ab iisdem stirpibus derivata *-γυνεω, -δικεω, -δομεω, -δρομεω, ἐρημέω* (quod ab ipso fictum esse jam dixi, Graecis non usitatum erat nisi *ἐρημόω* vastare) *εὐνάω, θυρόω, κορυφόω,* quarum maxima pars plane diversam habet significationem. — Ceterum de singulis quicunque voluerit judicare comparet quaeso quae ille protulit cum iis quae ipse suis locis dixi. Iam pauca addam quae in corrigendo libro me fugerunt, cuius rei veniam peto a lecturis.

p. 13, 35 *κέραος*] lege: *κεραός* — p. 25, 21 *πυρκάΐη*] l. *πυρκαΐή* — p. 26, 8 *ἠβαίος*] l. *ἠβαιός* — p. 27, 23 *πυρκαΐα*] l. *πυρκαΐά* — p. 30, 23 Xen. Cyr. 577] l. Xen. Cyn. 8, 1. — p. 35 not. lin. 3 ad.] l. ad — p. 45. De castaneis cf. Hehn, Culturpfl. p. 340 sq., qui et ipse sero Graecis hanc nucem innotuisse putat. — p. 53, 5 Theophr.] l. Theophr. caus. pl. — p. 54, 33. est fragm. 399 Dind., Mein. II, p. 1141. — p. 60, 14. Ex Keilii disputatione de inscr. thessal. tribus (A. Boeckhio decem lustra ... peracta congratulantur praeceptores Portentes, Numb. 1857) p. 6 disco, hunc patronymicorum morem etiam fuisse Phocensium (CI 1727 *Πανταινέτα Ξενοκρατεία*), Epirotarum (Leak. n. 172 *Πετραονίκα Δερδαία*), Cyrenaeorum (CI 5157 *Ἐχεμήδας Τιμοκρατείας* et *Ἀράτας Λαβρομείας*). — p. 68, 13 *νηΰς*] l. *νηΐς* — p. 80, 8 *φάϝος*] l. *φαϝος* — p. 84 *κραταιά* vocabatur planta quaedam, quae alias *χελιδόνιον μεῖζον* appellabatur, Diosc. noth. 2, 211. Fickio Curt. Stud. IX, 173 hoc videtur hypocoristicorum more decurtatum ex composito, et confert plantae nomen *κραταιόγονος*. — p. 89, 11 dele *σημαία*. — p. 122. Etiam *γαῖος* Fickio l. l. p. 171 videtur ex composito decurtatum: „*γαῖος· ὁ ἐργάτης βοῦς* Hesych. vgl. *γεω-μόρος βοῦς* bei Apoll. Rhod., *γαρότας* (*γα-αρότας*) der pflugstier bei den Sikelioten, *γεωργόν βοίδιον* der ackerstier bei Aristophanes. — *γαῖος· [καὶ] ὁ ἀπόγειος ἄνεμος* Hesych., also *γαῖος = ἀπό-γειος*“. — p. 128, 31 WZl.] l. Wzl — p. 161 *σπειραία*] Fickius ap. Bezzenb. p. 137 non inepte affert *σπειράω*. — p. 165, 24 Anth. 83] l. Anth. VII, 405, 1. — p. 168, 11 „sed lenis] l. sed „lenis — p. 174 *δαμαῖος* Curtio Stud. IX, 112 est „kurzname“ pro *ἱππόδαμος* — p. 175. *Ναρκαία* Minerva vocabatur Elide, cui templum condidisse narratur *Ναρκαῖος* Bacchi filius: Paus. V, 16, 7. Derivatum putaveris a *ναρκάω*, sed nihil certius constat. — p. 175, 25 Vgl. Vb.] l. Vgl. Wb. — p. 180, 23 Xen.] l. Xen. Anab. — p. 181, 25 rad] l. rad. — p. 183 *ὁδαῖος ὁδαῖα*] Pass. in lex. et Fickius ap. Bezz. 135 conferunt *ὁδάω*, cuius sententia sane non aliena est ab *ὁδαῖα*. — p. 185, 11 fuisus] l. fusius — p. 186, 25 derivat ain] l. derivata in — p. 212, 11 *ἀργὰς*] l. *ὀργὰς* — p. 221 *τροπαία* vocabatur ventus reciprocus, i. e. *ἡ τρεπομένη*. „Est enim *ἀπογεία* ventus qui ex terra exortus in mare fertur: qui si flatu converso ex mari in terram revertatur, *τροπαία* appellatur“ H. Steph. Saepius translato sensu apud Aeschylum. Cf. Lob. paral. p. 314. — p. 230 *τροχαῖος*] Fickius ap. Bezz. 139 confert *τροχάω*; melius adhibuisset *τροχάζω*, quum *τροχάω* apud Alexandrinos primos legatur, *τροχάζω* jam Herodoti sit. — p. 238, 1 *ἕως ου*] l. *ἕως οὗ* — p. 239 *παλαμναῖος* si Fickio Stud. IX, 196 credas dictum est pro *ἰαρπάλαμος* quod Hesych. explicat *ἀκρόχειρος*, „ganz nach analogie der kurznamen.“ — p. 256, 1 Arg.] l. Arg. IV.

I. Index verborum.

I. Index Graecus.

2. Index latinus.

3. Index germanicus.

II. Index rerum.

III. Index scriptorum.

Halis Saxonum, Formis Karrasianis.

CONSPECTUS.

Pars prior.

De terminationis αιος formis diversis.

Pars posterior.

De terminationis αιος natura et generibus.

AEM. NEIDHARDT:

DE EURIPIDE POETARUM MAXIME TRAGICO.

AEM. NEIDHARDT:

DE EURIPIDE POETARUM MAXIME TRAGICO.

Aristoteles qua ratione Euripidem poëtarum maxime tragicum dixerit, cum nuper viri docti denuo investigaverint [1]), sententias protulerunt, quae neque poëtae neque philosophi ingenio satis respondere videntur. Itaque non inutile esse iudicavi eam rem accuratius retractare atque, si efficere possem, absolvere.

Et primum quidem, quo rerum et verborum contextu Aristoteles illud de Euripide iudicium proposuerit, reminiscamur. Artis poeticae capite XIII Aristoteles postquam docuit, quomodo fabula recte constituatur, in quibus est, eam mutari non in prosperam fortunam ex adversa oportere, sed contra ex prospera in adversam, errare eos dicit, qui accusent Euripidem in ea ipsa re, quod hoc faciat in tragoediis et multae ipsius in adversam fortunam exeant. Id enim rectum esse, ut dictum sit, ac signum eius rei maximum esse: in scenis enim et certaminibus tales maxime apparere tragicas, si recte dirigantur; et Euripidem, quamvis cetera non bene disponat, tamen inter poëtas maxime apparere tragicum. [2])

Ex quo recte concludi videtur ipso fatali exitu tales fabulas inter alias et Euripidem inter alios poëtas ex Aristotelis sen-

---

[1]) Susemihl, Aristoteles über die Dichtkunst² 1874. Einleitung 27—29. 247. A. 126. C. Schwabe, Aristoteles als Kritiker des Euripides, Jahrbücher CIX. 97—108. H. Baumgart, Der Begriff der tragischen Katharsis, Jahrbücher, CXI. 81—118. de Euripide, 90—91.

[2]) *διὸ καὶ οἱ Εὐριπίδῃ ἐγκαλοῦντες τὸ αὐτὸ ἁμαρτάνουσιν, ὅτι τοῦτο δρᾷ ἐν ταῖς τραγῳδίαις καὶ πολλαὶ αὐτοῦ εἰς δυστυχίαν τελευτῶσιν. τοῦτο γάρ ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ὀρθόν. σημεῖον δὲ μέγιστον· ἐπὶ γὰρ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν ἀγώνων τραγικώταται αἱ τοιαῦται φαίνονται, ἂν κατορθωθῶσιν, καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται.* 1453a, 23—30.

tentia excellere. Quid enim? Si putasset philosophus harum fabularum vim tragicam ab omnibus perceptam et praedicatam ad alias caussas referendam esse, quid effecisset hoc argumento? Minime id, quod comprobare studet, exitum fatalem optimae tragoediae necessarium esse, sed id tantum, non esse vitiosum, qui utrum fabulae adsit an desit, nihil intersit ad tragoediae virtutem. Atque hoc Aristotelem σημεῖον μέγιστον dixisse, quis est, qui credat? Verba autem αἱ τοιαῦται aperte declarant Aristotelem hoc loco nihil aliud spectasse quam exitum fatalem. Forsitan quispiam dixerit haec verba significare eas fabulas, quae omnibus legibus respondeant supra ab Aristotele constitutis. At illud, quod exprobrant Euripidi, nihil est nisi exitus fatalis. Neque ergo his verbis τοῦτο γάρ ἐστιν ὀρθόν neque illis αἱ τοιαῦται aliud quidquam continetur.

Fabulae vero si fatali exitu maxime tragicae fiunt, eadem re Euripidem hanc laudem tulisse necesse est. Non enim alia ratione fabulas alia poëtas tragicos dicere licet. Quemnam poëtam maxime tragicum esse recte censemus? Sine dubio eum, qui fabulas maxime tragicas doceat. Eas autem maxime tragicas esse Aristoteles contendit, quae in adversam fortunam exeant. Itaque cum in poëtis Graecorum, quos novimus, nemo sit, quin inter alias tales etiam composuerit, is Aristoteli maxime tragicus habendus erat, qui huic fabularum generi maxime operam dabat. Et hunc quidem Euripidem fuisse ex opprobrio supra allato apparet. Clarius etiam hoc recte disputatum esse apparebit, si iterum contrarium statuemus. Aristoteles igitur ut putaverit Euripidem aliis rebus in utroque fabularum genere, si comparentur cum fabulis eiusdem generis aliorum poëtarum, maxime tragicum se praestitisse, num fugere eum potuit ad summam tragoediae vim, qualis sit exitus, nihil valere? Nimirum qui fatalem exitum optimae tragoediae necessarium esse iudicarit. At profecto Aristoteles non is erat, qui doctrinam ab veritate vitae adeo abhorrentem excogitaret. Atque cum afferat, quae facta sunt, et eo quidem consilio, ut doctrinam suam defendat et confirmet, concedendum certe est eum invenisse in llis, quod congruat cum doctrina, neque id, quod illi aut inutile aut prorsus contrarium sit.

Attamen non defuere, qui verba Aristotelis supra laudata

ita interpretanda esse negarent. Alii enim, cum non satis considerarent, quanti momenti esset exitus fatalis, valde offendebant, quod Aristoteles ei rei tantum in aestimandis et fabulis et poëtis tribueret; alii, qui Euripidis tragoediis minus delectarentur, praesertim cum eum haud raro ab Aristotele vituperatum viderent, laudem quam tribuit philosophus poëtae quam maxime poterant minuere et recidere studebant. Quorum utrique varias et miras sane interdum protulerunt caussas, cur Euripides poëtarum maxime tragicus appelletur. Utrisque ergo demonstrandum erat eas res non solum apud Euripidem saepius inveniri quam apud alios poëtas, sed etiam tales esse, quarum ratione habita Aristoteles illud de Euripide iudicium ex doctrinae principiis praedicare posset. — Iam vero quantum singuli hoc effecerint videamus. Ac primum quidem, quae Lessing ea de re docuerit, audire decet. Is autem non in eorum numero est ducendus, qui Euripidis gloriae obtrectarunt: principem enimvero artis tragicae illum declarat.[3]) Ex eis autem, quae de Aristotelis sententia disseruit[4]), hoc quidem recte dictum videtur saeviendo ac trucidando neminem evadere bonum poëtam, sed plura et meliora opus esse.

At id non quadrat in nostrum locum. Fugit enim virum praeclarum, Aristotelem C. XIII. non id exponere, quomodo fabula fiat una vel congruens vel perspicua vel omnino ea,

---

[3]) Hamburg. Dramat. c. 49. „das ist es, was den Euripides zu dem Ersten in seiner Kunst machte.“

[4]) „Wenn Aristoteles den Euripides den tragischsten von allen tragischen Dichtern nennt, so sah er nicht blosz darauf, dasz die meisten seiner Stücke eine unglückliche Katastrophe haben; ob ich schon weisz, dasz viele den Stagyriten so verstehen. Denn das Kunststück wäre ihm ja wohl bald abgelernt; und der Stümper, der brav würgen und morden, und keine von seinen Personen gesund oder lebendig von der Bühne kommen liesze, würde sich ebenso tragisch dünken dürfen als Euripides. Aristoteles hatte unstreitig mehrere Eigenschaften im Sinne, welchen zu Folge er ihm diesen Charakter ertheilte; und ohne Zweifel, dasz die eben berührte (der Prolog) mit dazu gehörte, vermöge der er nämlich den Zuschauern alle das Unglück, welches seine Personen überraschen sollte, lange vorher zeigte, um die Zuschauer auch dann schon mit Mitleiden für die Personen einzunehmen, wenn diese Personen selbst sich noch weit entfernt glaubten, Mitleid zu verdienen.“ Hamb. Dramat. c. 49.

quae vere artificiosum, non vile insanientis hominis opus dicatur, — quae aliis locis satis luculenter demonstravit, — sed id unum agere, ut doceat, quomodo fabula fiat tragica vel maxime tragica. Tragicam autem dicit imitationem earum rerum, quae misericordiam et metum moveant, maxime tragicam eam fabulam, quae ex prospera in adversam fortunam mutetur. Quicunque igitur poëtarum — de barone sane cogitare non licet — talem composuit fabulam, maxime tragicam fecit; qui plurimus est in eo genere, poëtarum maxime tragicus [5]).

Ceterum Aristoteli minime timendum erat, ne suae aetatis vel poëtarum vel philosophorum quisquam quae dixit adeo perperam intellegeret, quam Lessing interpretes male intellegentes ea facit. Aequales enim Aristotelis non eo, quo nostrates interdum, vitio laborabant, ut spectacula quam maxime luctuosa et horrida facere et videre cuperent; immo vero, ne naturali quodam generis humani lenitatis studio nimis indulgentes iustam ac genuinam tragoediae severitatem sensim perderent, valde periclitabantur. Qua de re infra copiosius agemus. — Quod vero attinet ad prologos, hodie non facile quisquam sibi per-

---

[5]) Item fere de hac re disputant: Vahlen, Beiträge II, S. 102. Doering, Kunstlehre des Aristoteles, S. 223. Teichmüller, Aristot. Forschungen I, 73—76. Susemihl contra haec dicit, l. l. S. 247: „Auch darf man, wie schon Lessing richtig erinnert hat, den Aristoteles wohl nicht dahin verstehen, als ob der unglückliche Ausgang allein es wäre, durch welchen bei guter Aufführung die Stücke des Euripides die Zuschauer am stärksten in Furcht und Mitleid versetzen, obwohl dies, streng genommen, in den Worten liegt. Wenn aber hierfür noch manche andere Umstände hinzukommen, so steckt eben vielmehr in diesen die Erklärung dafür, weszhalb sie es, wenn anders dies überhaupt die Meinung des Aristoteles ist, auch in höherem Grade thun als die Tragoedien des Aeschylos und Sophocles, die eben sowohl unglücklich enden. Darauf näher einzugehen lag aber hier für den Aristoteles kein Anlasz vor". Libenter in his legimus verba Aristotelis accurate examinata nostram comprobare interpretationem. De postrema autem quaestione, num Aristoteles Euripidis fabulas tragice, ut ita dicam, exeuntes magis tragicas esse putarit quam Aeschyli vel Sophoclis fabulas eiusdem generis, satis erit in memoriam revocare verba Aristotelis *αἱ τοιαῦται κ. τ. λ.* et quae supra de hac re disseruimus. Quae alio loco (p. 28. 29.) Susemihl de Agathone et de purgatione apud Euripidem protulit infra in examen vocabimus.

suaserit Aristotelem eos spectasse, cum scriberet illam Euripidis laudem. Unus Baumgart Lessingi doctrinam[6]) probat et eadem de caussa, cum Susemihl[7]) abhorreat ab eorum sententia.

Et recte quidem. Nam cum reputaveris verba illa tragoediae definitionis C. VI *δρώντων καὶ οὐ δι᾽ ἀπαγγελίας* atque haec ex C. VII: *ἀρχὴ δ᾽ ἐστὶ* (scilicet *τῆς πράξεως, ἧς μίμησις ὁ μῦθός ἐστιν*) *ὃ αὐτὸ μὲν μὴ ἐξ ἀνάγκης μετ᾽ ἄλλο ἐστί, μετ᾽ ἐκεῖνο δ᾽ ἕτερον πέφυκεν εἶναι ἢ γίνεσθαι* — in utroque peccasse Euripidem deprehendes, sive *ἀπαγγελίαν* prologum esse censes sive *ἀρχὴν πράξεως*. Nam post eum neque esse neque fieri quidquam necesse est. Accedit artis rhetoricae locus haec verba exhibens, *Γ.* 14, 1415ª 20., *καὶ οἱ τραγικοὶ δηλοῦσι περὶ τὸ δρᾶμα, κἂν μὴ εὐθὺς ὥσπερ Εὐριπίδης, ἀλλ᾽ ἐν τῷ προλόγῳ γέ που ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς· Ἐμοὶ πατὴρ ἦν Πόλυβος*, quibus reprehensionem prologorum Euripidis, praesertim cum opponatur iusti exordii exemplum ex Sophoclis Oedipode, qua plerumque componendi regula Aristoteles utitur, plane expressam invenire mihi videor. Itaque vix dubium esse credam, quin prologi Euripidis ab Aristotele in eis rebus numerati sint, quae verbis illis: *εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ,* continentur. In his vero ipsis, quae reprehendit, philosophum summam tragoediarum vim aliqua ex parte collocasse nullo pacto est veri simile.

At vero tanquam arenam Lessing aperuit, in quam, quae cuique aut in Euripide maxime laudanda aut optimae tragoediae maxime necessaria visa sunt, proferrent. Accedebat, quod tali modo, ut haud paucae praeclarae et veterum et nostratium poëtarum fabulae, quin etiam ipsius Euripidis nonnullae laudis illius participes essent, se efficere posse sperabant. Ex eis autem, qui hanc viam ingressi meliora aliquanto et probabiliora quam Lessing profecisse videntur, viros doctissimos nomino Nauck[8])

---

6) Jahrb. CXI, 90.
7) l. l. praef. 30. 31.
8) Eurip. tragoed., Lips. 1857, praef. p. XXXVII. „Egregium vero admiramur artificem in depingendis affectibus tam lenibus quam vehementer concitatis, ac verissimum est quod Aristoteles praedicat, *ὁ Εὐριπίδης*“ *κ. τ. λ.*

Bernhardy [9]) Bernays [10]), strenuos illos quidem Euripidis laudatores, qui quamvis inter se discrepent, hoc uno certe consentiunt, quod praecipuam Euripidis virtutem in affectionibus animi describendis ponunt.

Neque mirum illud plerisque nostrae aetatis hominibus eruditis valde placuisse. Primum enim constat Euripidem hac in re iure laudari atque ipso Aeschylo et Sophocle praestantiorem esse. Tum vero nostratium intimos animi motus libenter scrutantium est, quemcunque hos praeclare illustrantem vident, plurimi aestimare. Nos enim magis optamus, ut quibus ex animi motibus quid factum sit aut quantam in animos aliorum vim habuerit, quam id ipsum, factum esse, cognoscamus. At Aristotelem idem sensisse vix credibile. Iam supra demonstravimus ipsa verba philosophi et sententiarum ordinem loci laudati aliam interpretationem non ferre, nisi quam nos ex tradita consuetudine proposuimus: id quod iterum comprobari videmus. Mirum enim, si Aristoteles eis, qui Euripidem propter fatalem tragoediarum exitum reprehendebant, responderit: at nemo melius

---

[9]) Grundriss[3] II, 2, 420. „Er war der erste Dichter, der in das innere Leben des Menschen unablässig einging: er forscht nach unserm sittlichen Beruf, er zergliedert die Leidenschaften und dringt in die dunkeln Gefühle des Herzens“ . . . „Als Sittenmaler setzt er stets die Thatsachen der Ochlokratie voraus, er schildert die Sophistik der Leidenschaft, aber auch ihre Wahrheit und setzt ihre Gewalt in ein glänzendes Licht“. — ibid. p. 421. „Das Endliche, soweit es von Leidenschaft und subjectivem Pathos gefärbt in der Gesellschaft erschien, mit den ewigen Principien zu versöhnen und durch reine Vernunftgründe zu vermitteln, ist eine stete Tendenz des Euripides. Darin liegt des Dichters Erhabenheit und tragische Gewalt, die manche Schwäche vergessen macht und Unebenheiten ausgleicht.“

[10]) Grundzüge, S. 173. „Sittlichen oder künstlerischen Frieden wird man in ihm selbst so wenig wie in seinen Stücken finden können. Vielmehr eine Wollust des Zerreissens und der Zerrissenheit, ein aus allen Tiefen des Verstandes und Herzens aufstöhnendes Mitleid mit der zusammenbrechenden alten Welt und eine im Schaudern schwelgende Furcht vor dem Eintritt der herrannahenden neuen Zeit — diese Stimmungen sind es, welche aus der Persönlichkeit des Euripides in seine Dramen übergehen und auch den Zuschauer zu ähnlichen Orgien des Mitleids und der Furcht hinreissen“. Quae quantum distent ab Aristotelis ingenio, infra demonstrabimus.

affectus descripsit. Praeterea autem, ubi necessariae tragoediae partes numerantur [11]), affectibus nullus locus relinquitur, nedum in primis habeantur.

Nam etsi non omisit, raro tamen eorum mentionem fecit et tanquam praetereundo leviter tetigit [12]). Itaque Aristotelem affectuum nullam rationem habuisse rati, nisi quod mores (ἤθη) eis manifestantur, falli non videmur.

Ipsis autem moribus secundam tribuit partem. Quam multus est in docendo ac comprobando, quanto sit fabula moribus praestantior [13])!

Iam vero contendere licet Aristotelem ea, quam nostrates ferunt pathologicam Euripidis virtutem, haud ita delectatum esse, quoniam morum descriptionem eius minus probat. Nam cum C. XV. doceat bonos pictores esse imitandos [14]), qui forma propria repraesentata similes fingentes pulchriores pingant, C. XXV autem Sophoclem [14]) comprobet, qui tales se facere

---

[11]) C. VI. ἀνάγκη οὖν πάσης τραγῳδίας μέρη εἶναι ἕξ, καθ' ἃ ποιά τις ἐστὶν ἡ τραγῳδία· ταῦτα δ' ἐστὶ μῦθος καὶ ἤθη καὶ λέξις καὶ διάνοια καὶ ὄψις καὶ μελοποιία.

[12]) C. XVII. πιθανώτατοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς τῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσίν εἰσι, καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος ἀληθινώτατα. C. XIX. ἔστι δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα ὅσα ὑπὸ τοῦ λόγου δεῖ παρασκευασθῆναι. μέρη δὲ τούτων τό τε ἀποδεικνύναι καὶ τὸ λύειν καὶ τὸ πάθη παρασκευάζειν, οἷον ἔλεον ἢ φόβον ἢ ὀργὴν ἢ ὅσα τοιαῦτα.

[13]) C. VI. μέγιστον δὲ τούτων (τῶν τραγῳδίας μερῶν) ἐστὶν ἡ τῶν πραγμάτων σύστασις . . . οὔκουν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσωνται πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις . . . ἔτι ἄνευ μὲν πράξεως οὐκ ἂν γένοιτο τραγῳδία, ἄνευ δὲ ἠθῶν γένοιτ' ἄν . . . ἔτι ἐάν τις ἐφεξῆς θῇ ῥήσεις ἠθικὰς καὶ λέξεις καὶ διανοίας εὖ πεποιημένας, (οὐ) ποιήσει ὃ ἦν τῆς τραγῳδίας ἔργον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἡ καταδεεστέροις τούτοις κεχρημένη τραγῳδία, ἔχουσα δὲ μῦθον καὶ σύστασιν πραγμάτων. (Non multum interest ad sententiae vim, utrum inseras an deleas negationem. cf. Teichmüller I, 43—45.) . . . ἀρχὴ μὲν οὖν καὶ οἷον ψυχὴ ὁ μῦθος τῆς τραγῳδίας, δεύτερον δὲ τὰ ἤθη . . C. VII. λέγωμεν μετὰ ταῦτα ποίαν τινὰ δεῖ τὴν σύστασιν εἶναι τῶν πραγμάτων, ἐπειδὴ τοῦτο καὶ πρῶτον καὶ μέγιστον τῆς τραγῳδίας ἐστίν.

[14]) ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν ἰδίαν μορφήν, ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν. C. XXV. πρὸς

glorietur, quales esse debeant, cum Euripides quales sint fingat: dubitari nequit, quin Aristoteles in hac artis parte Sophoclem praetulerit Euripidi.

Postulat enim ut personarum mores boni sint [15]). Bonis moribus autem Aristoteles eos uti docet, qui in affectibus et actionibus ex recti conscientia et studio medium illud tenent, quo omnis virtus continetur.

Hi igitur neque amori neque odio neque laetitiae neque dolori nimis indulgent, sed illam animi conditionem exhibent, quam Graeci *σωφροσύνην* plerumque appellant. Quamquam oderunt illi quidem et amant et gaudent et dolent, recte tamen et quos quibusve licet. Indulgere autem affectibus hominum est incontinentium, quales sunt plerique. Quod cum Euripides, etsi valde augendo, artificiose repraesentaret, illud fecit, quod Sophocles dixit *ποιεῖν οἷοι εἰσίν*. Nam quod auxit Euripides, si accurate reputaveris, non ad mores, sed ad affectus pertinere senties, cum mores iidem sint atque in plerisque hominibus, indulgentiam dico et *τὸ ζῆν κατὰ πάθος*. Moribus autem [16]), non affectibus homines iudicandos esse censet Aristoteles.

Itaque quo quaeque plenior valde concitatorum affectuum tragoedia erat, eo minus illam bonorum morum habere Aristotelem iudicare oportebat, atque notum est mores Menelai in Oreste Euripidis ab eo expressis verbis bis vituperari, C. XV. XXV. Neque ceteras huius fabulae personas uno excepto Pylade multo meliores esse ipsi veteres animadvertebant. [17]) Alia duo levioris momenti, quae Euripides deliquit in moribus describendis, Aristoteles affert C. XV, 1454^a, 30. 32.

δὲ τούτοις ἐὰν ἐπιτιμᾶται ότι οὐκ ἀληθῆ, ἀλλ' οἷα δεῖ, οἷον καὶ Σοφοκλῆς ἔφη αὐτὸς μὲν οἵους δεῖ ποιεῖν, Εὐριπίδην δὲ οἷοι εἰσί, ταύτῃ λυτέον.

15) C XV. *περὶ δὲ τὰ ἤθη τέτταρά ἐστιν ὧν δεῖ στοχάζεσθαι, ἓν μὲν καὶ πρῶτον όπως χρηστὰ ᾖ.*

16) Eth. Nic. II, 4. 1105^b, 30 *οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι.* Poët. VI. 1450^a, 6. *τὰ δὲ ἤθη (ἐστί), καθ' ἃ ποιούς τινας εἶναί φαμεν τοὺς πράττοντας.*

17) cf. *Ὑπόθεσις* A. apud Nauck Eurip. II, 244. *τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων, χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι· πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοί εἰσιν.*

Memorabile etiam illud, praesertim cum Sophoclis rationem et artem comparare liceat, quod Lessing ex Hurd affert exemplum. Hamb. Dram. C. 95. Euripides enim Electram haec dicentem facit:

vs. 281. *θάνοιμι μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐγώ.*

Sophocles autem: vss. 1319—21. *ὡς ἐγὼ μόνη*
οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον· ἢ γὰρ ἂν καλῶς
ἔσωσ' ἐμαυτήν, ἢ καλῶς ἀπωλόμην.

Utraque igitur puella quamquam idem cupit, ut matrem scelestam ulciscatur, atque eadem voluntatis vi, tamen, qua sentiendi ratione utantur, multum differt. Nam cum Sophoclis Electra, quamvis ne mortem quidem reformidet, si opus sit, id potissimum agat, ut inimicis interfectis ipsa in libertatem et honestam vitae condicionem vindicetur, Euripides illam tanto odio flagrantem fingit, ut iam nihil aliud sentiat. Quomodo ulciscatur invisos homines, id unum cogitat, neque quidquam ultra hoc spei relinquitur: quod si assecuta erit, libenter morietur. — Aristoteles autem utram laudaturus fuerit, equidem non dubito.

Itaque cum Aristoteles morum descriptionem secundo loco ponat neque in ea ipsa et, quae ad eam pertinet, affectuum exaggeratione Euripides ab eo probari posse videatur, ut hinc laudem, maxime tragicum poëtarum illum esse, deducamus facere non possumus.

Iam vero ad eorum sententias examinandas nobis transeundum est, quos tantam laudem Euripidi ab Aristotele tributam esse pigebat. Quibus[18]) quamquam concedendum est Euripidem non summum vel praestantissimum poëtarum praedicari, satis multum restat: nam tragicum esse imprimis poëtam tragicum decere videtur.

Quod cum viros doctissimos non effugeret, eis quae ipse Aristoteles excipit his verbis: *εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ,* non contenti, illa etiam: *ἐπὶ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν ἀγώνων, ἂν κατορθωθῶσι, τραγικώταται φαίνονται,* talem in modum interpretanda esse censebant. Primum autem haec pronuntiantem G. Hermann vidi, qui in commentario artis poëticae dicit interpretes Aristotelem Euripidi plus laudis tribuentem

---

[18]) Schwabe, Jahrbücher CIX, 108. Baumgart, ibid. CXI, 90.

facere, quam ipse illi tribui voluerit. Nam illam Euripidis praestantiam non percipi nisi in scena et certaminibus Aristotelem docere. Quaenam sit illa praestantia exponere cum G. Hermann omiserit, nobis ipsis haec sententia explenda est. Quod si recte fecerimus, haec duo evadere videntur: Euripidem aut in scena maxime tragicum videri, non cum legas vel recitantem aliquem audias eius fabulas; aut theatris, non philosopho vel cuivis poëticae artis perito atque erudito homini. Quod utrumque ab recentioribus interpretibus prolatum esse mox videbimus.

Priorem igitur rationem si sequamur, Euripidem laudem illam eis rebus debere existimandum est, quas nostrates artes scenicas, Aristoteles *ὄψιν* appellat. De his autem initio capitis XIV grave proponit iudicium[19]); minoris etiam hanc artem scenicam aestimat sub finem capitis VI[19]). Dificillimum igitur dictu, quomodo Aristoteles poëtam ob ea ipsa laudare potuerit, quae ab arte poëtica plane fere removet, cum aliorum poëtarum fabulae extarent non minus tragice et multo meliore quidem ratione compositae.

At dixerit quispiam, tales tragoedias, quales componi velit philosophus, paucas fuisse, atque Euripidem, etsi non bene, plurimam tamen pro ceteris vim tragicam, ut ita dicam, praestitisse. Sic cum in primis Baumgart disputet (Jahrb. CXI, 88—90), in eo primum errat, quod illa *πάθη*, quae C. XI commemorantur, scil. *οἵ τε ἐν τῷ φανερῷ θάνατοι καὶ αἱ περιωδυνίαι καὶ τρώσεις καὶ ὅσα τοιαῦτα*, eadem esse contendit atque quae *ἐκ τῆς ὄψεως* comparantur. Sunt autem illa pars fabulae, etsi non necessaria, *ὄψις* tragoediae pars, cui

[19]) C. XIV. *ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι, ἔστι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συστάσεως τῶν πραγμάτων, ὅπερ ἐστὶ πρότερον καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. δεῖ γὰρ καὶ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν οὕτω συνεστάναι τὸν μῦθον ὥστε τὸν ἀκούοντα τὰ πράγματα γινόμενα καὶ φρίττειν καὶ ἐλεεῖν ἐκ τῶν συμβαινόντων· ἅπερ ἂν πάθοι τις ἀκούων τὸν τοῦ Οἰδίποδος μῦθον. τὸ δὲ διὰ τῆς ὄψεως τοῦτο παρασκευάζειν ἀτεχνότερον καὶ χορηγίας δεόμενον ἐστίν.* C. VI. *ἡ δὲ ὄψις ψυχαγωγικὸν μέν, ἀτεχνότατον δὲ καὶ ἥκιστα οἰκεῖον τῆς ποιητικῆς· ἡ γὰρ τῆς τραγῳδίας δύναμις καὶ ἄνευ ἀγῶνος καὶ ὑποκριτῶν ἐστίν. ἔτι δὲ κυριωτέρα περὶ τὴν ἀπεργασίαν τῶν ὄψεων ἡ τοῦ σκευοποιοῦ τέχνη τῆς τῶν ποιητῶν ἐστίν.*

cum fabula nihil est commune. Illa quidem etiam tum, quae debent, efficiunt, cum ab histrionibus non aguntur, ὄψις omnino non est, nisi in scena. Ut distinctius, quae sentio, declarem, exemplum afferre liceat. Quod in Sophoclis Antigone chorus pronuntiat, vv. 1317 sqq:

καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει
μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων

hoc ab Aristotele non ὄψις diceretur, nam ita est compositum ὥστε καὶ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν τὸν ἀκούοντα τὰ πράγματα γινόμενα καὶ φρίττειν καὶ ἐλεεῖν ἐκ τῶν συμβαινόντων. At si histrio, qui Creontis partes agit, inter lamentationes illas, quae sequuntur, acerbissimas supra corpus filii interfecti, ut faciunt, procumbit, iam conspicimus tale aliquid, quod ὄψις dicitur. Maxime hoc quidem ψυχαγωγικόν, sed histrionis est, non poëtae. Concedendum vero illa πάθη facile histrionibus optatam sua arte utendi facultatem praebere; Aristoleles autem ut ita sint composita postulat, ut etiam extra scenam animos moveant, sicut Sophocles fecit.

Deinde vero ne id quidem demonstrari poterit illa πάθη ab Euripide multo ampliora usurpata esse, quam ab aliis poëtis, cum apud Aeschylum et Sophoclem haud pauca inveniantur, quae enumerare longum est. Quemnam igitur fuisse illum apparatum scenicum sumamus? De prologis supra dictum est. An deum ex machina? Certe hic inprimis Euripidis est, neque Aristoteles prorsus eum reicit. Ad eas autem res machinae usum redigit, quae aut ante aut post fabulam fiant atque declaratione egeant.[20]) Hae vero haud ita magnam animos movendi vim habent; si in prologo utuntur machina, in eandem, quae de prologis diximus, recidunt. cf. p. 285.

Maius est, quod in nodo, ut cum Horatio loquar, expediendo machina adhibetur. At hoc et ab Aristotele reprehen-

---

[20]) φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ ἀπὸ μηχανῆς καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν· ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως καὶ ἀγγελίας· ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν.

ditur[20]) et ipsum tale est, quod non minus ad secundam quam ad adversam fabulae fortunam sit aptum: immo vero illi magis convenire videtur. Nam ut res difficultatibus obstructae vi caede pernicie finiantur machina non opus est: ipsae, si non impediantur, in eiusmodi conditionem prorumpent, sicut in Euripidis Oreste, nisi Apollo intercederet, maximae sine dubio caedes fierent. At quid tragici in eo est, quod dei tali modo opitulantur hominibus?

Multam profecto operam frustra consumpserunt viri docti investigando, quibus rebus Euripidis fabulae in scena maxime tragicae apparerent: scilicet obliti sunt hoc ab Aristotele non de Euripidis solum, sed de omnibus cuiuslibet poëtae tragoediis praedicari, quae in adversam fortunam exeant. Verba enim *αἱ τοιαῦται* nihil aliud significare supra demonstravimus; si neges, ad summum tales esse eas fabulas efficies, quae virum bene moratum delicto magno in calamitatem delabentem exhibeant. In his vero neque de prologis neque de machina neque de malo, quod aspectu cernitur, neque de quavis alia arte scenica cogitare licet. Itaque quae efficiunt illa, tota uni fabulae sunt tribuenda neque minus efficerent ex Aristotelis sententia, si recitarentur.

Eadem ratione refellendum est, quod Susemihl[21]) Aristotelis verbis *ἂν κατορθωθῶσιν* recidi Euripidis laudem opinatur; quem sequitur Schwabe.[22]) Non enim Euripidis solum, sed omnes eiusmodi fabulas bene agi opus erat, neque propterea, quod ipsae fuerint deteriores, sed quod spectatorum plerisque minus placebant.

Facile igitur fieri poterat, ut histriones, quippe qui theatrorum voluntates non ignorarent, remitterent studium neque

---

[21]) l. l. praefat. 28. „Von den meisten Stücken des Euripides heiszt es nun aber in jener Stelle ausdrücklich, dasz sie bei guter Aufführung am Stärksten Furcht und Mitleid erregen und ihren Dichter als den wirksamsten Tragiker erscheinen lassen".

[22]) „Aristoteles schreibt demnach den meisten stücken des Euripides die tragische wirkung nicht unbedingt zu, sondern nur unter dem vorbehalt einer guten scenischen Aufführung." Jahrbücher CIX, 101. cf. 103.

satis, ne fabula caderet, caverent. At quod ceciderunt interdum, Aristotetes non fabulis, sed histrionibus vitio vertit.[23])

Iam vero alterum quod supra proposuimus restat, ut sumamus Aristotelem aliter de tragoediis illis sensisse ac theatrorum multitudinem indoctam. Et ne hanc quidem viam ingredi viri docti[24]) dubitaverunt, dummodo ne Euripides nimis laudari videretur.

Quod si recte vidissent illi quidem, Aristoteles ad refutandos adversarios, qui quod supra quam maxime suaserat in Euripide vituperabant, eo usus esset argumento, cui ipse fidem non haberet. Nam spectatorum iudicium, nisi ipse probabat, haud magni philosophum aestimasse et hoc comprobat, quod paullo infra nostrum locum de imbecillitate illorum queritur[25]), et ipsum illud *θαυμαστῶς στοχάζονται ὧν βούλονται,* quo egregiam Agathonis artem spectatorum voluptati morigerandi cum ironia quadam[26]) praedicat.

Nostro autem loco similis rationis ne minimum quidem vestigium inveniri potest: nam quod spectatores sentiebant suae doctrinae maximum documentum esse Aristoteles dicit. Quod recte se habere si ipse sibi non persuasum habuisset, quanta in eo esset fallacia! At usque eo viri illi docti Euripidis laudi obtrectandi studio deducti sunt, ut Aristotelem sophistae mendacis quam philosophi veritatis amantissimi partes agentem facere mallent. Neque vero ulla caussa est, cur verba illa *ἐπὶ τῶν σκηνῶν κ. τ. λ.* Aristotelem caute, ut Schwabe dicit, Euripidis laudi, ne maior fieret, praemisisse statuamus. Haec enim

---

[23]) Rectius igitur Vahlen Beitr. II, 102 verba illa *ἂν κατορθωθῶσιν* ita interpretatur; „vorausgesetzt, dasz die Aufführung nicht misslingt."

[24]) Aliter equidem accipere non possum, quod Susemihl hoc verbum ‚erscheinen' amplioribus litteris excussit. cf. annot. 21. Cui assentiri videtur Baumgart l. l. 90, Aristotelis verba *ἐπὶ τῶν σκηνῶν κ. τ. λ.* sic interpretando: „das heiszt doch wohl bei der menge der zuhörerschaft, die eben in den theatern vereinigt ist."

[25]) *δοκεῖ δὲ πρώτη εἶναι (ἡ διπλῆ σύστασις) διὰ τὴν τῶν θεάτρων ἀσθένειαν· ἀκολουθοῦσι γὰρ οἱ ποιηταὶ κατ' εὐχὴν ποιοῦντες τοῖς θεαταῖς.*

[26]) cf. Vahlen, Beiträge II, 148. Susemihl, 259. A. 168. Ueberweg, Aristot. über die Dichtkunst, S. 81. A. 89.

vera eorum ratio est. Aristoteles cum in Euripide suam vituperari doctrinam videret, admirabili sagacitate et arte adversarios, quae et ipsi et universa theatra talibus spectatis tragoediis sensissent, commonefecit. Nempe concedere debebant, illas maxime tragicas apparere: id quod eo plus momenti habebat, quod invito animo, quippe qui duplici fabula, in qua probis et improbis viris contraria eveniunt, magis gauderent, confitebantur. Tantum igitur abest, ut verbis illis ἐπὶ τῶν σκηνῶν κ. τ. λ. minuatur et recidatur Euripidis laus, ut maxime eis confirmetur et probetur.

Postremum illud nobis examinandum videtur, quod Schwabe et Susemihl[27]) auctore Cron contendunt Euripidem nostro loco

---

27) Susemihl haec dicit, l. l. 247. A. 126. „Allem Anscheine nach war ein unglücklicher Ausgang nicht häufiger bei Euripides als bei Aeschylos und Sophocles, und es scheint daher, dasz Aristoteles hier vielmehr einen Gegensatz desselben gegen die jüngeren als gegen die älteren Tragiker im Auge hat.“ — At quibus ex rebus hoc appareat equidem non video. An ex eo, quod Schwabe computando quas nos habemus tragoedias invenit de centenis Sophoclis tragoediis duodetricenas, Euripidis tricenas singulas in adversam fortunam exeuntes? cf. Jahrb. CIX. 102. A. 4. Ipse autem Schwabe tali de ratione haec dicit: „wenn wir nun auch zugestehen, dasz eine solche berechnung bei dem geringen bruchtheile der uns erhaltenen und in die berechnung einbezogenen stücke beider tragiker keinen evidenten beweis liefern kann“. . Rectius opinor dixisset: ne ullum quidem. Deinde sic pergit: „wem aber wollte Aristoteles den Euripides gegenüberstellen, als er ihn als verfasser von tragoedien mit unglücklichem ausgang lobte und wem wollte er etwa als verächtern dieser gattung von tragoedien einen vorwurf machen? diese frage scheint mir mit groszer wahrscheinlichkeit schon Ch. Cron in dem Erlanger programm von 1845 ‚de loco poëticae Aristoteleae quo Euripides poëtarum maxime tragicus dicitur‘ beantwortet zu haben, wenn er daselbst S. 8. f. schreibt: ‚quinam illi sint, Aristoteles non diserte quidem indicat, sed ex iis, quae continuo locum a nobis propositum sequuntur, coniectura probabili perspici posse mihi persuadeo. eosdem enim, qui hanc quam Aristoteles maxime probat fabularum compositionem reprehendunt, aliam quandam praetulisse necesse est, et quidem eam, cui Aristoteles secundas defert, quae videlicet duplicem habet rerum conversionem.“ — Haec una ex parte recte dicta, sed ad alteram illam quaestionem pertinent neque eam totam absolvunt. Minime enim inde efficitur Aristotelem eos, qui simplici et grata rerum conversione gaudebant, non reprehendisse.

non cum Sophocle vel Aeschylo, sed cum recentioribus poëtis ab Aristotele comparari.

At cum nemo unquam dubitarit, quin Aristoteles Euripidem magis tragicum quam suae aetatis poëtas dixerit: qua tandem ratione ex eo concludi potest philosophum, cum scriberet illa *τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται,* non respexisse Aeschylum quoque et Sophoclem, qui plerumque, quae diceret, non ignoraret? Scimus autem Aeschyli Sophoclis Euripidis, principum illorum artis tragicae, fabulas a posteris paullatim selectas et exceptas ex recentiorum tragoediarum numero, semper tamen et lectas et actas esse.[28])

Quod si ita erat: quae est caussa, cur unum Euripidem reprehendant? An quia maior erat Sophoclis et Aeschyli dignitas, quam cui derogare auderent? Ad eosdem ergo Aristoteli Euripidis reprehensores revocandi erant. Itaque aliam caussam non video, quam quod ille multo plures quam Aeschylus et Sophocles eiusmodi fabulas composuit. Neque omittere licet, quod Aristoteles dicit *πολλαὶ αὐτοῦ εἰς δυςτυχίαν τελευτῶσιν,* non *αἱ πολλαί* sive *αἱ πλεῖσται.* Itaque cum ne id quidem tolerarent, raras fuisse apud Graecos eiusmodi tragoedias et insolitas apparet. Hoc autem etiam alio artis poëticae loco comprobare posse mihi videor. C. XVIII enim haec legimus: *λέγω δὲ δέσιν μὲν εἶναι τὴν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τούτου τοῦ μέρους ὃ ἔσχατόν ἐστιν, ἐξ οὗ μεταβαίνει εἰς εὐτυχίαν, λύσιν δέ κ. τ. λ.* Codex optimus A[c] habet *μεταβαίνειν,* quod emendatione eget. Lenissima est, quam G. Valla auctore multi deinceps editores receperunt (*μεταβαίνει*). Quod praeterea Valla *εὐτυχίαν* in *ἀτυχίαν* mutavit, idem alii aliis verbis inserendis efficere studebant.[29])

Offendebant enim in eo, quod unius in prosperam fortunam conversionis fit mentio, cum Aristotelem eam reprobasse constet. At nihil est, quo offendaris. Hoc enim loco id unum agit Aristoteles, ut qua parte fabulae *δέσις* finiatur, incipiat *λύσις* significet; eum denuo, quo conversionis genere utendum sit,

---

[28]) cf. Bernhardy II[2], 2, 44. 68.

[29]) Optime Vahlen ex simili loco capitis VII. descripsit: *ἐξ οὗ μεταβαίνειν εἰς εὐτυχίαν* (*ἐκ δυστυχίας συμβαίνει ἢ ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν*). Beitr. IV, 411.

docere non opus est. Itaque eam affert, qua plerumque utebantur poëtae, atque etiam exemplum, in quo demonstrat *δέσιν* et *λύσιν*, Lyncei fabula, eiusmodi est, si unius principis personae ratio habetur; si Danai quoque, duplicem exhibet conversionem, quam haud multo pluris Aristoteles aestimat. Itaque aut *μεταβαίνει* scribendum aut *συμβαίνει* post *εὐτυχίαν* inserendum neque aliud quidquam mutandum esse censeo.

His vero satis demonstratum esse confido Euripidem ab Aristotele omnium poëtarum maxime tragicum propterea praedicatum esse, quod plures eius fabularum in adversam fortunam exibant, quam cuiusvis alius poëtae. Quascunque enim alias caussas excogitaverunt viri docti aut Aristoteli non laudandas fuisse aut in Euripide non magis inveniri quam in aliis poëtis neque sententiarum Aristotelis ordini convenire vidimus: quibus omnibus verba illa: *σημεῖον δὲ μέγιστον* et *αἱ τοιαῦται* quasi firmum et inexpugnabile praesidium obstant.

Restat igitur, ut Aristotelem talem fabularum exitum ex eis quas constituit artis poëticae legibus sedem tanquam et officinam summae tragoediarum efficientiae putasse ostendamus. Quod si prospere nobis cesserit, sperare licet, quamquam Aristotelis doctrinam non tam probare quam perspicere nostrum est, eos etiam, qui abhorrent adhuc a tam rudi, ut opinantur, atque levi sententia, melius intellecturos esse, quanti sit illa res momenti et quantum ob eam laudis Euripides meruerit.

Ac primum quidem, quid operis tragoediae tribuerit Aristoteles, reminiscamur. Est autem hoc, ut per misericordiam et metum talium affectionum purgationem efficiat: *δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν.* Ex his vero verba *δι' ἐλέου καὶ φόβου* nobis inprimis tractanda sunt; cetera breviter adumbrare satis erit. Qualemcunque enim purgationem illam sibi finxit Aristoteles, ex misericordia metuque eam evadere necesse est: quae qui recte movet, ea ipsa re purgationem efficit. Falso igitur a nonnullis[30]) tragica vis et

---

[30]) cf. Stahr, Aristoteles und die Wirkung der Tragoedie S. 65. „Das Tragische eines Dichters besteht nach Aristoteles, und nicht nur nach ihm, sondern nach der Natur der Sache selbst in zwei Dingen. Erstens in der Tiefe und Gewalt der Conflicte, die dem Helden den Untergang bereiten, und durch welche Mitleid und Furcht in dem

purgatoria, ut ita dicam, distinguuntur. Nam si aliud essent tragici affectus, aliud id, quo purgatio efficitur, Aristoteles haec dicere non potuisset: *δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν . . κάθαρσιν*.

Primum igitur, quin spectatores sint illi, qui miserari et metuere debeant, hodie nemo dubitat. Neque minus constat, quem commiserentur: tragoediae principes personas dico. Cui autem metuant, spectatores utrum ipsis sibi, an eisdem, quos commiserantur, adhuc disceptatur. Constat autem inter omnes Aristotelem in arte rhetorica homines aliis metuere non docere, sed etiam, quod mala aliis eventura cum dolore praesentiunt, misericordiam vocare[31]), nisi illi maxime sint propinqui[32]), quae

---

Zuschauer erregt werden, also in der Kraft, mit welcher der Dichter die beiden grossen Hebel des Tragischen zu handhaben versteht. Zweitens in der versöhnenden und befreienden Wirkung, die er durch die Art und Weise der Loesung, durch die weise Oekonomie seiner Dichtung in dem Zuschauer hervorbringt." Itaque cum Euripidis oeconomiam ab Aristotele reprehensam videat, de poëta nostro praedicat hoc p. 64: „der tragischste?" Ja! — „der kathartischste?" Nun und nimmermehr! — At ubinam dicit Aristoteles: *διὰ τὸ εὖ οἰκονομεῖσθαι περαίνουσα τὴν ἐλέου καὶ φόβου κάθαρσιν*? — Eadem fere ratione agit Susemihl, qui contendit p. 29. Aristotelis de purgatione doctrinam excidisse post C. XIV. Continetur autem quantum satis C. XIII. — Denique cum Baumgart interroget Jahrb. CXI, 91: „wo sagt denn Aristoteles, dasz Euripides der kathartischste (Dichter) wäre?" respondendum est: C. VI et XIII.

[31]) rhet. B. V, 1382^b, 26. 27. *ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, φοβερά ἐστιν ὅσα ἐφ' ἑτέρων γιγνόμενα ἢ μέλλοντα ἐλεεινά ἐστιν.* 1386^a, 29—31. *ἐπεὶ δ' ἐγγὺς φαινόμενα τὰ πάθη ἐλεεινά ἐστιν, τὰ δὲ μυριοστὸν ἔτος γενόμενα ἢ ἐσόμενα οὔτ' ἐλπίζοντες οὔτε μεμνημένοι ἢ ὅλως οὐκ ἐλεοῦσιν ἢ οὐχ ὁμοίως, ἀνάγκη τοὺς συναπεργαζομένους σχήμασι καὶ φωναῖς καὶ ἐσθῆσει καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει ἐλεεινοτέρους εἶναι· ἐγγὺς γὰρ ποιοῦσι φαίνεσθαι τὸ κακὸν πρὸ ὀμμάτων ποιοῦντες, ἢ ὡς μέλλον ἢ ὡς γεγονός. καὶ τὰ γεγονότα ἄρτι ἢ μέλλοντα διὰ ταχέων ἐλεεινότερα διὰ τὸ αὐτό.* Neque aliter intellegendum, quod Aristoteles artis poëticae C. XIV dicit: *οὐδὲν ἐλεεινὸν οὔτε ποιῶν οὔτε μέλλων δείκνυσι:* quibus verbis eum affectum, qui futuro facinore movetur, misericordiam esse aperte declaratur. cf. Ed. Müller. Jahrb. CI, 396. Idem recte monet metum, quo aliis metuamus, in Graecorum sermone nusquam reperiri.

[32]) 1386^a, 17. sqq. *ἐλεοῦσι δὲ τούς τε γνωρίμους, ἐὰν μὴ σφόδρα ἐγγὺς ὦσιν οἰκειότητι· περὶ δὲ τούτους ὥσπερ περὶ αὑτοὺς μέλλοντας*

necessitas inter spectatores et tragoediae personas nullo modo potest intercedere.

Sed in artis poëticae his verbis, quae leguntur c. XIII., *ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον, φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιον,* nonnulli [33]) interpretum invenire sibi visi sunt Aristotelem spectatores fabulae personis metuentes facere, quamdiu malum immineat neque iam factum sit. Aiunt enim formulam illam *εἶναι περί τινα* utroque loco eadem ratione usurpatam esse; et hoc quidem recte. At cum illud: *ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον* ita interpretentur, ut sit: *ἐλεοῦσιν μὲν τὸν ἀνάξιον,* ex hoc: *φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιον,* si accurate, quod iubent illi, facias, fieri necesse est: *φοβοῦνται δὲ τὸν ὅμοιον*: id quod prorsus ineptum. Itaque sic esse vertendum censeo: misericordia ad immeritum attinet, metus ad aequalem [34]); vel: misericordiam movet indignus, metum aequalis.

Quae praeterea Ueberweg affert ex libro III de anima verba minime, quod ipse vult, comprobant. Haec enim est eorum ratio, ut quo differant *δόξα* et *φαντασία* demonstretur, sic enim, ut una cum illa (*δόξα*) eiusdem generis affectus in nobis gignantur, altera [34]) nihil eiusmodi efficiat, id quod facile ex c. IV. artis poëticae perspicitur. Itaque cum terribile quidquam opinemur, statim metuimus, ipsis videlicet nobis, cum aliorum hoc loco nulla ab Aristotele ratio habeatur [35]).

ἔχουσιν, i. e. *φοβούμενοι,* hi enim tanquam pars sunt ipsius qui metuit.

[33]) Susemihl, l. l. 59. „da der gleiche Ausdruck in dem gleichen Zusammenhange nach allen Regeln philologischer Hermeneutik auch beide Male nur Gleiches bedeuten kann, da er aber das erste Mal ohne Zweifel bedeutet „Gegenstand unseres Mitleides ist nur der unverdient Leidende," so kann er auch an zweiter Stelle nur besagen, „und der unserer Furcht Einer unseres gleichen." — Item docet Ueberweg, Zeitschrift für Philosophie, L, 1867, 31. — Quae si Graece dicere velis, alia non invenies, quam *ἐλεοῦμεν μὲν τὸν ἀνάξιον, φοβούμεθα δὲ τὸν ὅμοιον.*

[34]) Ut nostro sermone utar: „das Mitleid knüpft sich an den unverdient leidenden, die Furcht an den gleichen."

[35]) De anima III, 427b, 21. sqq. *ἔτι δὲ ὅταν μὲν δοξάσωμεν δεινόν τι ἢ φοβερόν, εὐθὺς συμπάσχομεν· κατὰ δὲ τὴν φαντασίαν ὡσαύτως ἔχομεν ὥσπερ ἂν θεώμενοι ἐν γραφῇ τὰ δεινὰ ἢ θαρραλέα.* In his quae sentiamus Aristoteles dicit 1448b, 10 sqq.: *ἃ γὰρ αὐτὰ λυπηρῶς*

Hoc unum concedendum opinor, fieri posse, ut si ipsa tragoediae persona metuat, cum ea metuamus; sed hoc non fit necessario, praesertim cum Aristoteles moneat[36]), ut mala eveniant praeter opinionem, imprimis ita, ut adsit *ἀναγνώρισις* et *περιπέτεια*. Eum autem metum, quem semper cum misericordia coniunctum proponit Aristoteles, ubique excitari necesse est.

Maxime autem huic sententiae adversum, quod toto c. XIII non de imminente malo, sed de ipsa mutatione agitur, qua calamitatem non exspectamus, sed conspicimus neque ultra tragoediae personis metuendi facultas nobis datur. Quin etiam, si concederemus omnem fabulam, non solam conversionem hic considerari, ne sic quidem cum doctrina huius capitis conveniret illorum opinio. Quid enim impedit ne metuamus viro honesto, cui maximum malum instat?[37]) Nam id ipsum, quod periculum tali viro imminet, cum calamitatem re vera eventuram esse nondum sit exploratum, nullo modo *μιαρόν* dici potest; contra recte *φοβερόν* dicitur, siquidem tragoediae personis est metuendum.

Accedit, quod qui novissime hanc protulit sententiam[38]), non-

---

ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἠκριβωμένας χαίρομεν θεωροῦντες, οἷον θηρίων τε μορφὰς τῶν ἀτιμοτάτων καὶ νεκρῶν. Quibuscum congruit plenior de *φαντασία* Aristotelis doctrina, 428ᵃ, 18: *λείπεται ἄρα ἰδεῖν εἰ δόξα· γίνεται γὰρ καὶ δόξα καὶ ἀληθὴς καὶ ψευδής. ἀλλὰ δόξῃ μὲν ἕπεται πίστις (οὐκ ἐνδέχεται γὰρ δοξάζοντα οἷς δοκεῖ μὴ πιστεύειν), τῶν δὲ θηρίων οὐθενὶ ὑπάρχει πίστις, φαντασία δὲ πολλοῖς. ἔτι πάσῃ μὲν δόξῃ ἀκολουθεῖ πίστις, πίστει δὲ τὸ πεπεῖσθαι, πειθοῖ δὲ λόγος· τῶν δὲ θηρίων ἐνίοις φαντασία μὲν ὑπάρχει, λόγος δ' οὔ. φανερὸν τοίνυν ὅτι οὐδὲ δόξα μετ' αἰσθήσεως, οὐδὲ δι' αἰσθήσεως, οὐδὲ συμπλοκὴ δόξης καὶ αἰσθήσεως φαντασία ἂν εἴη* . . 428ᵇ, 9: *οὔτ' ἄρα ἕν τι τούτων ἐστὶν ἢ ἐκ τούτων ἡ φαντασία.*

36) C. IX. *ταῦτα δὲ (φοβερὰ καὶ ἐλεεινά) γίνεται μάλιστα ὅταν γένηται παρὰ τὴν δόξαν* (quae mutavit Vahlen IV, 412 ipsam sententiam non tangunt.) . . C. XI. *ἡ γὰρ τοιαύτη ἀναγνώρισις ἢ ἔλεον ἕξει ἢ φόβον.*

37) C. XIII. *πρῶτον μὲν δῆλον ότι οὔτε τοὺς ἐπιεικεῖς ἄνδρας δεῖ μεταβάλλοντας φαίνεσθαι ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν (οὐ γὰρ φοβερὸν οὐδὲ ἐλεεινὸν τοῦτο, ἀλλὰ μιαρόν ἐστιν).*

38) Susemihl, 59. „Andere Stellen der Poëtik wie C XI § 4 und C. XIV § 1 zwingen uns andrerseits, wie es scheint, bei dieser Furcht (für den Helden) nicht stehen zu bleiben, sondern auch eine unmittelbar auf uns selbst gerichtete, aber trotzdem minder selbst-

nullis artis poëticae locis metum ad spectatores esse referendum confitetur, ita ut duplici metu afficeremur et nobis et tragoediae personis metuentes: qualem perturbationem in Aristotelem conferre minime licet.

Tota autem haec argumentatio non ex ipsius Aristotelis, sed nostratium philosophorum doctrina profluxit, quam apud illum invenire studebant[39]). At quid est Aristoteli cum nostratibus? Cum praeterea quibus nisi sunt nostri philosophi locis male interpretatos illos noverimus, atque ceteris repugnare ipsorum sententiam, altera ratio, quae nullo eiusmodi laborat vitio, nobis sequenda est, ut in tragoedia spectatores sibi metuere censeamus Aristotelem docere.

Iam vero quales sint misericordia metusque, quae Aristoteles tragoedia excitari vult, videamus. Nam cum priores interpretes, quae Aristoteles de illis affectibus in arte rhetorica docuit, ad artem poëticam conferre minime dubitaverint, hodie tam diversos rhetoricae et poëticae artis affectus esse nonnulli censent, ut quales hos cogitaverit Aristoteles, plane nesciamus[40]). Attamen specie, non toto genere diversi esse possunt. Itaque fieri posse videtur, ut collatis utriusque artis de illis affectibus praeceptis ex ipso discrimine, quid sit statuendum, eruamus.

Et primum quidem Aristoteles monet, ne vir probus et honestus ex prospera in adversam fortunam perveniat[37]), quia hoc neque metum neque misericordiam moveat, sed sit horribile (*μιαρόν*). Quae verba satis obscura esse videntur. Paullo infra

---

süchtige Furcht denn die des gemeinen Lebens als ein Erzeugniss der Tragoedie im Anschlusz an die Entwickelungen Müllers und Dörings als von Aristoteles gemeint zu betrachten."

[39]) Ueberweg, Aristot. über die Dichtkunst, 67, A. 50. „sie (die Furcht für uns) ist nicht eine aesthetische Empfindung, die, um mit Kant zu reden, uninteressirt sein musz, und das „Oder" an unserer Stelle (C. XI. cf. ann. 36. s. f.) beweist, dasz Aristoteles sie nicht meint." — Hoc non fieri Doering ostendit, l. l. 317, cui assentitur Susemihl, cf. ann. 38.

[40]) Susemihl, 57. „Folgerichtiger als Doering sieht aber Reinkens ein, dasz mit diesem Masze (der Rhetorik) gemessen auch die Erklaerung der tragischen Furcht, welche ersterer für die aristotelische erklärt, nicht paszt, und kommt so zu dem Ergebnisse, dasz wir nicht wissen können, was Aristoteles unter ihr verstanden habe."

enim legimus illa ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον, φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιόν (ἐστιν). Nonne ὁ ἐπιεικής maxime ἀνάξιος dici debet? Quae est caussa, cur eum non misereamur? Et cum aequalis infortunium metum nobis iniciat, optimi viri nonne multo maiorem excitare debet? Re vera in arte rhetorica Aristoteles docet talia: nam cum enumerat eos, qui miserentur, affert rhet. B. VIII, 1385b, 35: κἂν οἴωνταί τινας εἶναι ἐπιεικεῖς, ὁ γὰρ μηδένα οἰόμενος πάντας οἰήσεται ἀξίους εἶναι κακοῦ, cum miseranda, ibid. VIII, 1386b, 5: καὶ μάλιστα τὸ σπουδαίους εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ὄντας ἐλεεινόν. Similiter cum demonstrat, quinam metuant, monet ut orator auditores credere cogat, ipsis sibi aliquid mali accidere posse, ostendendo et aliis maioribus accidisse et aequalibus[41]. In arte poëtica autem etsi morum, in rhetorica omnis vitae fortunaeque aequalitatem spectat: tamen metuentes, si malo afficitur, qui eadem qua nos morum condicione utitur, iidem multo magis metuemus, si multo melior: etenim alii meliores experti sunt (καὶ γὰρ ἄλλοι βελτίους ἔπαθον).

Attamen Aristoteles dicit· οὐ γὰρ φοβερὸν τοῦτο οὐδὲ ἐλεεινόν, ἀλλὰ μιαρόν ἐστιν. Quid igitur est illud μιαρόν? Nonnulli hoc verbo indignationem significari opinati sunt, quae eum sequatur, cuius opera vir innocens perditur. Sic Corneille disputantem Lessing iam refutavit[42]. Eo magis mirandum,

---

[41]) ὥστε δεῖ τοιούτους παρασκευάζειν ὅταν ᾖ βέλτιον τὸ φοβεῖσθαι αὐτούς, ὅτι τοιοῦτοί εἰσιν οἷοι παθεῖν· καὶ γὰρ ἄλλοι μείζους ἔπαθον, καὶ τοὺς ὁμοίους δεικνύναι πάσχοντας ἢ πεπονθότας.

[42]) Hamb. Dram. C. 82. „Ich begreife nicht, wie man gegen einen Philosophen so in den Tag hineinschwatzen kann; wie man sich das Ansehen geben kann ihn zu verstehen, indem man ihn Dinge sagen läszt, an die er nie gedacht hat. Das gänzlich unverschuldete Unglück eines rechtschaffenen Mannes, sagt Aristoteles, ist kein Stoff für das Trauerspiel; denn es ist gräszlich" . . . „Dieses Gräszliche findet Aristoteles in dieser Art des Unglückes selbst; Corneille aber setzt es in den Unwillen, den es gegen den Urheber desselben verursacht. Er sieht nicht oder will nicht sehen, dasz jenes Gräszliche ganz etwas anderes ist als dieser Unwille; dasz, wenn auch dieser ganz wegfällt, jenes doch noch in seinem vollen Masze vorhanden sein kann" . . . „Denn wie gesagt, das Gräszliche liegt nicht in dem Unwillen oder Abscheu, den sie (die Thäter) erwecken; sondern in dem Unglücke selbst, das jene unverschuldet trifft, das sie einmal so unverschuldet

quod Bernays eandem sententiam denuo profert[43]) nullo alio argumento usus. Non necessarium igitur repetere quae Lessing optime dixit.

Hoc unum quaerere iuvabit, num Haemon Orestes Alcmaeon, quibus *μιαρόν τι* facere contigisse Aristoteles c. XIV dicit, tam detestabiles homines sint iudicandi. Ne Medea quidem, quae similia facit, tali cognomine, quo ille praedicat, digna videtur.

Neque multo rectius Doering misericordiam metumque exstingui dicit iusti et aequi amore vehementer laeso[44]). Nam ex hac ipsa re Aristoteles misericordiam gigni docet artis rhet. c. IX.[45]) Quo magis ergo aequi studium affligitur, eo graviorem misericordiam esse necesse est.

---

trifft als das andere, ihre Verfolger mögen böse oder schwach sein, mögen mit oder ohne Vorsatz ihnen so hart fallen."

[43]) Grundzüge, 181. „Andrerseits darf die Furcht nie direct und nie durch ein Ding erregt werden, also z. B. auch nicht durch verruchte Thaten eines sittlichen Scheusals (*μιαρός*), die mehr für grässliche Wirkungen eines bewusstlosen Dinges als für Willensäusserungen eines bewussten Menschen gelten müssen."

[44]) l. l. 222. „dieser Fall kann deshalb nicht Furcht und Mitleid erregen, weil Furcht und Mitleid durch das stärkere Gefühl der verletzten Gerechtigkeit erstickt werden. Es wird hier ein neuer, von dem Princip des Tragischen verschiedener Gesichtspunkt in die Betrachtung hineingezogen, das Gerechtigkeitsgefühl des Zuschauers."

[45]) rhet. B. IX. 1386b, 12. *καὶ ἄμφω τὰ πάθη (τὸ ἐλεεῖν καὶ τὸ νεμεσᾶν) ἤθους χρηστοῦ, δεῖ γὰρ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς συνάχθεσθαι καὶ ἐλεεῖν, τοῖς δὲ εὖ νεμεσᾶν· ἄδικον γὰρ τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν γιγνόμενον.* Ceterum ex hoc loco satis apparet, quam perperam Doering de misericordia dicat, l. l. 312: „Es muss namentlich beim Mitleid nach der oben nachgewiesenen aristotelischen Auffassung die uns geläufige Vorstellung von einer humanen Theilnahme an fremdem Leid, wie sie in einem sittlich veredelten Gemüthe statt hat, gänzlich abgewiesen werden" Haec Doering. Aristoteles autem docet misericordiam esse *ἤθους χρηστοῦ* et iuvenes dicit facile miserari propter humanitatem rhet. B. XIII. 1390, 24: *ἐλεητικοὶ δὲ καὶ οἱ γέροντές εἰσιν, ἀλλ' οὐ διὰ ταὐτὸ τοῖς νέοις· οἱ μὲν γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν, οἱ δὲ δι' ἀσθένειαν· πάντα γὰρ οἴονται ἐγγὺς εἶναι αὐτοῖς παθεῖν· τοῦτο δ' ἦν ἐλεητικόν.* Deducitur ad hanc opinionem Doering, quod Aristotelem eosdem miserari et metuere eadem docentem videt: ex quo concludit nos non miserari nisi quia vel quatenus metuamus. Quod non recte facit. Duo enim, quantum ad nos attinet, necessaria sunt, siquidem miserari nos oportet; primum nos sentire opus est,

Reputantibus igitur nobis Aristotelem in arte rhetorica virorum proborum calamitatem maxime miserabilem esse dicere, in poëtica *μιαρόν*; eandemque illic quidem metum movere, hic *μιαρόν* esse: facile apparere censeo Aristotelem in arte poëtica verba illa *ἔλεος* et *φόβος* emphatice, ut ita dicam, usurpasse, ut sint iusta vel recta misericordia, iustus metus: quod utrumque medium illud refert, cui semper studet philosophus noster. Quod si statuimus, omnia artis poëticae et rhetoricae praecepta, de quibus supra diximus, optime inter se congruunt. Nam cum oratoris sit affectus quam maxime potest movere, poëtae cavendum erit, ne modum excedant neve animi aequabilitatem prorsus corrumpant. Itaque si virum iustum ac probum sine ulla ipsius culpa calamitate oppressum proponit, acerbissimo afficimur dolore vel nimia misericordia. Neque vero diu miseramur. Cum enim ipsorum condicionem respicimus, maximus nobis incidit metus: nam si tali viro talia accidunt, quae nobis exspectanda sunt? Tantopere autem metuentes (*σφόδρα φοβούμενοι*) miserari non possumus, cum tota mens occupata sit neque aliorum curae vacet (*διὰ τὸ εἶναι ἐπὶ τῷ οἰκείῳ πάθει*). Hac ex parte igitur *τὸ μιαρόν* idem esse censeo atque *τὸ δεινόν*, quo expelli dicit misericordiam Aristoteles (*ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλέου*). Si

---

quam acerbe ferenda sint mala aliis, deinde credere immerito eos malis affici. Illud autem recte fieri nequit nisi ipsi aut passi sumus talia aut pati posse nos imaginamur; hoc mentem aequitatis amantem vel humanam et benignam poscit: quarum rerum, etsi est ut altera alteram superet, neutra deesse debet. — Neque minus falsum est, quod Doering de metu tragico profert. Duo enim metus genera constituit „die eigentliche und die uneigentliche oder potentielle," quorum alterum vitae, alterum tragoediae tribuit. Contendit autem, l. l. 314: „wenn einem mit dem eigentlichen Furchtaffect Behafteten, sei es im Theater, sei es im wirklichen Leben das Unglück Anderer vor Augen träte, so würde er kein Mitleid empfinden *διὰ τὸ εἶναι ἐπὶ τῷ οἰκείῳ πάθει*, die Furcht erstickt das Mitleid." Aristoteles contra non *τὸ φοβερόν*, sed *τὸ δεινόν* tale efficere, neque metuentes (*τοὺς φοβουμένους*), sed maxime metuentes (*τοὺς σφόδρα φοβουμένους* sive *ἐκπεπληγμένους*) talia pati docet: quae confundere non licere verba Aristotelis de senibus supra allata demonstrant; nam metuunt re vera senes (cf. rhet. B. V. 1382ª, 21. *ἔστω δὲ φόβος λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ.*), atque ob id ipsum facile miserantur.

quis dixerit, hac tragoediae forma misericordiam omnino non moveri, cum statim metu exstinguatur, monendum est misericordiam esse priorem affectum [46]), quem ipse infelicitatis indignae adspectus excitat; metum in tragoedia non effici nisi quadam ratiocinatione: quae dum non est facta, nihil obstat, quin maxime misereamur. Neque illud Aristotelis *ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλέου* aliam rationem proponere videtur: quicquid enim eicitur, adfuerit necesse est.

Quod autem Aristoteles *τὸ φιλάνθρωπον* dicit, in eo quasi semen vel igniculum misericordiae positum esse recte intellexit Lessing. Idem docet Vahlen [47]), qui etiam capitis XVIII verba [47]) convenire huic interpretationi satis comprobavit.

At qui ita explicant, ut sit tale aliquid, quo laetitia de infortunio malorum excitetur, non satis considerasse videntur, quem in affectibus tragicis locum Aristoteles illi tribuerit. Comparatis enim eis fabulae formis, quas c. XIII Aristoteles proponit [48]), apparet tertiam fabulam propterea minus *ἀτράγῳδον* esse priore, quod habet *τὸ φιλάνθρωπον*. Hoc ergo talem affectum movere debet, qui a vere tragicis affectibus minus abhorreat. Altera vero fabula, quae non habet *τὸ φιλάνθρωπον*,

---

[46]) Falso Doering contendit, l. l. 317: „wie also Aristoteles überhaupt das Mitleid ganz auf der Grundlage der Furcht für uns selbst construirt, so ist auch hier bei dem Leiden des *ὅμοιος* die primäre Regung die Furcht für uns selbst, die Vorstellung, dass auch wir gegen ein gleiches Leid nicht gesichert sind, und das Mitleid stellt sich erst als s e c u n d ä r e Empfindung ein." Quae fieri non posse supra demonstravimus. Ipse autem Doering, quomodo metuamus in tragoedia, sic ostendit, l. l. paullo infra: „indem wir dann den doppelten Rückschluss machen: also wird überhaupt der nicht besonders Schlechte von Schicksalsschlägen heimgesucht, also ist auch dein eigenes Glück ein unsicheres, gefährdetes."

[47]) Beitr. II, 99. 146. 174. — C. XVIII. *τραγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον. ἔστι δὲ τοῦτο ὅταν ὁ σοφὸς μὲν μετὰ πονηρίας δὲ ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος, καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν ἄδικος δὲ ἡττηθῇ.*

[48]) *οὔτε* (*δεῖ μεταβάλλοντας φαίνεσθαι* cf. ann. 37.) *τοὺς μοχθηροὺς ἐξ ἀτυχίας εἰς εὐτυχίαν — ἀτραγῳδότατον γὰρ τοῦτ' ἐστὶ πάντων· οὐδὲν γὰρ ἔχει ὧν δεῖ, οὔτε γὰρ φιλάνθρωπον οὔτε ἐλεεινὸν οὔτε φοβερόν ἐστιν. οὐδ' αὖ τὸν σφόδρα πονηρὸν ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν μεταπίπτειν. τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον ἔχοι ἂν ἡ τοιαύτη σύστασις, ἀλλ' οὔτε ἔλεον οὔτε φόβον.*

quid aliud efficere potest, quam τὸ νεμεσᾶν, scilicet ut doleamus malorum felicitatem? Hoc autem oppositum esse misericordiae ex rhet. B. capite IX discimus. Praeterea ex eodem capite, quae ratio inter hos ipsos affectus atque laetitiam, qua et infortunio malorum et felicitate bonorum afficimur, intercedat, optime intellegitur. Hanc enim tabulam recte mihi proponere videor:

I. { *A* ,λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις' (ἐλεεῖν)
ἀντίκειται
B ,λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις' (νεμεσᾶν)

ἐναντία

II. { *C* ,ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς κατ' ἀξίαν κακοπραγοῦσιν'
ἀντίκειται
D ,ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς κατ' ἀξίαν εὐπραγοῦσιν.'

Ex his igitur A et B opposita quidem sunt, sed eiusdem generis, utrumque enim dolere est de iniquitate fortunae: quibus contraria C et D, utrumque enim generis contrarii — laetandi de iusta atque aequa fortuna —, cum inter se eadem atque illa ratione differant. Atque hoc etiam apparet C latius distare ab A, quam B — nam contrarium genere est —, latissime D, quod prorsus et omni modo contrarium est illi. Quae enim dissimiliora inveniri possunt quam haec:

A. λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις
D. ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς κατ' ἀξίαν εὐπραγοῦσιν?

Itaque cum laetitia illa magis diversa sit a misericordia, quam dolor, quem Graeci dicunt νεμεσᾶν, φιλάνθρωπον aliud quidquam sit necesse est[49]): nam affinitate quadam coniunctum est cum affectibus tragicis, cum illud sit ἀτραγῳδότατον.

---

[49]) Non nego equidem hac tertia fabula comparari posse τὸ ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς κατ' ἀξίαν κακοπραγοῦσιν. Sed quatenus hoc quidem facit, non est minus ἀτράγῳδον. Recte Lessing, Hamb. Dram. C. 46, laudat haec verba: „seht jene Menge, die sich um einen Verurtheilten in dichte Haufen drängt! Sie haben alle Greuel vernommen, die der Lasterhafte begangen; sie haben seinen Wandel und vielleicht ihn selbst verabscheut“ . . . „Wie sehnlich wünschen jetzt aller Herzen, dasz ihm verziehen würde! Ihm? dem Gegenstande ihres Abscheues, den sie einen Augenblick vorher selbst zum Tode verurtheilt haben würden?“ Eadem enim humanitas, quae iuvenes ut miserentur facit, quod omnes probos et meliores putant (rhet. B. XII, 1389b, 8: καὶ

Qua re recte considerata, si praeterea reminiscamur adulescentes facile miserari *διὰ φιλανθρωπίαν*, demonstrasse nos confidere licet *τὸ φιλάνθρωπον* esse *τὸ λυπεῖσθαι* non *ἐπὶ τοῖς ἀναξίως*, sed simpliciter *ἐπὶ τοῖς κακοπραγοῦσιν*, vel initium misericordiae.

Simul autem ex eis quae supra diximus, cur Aristoteles eam fabulae formam, qua vir bonus ex adversa in prosperam fortunam vindicetur, plane omiserit — id quod nonnulli mirati sunt[50]) — optime intelligitur. Id enim etiam multo minus tragicum est, quoniam misericordiae maxime contrarium, quam quod ipse Aristoteles *ἀτραγῳδότατον* dicit. Itaque ne mentionem quidem eius rei facit. Illis vero, qui *τὸ φιλάνθρωπον* laetitiam illam esse contendunt[51]), haec forma eodem loco ponenda est, quo tertia Aristotelis[51b]): *τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον ἔχοι ἂν ἡ τοιαύτη σύστασις, ἀλλ' οὔτε ἔλεον οὔτε φόβον.*

Iam vero, siquidem ex eis quae supra disseruimus constat nobis *τὸ μιαρόν* esse affectuum tragicorum, et misericordiae et metus, summam vim (*ὑπερβολήν*), *τὸ φιλάνθρωπον* misericordiae initium, *ἔλεον* et *φόβον* mediam et iustam harum rerum condicionem: quid de purgatione statuamus facile perspicietur. Qua de re difficillima tam diu tractata et vexata cum longum sit enumerata recensere hoc loco, quaecunque tot viri doctissimi protulerunt, tamen quomodo ipsi interpretemur illa verba, et quae aliorum sententiae obstare videantur, quam brevissime pro-

ἐλεητικοὶ διὰ τὸ πάντας χρηστοὺς καὶ βελτίους ὑπολαμβάνειν· τῇ γὰρ αὑτῶν ἀκακίᾳ τοὺς πέλας μετροῦσιν, ὥστ' ἀνάξια πάσχειν ὑπολαμβάνουσιν αὐτούς. cf. annot. 45.), etiam in improbis humani aliquid esse censet, ut, si puniuntur illi, gaudeamus quidem iustitia, hominum luctum interitumque doleamus.

50) Vahlen, II, 99. „Das Zweite wäre den sittlich reinen aus Unglück zu Glück steigen zu lassen. Diese Möglichkeit ist unerwähnt geblieben: dass sie für sich allein untragisch ist, leuchtet ein, aber in der zwiefältigen Composition kommt sie in Verbindung mit einem entgegenlaufenden Uebergange doch in Betracht, und einen Grund, warum sie hier übergegangen, finde ich nicht." cf. Ueberweg, l. l. 69, A. 55.

51) Ueberweg, l. l. 69, A. 56: „Der Liebe zur Menschheit gemäss ist, dass geschehe was dem Menschengeschlechte zuträglich ist, d. h. dass es den Guten wohl gehe, die Boesen aber ihre gebührende Strafe erleiden." — b) ibidem, A. 55: „da dies zwar der Menschenliebe gemäss, aber nicht Furcht und Mitleid erregend wäre."

ponere licebit. Esto igitur tragoedia imitatio actionis severae ... per (iustam) misericordiam et (iustum) metum efficiens acriorum eius generis affectionum secretionem [52]).

Et primum quidem quod τὰ τοιαῦτα παθήματα eos, qui misericordiam et metum transcendant, affectus significare censemus, et capitis XIII praeceptis comprobatur, et quod verbo illi κάθαρσις, quocunque modo vis interpretari, ubique demendi, nusquam addendi vim subesse apparet. Accedit quod vocabuli forma in -μα hanc interpretationem iuvare videtur. Nam siquidem differunt πάθος et πάθημα — id quod plerumque non fieri Bonitz ostendit — hac potissimum ratione differre possunt, ut maius sit hoc illo [53]).

Verbum κάθαρσις autem per secretionem recte verti, Doering satis demonstrasse videtur, l. l. 248 sq. 276. Non ignoro equidem longe alia ratione illum et eius similes interpretes uti hac significatione. Quibus ne assentiar haec me impediunt. Tragoediae enim voluptatem, quam ex purgatione illa vel secretione evadere recte iudicant, in eo constare illi quidem contendunt, quod misericordia et metus vehementer concitata quasi expleantur vel absolvantur: qua in re duplex laetitiae caussa inveniri potest, una, quod misericordiae metusque dolores finiantur, altera, quod ipsa illorum concitatio grata sit acceptaque. Illam vero, quamvis sit certa, vix tetigere interpretes illi: et recte, opinor, nam tragoediae opus esse nequit: alioquin melius esset omnino non moveri misericordiam metumque vel, siquidem moveri debent, sublevari et postremo exstingui laetioribus affectibus, id quod in duplici tragoediae exitu et spectatores et poëtas libenter fecisse vidimus. An eam esse tragicam voluptatem censemus miserandi metuendique facultatem exhauriri, ut per breve quoddam tempus liberi simus illis doloribus? Quod qui probant idem peccant, atque quod Lessingio

---

[52]) „welche durch Mitleid und Furcht die Ausscheidung der darüber hinausgehenden Gefühle dieser Art bewirkt."

[53]) Simile discrimen inter μίμησιν et μίμημα intercedere contendit Doering, l. l. 144: „die Musikstücke werden mit concretem Gebrauche des Wortes μιμήσεις genannt und in emphatischem Sinne des Wortes, im Gegensatze gegen die geringere Intensität der Nachbildung in der bildenden Kunst μιμήματα.

maxime obiciunt, cum tragoediae opus post certamina potissimum peragi statuant. — Talis autem doctrinae apud Aristotelem nullum vestigium alibi invenitur quam notissimo illo artis politicae loco[54]), quo iidem interpretes eandem invenire sibi visi sunt. Haec verba autem hunc in modum explicari debere minime constat: certe a multis aliter explicata sunt et explicari possunt[55]). Equidem, quod qui illo enthusiasmi affectu vexantur sacris et enthusiasticis Olympi carminibus usi pacantur et levantur, non tam enthusiasticae quam musicae illorum carminum virtuti tribuere velim: quod sunt enthusiastica, animi illi condicioni magis conveniunt et melius percipiuntur; quod numeros et modos artis legibus compositos[55]) exhibent, temperant impetum animi, praesertim cum grata sint auditu.

Maxime vero illorum sententiae obstant capitis XIII artis poëticae de fabularum compositione praecepta, quae moderationem quandam, non summam tragicorum affectuum concitationem, exigere vidimus: cuius rei nulla esset ratio, si id esset tragoediae opus, ut misericordia et metus ipsorum vi, ut ita dicam, eiciantur vel interimantur. — Eadem illa praecepta nos vetant alteram rationem secutos in ipsa misericordiae metusque concitatione collocare tragoediae voluptatem[56]). Praeterea neque in aliis Aristotelis scriptis invenitur, quod tali doctrinae sit

---

[54]) pol. VIII, 7. 1342a, 4. sqq. *ὃ γὰρ περὶ ἐνίας συμβαίνει πάθος ψυχὰς ἰσχυρῶς, τοῦτο ἐν πάσαις ὑπάρχει, τῷ δὲ ἧττον διαφέρει καὶ τῷ μᾶλλον, οἷον ἔλεος καὶ φόβος, ἔτι δ' ἐνθουσιασμός. καὶ γὰρ ὑπὸ ταύτης τῆς κινήσεως κατακώχιμοί τινές εἰσιν· ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν μελῶν ὁρῶμεν τούτους, ὅταν χρήσωνται τοῖς ἐξοργιάζουσι τὴν ψυχὴν μέλεσι, καθισταμένους ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας καὶ καθάρσεως. ταὐτὸ δὲ τοῦτο ἀναγκαῖον πάσχειν καὶ τοὺς ἐλεήμονας καὶ τοὺς φοβητικοὺς καὶ τοὺς ὅλως* (*ὅλως τοὺς* correxit Spengel) *παθητικούς, τοὺς δ' ἄλλους καθ' ὅσον ἐπιβάλλει τῶν τοιούτων ἑκάστῳ, καὶ πᾶσι γίγνεσθαί τινα κάθαρσιν καὶ κουφίζεσθαι μεθ' ἡδονῆς.*

[55]) Susemihl. l. l. 48. 50. 51. 53. — H. Müller, Jahrb. CI, 410.

[56]) Ueberweg, l. l. 59. „Die in der Anregung und dem Ablauf des Gefühls liegende Lust besteht bei jedem Gefühlsinhalt, mag dieser an sich erfreulicher oder betrübender Art sein." — Hoc non est Aristoteleum. cf. Susemihl. l. l. 47. 51. — Ipse Doering confitetur, l. l. 139: „Es kann auffallen, dass Aristoteles bei seinen häufigen und eingehenden Erörterungen über die Affekte und über das Wesen der Lust nicht auch ausser Zusammenhang mit der Kunst darauf gekommen

simile[56]), neque qua ratiocinatione id efficiunt comprobari potest[57]), cum ab Aristotelis doctrina prorsus sit alienum.

Alii purgationem non amotionem, sed culturam quandam, ut ita dicam, misericordiae metusque esse censent, cum, qui tragoedia excitentur affectus, meliores et liberaliores sint eisdem vitae communis affectibus. Quorum sententiae obstat primum, quod Aristoteles in rhetorica arte eam misericordiam, quae est vitae communis, *χρηστοῦ ἤθους* esse dicit; deinde, cum metuere nos in tragoedia nobis ipsis supra demonstratum sit, qualem

---

ist, die psychologische Erscheinung zu erwähnen, dass die blosse kräftige Erregung auch der unlustvollen Affekte ein Lustgefühl erweckt. Ich finde nur eine Stelle, wo ein schmerzliches Gefühl zugleich als lustvoll bezeichnet wird, aber nicht sowohl auf Grund seiner Erregung, als weil es zugleich mit lusterregenden Vorstellungen verknüpft ist. Rhet. A. XI. 1370b, 24.“ Haec omnia fere recte dicta. Eo magis cavendum nobis ne nostratium de voluptate doctrinam, quae gignatur quorumvis affectuum sollicitatione, Aristoteli obtrudamus. cf. ann. 57.

57) Bernays, l. l. 178: „um das Hedonische in jedem Affect blosszulegen, brauchte Aristoteles einerseits nur wieder daran zu erinnern, dass jeder Affect, da er den Menschen ausser sich setzt, ekstatisch ist, und andrerseits die schon in der Rhetorik gegebene Definition der Lust (*ἡδονή*) zu wiederholen, wonach sie auf einer plötzlichen Erschütterung und Wiedergewinnung des seelischen Gleichgewichts (*κίνησις τῆς ψυχῆς καὶ κατάστασις ἀθρόα καὶ αἰσθητὴ εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν* Rhet. I, 11. z. A.), also ebenfalls auf einem ekstatischen Vorgange beruht. Mithin enthält jeder Affect, mag das ihn hervorrufende Object noch so peinvoll erscheinen, weil ein ekstatisches, auch ein hedonisches Element etc.“ Mirum sane, quod virum sagacissimum fugit verba artis rhetoricae, quae laudavit, suae doctrinae minime convenire. Non enim *ἔκστασιν* Aristoteles voluptatem dicit, immo *κατάστασιν*, quae maxime est contraria illi. Similiter Eth. Nic. l. III, C. 15, 1119a, 24 dicit: *καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν, ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ*. Unde apparet *τὴν ἔκστασιν* esse *λυπηρόν τι* ex Aristotelis sententia neque voluptatem *ἐκστατικόν*. Quodsi dicit Bernays omnem affectum esse *ἐκστατικόν* et propterea voluptatem quandam habere, cum Aristotele minime consentit: sin opinetur, omnem *ἔκστασιν* necessario sequi *κατάστασιν*, ne hoc quidem recte se habet: omnes enim affectus atque etiam dolores voluptate quadam finirentur. Finiri quidem hos sine dubio est suave; at neque omnes finiuntur neque nostro loco de ea re cogitari posse supra vidimus.

fingamus metum liberalem, plane ignoramus. Quin etiam talem qualitatis differentiam, nisi quae est in quantitate vel modo, Aristotelem in singulis affectibus non statuisse mihi quidem persuasum est [58]).

Optime Spengel [59]) monet Aristotelem definitione tragoediae refutasse simul Platonem, qui cum omnem poësin tum tragoedias removeri vult e republica, quoniam misericordia nimis conci-

---

[58]) Nonnulli eorum penitus sunt pravi, cf. Eth. N. II, 6. 1107ª, 7. *οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις οὐδὲ πᾶν πάθος τὴν μεσότητα· ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος, οἷον ἀναισχυντία ἐπιχαιρεκακία φθόνος κ. τ. λ.* De ceteris dicit ibid II, 5. 1106ᵇ, 22: *οἷον καὶ φοβηθῆναι καὶ θαρρῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι καὶ ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσαι καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι ἔστι καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐκ εὖ· τὸ δὲ ὅτε δεῖ καὶ ἐφ' οἷς καὶ πρὸς οὓς καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἄριστον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς.* ibid. III, 10, 1115ᵇ, 16: *ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ταῦτα φοβεῖσθαι καὶ ἔτι τὰ μὴ φοβερὰ ὡς τοιαῦτα φοβεῖσθαι. γίνεται δὲ τῶν ἁμαρτιῶν ἣ μὲν ὅτι οὐ δεῖ, ἣ δὲ ὅτι οὐχ ὡς δεῖ, ἣ δὲ ὅτι οὐχ ὅτε, ἤ τι τῶν τοιούτων.* Quicquid igitur delinquimus in affectibus, nimii et manci nomine comprehendit, quicquid recte sentimus, medium appellat.

[59]) Ueber die *κάθαρσις τῶν παθημάτων* 41. 42. „wir sind wieder auf die längst angenommene, bei uns besonders durch Lessing verbreitete Erläuterung der Worte hingewiesen, und wir werden uns um so mehr damit begnügen müssen, als sich auch mit aller Wahrscheinlichkeit der Grund angeben läszt, wie Aristoteles dazu gekommen ist, gerade diese Behauptung aufzustellen. Platon verbannt die dramatische Poesie aus seinem Staate; was zu schmerzhaften Klagen hinziehe und nie sich daran sättige, sei unvernünftig, mache träge und feige" . . 43. „Diesem selbst ist bei seiner Rigorosität nicht wohl zu Muthe und in offenem Kampf zwischen seiner innern Ueberzeugung und der durch seine Religion überlieferten und geheiligten Sitte, ruft er Freund und Feind auf der Poesie zu Hilfe zu eilen und ihn zu widerlegen" . . „Für Aristoteles war diese Aufforderung nicht vergebens; er konnte sich nicht enthalten, auch in die Definition der Tragoedie die Widerlegung einfliessen zu lassen" . . 44. „Aristoteles giebt zu, dasz die tragoedie den *ἔλεος* hervorhebe, er setzt noch *φόβος* hinzu . . aber er läugnet, dasz dieser *ἔλεος* und *φόβος* nachtheilig, wie behauptet worden, auf den Zuschauer wirke, die Tragoedie reinige vielmehr davon, also stärke und kräftige" . . 45. „die Tragoedie wirkt durch Erregung von *ἔλεος* nicht demoralisirend auf den Menschen, es ist in ihrem Helden noch etwas höheres, was Platon nicht beachtet, und dieses höhere, das aus jenem sich auch dem Zuschauer mittheilt,

tata enervent atque effeminent animos. At quod Aristotelem docere contendit tragoedia spectatores liberari misericordia metuque aliisque affectibus, valde errasse videtur.

Primum enim apparet hoc fieri non posse per misericordiam et metum, cum Aristoteles dicat *δι' ἐλέου καὶ φόβου*; deinde verba illa *τῶν τοιούτων* nescio quomodo illi excidisse credendum est. Atque accidisse viro doctissimo videre licet, ut, quam ipse vehementissime impugnat doctrinam, in eandem relabatur, quam defendere studet, evertat: nam Lessing purgandos neque expellendos esse illos affectus iudicat, Bernays contra et qui eum secuti sunt interpretes misericordiam metumque amoveri ex animis docent, nisi quod hi excitatione ipsa affectuum, Spengel personarum praestantia id effici opinatur. — Nulla vero est caussa, cur Aristotelem misericordiam metumque tam noxios affectus putasse censeamus, ut illos eici vellet. In utroque enim esse rectum et medium, quod virtuti conveniat, expressis verbis docuit. (cf. ann. 58.) Itaque Platoni, siquidem et hunc refellere et sibi constare studebat, nullo modo respondere poterat, tragoedia tolli misericordiam metumque, immo vero recte excitari et ita, ut vehementiores eius generis affectus mediis ac iustis expellantur. Hoc autem et iis contingere, qui affectibus illis maxime sint obnoxii (*ἐλεήμονες καὶ φοβητικοί*), et ceteris, ut quisque sit particeps eorum (*καθ' ὅσον ἐπιβάλλει τῶν τοιούτων ἑκάστῳ*), ex polit. l. VIII, 7 didicimus. (cf. ann. 54.) Propterea multi et docti viri duplicem purgationis rationem statuerunt, ut misericordia et metus in aliis minuantur, in aliis augeantur: quarum alteram et ex vocabuli *κάθαρσις* vi supra reiecimus, neque ad Platonis refutationem apte adhiberi nunc videmus. Iam vero monere liceat, Aristotelem mediam affectuum condicionem non eandem esse hominibus docere, sed suam cuique tribuere[60]).

reinigt ihn von dem was Platon so sehr fürchtet, dem *ἔλεος* und manchem anderen noch, dasz er keine Gefahr leidet, sondern unbeschadet und gestärkt davon zieht. Dies ist die *κάθαρσις τῶν παθημάτων*."

[60]) Eth. N. II, 5. 1106a. 30. *λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἓν καὶ ταὐτὸν πᾶσιν, πρὸς ἡμᾶς δὲ ὃ μήτε πλεονάζει μήτε ἐλλείπει. τοῦτο δ' οὐχ*

Itaque Aristotelis de tragoediae effectu doctrinam hanc fere esse concludo. Poëtas tragicos cum res atrocissimas proponere oculis videat philosophus, quae in omnibus spectatoribus plus aequo misericordiae metusque movere possint, neque reprobat cum Platone tragoediam, neque, id quod plerumque fiebat, felici vel duplici exitu levandos esse animos censet. Hoc quidem suave esse non negat, sed alienum esse a tragoedia et comoediam magis decere contendit. Sed ita poëtas miseram fortunam fingere iubet, ut recte misereamur et metuamus et vehementioribus eiusmodi affectibus liberemur neque summis doloribus obruamur. Ea igitur est tragoediae voluptas (*ἡ ἀπὸ ἐλέου καὶ φόβου ἡδονή*), ut, quamvis concitemur misericordia metuque, ubique tamen ad medium illud revocemur, quocum animi aequabilitas convenit atque liberalitas. Verumtamen non virtutis officina est tragoedia, sed voluptatis, scilicet tragicae, neque tam docet nos recte miserari et metuere quam facit: nihil enim ad voluntatem valet neque aliud poscit a spectatoribus, quam ut sequantur libenti animo poëtae impulsus. Neque id praecipuum tragoediae opus est, ut misericordiae metuique, quibus iam affecti sint qui spectacula visunt, medeatur, sed ut quos ipsa excitat affectus temperet. Fieri quidem etiam illud potest, sed fortuitum est: nam quod Aristoteles dicit misericordiam metumque in omnibus suppetere (*ὑπάρχει*) non ita est intellegendum, ut semper omnes miserari et metuere opinemur, sed nihil dicit nisi omnibus posse talia accidere. Quomodo autem fiat, ut temperentur misericordia metusque, facile intellegitur: imprimis enim magna illa culpa est, qua vir mediocris vel melior aliquanto in calamitatem perducitur; quod quantam habeat vim non opus est exponere.

ἓν οὐδὲ ταὐτὸν πᾶσιν, οἷον εἰ τὰ δέκα πολλὰ τὰ δὲ δύο ὀλίγα, τὰ ἓξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα, ἴσῳ γὰρ ὑπερέχει τε καὶ ὑπερέχεται, τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς οὐχ οὕτω ληπτέον· οὐ γὰρ εἴ τῳ δέκα μναῖ φαγεῖν πολὺ δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξει· ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ ἢ ὀλίγον· Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δ' ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολύ. Unde apparere censeo alterum illud medium, *τὸ πρὸς ἡμᾶς*, nostro sermone recte non modo „relativ" sed etiam „individuell" esse dicendum."

Iam vero cum Euripidem tali tragoediae forma plurimum usum esse constet, Aristoteles quin poëtarum maxime tragicum eum indicaret facere non potuit. Neque aliter fieri posset, si aliam Aristoteles atque quam nos proposuimus affectuum purgationem cogitasset: effici enim eam misericordia metuque, hos vero affectus gigni Euripidea illa, ut ita dicam, fabula satis luculenter docet. Necesse autem est in adversam fortunam exire tragoediam. Saepissime enim Aristoteles ut misericordia et metus fabulae compositione (*τῇ συστάσει τῶν πραγμάτων*) potissimum concitentur monet, neque satis est multas in ea res atroces et miserabiles inesse, sed ipsa actio eiusmodi esse debet. Est autem ea, si conversio (*μεταβολή* sive *μετάβασις*) ita fit: nam ut tragoediae summa et caput fabula [13]), sic fabulae conversio est et qui evadit ex illa exitus. Qui si est laetus, tota fabula, quotquot insunt mala, laeta est; si tristis, etiam fabula, quantamcunque antea proposuit felicitatem et magnitudinem: quin etiam et laetitia et tristitia, si antecesserint contraria, eo magis percipiuntur. Id tam verum est et perspicuum, ut mirari liceat, quomodo in tragoedia nonnulli oblivisci potuerint. Aristotelem vero ita cogitasse et ex his et ex eis quae supra disputavimus apparet. Nam cum laetam conversionem in viro malo minime tragicam (*ἀτραγῳδότατον*) dicat, in bono autem ne afferre quidem dignetur, tristem exitum huius quidem nimis tragicum, illius parum esse iudicat. Laeta igitur conversio nihil omnino tragici habet; tristis recte se habebit, si fiat in viro mediocriter morato. Itaque recte Aristoteles sic pergit: *ἀνάγκη ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον . . μεταβάλλειν οὐκ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυςτυχίας ἀλλὰ τοὐναντίον ἐξ εὐτυχίας εἰς δυςτυχίαν κ. τ. λ.*

Cui doctrinae repugnare videtur notissimus ille capitis XIV locus, quo Aristoteles, siquidem verba recte sunt tradita, praestantissimum esse censet consanguineos ignaros caedes inter se parantes agnitione impediri a facinore. Multi igitur et docti viri capitis XIII et XIV praecepta conciliare studuerunt, cum aliam tragoediae partem hoc capite, aliam illo tractari docerent. Sic Lessing c. XIII *περιπετείας*, c. XIV *πάθους* doctrinam exponi censebat; cui assentitur Vahlen, nisi quod *περιπετείας* loco recte *μεταβολήν* reponit. Hunc sequitur Baumgart. Alii

agnitionis genera c. XIV recenseri putabant, ut Teichmüller, quem laudat Doering[61]).

At ne sic quidem tradita verba recte se habere Susemihl ostendit: nam quae Aristoteles ut in componendo aut vitent aut expetant hoc ipso capite suadet poëtis, ea et desunt et adsunt, ut debent, tertiae illi formae[62]), qua consanguinei caede perpe-

---

[61]) cf. Lessing, Hamb. Dram. C. 38. Vahlen, Beitr. II, 107—113. Teichmüller, I. 79—82. Teichmüller oc concludit, 80. 81: „man sieht hier mit voller Klarheit, dasz die beste Erkennung an sich nicht mit der besten Tragoedie vereinigt werden kann"; 82: „es ist klar, dasz die beste Tragoedie nur mit der an sich zweit besten Erkennung vereinigt werden kann." cf. Ueberweg, l. l. 72, A. 63. At C. XIII de agnitione agi neque Lessing contendit, neque Teichmüller, qui illud opinatur, probabile fecit. Nam cum C. XI, quid sit agnitio, C. XVI quae sint eius formae, exponatur, non credibile C. XIV, ubi quattuor eius *πάθους* formae, quod est inter consanguineos, tractantur, quarum duae carent agnitione, de eadem re tertium disseri nisi praetereundo. Vahlen haec dicit, l. l. 113: „Da nun, was niemand bestreitet, das *πάθος* auch den Situationswechsel, die *μετάβασις* der tragischen Handlung selbst herbeiführen kann, so wird in diesem Falle die beste Form des *πάθος* mit der besten Form der *μετάβασις* nicht wohl zu vereinigen sein." C. XIV autem non tantum ea, quae C. XI afferuntur, *πάθη* retractari, ex eo apparet, quod Oedipodis exemplo Aristoteles utitur. Sed de eis potissimum facinoribus, in quibus est conversio fabulae, dicit: omnia enim, quae affert exempla, eiusmodi sunt uno excepto Haemone, neque recte Vahlen Medeam et Meropen secludit: nam liberorum caedes ea demum erat, qua calamitas perpetraretur; et Meropen, simulac filium agnovit et adiutorem invenit, cum eo ulcisci Cresphontem non multi laboris res est. In agnitione ergo vera est huius fabulae conversio. Atque cur Haemonis inceptum proferat Aristoteles, facile intellegitur; ipse enim dicit huius rei exemplum vix inveniri. Itaque hanc inter C. XIII et XIV intercedere rationem censeo, ut priori, qualis esse debeat conversio, altero, quomodo vel a quibus ea efficiatur, Aristoteles exponat, vel, ut C. XIII generatim de actione tragica, XIV de eius formis agat, quas nostrates ferunt „Verwirklichung, Besonderung". Nam cum initio capitis XIII. ostenderit iterum misericordiam metumque collocari debere in factis, sic pergit: *ποῖα οὖν δεινὰ ἢ ποῖα οἰκτρὰ φαίνεται τῶν συμπιπτόντων, λάβωμεν. ἀνάγκη δὲ ἢ φίλων εἶναι πρὸς ἀλλήλους τὰς τοιαύτας πράξεις ἢ ἐχθρῶν ἢ μηδετέρων.*

[62]) C. XIV. *τούτων δὲ τὸ μὲν γινώσκοντα μελλῆσαι καὶ μὴ πρᾶξαι χείριστον· τό τε γὰρ μιαρὸν ἔχει, καὶ οὐ τραγικόν· ἀπαθὲς γάρ. διόπερ οὐδεὶς ποιεῖ ὁμοίως, εἰ μὴ ὀλιγάκις, οἷον ἐν Ἀντιγόνῃ*

trata agnoscuntur. Idem vir doctissimus ne sequamur Hermanni sententiam Aristotelem repugnare sibi docentis recte monet. Quis enim credat philosophum nostrum non tantum duobus continuis capitibus sed etiam intra paucos versus contraria de eadem re docuisse? Quod qui ferre nequit, ei mutandus est verborum vel sententiarum ordo.

Et Susemihl quidem tertiae formae primum, quartae secundum tribuit locum [63]; quod alterum recte eum fecisse persuadere mihi non potui.

Prima enim forma habet *τὸ μιαρόν*, neque est tragica; sed non propterea, quod habeat *τὸ μιαρόν*, sed quod non habet *πάθος*. Alteri autem quamquam adest *τὸ μιαρόν*, tragica tamen est, habet enim *πάθος*. Tertiae neque adest *τὸ μιαρόν*, et habet illa *πάθος*, tragica ergo est, praeterea insignis agnitione. Quarta neque *τὸ μιαρόν* neque *πάθος* habet, tragica igitur non est, quamquam habet agnitionem [64]).

Iam vero quod Susemihl minus peccare poëtam contendit, si non faciat tragicum, quam si admittat *τὸ μιαρόν* [65]), cum Aristotelis doctrina non convenit. Et profecto tragicum facere imprimis poëtam tragicum decere videtur. Vidimus autem supra

---

τὸν Κρέοντα ὁ Αἵμων. τὸ δὲ πρᾶξαι δεύτερον. βέλτιον δὲ τὸ ἀγνοοῦντα μὲν πρᾶξαι, πράξαντα δὲ ἀναγνωρίσαι· τό τε γὰρ μιαρὸν οὐ πρόσεστι, καὶ ἡ ἀναγνώρισις ἐκπληκτικόν. κράτιστον δὲ τὸ τελευταῖον, λέγω δὲ οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν, ἀποκτείνει δὲ οὔ ἀλλ' ἀνεγνώρισεν.

[63]) l. l. 249. 250. A. 135: „die nach der Ueberlieferung getroffene Entscheidung des Aristoteles widerspricht seinen eigenen Entscheidungsgründen. Ihrer sind zwei, das Empörende (Abscheu Erregende) und das Untragische, welches im Nichtzustandekommen der leidvollen That liegt, und der letztere Fehler ist der geringere."

[64]) Quod Vahlen de quarta forma dicit, l. l. II, 113: „Wenn die durch den drohenden Mordstahl angeregte Phantasie die That als vollzogen zu setzen und das kaum noch abgewendete Ungemach als wirklich sich vorzustellen vermag, so ist die damit erreichte Mitleiderregung um so reiner, je weniger sie durch das körperliche Anschauen des Blutvergiessens vermittelt wird," idem in prima forma accideret: hanc autem Aristoteles tragicam esse negat, quia non habeat *πάθος*, i. e., quia facinus non perpetretur. Id ergo, ut sit actio tragica, deesse nequit. Eadem ratione, quae Baumgart protulit l. l. 87—89, sunt refellenda.

τὸ μιαρόν non prorsus contrarium esse tragico, sed *ὑπερβολήν*, neque qui talia perpetrant aut instituunt, Orestem Alcmaeonem Medeam Haemonem, scelestos atque detestabiles homines visos esse Graecis. Quis enim credat, si hoc sensissent Graeci, Medea Euripidis tam delectatos eos fuisse? atque poëtas Orestis et Electrae fabulam tam saepe tractasse? Immo, quod homines alioquin non malos tam fatali rerum condicione obstrictos videbant, ut atrocissima facinora committere deberent, quamvis scirent, quanta esset culpa et quanta poena[65]), maxime miserabantur. Quaenam est tristior fortuna, quam Orestis et Electrae, quibus patre occiso officium est necandi matrem scelestam? quae miserabilior quam Medeae desertae a marito, liberis orbandae?

Qui si faciunt ad quod impelluntur, tamquam medentur et atrocitati fortunae et dolori spectatorum: nam et ulti sunt inimicos et, quod patiuntur inde, non iam aliorum tantum, sed ipsorum quoque culpa est. Quamvis enim coacti, voluntarii tamen peccaverunt. Itaque Aristoteles de his rebus non dicit: *τοῦτό ἐστι μιαρόν*, sed *τὸ μιαρὸν ἔχει*, vel *πρόςεστι τὸ μιαρόν*; si factum est *πάθος*, *τραγικόν* dicit, i. e. quod recte miseremur. Tertiam igitur capitis XIV. fabulam optimam esse censeo, — qualis est Sophoclis Oedipus, quem maxime ubique probat Aristoteles — proxime accedere secundam, et eam sequi quartam, pessimam primam. Sic autem Aristotelem scripsisse conicio, cf. ann. 62:

I. 1. *τ�ὸ μὲν γινώσκοντα μελλῆσαι καὶ μὴ πρᾶξαι ΧΕΙΡΙΣΤΟΝ.*

II. { 2. *τὸ δὲ πρᾶξαι ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ.*
3. . . . . *βέλτιον δὲ τὸ ἀγνοοῦντα μὲν πρᾶξαι, πράξαντα δὲ ἀναγνωρίσαι.*

III. 4. *ΔΕΥΤΕΡΟΝ δὲ τὸ τελευταῖον (τὸ μελλῆσαι μὲν ἀγνοοῦντα, ἀναγνωρίσαι δέ.)*

Quae quam bene conveniant cum capitis XIII. praeceptis, unusquisque videt[66]).

---

[65]) cf. Med. 1046. 47.
τί δεῖ με πατέρα τῶνδε τοῖς τούτων κακοῖς
λυποῦσαν αὐτὴν δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά;

[66]) *δευτέρα δ' ἡ πρώτη λεγομένη ὑπὸ τινῶν ἐστι σύστασις, ἡ διπλῆν τε τὴν σύστασιν ἔχουσα, καθάπερ ἡ Ὀδύσσεια, καὶ τελευτῶσα*

Aristotelem autem duas illas fabulas, in quibus fit facinus, uni classi, ut ita dicam, attribuisse ipsa verba *τὸ δὲ πρᾶξαι*, quibus non est additum *γινώσκοντα*, probare videntur. Atque si quis graviter ferat usitatum tritumque ordinem in ea, quam nos proposuimus, disponendi ratione non servari, Aristotelem hac in re maxime incuriosum esse monere licet atque diligentiam lectorum exposcere [67]).

Cuius rei haud multo supra nostrum locum in eodem capite exstat exemplum, ubi tribus fabulae formis enumeratis contendit plures non esse, quia quattor sint. Ex eis enim quae sequuntur lectorem percepturum esse sperat unam ex his quattuor formis tam malam esse, ut non digna sit, quae numeretur, neque verba quaedam excidisse statuamus, id quod Vahlen suadet, necesse est. Simile est, quod c. XIII. eam fabulam, qua vir bonus ex calamitate in secundas res perveniat, silentio praeterit.

Neque vero difficile demonstrare, quomodo e nostro, quem hodie legimus, rerum ordo evadere potuerit. Nam si quem scribam haec se excipere pigebat: *χείριστον-κράτιστον-βέλτιον-δεύτερον*, cum quae vellet dicere Aristoteles non satis intellegeret: alterum et quartum vocabulum commutando praeclaram nostro loco medelam attulisse se confidere potuit; quippe qui didicerit, quo modo iusta gradatio recte sit instituenda, atque verisimilius fortasse duxerit antea in singulis verbis quam totis enunciatis collocandis esse erratum.

Postremo quo loco et qua ratione Euripides ab Aristotele poëtarum maxime tragicus dicatur, iterum in memoriam revocemus. Aristoteles igitur cum pulcherrima ex artis legibus tragoedia ut in adversam fortunam exiret postulasset, aequales nulli alii rei magis repugnaturos esse sciebat, quae et illius aetatis ingenio maxime contraria erat neque vetustioribus valde

---

ἐξ ἐναντίας τοῖς βελτίοσι καὶ χείροσιν. Talis enim est Euripidis Cresphontes.

[67]) cf. Teichmüller I, 42: „Aristoteles ist bei solchen Aufzählungen gegen die logische Ordnung immer gleichgültig, was man auch aus der im § 11 (C. VI) gegebenen Wiederholung sieht, wo die sechs Theile ohne jede innere Abfolge ganz durcheinander gewürfelt werden.“

placuisse videtur. Quod ita fuisse primum inde apparet, quod unum Euripidem ab eam rem reprehendebant: cuius reprehensionis nulla est ratio, nisi Euripides hac quidem praecipua artis tragicae parte Aeschylo etiam et Sophocli praestabat. Tum ipse Aristoteles poëtas spectatorum voluntati morem gessisse dicit, quo factum sit, ut alterum illud fabularum genus (ἡ διπλῆ σύστασις) et gratia et numero primum esse videatur. cf. ann. 25. Idcirco autem, quia tam multos tantopere repugnaturos videbat, Aristoteles hanc unam doctrinae partem expressis verbis defendit. Quod ita facit, ut suae aetatis criticos et theatrorum interpretes impugnet, qui in Euripide id ipsum, quod postulabat Aristoteles, reprehendebant. Quibus philosophus noster: Erratis, inquit, atque Euripides recte fecit. Quid enim? Nonne concedendum a vobis, eiusmodi tragoedias in scena, si recte agantur, praeindicatam vestram opinionem insigni tragica vi vincere, atque, etiamsi minus recte alioquin sint compositae, ut fit ab Euripide, tamen maxime vos movere et tragicos misericordiae metusque affectus ceteris fabulis melius excitare? Bene dicitis: hoc enim tragoedia efficere debet. Cuius rei si vos taedet, inde fit, quia vere tragica arte non delectamini. Vobis enim magis placet omnia prospere et laete cedere, atque si quando, ut in tragoedia, mala cui accidere necesse sit, eis accidere iubetis, qui minimas vobis afferant lacrimas, peioribus scilicet. Neque dubium, quin hoc sit iucundum: dummodo ne tragicam eam esse voluptatem dicatis. Comoediae[68]) illa magis propria est, quapropter suadeo vobis, ut comoedias imprimis spectetis: hic enim hilarius etiam vivunt, hic nemo ab altero interficitur, hic Aegisthus et Orestes postremo amicissimi evadunt, nimirum quorum neutrum neutri cedere nequitia sit credibile.

Aristoteles vero, cum laudaret tali modo Euripidis artem, mores quoque laudavit, quamquam non in animo habebat. Scimus enim Euripidem haud ita magnam ab Atheniensibus

---

[68]) C. XIII. s. f. *ἔστι δὲ οὐχ αὕτη ἀπὸ τραγῳδίας ἡδονή, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς κωμῳδίας οἰκεία· ἐκεῖ γάρ, ἂν οἱ* (*οἳ ἂν* Bonitz correxit) *ἔχθιστοι ὦσιν ἐν τῷ μύθῳ, οἷον Ὀρέστης καὶ Αἴγισθος, φίλοι γενόμενοι ἐπὶ τελευτῆς ἐξέρχονται, καὶ ἀποθνήσκει οὐδεὶς ὑπ' οὐδενός.* Jocose ab Aristotele his verbis agi recte monet Teichmüller, I, 77, contra Susemihl, qui excidisse quaedam putabat. cf. Ueberweg, l. l. 71. A. 59.

iniisse gratiam, cum in certaminibus quinquies primas tulerit. Quod num ipsi illi fabularum tristi exitui maxime sit tribuendum, quamquam in medio relinquere debemus, Euripidis plurimum certe intererat minuere, quocunque modo poterat, invidiam, gratiam augere. Quodsi ille, quamvis quae exoptarent spectatores optime sciret, plerumque artis, quam penitus intellexerat, dignitatem servare, quam morem illis gerere nullo suo negotio malebat, hoc maximae est severitatis et innocentiae atque egregie convenit cum illis, quae de ingenio maxime tragici poëtarum traduntur [69]).

[69]) Bernhardy II², 2, 386: „Sein Wesen war streng und fast herbe; daran erinnern noch jetzt die besseren Büsten und sonstigen Abbildungen. Den Ruf der höchsten sittlichen Reinheit haben an ihm selbst die Komiker nicht angetastet, wenn sie gleich dem Dichter seltsame Rollen zutheilen, die mit seinem düsteren Ernst lächerlich contrastieren.“

ORACULA GRAECA

QUAE APUD SCRIPTORES GRAECOS
ROMANOSQUE EXSTANT

COLLEGIT

PAUCASQUE OBSERVATIONES SELECTAS PRAEMISIT

RICHARDUS HENDESS.

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER.
MDCCCLXXVII.

I.

Leotychides, Lacedaemoniorum rex, apud Herodotum [VI 86] Glauci exemplo comprobat, quae quis conservanda ab altero acceperit, ea roganti illi reddenda: etenim si quis vel conetur retinere ea et periurio confirmare se nihil accepisse, eum ipsum totamque progeniem brevi a diis ultoribus ex terra deletum iri. Glaucus, si Herodotum sequimur, intra annos sexcentesimum et quingentesimum quinquagesimum fuit: nam Leotychides ipse, qui primi belli Persarum aetate una cum Aeginetis Athenas venit, Glaucum *κατὰ τρίτην γενεὴν* a se ipso Spartae fuisse narrat. Ad hunc quondam hominem Milesium venisse eique, quia Ionia semper in periculis versaretur et Glaucus apud omnes iustitiae laude floreret, opes suas conservandas tradidisse; et symbolo aliquo constituto sanctum esse ut eis, qui hoc ostendissent, sive ipse esset Milesius ille sive alii, a Glauco opes illae redderentur. Sed cum postea filii hominis illius ostentis symbolis pecuniam postulassent, Glaucum omnino acceptam eam negavisse: quin etiam Apollinem Delphicum consuluisse *εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα ληίσηται*. Pythiam vero respondisse:

Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτως
ὅρκῳ νικῆσαι καὶ χρήματα ληίσσασθαι.
ὄμνυ' ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.
ἀλλ' ὅρκου πάις ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες
οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰςόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσει γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Tum attonitum Glaucum veniam a Pythia petisse; sed iterum respondisse illam *τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι*

ἴσον δύνασθαι. Neque eventu caruisse Pythiae verba Leotychides refert additis his: *τοῦ δὲ εἵνεκα ὁ λόγος ὅδε ὡρμήθη λέγεσθαι, εἰρήσεται. Γλαύκου νῦν οὔτε τι ἀπόγονον ἔστιν οὐδὲν οὔτ᾽ ἱστίη οὐδεμία νομιζομένη εἶναι Γλαύκου, ἐκτέτριπταί τε πρόρριζος ἐκ Σπάρτης.*

Utrum re vera consuluerit Glaucus oraculum in tali re, vix poterit diiudicari: attamen hoc videtur demonstrari posse iis verbis, quae nobis servata sunt, Pythiam tum non esse usam.

Ac primum quidem cum ne Pythia quidem praesentire potuerit Glauci stirpem brevi tempore deletum iri, vel hoc versus illos in suspicionem vocat. Etenim hoc ante omnia tenendum est et Pythiam et sacerdotes Delphicos ceterosque vates homines mortales fuisse neque plus de rebus futuris providere aut praedicere potuisse quam unumquemque nostrum, qui quidem sanae callidaeque mentis est. Itaque si apertis verbis res aliqua, quae postea evenit, oraculo praedicitur, si non semper at certe plerumque concludendum videtur, versus post factum compositos esse. Quamquam interdum casu aliquo evenisse rem, quam oraculum eventuram praedixerat, non potest negari: Thucydides enim certissimum exhibet exemplum. Scriptum apud eum videmus: [V, 26] *ἀεὶ γὰρ ἔγωγε μέμνημαι καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε προφερόμενον ὑπὸ πολλῶν ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι αὐτόν.* Sed nemo opinor sibi persuadebit eos, qui hoc vaticinarentur, re vera a deo inspiratos fuisse: sine dubio in hac re casu aliquo evenit quod praedictum fuerat.

Et hercle satis bene explicare possumus, quo tandem modo ad hunc numerum illi adducti sint. Diuturnum futurum esse bellum, cum utraque pars ad summam fortunam pervenisset quamque maxime poterat omnia praeparasset, nemo sine dubio vir prudens iam ineunte bello non intellexit, et apertis verbis Thucydides hoc de se ipso confirmat I 1: *ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου (τοῦ πολέμου) καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ᾖσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, τὸ μὲν εὐθύς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον.* Haud paucorum igitur annorum bellum futurum esse nemini prudenti

dubium fuit: tum vero facillime vates aliquis et oraculorum fabricator dicere potuit per ter novem annos bellatum iri. Recte enim Blomfieldius ad Thucydideum illum locum [V 26] adnotavit, numerum τρὶς ἐννέα — consilio non dico viginti septem — in superstitione sanctum quendam putatum esse:*) ut singuli numeri τρεῖς et ἐννέα, sic etiam τρὶς ἐννέα apud Graecos et Romanos summi momenti fuisse compluribus locis cognoscitur. Veluti apud Sophoclem in Oedipode Coloneo chorus ad Oedipum dicit: [v. 483]

> τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν
> τιθεὶς ἐλαίας τάσδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς.

Et in Ciris versu 371 haec leguntur

> terque novena ligans triplici diversa colore
> fila ....

Deinde apud Plutarchum in quaestionibus Graecis [c. 12] scriptum videmus: τρεῖς ἄγουσι Δελφοὶ ἐνναετηρίδας κατὰ τὸ ἑξῆς, ὧν τὴν μὲν Στεπτήριον καλοῦσι, τὴν δ' Ἡρωίδα τὴν δὲ Χάριλαν. Postremo luce clarius quod probare studeo Porphyrius demonstrat, qui in vitae Pythag. cap. 17 haec memoriae prodidit: εἰς δὲ τὸ Ἴδαιον καλούμενον ἄντρον καταβὰς ἔρια ἔχων μέλανα τὰς νενομισμένας τρὶς ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψεν. Et luculentissimum aliud apud ipsum Thucydidem exstat exemplum in libri septimi capite quinquagesimo. Classis Atheniensium cum nocte luna plena clam hostibus sese recipere coepisset, subito luna defecit: quo signo perterritus Nicias se non prius profecturum esse ait, quam vates audivisset: illi vero ter novem dies exercitui eodem loco manendum esse responderunt. Denuo igitur numerum illum magicum invenimus. Quae cum ita sint, aliam explicationem eius numeri indagare opus non est: id quod Curtius facit, qui de hac re in historiae graecae volumine II[4], p. 655 haec attulit: „die jetzt vorhandenen meister der kunst erklärten, man müsse einen vollen mondumlauf abwarten, um mit gutem gewissen die rückfahrt anzutreten. also dreimal neun tage, wo jede stunde verderben

*) The thrice nine (like all odd numbers and especially their multiply) was a favourite number with those who were attached to divination. Thus at VII 50 the soothsayers being consulted about the army's leaving Sicily say, that it must remain thrice nine days.

drohte." Quae explicatio mihi etiam ea de causa non probatur, quod inter unam alteramque lunam plenam non viginti septem dies intersunt, sed aut undetriginta aut triginta, cum lunae undetriginta et unius diei dimidium ad perficiendum cursum opus sint.

Itaque ut complectar, quae ex his sequi mihi videntur: cum provideretur bellum per multos annos gestum iri, facile homo aliquis superstitiosus sacro illo numero usus dicere potuit *τρὶς ἐννέα ἔτη* illud fore; et casu accidit, ut re vera inter initium belli et captas Athenas viginti septem anni et *ἡμέραι οὐ πολλαὶ* intercederent.

Sed redeat oratio mea unde deflexit: cum in oraculo nostro praedicatur totam Glauci progeniem e terra deletum iri, ea de causa post hominum illorum interitum mihi quidem videtur confectum esse.

Accedit quod versus nostri mirum in modum cum locis aliquot carminum Hesiodi consentiunt: *ὅρκον* iam Hesiodus finxerat euntem: [op. 129]

αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν,

idem iam versibus expresserat poenam periurii non modo ei qui peierasset, sed toti progeniei solvendam: [op. 282]

τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται,
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Vides alterum horum versuum verbo tenus in oraculum nostrum transisse. At mihi quidem haud quamquam veri simile esse videtur, sacerdotes Delphicos iis qui oraculum consuluissent tradidisse versus Hesiodeos quasi a Pythia pronuntiatos.

Quid igitur statuamus? Graeci atque imprimis Lacedaemonii cum Glauci stirpem exstinctam esse vidissent, periurium facere illum voluisse recordati divini numinis vim ac maiestatem cognoscere sibi videbantur; tum in mentem eis venit Hesiodei illius, *ἐπιορκοῦντος* progeniei intereundum esse. Has populi voces contexentes sacerdotes, sive Lacedaemonii erant sive Delphici, oraculum nostrum composuerunt, quo magis dei potentia Apollinisque sapientia ostenderentur. Num exstiterit antiquius re vera Glauco editum, huc non pertinet: quod nobis traditum est, id exstincta Glauci stirpe partim a populo partim a sacerdotibus

videtur confectum. Erant tamen in populo qui dicerent: at voluit tantum peierare, a Pythia monitus non perfecit: illis Delphici sacerdotes alterum oraculum obiecerunt: *τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον δύνασθαι.*

Elucet ex eis, quae modo disputavimus, compositum esse oraculum adhibitis verbis Hesiodeis: multo saepius vero hoc factum est, ut ad oracula fingenda proverbia usurparentur, idque ita quidem ut origo proverbiorum, quae apud Graecos in omni ore versabantur, ab ipso Apolline derivaretur. Quod sic se habuisse res nonullae videntur indicare; quin etiam uno certe exemplo eis argumentis evinci potest, quae mea quidem sententia nihil dubii relinquant. Exstant de oraculo, quod tractandum nobis est, hae narrationes. Scholiasta Arist. Plut. 1002: *τινές φασιν ὅτι ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἰσχυρότατοι ἦσαν οἱ Μιλήσιοι καὶ ὅπου προσετίθεντο πάντως ἐνίκων. Πολυκράτης οὖν ὁ Σάμιος συγκροτῶν πόλεμον πρός τινας ἠθέλησεν αὐτοὺς λαβεῖν εἰς συμμαχίαν καὶ εἰς τὸ μαντεῖον ἀπῆλθεν ἐρωτήσων περὶ τούτου· ὁ δὲ θεὸς ἔχρησεν· „ἦσάν ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι."* Diodorus [exc. Vat. 38. X 25.]: *Κᾶρες ὑπὸ Περσῶν καταπονούμενοι ἐπηρώτησαν περὶ συμμαχίας εἰ προςλάβοιντο Μιλησίους συμμάχους, ὁ δὲ ἀνεῖλεν· „πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι."* Zenobius V 80: *φασὶ τοὺς Κᾶρας πολεμουμένους ὑπὸ Δαρείου τοῦ Πέρσου κατά τινα παλαιὰν μαντείαν εἰρημένην αὐτοῖς τοὺς ἀλκιμωτάτους προσθέσθαι συμμάχους ἐλθεῖν ἐς Βραγχίδας καὶ τὸν ἐκεῖ θεὸν ἐρωτῆσαι εἰ Μιλησίους πρόσθοιντο συμμάχους· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι· „πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι."* Caras hoc responsum ab Apolline accepisse etiam alter tertiusque schol. ad Arist. Plut. 1002 confirmant; contra schol. ad v. 1075 *τινές*, inquit, *τοῖς Κυπρίοις φασὶ τοῦτο ῥηθῆναι βουλομένοις ἔχειν συμμάχους.* At versum illum non oraculum sed proverbium fuisse, Gustavus Wolffius [Porphyrii de philos. ex orac. haur. libr. reliqu. p. 74] ita demonstravit, ut nemini res dubia esse possit. Primum enim Herodotus, ut erat oraculorum studiosissimus, si omnino illud ei notum fuisset, sine dubio attulisset: sed si apud eum bellum inter Cares Persasque gestum

legeris, [V 118 sq.] nihil de oraculo illo invenies: nusquam in libris eius exstat. Accedit quod teste Athenaeo ne Aristoteles quidem oraculum existimavit versum nostrum, quippe qui [Athen. XII 523 f.] de Milesiis ita diceret: ὡς δ' ὑπήχθησαν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ κατερρύη τὸ τῆς πόλεως ἀνδρεῖον, καὶ παροιμία τις ἐγεννήθη ἐπ' αὐτῶν· „πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι." Nemo opinor non videt proverbium fuisse hunc versum [1]), priusquam ab homine aliquo ad Apollinem referretur fabulaeque illae adfingerentur. Ceterum primus, ni fallor, pro oraculo eum habuit Demon, contra quem Philochorus Atthida suam scripsit: cf. schol. Arist. Plut. 1002. Mülleri hist. gr. fr. vol. I p. 380.

Sed alias quoque ita factum esse ut ad explicandas proverbiorum origines oracula fingerentur, si non tam certis argumentis probari potest, attamen veri simillimum videtur. Veluti ad illud πᾶσα γῆ πατρίς [2]) posteris temporibus addita est narratio consuluisse aliquem Apollinem ubi consideret et responsum accepisse: πᾶσα γῆ πατρίς. [3])

Neque aliter iudico de versu

πεζῇ βαδίζων μὴ φοβοῦ τὰ κύματα.

Proverbium hoc fuisse ex ipsa verborum sententia facile intel-

---

[1]) Iam Anacreon eum usurpasse dicitur. cf. schol. tertium ad Plut. 1002. Bergk. poet. lyr. gr. p. 1031.

[2]) Lysias 31,6: ὅσοι δὲ φύσει μὲν πολῖταί εἰσι, γνώμῃ δὲ χρῶνται ὡς πᾶσα γῆ πατρίς ἐστιν αὐτοῖς ἐν ᾗ ἂν τὰ ἐπιτήδεια ἔχωσιν. Menander in Meinekii fragm. com. gr. IV p. 360 v. 716: τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.

[3]) Zenobius IV 74: τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησμοῦ ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Μελεῷ τῷ Πελασγῷ περὶ τῆς οἰκήσεως μαντευομένῳ.

De proverbio „τὴν χεῖρα προςφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν" opus non videtur disputare, quamquam Diogenianus [VIII 11] oraculum id fuisse tradit. Res enim ita se habet. Zenobius ad originem proverbii illius explicandam [V 93] haec dicit: .... ἕτεροι δέ φασιν ὅτι μέλλοντες ἀγωνίσασθαι χρησμὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς εἴληφεν ὅτι νικήσει· ἐνστάντος δὲ τοῦ ἀγῶνος εἰσελθὼν εἰς τὸ θέατρον καὶ κάτω βαλὼν τὰς χεῖρας εἱστήκει ἕως τυπτόμενος ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ἐνικήθη. Diogenianus cum hanc narrationem excerperet ita videtur erravisse ut ipsum proverbium pro oraculo illo Minervae, de quo dicitur, haberet. Idem Wolffius censet, si recte verba eius intellego, cum dicat: „Diogenianus res diversas confudit".

legitur;[1]) postea pro oraculo habitum est et ad Iasonis historiam relatum.[2])

Ἐπὶ τῶν προσποιητικῶς τι πραττόντων, ut Diogeniani [VII 86] verbis utar, tria potissimum proverbia apud populum Graecorum vigebant:

πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι,

alterum:

πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες,

tertium de quo nunc disputandum est:

πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

(Qui plura vult, conferat Lobeckii Aglaoph. II, 813 sqq.). Ut illorum sic huius versus manifesta est sententia: multos simulare callere se artem ex calculis vaticinandi, paucos re vera posse. Θριαὶ teste Philochoro apud Zenobium [X 75] fuerunt νύμφαι αἳ κατεῖχον τὸν Παρνασόν, τροφοὶ Ἀπόλλωνος τρεῖς, ἀφ' ὧν αἵ τε μαντικαὶ ψῆφοι θριαὶ καλοῦνται καὶ τὸ μαντεύεσθαι θριᾶσθαι. Hanc vetustam fuisse fabulam apparet ex hymno in Mercurium v. 552—557:

Θριαὶ γάρ τινες εἰσὶ κασίγνηται γεγαυῖαι
παρθένοι ὠκείῃσιν ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσιν
τρεῖς· κατὰ δὲ κρατὸς πεπαλαγμέναι ἄλφιτα λευκὰ
οἰκία ναιετάουσιν ὑπὸ πτυχὶ Παρνησσοῖο
μαντείης ἀπάνευθε διδάσκαλοι ἣν ἐπὶ βουσὶν
παῖς ἔτ'- ἐὼν μελέτησα· πατὴρ δ' ἐμὸς οὐκ ἀλέγιζεν.

Posteriore vero aetate cum proverbia coepta essent ad Apollinem referri, ut etiam illud hac ratione explicaretur, alia fabula excogitata est, quae ipsa quoque apud Zenobium exstat. Pergit enim: ἄλλοι δὲ λέγουσι τὴν Ἀθηνᾶν εὑρεῖν τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν· ἧς εὐδοκιμούσης μᾶλλον τῶν Δελφικῶν χρησμῶν τὸν Δία χαριζόμενον τῷ Ἀπόλλωνι ψευδῆ καταστῆσαι τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν. Πάλιν οὖν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τοὺς Δελφικοὺς ἐρχομένων χρησμοὺς τὴν Πυθίαν εἰπεῖν·

πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Eodem modo hanc fabulam tradit Stephanus Byzantinus s. v.

---

[1]) cf. Leutsch. ad Apostol. XIV 16a.

[2]) Macarius VII 11: χρησμὸς οὗτος Ἰάσονι δοθείς.

θρῖα. Vides opinor inventam eam esse eo consilio ut proverbii origo ab Apolline duceretur, sed ne bene quidem inventam. Nam Apollinis quod fertur responsum omnino in sensum non quadrat: si Apollo Minervae invidisset atque Iupiter Minervae ex calculis vaticinia mendacia effecisset, Apollini sine dubio dicendum fuit: videtisne neminem praeter me res futuras posse praedicere? Illud *παῦροι μάντιες ἄνδρες* igitur, si ita res se haberet, ab eo, quod Apollo vellet, prorsus alienum fuit. Sed supervacaneum videtur uberius de hoc versu disputare, cum omnibus opinor persuasum sit initio proverbium fuisse posteaque fabulam illam esse fictam.

In proverbiorum numero fuisse etiam *οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς* ex compluribus testimoniis constat.[1]) Cuius originem, quae variis fabellis illustrabatur, ad Apollinem Delphicum referendam esse iam Clearchus, Aristotelis discipulus, memoriae prodidit: Zenob. V 48: *οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς · Κλέαρχος ἐξηγούμενος τὴν παροιμίαν φησὶ τὸν Βριαρέω καλούμενον Ἡρακλέα ἐλθεῖν ἐς Δελφοὺς καὶ λαβόντα τι τῶν ἐκεῖ κειμηλίων κατά τι παλαιὸν ἔθος ὁρμῆσαι ἐπὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας καλουμένας καὶ τῶν ἐκεῖ περιγενέσθαι. Χρόνῳ δὲ ὕστερον τὸν Τύριον Ἡρακλέα ἐλθεῖν ἐς Δελφοὺς χρησόμενον τῷ μαντείῳ · τὸν δὲ θεὸν προσειπεῖν αὐτὸν ἄλλον Ἡρακλέα καὶ οὕτω τὴν παροιμίαν κρατῆσαι.* Eandem originem Pausanias proverbio tribuit [X 13, 8], quamquam in enarranda fabula non plane congruit cum Clearcho: *λέγεται δὲ ὑπὸ Δελφῶν Ἡρακλεῖ τῷ Ἀμφιτρύωνος ἐλθόντι ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὴν πρόμαντιν Ξενόκλειαν οὐκ ἐθελῆσαί οἱ χρᾶν διὰ τοῦ Ἰφίτου τὸν φόνον, τὸν δὲ ἀράμενον τὸν τρίποδα ἐκ τοῦ ναοῦ φέρειν ἔξω, εἰπεῖν τε δὴ τὴν πρόμαντιν ·*

ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος οὐχὶ Κανωβεύς.

πρότερον γὰρ ἔτι ὁ Αἰγύπτιος Ἡρακλῆς ἀφίκετο ἐς Δελφούς. τότε δὲ ὁ Ἀμφιτρύωνος τόν τε τρίποδα ἀποδίδωσι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ παρὰ τῆς Ξενοκλείας ὁπόσα ἐδεῖτο ἐδιδάχθη. Vides igitur, qui totius fabulae fons habendus sit: Delphi proverbio illo usi eam finxerunt. Utrum etiam versus, qui apud

[1]) cf. Leutsch ad Diogen. I 63.

Pausaniam exstat, ab eis an postea ab alio adiectus sit, me quidem iudice non potest diudicari.

Persuasum est, opinor, omnibus ad fingenda oracula saepe proverbia adhibita esse: sed ne hoc quidem negandum est oracula vel oraculorum partes in proverbiorum consuetudinem abisse. Quod in scholiis Theocriteis [XIV 48] aliasque fictum exstat oraculum:

γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
ἵπποι Θεσσαλικαί, Λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες,
ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.
ἀλλ' ἔτι καὶ τῶνδ' εἰσὶν ἀμείνονες οἵτε μεσηγὺ
Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο·
ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὐδὲ τρίτοι οὐδὲ τέταρτοι
οὐδὲ δυωδεκαταῖοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

hoc modo ad Aegienses modo ad Megarenses refertur, cum in versu septimo aut *Αἰγιέες* aut *Μεγαρεῖς* legatur: cf. Mehler Mnaseae fragm. p. 108. Extremam eius partem in proverbium cessisse, ex Demosthenis oratione de cor. 310 et Callimacho [in anth. Pal. V 6] intellegimus; quapropter suo iure Photius scripsit *χρησμοῦ κομμάτιόν ἐστι παροιμιαζόμενον*, (s. v. *ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς*) suoque iure Zenobius, quem sequitur Diogenianus [I 47], in proverbiorum numerum etiam illud recepit [I 48]. Neque quidquam mihi quidem videtur obstare, quo minus verum ducamus, quod Zenobius [V 19] et Photius ad versum

μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες

adnotat: *οὗτος ὁ στίχος εἰς παροιμίαν περιέστη ἔκ τινος χρησμοῦ ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Συβαρίταις. ὑβρισταὶ γὰρ ὄντες καὶ ἀμετροπόται ἀπώλοντο ὑπὸ Κροτωνιατῶν. τοῖς οὖν διαφυγοῦσιν αὐτῶν οὕτως ἐχρήσθη.*

Dubia res videtur in eo oraculo de quo nunc verba facturus sum. In proverbiorum numero apud Zenobium [III 42] hoc quoque invenitur: *δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει,* additurque *αὕτη κόμμα ἐστὶ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος Μυσκέλλῳ τῷ Ῥυπί, καθ' ὃν δὴ χρόνον Κρότωνα οὐκ ἐβούλετο οἰκίζειν, ἀλλὰ Σύβαριν, ὥς φησιν Ἵππυς ἐν τῷ περὶ χρόνων. φησὶ δὲ οὕτως ἔχειν τὸν χρησμὸν·*

θρῖα. Vides opinor inventam eam esse eo consilio ut proverbii origo ab Apolline duceretur, sed ne bene quidem inventam. Nam Apollinis quod fertur responsum omnino in sensum non quadrat: si Apollo Minervae invidisset atque Iupiter Minervae ex calculis vaticinia mendacia effecisset, Apollini sine dubio dicendum fuit: videtisne neminem praeter me res futuras posse praedicere? Illud *παῦροι μάντιες ἄνδρες* igitur, si ita res se haberet, ab eo, quod Apollo vellet, prorsus alienum fuit. Sed supervacaneum videtur uberius de hoc versu disputare, cum omnibus opinor persuasum sit initio proverbium fuisse posteaque fabulam illam esse fictam.

In proverbiorum numero fuisse etiam *οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς* ex compluribus testimoniis constat.[1]) Cuius originem, quae variis fabellis illustrabatur, ad Apollinem Delphicum referendam esse iam Clearchus, Aristotelis discipulus, memoriae prodidit: Zenob. V 48: *οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς· Κλέαρχος ἐξηγούμενος τὴν παροιμίαν φησὶ τὸν Βριαρέω καλούμενον Ἡρακλέα ἐλθεῖν ἐς Δελφοὺς καὶ λαβόντα τι τῶν ἐκεῖ κειμηλίων κατά τι παλαιὸν ἔθος ὁρμῆσαι ἐπὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας καλουμένας καὶ τῶν ἐκεῖ περιγενέσθαι. Χρόνῳ δὲ ὕστερον τὸν Τύριον Ἡρακλέα ἐλθεῖν ἐς Δελφοὺς χρησόμενον τῷ μαντείῳ· τὸν δὲ θεὸν προσειπεῖν αὐτὸν ἄλλον Ἡρακλέα καὶ οὕτω τὴν παροιμίαν κρατῆσαι.* Eandem originem Pausanias proverbio tribuit [X 13, 8], quamquam in enarranda fabula non plane congruit cum Clearcho: *λέγεται δὲ ὑπὸ Δελφῶν Ἡρακλεῖ τῷ Ἀμφιτρύωνος ἐλθόντι ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὴν πρόμαντιν Ξενόκλειαν οὐκ ἐθελῆσαί οἱ χρᾶν διὰ τοῦ Ἰφίτου τὸν φόνον, τὸν δὲ ἀράμενον τὸν τρίποδα ἐκ τοῦ ναοῦ φέρειν ἔξω, εἰπεῖν τε δὴ τὴν πρόμαντιν·*

ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος οὐχὶ Κανωβεύς.

πρότερον γὰρ ἔτι ὁ Αἰγύπτιος Ἡρακλῆς ἀφίκετο ἐς Δελφούς. τότε δὲ ὁ Ἀμφιτρύωνος τόν τε τρίποδα ἀποδίδωσι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ παρὰ τῆς Ξενοκλείας ὁπόσα ἐδεῖτο ἐδιδάχθη. Vides igitur, qui totius fabulae fons habendus sit: Delphi proverbio illo usi eam finxerunt. Utrum etiam versus, qui apud

---

[1]) cf. Leutsch ad Diogen. I 63.

Pausaniam exstat, ab eis an postea ab alio adiectus sit, me quidem iudice non potest diudicari.

Persuasum est, opinor, omnibus ad fingenda oracula saepe proverbia adhibita esse: sed ne hoc quidem negandum est oracula vel oraculorum partes in proverbiorum consuetudinem abisse. Quod in scholiis Theocriteis [XIV 48] aliasque fictum exstat oraculum:

γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
ἵπποι Θεσσαλικαί, Λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες,
ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.
ἀλλ' ἔτι καὶ τῶνδ' εἰσὶν ἀμείνονες οἵτε μεσηγὺ
Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο·
ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὐδὲ τρίτοι οὐδὲ τέταρτοι
οὐδὲ δυωδεκαταῖοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

hoc modo ad Aegienses modo ad Megarenses refertur, cum in versu septimo aut *Αἰγιέες* aut *Μεγαρεῖς* legatur: cf. Mehler Mnaseae fragm. p. 108. Extremam eius partem in proverbium cessisse, ex Demosthenis oratione de cor. 310 et Callimacho [in anth. Pal. V 6] intellegimus; quapropter suo iure Photius scripsit *χρησμοῦ κομμάτιόν ἐστι παροιμιαζόμενον,* (s. v. *ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς*) suoque iure Zenobius, quem sequitur Diogenianus [I 47], in proverbiorum numerum etiam illud recepit [I 48]. Neque quidquam mihi quidem videtur obstare, quo minus verum ducamus, quod Zenobius [V 19] et Photius ad versum

μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες

adnotat: *οὗτος ὁ στίχος εἰς παροιμίαν περιέστη ἔκ τινος χρησμοῦ ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Συβαρίταις. ὑβρισταὶ γὰρ ὄντες καὶ ἀμετροπόται ἀπώλοντο ὑπὸ Κροτωνιατῶν. τοῖς οὖν διαφυγοῦσιν αὐτῶν οὕτως ἐχρήσθη.*

Dubia res videtur in eo oraculo de quo nunc verba facturus sum. In proverbiorum numero apud Zenobium [III 42] hoc quoque invenitur: *δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει,* additurque *αὕτη κόμμα ἐστὶ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος Μυσκέλλῳ τῷ Ῥυπί, καθ' ὃν δὴ χρόνον Κρότωνα οὐκ ἐβούλετο οἰκίζειν, ἀλλὰ Σύβαριν, ὥς φησιν Ἵππυς ἐν τῷ περὶ χρόνων. φησὶ δὲ οὕτως ἔχειν τὸν χρησμὸν·*

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων
οὐδ' ἄλα θηρεύσεις· δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει.

Idem apud Strabonem [VI p. 262] eisdem fere verbis exstat oraculum; alter versus ibi sic procedit:

κλαύματα θηρεύεις· δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει.

Contra Diodorus [VII 20] pro δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει exhibet verba δῶρον δ' ὃ διδῷ θεὸς αἴνει. Apparet aut proverbium prius fuisse oraculumque postea fictum aut oraculum antiquius esse et ex eo proverbium ortum. Utrumque sine dubio factum esse potest. Si proverbium aetate praecessit, postea oraculorum aliquis fabricator versum priorem alteriusque partem ad proverbium adiecit mutavitque δῶρον δ' ὃ διδῷ θεὸς αἴνει, id quod certe melius in sententiam quadrat. Quod vero mutationem non apud omnes invenimus, qui oraculum illud tradiderunt, imo unus Diodorus eam exhibet, Strabo et Zenobius etiam in oraculo δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει, hoc ita defendere potes, ut dicas facile illud δῶρον δ' ὃ διδῷ θεὸς αἴνει mutari potuisse in commune proverbium, quod in omnium cogitatione animoque esset et paene sua sponte in calamum veniret. Tamen rem sic se habuisse non crediderim. Oraculum vel potius tria illa oracula, quae Myscello data esse feruntur [Diod. VII 20], si non genuina sunt, qua de re nunc disputare in animo mihi non est, at certe haud inscite facta, ita ut iam vetusta aetate orta ea esse putem. Mihi igitur oraculum in eoque verba δῶρον δ' ὃ διδῷ θεὸς αἴνει antiquiora videntur, et haec posteris temporibus, cum in proverbii consuetudinem venire coepissent, in cotidianae vitae usum paullulum mutata. Quod in oraculo etiam δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει invenitur, eisdem argumentis defenditur quae modo significavi. Quamquam certum quidquam de hac quaestione proferri nequit.

II.

Etiam alia accedit causa qua ex eis quae attuli oraculis complura in suspicionem vocantur: quod non, ut longe plurima, hexametris sed iambico metro conscripta sunt. Antiquis iam

temporibus discessisse inter se hominum sententias, utrum Pythia etiam aliis metris atque hexametro usa esset necne, intellegitur ex scholiis ad Aristophanis nubium v. 144, ubi ad notissimum illud

σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης,
ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος

haec adnotata sunt: *τοῦτον* (*τὸν χρησμὸν*) *Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων ἐν τῷ κατὰ φιλοσόφων ἐψεῦσθαί φησι· τοὺς γὰρ Πυθικοὺς χρησμοὺς ἑξαμέτρους εἶναι.* Duo deinde scholiastae ab eo dissentire se aiunt allatisque exemplis comprobare student, praeter hexametros et prosam orationem etiam trimetris Pythiam esse usam, alterque eorum usque ad suam aetatem ita fuisse addit. In eandem sententiam Wolffius[1]) et nuper Bergkius[2]) disputarunt.

Videamus igitur utrum statuendum nobis sit etiam ea oracula, quae trimetris iambicis procedunt, genuina esse necne. Sed antequam ad ipsam hanc quaestionem adgredior, dicendum est eorum oraculorum, quae post Apollonium Molonem edita feruntur, veluti Neroni Hadriano aliis permultis, nullam me habere rationem consultoque ea in sequentibus praetermittere. Nam posteris temporibus non modo trimetros iambicos sed etiam trochaicos tetrametros distichaque elegiaca praeter hexametros usurpata esse, sine ulla dubitatione concedendum puto.[3])

Praeter ea, de quibus supra dixi oracula (cf. p. 6), mythicae aetatis apud Arist. schol. nub. 144 hoc exstat, de quo, quamquam Delphicum non est, pauca dicam:

ὃ βούλομαι δός, μὴ δίδου δ' ὃ μὴ θέλω,

adnotatumque videmus: *ἐν Λέσβῳ δὲ Ναπαίου Ἀπόλλωνος ὁ δοθεὶς Πέλοπι* (*χρησμός*), *αἰτοῦντος αὐτὸν ἀνάθημα τοῦ θεοῦ τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, ἕτερα παρέχοντι κειμήλια.*

---

[1]) Wolffius in libro de Porphyrii reliquiis p. 89: ut iam paucis complectamur, quae invenisse nobis videmur praeter hexametros et orationem solutam Delphicum oraculum etiam trimetris iambicis usum est iisque non tantum posteriore aetate. Certa huius metri exempla sunt annorum fere quingentesimi et quadringentesimi a. Chr. et primi secundive saeculi p. Chr.

[2]) Bergkius in litterarum graecarum hist. p. 336: „das elegische distichon war nicht üblich, wol aber bedient sich die Pythia der iamben, besonders wenn sie sich kurz fassen will."

[3]) cf. Wolff. Porphyr. p. 70 sqq.

ἔστι δ' οὗτος · ὃ βούλομαι κτλ. Subditum esse hunc versum ab eis, qui oracula heroibus Troianis data et similia finxerunt, iam Lobeckius animadvertit. [Aglaoph. I p. 267.] De aliis duobus mythici temporis oraculis quae dicuntur[1]) ad Laii historiam pertinentibus operae pretium non est verba facere, cum ex Euripidis Phoen. 18—20 repetita sint.

Sequatur ex aetate primi belli Messeniaci oraculum quod exstat apud Pausaniam IV 9, 2:

κούρην ἄχραντον νερτέροισι δαίμοσιν,
κλήρῳ λαχοῦσαν Αἰπυτιδῶν ἀφ' αἵματος,
θυηπολεῖτε νυκτέροισιν ἐν σφαγαῖς.
ἢν δὲ σφαλῆτε καὶ παρ' ἀλλοίου τότε
θύειν, διδόντος ἐς σφαγὴν ἑκουσίως.

Cum constet totam primi belli Messenii historiam prorsus incertam fabulisque refertam ad nos pervenisse, (cf. Kohlmann, quaestiones Messeniacae p. 4 sqq. dissert. Bonn. 1866) nemo certe genuinum ducet illud oraculum neque adhuc, quod sciam, quisquam in ea sententia fuit. Jambos e tragoedia aliqua repetendos esse censuerunt Wachsmuthius [hell. altert. II. 2 p. 511] et Kohlmannus [quaest. Mess. p. 11]: sed mera haec est coniectura, quae minus probabilis videtur, cum prorsus nihil constet de tragoedia in qua de primo bello Messenio actum sit. Fictum etiam alterum oraculum est quod Eusebius [praep. ev. V 27] servavit:

παρθένον Αἰπυτίδα κλῆρος καλεῖ ἥντινα δοίης
δαίμοσι νερτερίοις καί κεν σώσειας Ἰθώμην.

Attamen veri simillimum videtur antiquius hoc esse quam illud iambis confectum. cf. Lobeck Agiaoph. II p. 852. Wolff Porph. p. 73.

---

[1]) Zenob. II 68: *Λαίῳ γὰρ τῷ Θηβῶν βασιλεῖ χρηστηριαζομένῳ περὶ γενέσεως ἀρρένων παίδων ἀνεῖλεν ὁ θεὸς*

Λάιε Λαβδακίδη
μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ ·
κτενεῖ γάρ σ' ὁ φύς.

Alex. Aphrod. de fato XXI 96: *καὶ δὴ καὶ τὸν τῷ Λαίῳ δοθέντα χρησμὸν παραδεχομένον δι' οὗ λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ Πυθία περὶ τοῦ μὴ δεῖν τεκνοποιεῖσθαι ·*

εἰ γάρ φυτεύσεις παῖδ' ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

De Socrate exstat oraculum

ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος,

[Diog. Laert. II 37 saepiusque invenitur, cf. Wolff Porph. p. 76] posteaque huic versui alter videtur praefixus esse ut totum sic procederet oraculum:

σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης,
ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

[schol. Aristoph. nub. 144 aliasque.] Sed neutrum eorum re vera a Pythia datum esse apparet ex Ps. Xenoph. apologia XIV: *ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων μηδένα εἶναι ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον μήτε δικαιότερον μήτε σωφρονέστερον.* Is igitur qui hanc apologiam scripsit oracula illa nondum noverat. Quid Pythia responderit, ad verbum restitui non potest, nec perspicio, cur Wolffius dicat soluta oratione oraculum datum videri: nihil enim quod sciam obstat ne hexametris locutam esse Pythiam censeamus. Wolffius fortasse voce illa *σωφρονέστερον*, quippe quod in metrum dactylicum non quadret motus est ut hexametris hoc oraculum editum esse negaret. Sed pro *σωφρονέστερος* Pythiam aliter, veluti *σωφροσύνῃσιν ἀρείων*, dicere potuisse, quae verba cum a prosa oratione scriptoris attici aliena essent in simplex illud adiectivum ab eo mutarentur, quis est quin videat? Constat oraculum fictum esse: sed quae eius genuina forma fuerit non potest demonstrari.

Posteris temporibus Zenon cum quaesivisset *τί πράττων ἄριστα βιώσεται* responsum ab Apolline retulisse fertur [Diog. Laert. VII 2] *εἰ συγχρώζοιτο τοῖς νεκροῖς.* Eiusdem oraculi iambica forma teste Aristophanis scholiasta [nub. 144] apud comicum quendam [Meineke IV 686] exstitit: *εἰ συγκεχρῶσθαι τοῖς νεκροῖς δυνήσεται.* Apparet non licere nobis oraculum iambicum propter hunc auctorem genuinum ducere: imo prorsus adsentiendum est Wolffio, qui soluta oratione id datum esse censet, iamborum vinculis a poeta comico constrictum: si omnino datum est, id quod valde dubium videtur.

Versus, qui ipse quoque exstat apud Aristoph. schol. nub. 144

ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις

oraculum fuisse dicitur Delphis a Brenno invasis datum. Prov. app. II 55: *βαρβάρων τινῶν στρατευομένων ἐς Δελφοὺς*

ἐρωτώμενος ὁ θεὸς ταῦτα ἔφη. ὕστερον δὲ ἐφάνη μετὰ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος, ὧν καὶ ἱερά ἐστιν ἐν Δελφοῖς προσιόντων ὑπαντῶν τοῖς πολεμίοις. Cic. de divin. I 37, 81: ... quod contigisse Brenno dicitur eiusque Gallicis copiis, cum fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset; tum enim ferunt ex oraculo effatam esse Pythiam

. ego providebo rem istam et albae virgines.

Ex quo factum ut viderentur virgines ferre arma contra et nive Gallorum obrueretur exercitus. cf. Diod. XXII 2. Contra Pausanias in fonte suo nihil de illo versu invenisse videtur; narrat enim X 23, 1: καὶ ὁ θεὸς σφᾶς οὐκ εἴα φοβεῖσθαι φυλάξειν δὲ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο τὰ ἑαυτοῦ. Fictus est versus adhibita sententia saepissime usurpata; nam certe priorem partem ἐμοὶ μελήσει ταῦτα saepissime usurpatam esse, ex ipso sensu apparet. cf. Fritzsche ad Arist. Thesm. 1207. Ceterum saepius ita Apollo respondisse fertur: Her. VIII 36: οὐκ ἔα σφέας κινέειν, φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑαυτοῦ προκατῆσθαι. Xen. Hell. VI 4, 30: ἀποκρίνασθαι τὸν θεὸν ὅτι αὐτῷ μελήσει.

Etiam illud quod Hannibal ab Ammone accepisse fertur oraculum[1]) Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας fictum esse luce clarius videtur, proboque Wolffii sententiam qui propter similia patriae oppidique funebris nomina hominum otiosorum acumen ambiguam excogitasse vaticinationem ait.

Sequatur omnium, quae servata sunt oracula iambica, sine dubio antiquissimum, quod exstat apud Herodotum I 174. Cnidios ait, cum peninsulam suam in insulam mutare coepissent, multis in opere vulneratis Apollinem consuluisse atque hoc a Pythia responsum tulisse:

ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε,
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον εἴ γ' ἐβούλετο.

Subditum esse hoc oraculum vix poterit ita demonstrari ut nemini dubitare liceat: attamen res, quas Herodotus de Cnidiis

---

[1]) Plut. Flaminin. XX: „χρησμοῦ δέ τινος, ὡς ἔοικε, παλαιοῦ περὶ τῆς Ἀννίβου τελευτῆς οὕτως ἔχοντος · Λίβυσσα κτλ. ὁ μὲν ἄρα Λιβύην ὑπενόει .. ἐν δὲ Βιθυνίᾳ κώμη τις Λίβυσσα καλεῖται" ibique eum manus sibi intulisse narrat.

Paus. VIII 11, 6: Ἀννίβᾳ γὰρ χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος ὡς ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται Λιβύσσῃ.

narrat, eae sunt ut aptissima videatur Wachsmuthii sententia [hell. alt. II p. 801.]: „wohin — zu den gefälschten orakelsprüchen — auch der von den Cnidiern, gleichsam zum troste über ihre schlechte verteidigung dienende spruch gehören möchte". Ab ipsis Cnidiis accepisse se oraculum ipse Herodotus dicit, cum addat ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσιν. Oraculum igitur aut omnino a Pythia editum non esse, aut, si editum est, prosa oratione videtur processisse.[1])

Itaque cum unum exstet ex vetustiore aetate oraculum metro iambico conscriptum, de quo res dubia esse potest, cetera omnia subditicia sint, mihi quidem Apollonius recte videtur iudicasse, cum oraculorum metrum Delphis hexametrum fuisse diceret. Accedit quod per se veri similius est omnia eodem metro composita fuisse oracula: et hoc quoque respiciendum est, dactylicum modo metrum artissimeque cum eo coniunctam epicam dialectum ab antiquissimis temporibus omnibus Graecis nota fuisse.

III.

Si quis Apollinis quae traduntur oracula accuratius inspexerit, paene omnia non modo apud Herodotum, sed etiam apud Pausaniam et Eusebium ceterosque quibus ea debemus scriptores dialecto aut epica aut attica composita esse cognoscet

---

[1]) De oraculo quod dicitur φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα pauca hoc loco addam. In prov. app. V 3 haec inveniuntur: Μηλίοις ἀνεῖλεν ὁ θεὸς φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα. μέχρις οὖν ἐτῶν δέκα ἓξ περιέφερον γυμνοὺς τοὺς παῖδας καὶ κατεφίλουν ἐν συμποσίᾳ. Nimis obscurus est totus hic Meliorum mos, cuius teste Suida [s. v. τῶν φιλτάτων . .] etiam Aristoteles mentionem fecit, quam ut demonstrare possimus aut genuinum esse hoc oraculum aut subditicium. Equidem censeo Melios, si re vera morem illum colebant, originem eius ad deos referre cupientes oraculum nostrum finxisse quod etiam in proverbii consuetudinem venisse ex proverbiorum appendice apparet. Ceterum valde dubium est num verba τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα ex versu iambico repetenda sint, qua in sententia Wolffius versatur.

atque perpauca inveniet, quae ab hac regula recedant. Itaque quid de his iudicandum sit nunc quaerere mihi proposui.

Duo oracula, in quibus ex parte dorica dialectus usurpata est, exstant apud Herodotum IV 157:

αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἄμεινον,
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος, ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σευ,

et IV 159:

ὃς δέ κεν ἐς Λιβύην πολυήρατον ὕστερον ἔλθῃ,
γᾶς ἀναδαιομένας, μετά οἵ ποκά φαμι μελήσειν.

Copiosius de his oraculis disputare non libet; nam subditicia ea esse et apud Cyrenaeos orta iam C. Odofr. Müllerus in libro, qui Orchomenos inscribitur [p. 338], et Benedictus [in dissert. Bonn. 1871 „de oraculis apud Herodotum commemoratis" p. 33 sq] ostenderunt. Ego vero persuadere mihi non possum in eodem oraculo et ionica et dorica dialectis promiscue usum esse Herodotum, sed utrumque oraculum omni ex parte dorica dialecto mihi videtur compositum fuisse, quippe quod Herodotus ab ipsis Cyrenaeis, dorica gente, accepisset. Favet sane huic sententiae non minime illud quod etiam nunc apud Plutarchum [de Pyth. or. 27 p. 408] vestigia exstant utrumque dorica dialecto compositum fuisse: legimus enim apud hunc etiam *Λιβύαν* pro *Λιβύην* et *μαλοτρόφον* pro *μηλοτρόφον*. Facillime vero doricam dialectum in utroque restitui posse vix opus est addere; et qui factum sit ut pro inusitatis formis aliae in textum reciperentur, nemo est quin intellegat.[1])

Idem mihi in hoc oraculum cadere videtur, quod duobus illis apud Herodotum antecedit [IV 155]:

Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.

---

[1]) Dixerit fortasse quispiam versus initio epica dialecto scriptos fuisse, deinde a Cyrenaeis in doricam mutatos. cf. Bergkius in litter. gr. hist. p. 335: „... die sprache dieser orakel ist, abgesehen von einzelnen abweichungen, die der epischen poësie; doch findet sich in manchen sprüchen der dorische dialekt; möglicher weise haben die empfänger oder spätere berichterstatter die form abgeändert." Sed hoc veri simile non videtur: nam carmina Homerica omnibus Graecis notissima erant ita ut opus non esset epicam dialectum in doricam mutare.

Fictos esse hos versus iam Menecles intellexit [in schol. ad Pind. Pyth. IV 10], neque post ea, quae Muellerus et Schubringius [in dissert. Goetting. 1862: de Cypselo tyranno p. 30 sq] et Benedictus disseruerunt, dubium cuiquam esse potest itemque a Cyrenaeis eos ducendos constat. Eodem igitur iure, quo antea, hoc quoque oraculum dorica primum dialecto compositum fuisse licet conicere, quae postea a Graecis in epicam mutaretur. Quod ad scripturam librorum Herodoti attinet, hoc unum quaeritur utrum iam ille dialectum ab oraculis alienam mutaverit an sequentibus temporibus id factum sit. Ego sane, quod in duobus illis de quibus ante dixi oraculis dorica dialectus servata videtur, ita eum in nostro quoque egisse puto, quippe quod ab eisdem hominibus atque illa ei relatum esset et plane ad eandem rem pertineret.

Uno consensu et Aristophanis scholiasta [ad pac. v. 623] et Suidas et compluribus locis Plutarchus et Diodorus et paroemiographi quidam hoc oraculum tradunt:

ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Omnes quibus hic versus exstat loci enumerati sunt a Muellero in fragmentis hist. gr. II p. 131. Zenobius [II 24] etiam Aristotelem huius oraculi mentionem fecisse ait [*μέμνηται τοῦ χρησμοῦ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ*]; sed cave inde necessario colligendum esse censeas etiam Aristotelem versum Apollini Delphico tribuisse. De origine eius quid Aristoteles iudicaverit fatendum est nos nescire.

In scriptura verborum paucae eaeque parvae insunt differentiae: velut apud paroemiographos pro *ὀλεῖ* legitur *ἕλοι*, id quod vix mentione dignum est. Quod ad dialectum attinet, apud unum Diodorum *Σπάρτην* invenimus, sed corruptum hoc esse ex *Σπάρταν*, cum *ἁ φιλοχρηματία* ille quoque exhibeat nemo non videt. Quae cum ita sint, non potest dubitari quin versus ille re vera dorica dialecto compositus fuerit; nec mutare licet, quod quis credat, *ἡ φιλοχρηματίη Σπάρτην ὀλεῖ.* Facile enim hoc quidem fieri potuit ut formae insolentiores a librariis in usitatas mutarentur; contrarium vero factum esse, praesertim cum omnes eique permulti scriptores in his formis consentiant, nemo opinor sibi persuadebit. Cum autem sacerdotes Delphicos in componendis versibus dorica dialecto usos

esse sine dubio denegandum sit, nihil restat nisi ut dialecto moti subditicium illud censeamus. Accedit quod omnes quos attuli scriptores in hoc quidem inter se consentiunt quod oraculum esse putant; sed quando et cui editum sit, diverse tradunt. Apud Plutarchum in instit. Lacon. c. 42 scriptum videmus *Ἀλκαμένει καὶ Θεοπόμπῳ τοῖς βασιλεῦσιν ἐδόθη*, Diodorus autem idem oraculum ad Lycurgum refert.[1]) Re vera versus ab homine Lacedaemonio compositus esse videtur, dorica in terra certe natus: brevi vero in proverbii consuetudinem venit posteaque ei quoque sicuti aliis contigit, ut origo ab Apolline duceretur. Ceterum ego versum non puto vetustum minimeque ad Lycurgi vel Alcamenis aetatem referendum, Herodoti potissimum silentio ad hanc sententiam adductus.[2])

Inest forma dorica etiam in oraculo apud Pausaniam IV 2, 7: *Ἰθωμάτᾳ Διί*. Sed hac nihil mihi videtur effici. Nam ceteros quoque Graecos ita illud nomen usurpasse intellegitur ex Polybio VII 11, 3 et ex Plutarchi vita Arati c. 50: adde quod *Ζεὺς Ἰθωμάτας* saepius apud Pausaniam occurrit. [III 26,6. IV 3,9. 12,7. 27,6. 33,2.] Semel tantum *Διὸς Ἰθωμήτα* exstat apud Thucydidem I 103, quod ipsum quoque a Dukero, cui adsentitur Dindorfius [cf. Steph. thes. s. v. *Ἰθώμη*], in *Ἰθωμάτα* mutatum est. Sed sive hunc locum mutamus sive non mutamus, hoc certe eis quae attuli comprobatur apud ce-

[1]) Non praetereundum videtur quod Laertius Diogenes [I 117] de Pherecyde dicit: *καὶ Λακεδαιμονίοις [Φερεκύδην] εἰπεῖν μήτε χρυσὸν τιμᾶν μήτε ἄργυρον, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τοῖς θαυμασίοις· προστάξαι δὲ αὐτῷ ὄναρ τοῦτο τὸν Ἡρακλέα ὃν καὶ τῆς αὐτῆς νυκτὸς τοῖς βασιλεῦσι κελεῦσαι Φερεκύδῃ πείθεσθαι. ἔνιοι δὲ Πυθαγόρᾳ περιάπτουσι τάδε.* Artissime inter se coniuncta esse hanc Pherecydis vel Pythagorae admonitionem et versum nostrum, quo interituram esse Spartam auri argentique studio dicitur, nemini dubium esse potest.

[2]) Bergkius re vera versum a Pythia dictum censet [in litter. gr. hist. p. 332]: „gar manches prophetische wort ist in überraschender weise in erfüllung gegangen; nicht bloss voraussagungen, die sich in einer gewissen allgemeinheit halten, wie z. b. wenn das orakel zu Delphi erklärte Sparta werde durch seine ungezügelte habgier zu grunde gehen . . . sondern auch . . .“ Quod Bergkius versum iam a Tyrtaeo adhibitum esse statuit (poet. lyr. gr. p. 393), non habet iustam causam. cf. C. Göbel de correptione attica p. 9.

teros quoque Graecos doricam terminationem in usu fuisse, ideoque is, qui oraculum illud composuit, re vera Ἰθωμάτᾳ Διὶ videtur scripsisse.

Venio nunc ad eam quaestionem utrum sola epica an etiam attica dialectus in oraculis usurpata sit. Nam haud paucis in oraculis atticas formas inveniri, unus quisque qui ea legerit facillime sibi persuadebit. De eis mihi sic videtur iudicandum: in oraculis quae genuina putanda sunt et a sacerdotibus Delphicis confecta, nihil causae fuit cur illi atticas formas in epicam dialectum immiscerent: itaque ex his sine ulla dubitatione eae removendae sunt. Si subditicia videntur oracula, sed apud alios atque Atticos confecta, quaerendum est num antiquiore aetate orta sint atque prudenter et ad normam genuinorum composita: etiam ex eis atticae dialecti formae eiciendae sunt. Et re vera multa eorum oraculorum, in quibus attica dialectus invenitur, ex priore forma epica corrupta esse, haud paucis exemplis comprobatur. Apud Herodotum I 66 hoc exstat oraculum:

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς · οὔ τοι δώσω.
πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν · ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω.
δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Idem etiam Diodorus [IX 53] servavit, sed pro Ἀρκαδίῃ et Τεγέην atticas formas Ἀρκαδίᾳ et Τεγέαν scripsit: id quod etiam in eis versibus, qui apud Herodotum sequuntur [I 67], occurrit. In versu notissimo, quem Croeso Pythia respondisse fertur [Her. I 85]

μὴ βούλευ πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν,

et apud Diodorum [IX 47] et in anthologia Palatina [II p. 569] legitur βούλου, Diodorus etiam ἰάν pro ἰήν tradit. In hoc oraculo

ἔκγονε Μιλήτου, τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς ·
ὅς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτου τρίποδ' αὐδῶ

pro σοφίῃ, quae lectio est Aristoph. schol. Plut. 9 et Laert. Diog. I 1, 28. apud Diodorum [IX 6] invenis σοφίᾳ. „Διονύσῳ χρῆσθε ἰατρῷ" Pythiam Atheniensibus respondisse Eusebius narrat [pr. ev. V 30]: rectam formam ἰητρῷ servavit. Athenaeus

esse sine dubio denegandum sit, nihil restat nisi ut dialecto moti subditicium illud censeamus. Accedit quod omnes quos attuli scriptores in hoc quidem inter se consentiunt quod oraculum esse putant; sed quando et cui editum sit, diverse tradunt. Apud Plutarchum in instit. Lacon. c. 42 scriptum videmus Ἀλκαμένει καὶ Θεοπόμπῳ τοῖς βασιλεῦσιν ἐδόθη, Diodorus autem idem oraculum ad Lycurgum refert.[1]) Re vera versus ab homine Lacedaemonio compositus esse videtur, dorica in terra certe natus: brevi vero in proverbii consuetudinem venit posteaque ei quoque sicuti aliis contigit, ut origo ab Apolline duceretur. Ceterum ego versum non puto vetustum minimeque ad Lycurgi vel Alcamenis aetatem referendum, Herodoti potissimum silentio ad hanc sententiam adductus.[2])

Inest forma dorica etiam in oraculo apud Pausaniam IV 2, 7: Ἰθωμάτᾳ Διί. Sed hac nihil mihi videtur effici. Nam ceteros quoque Graecos ita illud nomen usurpasse intellegitur ex Polybio VII 11, 3 et ex Plutarchi vita Arati c. 50: adde quod Ζεὺς Ἰθωμάτας saepius apud Pausaniam occurrit. [III 26,6. IV 3,9. 12,7. 27,6. 33,2.] Semel tantum Διὸς Ἰθωμήτα exstat apud Thucydidem I 103, quod ipsum quoque a Dukero, cui adsentitur Dindorfius [cf. Steph. thes. s. v. Ἰθώμη], in Ἰθωμάτα mutatum est. Sed sive hunc locum mutamus sive non mutamus, hoc certe eis quae attuli comprobatur apud ce-

---

[1]) Non praetereundum videtur quod Laertius Diogenes [I 117] de Pherecyde dicit: καὶ Λακεδαιμονίοις [Φερεκύδην] εἰπεῖν μήτε χρυσὸν τιμᾶν μήτε ἄργυρον, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τοῖς θαυμασίοις· προστάξαι δὲ αὐτῷ ὄναρ τοῦτο τὸν Ἡρακλέα ὃν καὶ τῆς αὐτῆς νυκτὸς τοῖς βασιλεῦσι κελεῦσαι Φερεκύδῃ πείθεσθαι. ἔνιοι δὲ Πυθαγόρᾳ περιάπτουσι τάδε. Artissime inter se coniuncta esse hanc Pherecydis vel Pythagorae admonitionem et versum nostrum, quo interituram esse Spartam auri argentique studio dicitur, nemini dubium esse potest.

[2]) Bergkius re vera versum a Pythia dictum censet [in litter. gr. hist. p. 332]: „gar manches prophetische wort ist in überraschender weise in erfüllung gegangen; nicht bloss voraussagungen, die sich in einer gewissen allgemeinheit halten, wie z. b. wenn das orakel zu Delphi erklärte Sparta werde durch seine ungezügelte habgier zu grunde gehen . . . sondern auch . . ." Quod Bergkius versum iam a Tyrtaeo adhibitum esse statuit (poet. lyr. gr. p. 393), non habet iustam causam. cf. C. Göbel de correptione attica p. 9.

teros quoque Graecos doricam terminationem in usu fuisse, ideoque is, qui oraculum illud composuit, re vera *Ἰθωμάτᾳ Διὶ* videtur scripsisse.

Venio nunc ad eam quaestionem utrum sola epica an etiam attica dialectus in oraculis usurpata sit. Nam haud paucis in oraculis atticas formas inveniri, unus quisque qui ea legerit facillime sibi persuadebit. De eis mihi sic videtur iudicandum: in oraculis quae genuina putanda sunt et a sacerdotibus Delphicis confecta, nihil causae fuit cur illi atticas formas in epicam dialectum immiscerent: itaque ex his sine ulla dubitatione eae removendae sunt. Si subditicia videntur oracula, sed apud alios atque Atticos confecta, quaerendum est num antiquiore aetate orta sint atque prudenter et ad normam genuinorum composita: etiam ex eis atticae dialecti formae eiciendae sunt. Et re vera multa eorum oraculorum, in quibus attica dialectus invenitur, ex priore forma epica corrupta esse, haud paucis exemplis comprobatur. Apud Herodotum I 66 hoc exstat oraculum:

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς · οὔ τοι δώσω.
πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν · ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω.
δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Idem etiam Diodorus [IX 53] servavit, sed pro *Ἀρκαδίῃ* et *Τεγέην* atticas formas *Ἀρκαδίᾳ* et *Τεγέαν* scripsit: id quod etiam in eis versibus, qui apud Herodotum sequuntur [I 67], occurrit. In versu notissimo, quem Croeso Pythia respondisse fertur [Her. I 85]

μὴ βούλευ πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν,

et apud Diodorum [IX 47] et in anthologia Palatina [II p. 569] legitur *βούλου*, Diodorus etiam *ἰάν* pro *ἰήν* tradit. In hoc oraculo

ἔκγονε Μιλήτου, τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς ·
ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτου τρίποδ' αὐδῶ

pro *σοφίῃ*, quae lectio est Aristoph. schol. Plut. 9 et Laert. Diog. I 1, 28. apud Diodorum [IX 6] invenis *σοφίᾳ*. „*Διονύσῳ χρῆσθι ἰατρῷ*“ Pythiam Atheniensibus respondisse Eusebius narrat [pr. ev. V 30]: rectam formam *ἰητρῷ* servavit. Athenaeus

[I 22 E]. Vocabulum *κάρη* in versu illo „*κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει*“ [Her. VII 148] in anthologia Palatina [II p. 573] mutatum est in *κάρα*.

In eadem sententia de his oraculis sum, in quibus secundum ea, quae supra explicavi, epica dialectus initio usurpata fuisse videtur. Apud Diodorum [VII 20] in primo[1]) trium illorum oraculorum, quae ibi traduntur, pro *γενεάν* restituendum puto *γενεήν* et in alterius[2]) versu tertio *ἱερή* et in sexto *ἱερῆς* pro *ἱερᾶς:* porro in sequentis libri c. 29[3]) non dubito quin *χώρην* pro *χώραν* lectum sit. Nam tria haec oracula si non genuina sunt attamen non imprudenter conscripta, et manifesto auctores linguam Homericam imitari student. Eadem ratione in oraculo,[4]) quod servatum est in scholiis ad Clementis Alexandrini Protrepticum [141, 1], *γενεήν* scribendum videtur pro *γενεάν:* idemque dicendum est de forma *εἰναλίαν* in priore horum versuum, qui exstant apud Iamblichum in vita Pythagorae:

Ἀγκαῖ' εἰναλίαν νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης σε
οἰκίζειν κέλομαι, Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

Mihi quidem dubium non videtur quin *εἰναλίαν* mutandum sit in *εἰναλίην*. In hoc vero versu

ὃς σοφίῃ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα προδέδορκεν,

---

1) *Μύσκελλε βραχύνωτε, φιλεῖ σ' ἑκάεργος Ἀπόλλων*
καὶ γενεὰν δώσει τοι · ὁ δὲ πρότερόν γε κελεύει
οἰκίσσαι σε Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις.

2) *Αὐτός σοι φράζει ἑκατηβόλος, ἀλλὰ συνίει ·*
οὗτος μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς,
ἥδε δὲ Κουρήτων ἱερὰ χθὼν [αἰπήεσσα],
αἵδε δ' Ἐχινάδες εἰσὶ · πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόντος.
οὕτω δ' οὐκ ἄν φημι Λακινίου ἄκρου ἁμαρτεῖν
οὐδ' ἱερᾶς Κρεμίσης οὐδ' Αἰσάρου ποταμοῖο.

3) *Ἀψία ἣ ποταμῶν ἱερώτατος εἰς ἅλα πίπτει,*
ἔνθ' εἴσω βάλλοντι τὸν ἄρσενα θῆλυς ὀπυίει,
ἔνθα πόλιν οἴκιζε, διδοῖ δέ σοι Αὔσονα χώραν.

4) *Φράζεο, δῖε Κάρανε, νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο μῦθον,*
ἐκπρολιπὼν Ἄργος τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα
χώρει πρὸς πηγὰς Ἁλιάκμονος · ἔνθα δ' ἂν αἶγας
βοσκομένας ἐςίδῃς, πρῶτον τότε τοι χρεὼν ἐστι
ζηλωτὸν ναίειν αὐτόν γενεάν τε πρόπασαν.

quem legens unus quisque Homericum illum recordatur: [Il α 70]

ὅς τ' ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,

plane absurdum esse σοφίᾳ scribere, quod et Diodorus [IX 7] et Laertius Diogenes [I 1, 35] tradiderunt, omnes opinor concedent.

Etiam in hoc oraculo [Paus. IX 18, 5] πάτραν in πάτρην mutandum puto:

Θηβαῖοι, Κάδμοιο πόλιν καταναιετάοντες,
αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,
Ἕκτορος ὀστέα Πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
ἐξ Ἀσίης Διὸς ἐννεσίης ἥρωα σέβεσθαι.

Quid vero de his versibus iudicarem

χώρας καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες,
ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον τίνα γαῖαν ἵκησθε.
ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ' ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε
πλοῦτον ἔχειν κτεάνων ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν

[schol. Aristoph. equ. 1091] diu dubitavi. Apparet satis scienter eos compositos esse: et quamquam facillimum est χώρης scribere pro χώρας, et hoc quoque licet πόλεως mutare in πόλιος, cum syllaba terminans brevis — ος sequente Ϝοικ — saepissime producatur, repugnare tamen videtur attica alterius versus forma ἐρησόμενοι pro εἰρησόμενοι. Sed cum etiam apud Homerum exstet verbum ἔρεσθαι, ex quo derivatae formae ἐρώμεθα, ἔροιτο, ἐρέσθαι inveniantur, ad eam sententiam perveni ut in hoc versu ἐρησόμενοι re vera dictum ab eo, qui oraculum composuit, in primo vero χώρης et πόλιος restituendum mihi videatur.

Nonnulla tamen exstant oracula, in quibus attica dialectus videtur servanda: quae cum posteris temporibus, ni fallor, conscripta sint, atticam dialectum mixtam cum epica miram non puto nec causam video cur mutemus. Carystum oppidum fuisse in insula Euboea situm satis inter omnes constat: quod oppidum Carystus, filius Chironis, condidisse dicitur hoc accepto oraculo:

Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλειτοῖο, Κάρυστε,
Πήλιον ἐκπρολιπὼν Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι·
ἔνθ' ἱερὰν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστιν.
ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

Tota haec fabula de Carysto, conditore urbis Carysti, recentissima videtur: memoriae enim prodiderunt Eusebius [in praep. evang. VI 7] et Constantinus Cephalas in anthologia Palatina, [II 565.] et omnino Carystus, ut nomen hominis, nusquam alibi invenitur. Quae cum ita sint, ego sane non affirmaverim, illum qui hoc oraculum finxit, sive ipse fuit Oenomaus sive alius, epica dialecto pura usum esse, praesertim cum tres insint formae quae ab ea recedant. Nec repugnare primi versus vocabulum *ἀγακλειτοῖο* facile quivis concedet. Idem, ni fallor, iudicandum est de oraculo, quod Pythia in bello a Romanis cum Philippo, rege Macedonum, gesto edidisse fertur, quod exhibet Plutarchus in libro de Pythiae oraculis cap. XI:

ἀλλ' ὁπόταν Τρώων γενεὰ καθύπερθε γένηται
Φοινίκων ἐν ἀγῶνι, τότ' ἔσσεται ἔργα ἄπιστα·
πόντος μὲν λάμψει πῦρ ἄσπετον, ἐκ δὲ κεραυνῶν
πρηστῆρες μὲν ἄνω διὰ κύματος αἴξουσιν
ἄμμιγα σὺν πέτρᾳ, ἡ δὲ στηρίξεται αὐτοῦ,
οὐ φατὸς ἀνθρώποις νῆσος· καὶ χείρονες ἄνδρες
χερσὶ βιησάμενοι τὸν κρείσσονα νικήσουσιν.

Γενεάν et *πέτρᾳ* attice dicta sunt, *ἔσσεται* et *βιησάμενοι* epice. Per se igitur res dubia est: tamen mihi quidem et *ἔσσεται* et *βιησάμενοι* pro *βιᾰσάμενοι* metri modo gratia ab auctore in textum videntur recepta esse. Quamquam certi quidquam de hac re non affirmaverim.

De versibus:

πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις
οὐδ' ἱερὰν Ὑπέραν, ὅθι κ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες

cf. Plut. quaest. gr. c. XIX p. 295 D. Ath. I p. 31 B. Müller fragm. histor. gr. II p. 136. Habeamus duas certe, fortasse tres fabulas cum versibus illis coniunctas. Ego oraculum id fuisse (quae est opinio Muelleri) non puto: propter generalem quae inest sententiam „bibe vinum faecatum, cum sine faece vinum non adsit" proverbium potius versus nostros fuisse crediderim, ad quos postea alius aliam fabulam adfingeret. Con-

gruit cum hac sententia etiam attica dialectus [τρογίαν, ἱερὰν Υπέραν].

Duo restant oracula, quae quo tempore orta sint ignoro, in quibus nihilo secius atticae formae non videntur delendae. Prius hoc est [Athen. VI p. 232 f.], quod Alcmaeon accepisse dicitur, cum a Pythia quaesivisset quem ad modum morbo suo liberaretur:

τιμῆέν μ' αἰτεῖς δῶρον μανίαν ἀποπαῦσαι.
καί συ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις,

alterum quod Plutarchus in Solonis vita c. IX tradidit:

ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκους
ἵλασο, τοὺς κόλποις Ἀσωπιὰς ἀμφικαλύπτει,
οἳ φθίμενοι δέρκονται ἐς ἠέλιον δύνοντα.

Utrumque ni fallor in ipsa Attica confectum est ideoque nescio an atticae dialecti formae servandae sint. Nam Atticos in componendis oraculis non puram epicam dialectum adhibuisse, intellegis ex Aristoph. equ. 1062. Cum vero utrumque ad Atticam historiam spectet, dubium vix videtur quin apud ipsos Atticos ortum sit: eaque de causa formas illas non puto delendas.

Oraculorum fragmenta.

1.

Φράζεο δή μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε, Κάδμε.
ἠοῦς ἐγρόμενος προλιπὼν ἴθι Πυθὼ δῖαν,
ἠθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ αἰγανέην μετὰ χερσί,
τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος, ἔστ' ἂν ἵκηαι
βουκόλον ἠδὲ βόας κηριτρεφέος Πελάγοντος.
ἐνθάδε προσπελάσας ξυλλάμβανε βοῦν ἐρίμυκον
τὴν ἥ κεν νώτοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔχῃσι
λευκὸν σῆμ' ἑκάτερθε περίτροχον ἠΰτε μήνης·
τήνδε σὺ ἡγεμόνα σχὲ περιτρίπτοιο κελεύθου.
σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς οὐδέ σε λήσει·
ἔνθα κέ τοι πρώτιστα βοὸς κέρας ἀγραύλοιο

---

1) Schol. Eur. Phoen. 638: *Κάδμος ζητῶν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Εὐρώπην μαντεῖον ἔλαβε περὶ τῆς ἀδελφῆς, οὐδὲν ἄλλο σημαῖνον ἀλλ' ὥστε αὐτὸν ἐξελθόντα ἕπεσθαι βοΐ καὶ οὗ δ' ἂν αὐτόματος πέσῃ κτίζειν πόλιν. ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς τοῦ Πυθίου θεοῦ οὕτως· Φράζεο κτλ.*

„Ex scholiis in Euripidem tum nondum editis scholiis in Aristoph. Ranas 1496 apud Aldum editis inseruit Musurus". [Dindorfius ad schol. Euripid.]

adde Tzetz. ad Il. p. XVI 6—23. [ed. G. Hermann]. Tzetz. chil. X 454. XII 124. [1—3.]

cf. Paus. IX 12, 1. Apollod. III 4, 1. Müll. hist. fr. III p. 157. v. 1: *τὸν μῦθον* Tzetz. ‖ 3: *ἠθάδ'* Mus. *ἔνθα δ'* codd. ‖ cetera quae apud Tzetzem exstant menda opus non videtur afferre ‖ 9: fortasse *σύ γ'* scribendum ‖ 2: *ἐγρόμενος* Od. X 50 ‖ 5: *κηριτρεφέων ἀνθρώπων* Hes. op. 418 ‖ 8: totus versus Il. XXIII 455 ‖ 10: totus versus Od. XI 126 ‖ 11: *κέρας βοὸς ἀγραύλοιο* Il. XXIII 780 ‖ 12: *ποιήεις* Il. XX 9 saep. ‖

ἵζησιν κλίνῃ τε πέδῳ γόνυ ποιήεντι,
καὶ τότε τὴν μὲν ἔπειτα μελαμφύλλῳ χθονὶ ῥέζειν
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, γαίῃ δ᾽ ὅταν ἱερὰ ῥέξῃς
ὄχθῳ ἐπ᾽ ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν,
δεινὸν Ἐνυαλίου πέμψας φύλαχ᾽ Ἄιδος εἴσω.
καὶ σύ γ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπους ὀνομάκλυτος ἔσσεαι αὖθις
ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας, ὄλβιε Κάδμε.

2.

a) *Λάιε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς·*
δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν φάος· ὣς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ᾽ εὔξατο σοὶ τάδε πάντα.

b) *Λάιε Λαβδακίδη ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων.*

3.

Κουράων δὲ γάμους ζεῦξον κάπρῳ ἠδὲ λέοντι
οὓς κεν ἴδῃς προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο
ἀμοῦ στείχοντας μηδὲ φρεσὶ σῇσι πλανηθῇς.

14: *ἁγνῶς καὶ καθαρῶς* hymn. Ap. Del. 121 ‖ 15: *πόλις εὐρυάγυια* form. ep. ‖ 16: *Ἄιδος εἴσω* Il. VI 284 saep. ‖

2. a) *χρησμὸς δοθεὶς Λαΐῳ:* bis schol. Eur. Phoen. arg. accedit schol. Soph. Oed. R. cod. Laur. Praeterea vv. 1—3 exstant in anth. Pal. XIV 67.

b) Schol. Pind. Ol. II 70: *ἐν δὲ τοῖς Παιᾶσιν εἴρηται περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐκπεσόντος Λαΐῳ, ἔνθα καὶ Μνασέας ἐν τῷ περὶ χρησμῶν γράφει· Λάιε κτλ.*

2: *τέξεις μὲν φίλον . .* schol. Eur. semel ‖ *τόδε σοὶ μόρος ἔσται* schol. Eur. Phoen. ‖ 3: *σοῦ παιδὸς* schol. Soph. ‖ *σοῦ παιδὸς χερσὶν λείψειν φάος· ὣς γὰρ ἔνευσα* anth. Pal.

3) Schol. Eur. Phoen. 410: *ὁ χρησμὸς Ἀδράστῳ οὕτως ὑπὸ Μνασέου ἀναγέγραπται· Κουράων κτλ.* cf. Müll. hist. fr. III p. 157. Apollod. III 6, 1.

4.

Τιμῆέν μ' αἰτεῖς δῶρον μανίαν ἀποπαῦσαι.
καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας ᾧ πότε μήτηρ
Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις.

5.

Νόστον δίζηαι πατρίην ἐς γαῖαν ἱκέσθαι
Ἀμφιαρηιάδη.

6.

Θηβαῖοι Κάδμοιο πόλιν καταναιετάοντες
αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,
Ἕκτορος ὀστέα Πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
ἐξ Ἀσίης Διὸς ἐννεσίῃς ἥρωα σέβεσθαι.

7.

Ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς Ἀμφίονί τε Ζήθῳ τε
χύτλα καὶ εὐχωλὰς μειλίγματ' ἐνὶ χθονὶ χεύῃ,
θεινομένου ταυροῖο κλυτοῦ μένει ἠελίοιο·

4) Athen. VI p. 232 f: [ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς] ἔχρησεν Ἀλκμαίωνι πυνθανομένῳ πῶς ἂν τῆς μανίας ἀπαλλαγείη· Τιμῆεν.. cf. Eustath. p. 1697, 43.

1: de voce *μανίαν* cf. p. 23. ‖ *τιμῆεν δῶρον* Od. I 312 saepiusque. ‖ 3: *αὐτοῖσι τεθρίπποις* coni. Meineke anal. critic. ad Athen. p. 100. ‖

Alterum oraculum quod eidem Alcmaeoni datum esse fertur prosa oratione scriptum tradidit Thucydides II 102, 4. tertium exstat apud Paus. VIII 24, 8.

5) Eus. pr. ev. VI 7, 13. in 2: *Ἀμφὶ Ἀρκαδίῃ* codd; *Ἀμφιαραιάδη* Valckenaer, *Ἀμφιαρηιάδη* Gaisfordius: cf. R. Volkmannum in Fleckeisenii annalibus 79 p. 704.

6) Paus. IX 18, 5: *ἔστι δὲ καὶ Ἕκτορος Θηβαίοις τάφος.... κομίσαι δὲ αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ ἐξ Ἰλίου φασὶν ἐπὶ τοιῷδε μαντεύματι· Θηβαῖοι κτλ.*

7) Paus. IX 17, 5: *ἔστι τάδε ἐν τοῖς τοῦ Βάκιδος χρησμοῖς· Ἀλλ' κτλ.*

in v. 2: *μειλίγματ' ἐνί* unus cod; ceteri aut *μειλίγματά*

καὶ τότε δὴ πεφύλαξο πόλει κακὸν οὐκ ἀλαπαδνὸν
ἐρχόμενον· καρποὶ γὰρ ἀποφθινύθουσιν ἐν αὐτῇ
γαίης δασσαμένων, Φώκου δ' ἐπὶ σῆμα φερόντων.

8.

Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατόρνιον αἶαν
ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην οὗ νᾶσος ὀχεῖται·
οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ
καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

9.

Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα.

10.

. . . κωφοῦ τ' ἀκοὴν τυφλοῖό τε δέρξιν.

τ' ἐν aut μειλίγματα ἐν. 3: θελγομένου codd. correxit Kayserus. ‖ 4: σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν Il. V 783 saep.

8) Macrob. Sat. I 7, 28: ... Pelasgi, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi diversas terras petissent confluxerunt plerique Dodonam et incerti quibus haererent locis eius modi accepere responsum: στείχετε κτλ.

adde Steph. Byz. s. v. Ἀβοριγῖνες.

v. 1: Σατόρνιον Macrob. cod. vet. Σατουρνίαν aut Σατουρνιαίαν Steph. codd. „Σατόρνιον αἶαν probandum vel Σατορνίδα γαῖαν" Meinekius ap. Steph. ‖ v. 3: ἐκπέμπετε Macrob. ‖ 4: Κρονίδῃ pro Ἅιδῃ Steph. ‖

9) Steph. Byz. Ἄρνη ... περὶ ἧς ὁ χρησμός· Ἄρνη κτλ. adde Eust. ad Hom. p. 270, 33. cf. C. O. Mülleri Orchom. p. 385 adnot. 4.

10) Plut. de def. or. 39: ὁ Θετταλοῖς περὶ Ἄρνης δοθεὶς χρησμὸς ἐκέλευε φράζειν ‚κωφοῦ τ' ἀκοὴν τυφλοῖό τε δέρξιν'. ἡ δὲ μνήμη καὶ κωφῶν πραγμάτων ἀκοὴ καὶ τυφλῶν ὄψις ἡμῖν ἐστιν.

δέρξις ἅπ. εἰρ.

11.

Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενυγρῆς.

12.

a) *Ἄγγελον ἡμέτερον κτείνας ἀνεμάξαο ποινήν.*

b) *Εὔχεο Καρνείῳ τελέειν σέβας Ἀπόλλωνι.*

13.

Πάγχρυσον φέρε κόσμον ἑλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο
δειρῆς ὅν ποτε Κύπρις ἔδωχ' Ἑλένῃ μέγα χάρμα.
ὥς σοὶ Ἀλέξανδρος τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει.

14.

Τίπτε δύω βασιλῆες, ὁ μὲν Τρώων ὁ δ' Ἀχαιῶν,
οὐκέθ' ὁμοφρονέοντες ἐμὸν δόμον εἰσανέβητε;

---

11) Eus. pr. eo. V 20: *Ἀριστόμαχος οὖν ὁ Ἀριδαίου ἐπειδὴ ο Ἀριδαῖος ἀπετεθνήκει ἐν τῇ εἰσβολῇ ἔρχεται ἀκουσόμενος παρὰ σοῦ περὶ τῆς ὁδοῦ . . σὺ δὲ αὐτῷ λέγεις· Νίκην κτλ.*

cf. Wolff. Porphyr. p. 79. 80. *στενύγρων* codd. et edit. *στενυγρῆς* Wolffius.

12.a) Eus. pr. eo. V 20: *Τήμενος ἐλθὼν ἀπεμέμφετο τῇ ἀποτυχίᾳ καὶ ἤκουσεν ὅτι ποινὴν ἀνεμάξατο τοῦ θείου ἀγγέλου καὶ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐχῆς Ἀπήλλωνι Καρνείῳ ποίημα τὸ διὰ τοῦ χρησμοῦ λέγον· Ἄγγελον κτλ. τί οὖν, φησὶν ὁ Τήμενος; τί χρὴ ποιεῖν; καὶ πῶς ἂν ἱλασαίμην ὑμᾶς; Εὔχεο κτλ.*

b) *Καρνίῳ* vel. *Κρανίῳ* codd. *Καρνείῳ* Dindorfius.

13) Athenaeus VI p. 232 f: [*ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς*] *ἔχρησε Μενελάῳ πυνθανομένῳ πῶς ἂν τὸν Ἀλέξανδρον τιμωρήσαιτο· Πάγχρ. κτλ.* cf. Müller hist. gr. fr. I 275.

2: *μέγα χάρμα* Il. XXIV 706. hymn. XVI 4.

14) Schol cod. *A* ad Il. V 64: *Μενέλαος εἰς Δελφοὺς παρεγένετο περὶ παίδων γενέσεως χρησμὸν ληψόμενος. συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ Ἀλέξανδρος περὶ γυναικὸς μαντευόμενος. γενομένων οὖν ἀμφοτέρων ἐπὶ τὸ μαντεῖον λέγεται χρῆσαι τὴν Πυθίαν τάδε· Τίπτε κτλ.*

ἤτοι ο μὲν πώλοιο γόνον διζήμενος εὑρεῖν,
αὐτὰρ ὁ πῶλον ἄγειν. τί νυ μήσεαι, ὦ μεγάλε Ζεῦ;

15.

Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον (ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι)
πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστιν.
ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς ἥ σε θανόντα
δέξεται· ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

16.

Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον (ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι)
πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι οὐ πατρίς ἐστι
[μητρόπολις ἐν νήσῳ ἀπὸ Κρήτης εὐρείης]
Μίνωος γαίης οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτηλοῦ·
ἐν τῇ μοῖρ' ἐστὶν σε τελευτῆσαι βιότοιο,
εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων μὴ γνῷς ἐπακούσας
δυσξύνετον σκολιοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον·

---

adde schol. alior. codd. ad eundem locum et anth. Pal. XIV 100.

v. 2: ὁμὰ φρονέοντες *B* aliique. οὐ ταὐτὰ φρ. anth. Pal. ‖ 3: γενεὴν ἵππου pro πώλοιο γόνον *B.* ‖ 4: ἑλεῖν pro ἄγειν *A.* ‖ αὐτὰρ ὁ ἄκοιτιν ἄγειν. τί νυ μήσεαι ὦ μάκαρ ὦ Ζεῦ *B.* ‖

15) Paus. X 24, 2: τὸ μάντευμα ὅ γενέσθαι τῷ Ὁμήρῳ [ἐν Δελφοῖς] λέγουσιν· Ὄλβιε κτλ.

adde Steph. Byz. s. v. Ἴος. vv. 3—4: anth. Pal. XIV 65. Cert. Hom. et Hes. p. 7 [ed. Nietzsche], cf. Müll. fr. hist. II, p. 186. Dübner Ps. Plutarch. p. 101. Tzetz. ad Il. 154, 17. [ed. G. Hermann.] Wolff de noviss. orac. aet. p. 5. 6.

in v. 4: ἀνδρῶν pro παίδων cert. H. Tzetz. ‖ 2: νόστον δίζηαι Od. IX 100. ‖ 3: ἔστι τις form. epica, ut ἔστι δέ τις νῆσος Od. IV 844. ‖ „exstat et in Procli chrestomathia. p. 466" Dübner.

16) Anth. Pal. XIV 66. cert. Hom. p. 7. Euseb. pr. ev. V 33. cf. Tzetz. chil. XIII 651.

v. 2: μητρὸς et πατρός et versum tertium exhibent anth.

δοιὰς γὰρ ζωῆς μοίρας λάχες· ἣν μὲν ἀμαυρὰν,
ἠελίων δισσῶν, τὴν δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρον,
καὶ ζῶν καὶ φθίμενος· φθίμενος δ' ἔτι πολλὸν ἀγήρως.

17.

Καὶ τότ' ἐν εἰναλίῃ Κύπρῳ μέγας ἔσσετ' ἀοιδός,
ὅν τε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ, δῖα γυναικῶν,
νόσφι πολυκτεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος.
Κύπρον δὲ προλιπὼν διεροῖς θ' ὑπὸ κύμασιν ἀρθεὶς
Ἑλλάδος εὐρυχόρου μοῦνος κακὰ πρῶτος ἀείσας
ἔσσεται ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

18.

Ἄγνωστόν μ' ἔρεαι γενεὴν καὶ πατρίδα γαῖαν
ἀμβροσίου σειρῆνος· ἕδος δ' Ἰθακησιός ἐστιν,

Pal. et cert. Hom. *μητρίς* et *πατρίς* omisso v. 3 Eus. ‖ 4: *Μίνωος δ' ἀπὸ γῆς* Eus. ‖ 5: *ἐν τῇ σῇ μοῖρ' ἐστὶ* cert. Hom. ‖ 6: *ἐσακούσας* anth. Pal. om. Eus. ‖ 7: *ἀξύνετον πολλοῖσι* Eus. ‖ 8: *σοὶ ζωὴ δοιὰς μοίρας λάχεν· ἡ μὲν ἀμ.* Eus. ‖ 9: *η δ' ἀθ. ἰσόμοιρος* Eus. ‖ *ἠελίδων ὅσσων ἣν δ'* cert. Hom. ‖ 10: *ζῶντι δὲ καὶ φθίμενῳ· φθίμενος δ' ἔτι πολλὰ* . . anth. Pal. *ζῶν καὶ ἀποφιθέμνος* om. cet. Eus. ‖

v. 3: *ἀπὸ Κρήτης εὐρείης* Od. XIV 252. ‖ 4. *γαίης Κυκλώπων οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτηλοῦ* Od. IX 117. ‖ 5: *μοῖρ' ἐστι* Od. V 41. IX 532 saep. ‖

17) Paus. X 24, 3: *Κύπριοι . . ὑπὸ Εὔκλου προθεσπισθῆναι τὰ ἐς τὴν γένεσιν τὴν τοῦ Ὁμήρου φασὶν ἐν τοῖσδε· Καὶ τότε κτλ.*

4: *ἱεροῖς* Schub. Walz („nobis placet") *δ' ἴρος* aut *δ' ἵερος* aut *δι' ἔρος* codd. ‖ 2: *δῖα γυναικῶν* Od. XX 147. ‖ *ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος* Od. I 185. ‖ 5: *Ἑλλὰς εὐρύχορος* Il. IX 478 ‖ 6: *εἴην ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα* Il. VIII 539 saep. ‖

18) Cert. Hom. et Hes. p. 5 [ed. Nietzsche]: *ὅπερ δ' ἀκηκόαμεν ἐπὶ τοῦ θειοτάτου αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ εἰρημένον ὑπὸ τῆς Πυθίας περὶ Ὁμήρου, ἐκθησόμεθα· τοῖ γὰρ*

Τηλέμαχος δὲ πατὴρ καὶ Νεστορέη Ἐπικάστη
μήτηρ, ἥ μιν ἔτικτε βροτῶν πολὺ πάνσοφον ἄνδρα.

19.

Φράζεο δ' Ἄρειόν τε πάγον βωμούς τε θυώδεις
Εὐμενίδων ὅθι χρή Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι
δουρὶ πιεζομένους. τοὺς μὴ σὺ κτεῖνε σιδήρῳ
μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν· ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

20.

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,
μὴ λύσῃς πρὶν δῆμον Ἀθηνέων εἰσαφικέσθαι.

βασιλέως πυθομένου πόθεν Ὅμηρος καὶ τίνος ἀπεφοίβασε δι' ἑξαμέτρου τόνδε τὸν τρόπον· Ἄγνωστον κτλ.

adde anth. Pal. XIV 102.

in v. 1: *ἱρέεις γενεῆς κ. πατρίδος αἴης* a. Pal. ‖ 2: *ἕδος δ' Ἰθάκη τις Ὁμήρου* a. P. ‖ 3: *Πολυκάστη* a. P. ‖ 4: *ἄλλων* pro *ἄνδρα* a. P. ‖ cf. Wolff de noviss. orac. aet. p. 5.

19) Paus. VII 25, 1: *Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ ἡλικίας μάλιστα τῆς Ἀφείδαντος ἀφίκετο παρὰ τοῦ ἐν Δωδώνῃ Διὸς τὰ ἔπη τάδε· Φράζεο κτλ.*

2: *ὅθι* Valckenaer. pro *ὅτι*. ‖

1: *βωμὸς θυώδης* hymn. Ap. Del. 87. h. Aphr. 59.

20) Plut. Thes. III: *Αἰγεῖ δὲ παίδων δεομένῳ τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν λέγουσι τὸν θρυλούμενον χρησμόν . . . . Ἀσκοῦ κτλ.* adde schol. Eur. Med. 679. Apollod. III 15, 6. cf. Tzetz. ad Lyc. 494. schol. Eur. Hipp. 11. anth. Pal. XIV 150.

v. 1: *ποδαιόνα, φίλτατε λαῶν* anth. Par. ‖ 2: *μὴ λῦσαι πρὶν γοῦνον Ἀθηναίων ἀφικέσθαι* a. P. ‖ *πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι* schol. Eur. Apollod. ‖

v. 1: *μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν* Il. XVI 21. Od. XI 478. *μέγα φέρτατε λαῶν* Hes. sc. 330. ‖ 2: *πρὶν Ἴλιον εἰσαφικέσθαι* Il. XXII 17. ‖ *Λυκίης ἐν δήμῳ* Il. XVI 514 saep. ‖

21.

Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται ἤνπερ ἑαυτῶν
σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
Μίνωι, εἰς ἅλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

22.

Αἰγείδη Θησεῦ, Πιτθηίδος ἔκγονε κούρης,
πολλαῖς τοι πολίεσσι πατὴρ ἐμὸς ἐγκατέθηκε
τέρματα καὶ κλωστῆρας ἐν ὑμετέρῳ πτολιέθρῳ.
ἀλλὰ σὺ μή τι λίην πεπονημένος ἔνδοθι θυμὸν
βουλεύειν· ἀσκὸς γὰρ ἐν οἴδματι ποντοπορεύσει.

23.

Ἀσκὸς βαπτίζῃ· δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστίν.

24.

Ξάνθ' ἀπάτην ὁ μέλας φρονέει σχήσει τε Μελαινάς.

21) Eus. pr. ev. V 19: *τί δ'; οὐκ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀνδρόγεων ἀποκτείναντες καὶ λοιμώξαντες ἐπὶ τούτῳ εἶπον ἂν μετανοεῖν; ἢ μὴ λεγόντων οὐ σὲ προςῆκον ἦν εἰπεῖν, μετανοεῖτε μᾶλλον ἢ Λοιμοῦ κτλ.*

22) Plut. Thes. XXIV: . . . . *διεκόσμει τὴν πολιτείαν ἀπὸ θεῶν ἀρχόμενος· ἧκε γὰρ αὐτῷ χρησμὸς ἐκ Δελφῶν μαντευομένῳ περὶ τῆς πόλεως· Αἰγ. κτλ.*

v. 4: *ἔνδοθι θυμός* Il. I 243 saep. cf. *θυμὸν ἀχεύων* Il. V 869, *θυμὸν ἀκηχεμένος* Il. XVIII 29. ‖ 5: *ποντοπορεύω* Od. V 277 saep. ‖

23) Plut. Thes. XXIV: . . *καὶ Σίβυλλαν ἀποστοματίσαι πρὸς τὴν πόλιν ἱστοροῦσιν ἀναφθεγξαμένην· Ἀσκὸς κτλ.*

24) Polyaen. I 19: *Ἀθηναίων στρατηγὸς ἦν Μέλανθος, Βοιωτῶν Ξάνθος. ἐπολέμουν Μελαινῶν πέρι. Μελαινοὶ χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας. ὁ θεὸς ἔχρησε τῷ Ξάνθῳ τάδε· Ξάνθ' κτλ.*

Eandem rem tradunt Strabo 393 et Arsenius s. v. *ἀπιὼν εἰς ἀπατούρια* et Conon narrat XXXIX [Westerm. *μυθογρ.* p. 142]. Versus corruptissimus exstat. ‖

25.

Νηλεῦ φράζευ ὅπως ἄδικον Καρῶν γένος ἀνδρῶν
ἐξελάσας Ἕλληνας Ἰωνάς τ' ἐγκατανάσσῃς.

26.

Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο περιστείχουσι Κολωνόν,
ἔνθα λίθος τρικάρηνος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.

27.

Ζεὺς ἦν Ζεύς ἐστι Ζεὺς ἔσσεται ὦ μεγάλε Ζεῦ·
γᾶ καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε ματέρα γαῖαν.

28.

Ξυμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ κηρόν τε μέλιτται.

---

25) Schol. Aristid. 110, 18 [190 C Steph.]: . . *ὁ Νηλεὺς ἠρώτησε [τὸν Ἀπόλλωνα] [ποῦ] πόλιν ἄρα οἰκήσει. ἔχρησεν οὕτως· Νηλεῦ κτλ.*

v. 1: affert Tzetzes ad Lyc. 1378.

1: *Νηλεύς* schol. Arist. ‖ *ἀδίκων* schol. Ar. et Tzetz. ‖ 2: *Ἕλληνας καὶ Ἴωνας ἐγκαταικῆσαι* schol. Arist. *Ἕλληνας Ἰωνάς τ' ἐγκατανάσσῃς* Werferus. ‖

26) Schol. Soph. Oed. R. 57 ad *χαλκόπους ὁδός· ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ χαλκόποδος ὁδοῦ. φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος δι' αὐτοῦ κατάβασιν εἶναι εἰς Ἅιδου. καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὁδοῦ καὶ Ἀστυδάμας· καί τις τῶν χρησμοποιῶν φησι· Βοιωτοὶ κτλ.*

1: *ἵπποισι* Reisigius cf. G. Hermann ad l. cit. ‖

27) Paus. X 12, 5: . . *αἱ Πέλειαι παρὰ Δωδωναίοις ἐμαντεύσαντο . . . λέγουσι καὶ ᾆσαι γυναικῶν πρώτας τάδε τὰ ἔπη· Ζεὺς κτλ.*

28) Plut. de Pyth. or. XVII: *ἔνιοι δὲ καὶ πρῶτόν φασιν ἡρῷον ἐνταῦθα μέτρον ἀκουσθῆναι· Ξυμφ. κτλ.*

adde schol. Eur. Phoen. 1087. Philostrat. VI 11, 14. cf. Paus. X 5, 5 sq.

τε post *πτερά* apud Plut. deest. ‖

29.

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

30.

Κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

31.

. . . .

οἰκητὰς Δήλοιο θυώδεος ἠδ' ἱερῆας.

32.

Ἰσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύρειάν τε νέμεσθαι
Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεσσαν.

---

29) Steph. Byz. *Θρῖα· . . θριαι δὲ αἱ μαντικαὶ ψῆφοι ἃς εὗρεν Ἀθηνᾶ· ἀχθόμενος δὲ . . . ἄπιστον ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν διὰ τῶν θριῶν μαντικὴν εὐδοκιμοῦσαν. διὸ καὶ Ἀπόλλων ἔφη· Πολλοὶ κτλ.*

adde Zenob. V 75. cf. Lobeck. Aglaoph. II 814. praef. nostr. p. 7.

30) Her. VI 98: *καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γεγραμμένον περὶ αὐτῆς ὧδε· Κινήσω κτλ.*

adde Eust. ad Dion. Per. 522.

31) Eus. pr. ev. V 26: . . *εἰς Ὑπερβορέους ὅθεν ἀφῖχθαι λέγουσι κατὰ χρησμὸν Ἀστερίας ἄλλης μάντεως Οἰκητὰς κτλ.*

θυώδης Ὄλυμπος hymn. Herm. 322. ‖

32) Strabo VIII p. 374: *ἔνθα [ἐν Καλαυρίᾳ] ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερὸν καί φασι τὸν θεὸν τοῦτον ἀλλάξασθαι πρὸς μὲν Λητὼ τὴν Καλαυρίαν ἀντιδόντα Δῆλον, πρὸς Ἀπόλλωνα δὲ Ταίναρον ἀντιδόντα Πυθώ. Ἔφορος δὲ καὶ τὸν χρησμὸν λέγει· Ἴσον κτλ.*

adde Paus. II 33, 2. Suid. s. v. *ἀνεῖλε*. Eust. ad Dion. Per. 499. cf. Müll. hist. gr. fr. I p. 248.

v. 1: *Καλαυρίην* Suid. *Καλαυρίαν* Eustath. ‖ *τίθημι* pro *νέμεσθαι* Suid. ‖ 2: *ἠνεμόεντα* Strab. Eustath. ‖

2: *ἠγαθέη Πυθώ* Od. VIII 80. hymn. XXIV 2.

33.

Ἀγχοῦ δὴ βαρὺν ἰὸν ἐπ' ἀνέρι Φοῖβος ἐφήσει
σίντῃ Παρνησοῖο· φόνον δέ ἑ Κρήσιοι ἄνδρες
χεῖρας ἁγιστεύουσι· τὸ δὲ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

34.

Ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν Ἀσκληπιὲ πᾶσιν,
ὃν Φλεγυηὶς ἔτικτεν ἐμοὶ φιλότητι μιγεῖσα
ἱμερόεσσα Κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ Ἐπιδαύρῳ.

35.

Ἡρακλέην δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει·
ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

36.

Πατρὶ μέλει Πίσης, Πυθὼ δ' ἐμοὶ ἐγγυάλιξεν.

---

33) Paus. X 6, 7: .. παῖς ὑβριστὴς ἐσύλησε τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν . . . οἱ Δελφοὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἱκέτευον ἀμῦναί σφισι τὸν ἐπιόντα κίνδυνον. καὶ ἡ Φημονόη . . ἔχρησεν· Ἀγχοῦ κτλ.

v. 2: δέ ἑ Meinekius ZAW 1845 p. 1067 pro corruptis codicum verbis δε εκ κρησιοι. ‖

34) Paus. II 26, 7: Ἀπολλοφάνει τῷ Ἀρκάδι ἐλθόντι ἐς Δελφοὺς καὶ ἐρομένῳ τὸν θεὸν εἰ γένοιτο ἐξ Ἀρσινόης Ἀσκληπιὸς καὶ Μεσσηνίοις πολίτης εἴη, ἔχρησεν ἡ Πυθία· Ὦ μέγα κτλ.

1: μέγα χάρμα Il. XXIV 706; χάρμα βροτοῖσιν Il. XIV 325. ‖ 2: μιγῆναί τινι φιλότητι form. ep. ‖ 3: κραναή apud Homerum Ithacae cognomen est. ‖

35) Ael. var. hist. II 32: λέγουσί τινες τὸν Ἡρακλῆν . . ἀπὸ γενεᾶς Ἡρακλῆν οὐ κεκλῆσθαι, χρόνῳ δέ ὕστερον ἐλθόντα ἐς Δελφοὺς . . προσακοῦσαι . . παρὰ τοῦ θεοῦ ταῦτα· Ἡρακλ. κτλ.

adde Suid. Ἡρακλῆς ξενίζεται. Eustath. ad Il. V 561. Etymol. M. p. 435, 18. Tzetz. ad Lyc. 662.

1: Ἡρακλέην Etym. M. probatque Bernhardyus ad Suidam; ceteri Ἡρακλῆν, Aelianus Ἡρακλῆ. ‖

36) Paus. V 3, 1: τῆς δὲ ἐπὶ τοὺς Πισαίους στρατείας τὸν Ἡρακλῆ χρησμὸς ἐπέσχεν ἐκ Δελφῶν ἔχων οὕτω· Πατρὶ κτλ.

37.

Ἐργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο,
ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος· ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
ἱστοβοῆι γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην.

38.

Ἀγκαῖ' εἰναλίην νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης σε
οἰκίζειν κέλομαι· Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

39.

Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλειτοῖο, Κάρυστε,
Πήλιον ἐκπρολιπὼν Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι,
ἔνθ' ἱερὰν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστιν.
ἀλλ' ἴθι μηκέτι μέλλε.

40.

Καὶ δ' αὖθ' Ἱππολύτοιο φίλον κάρα εἰς ἅλα βαίνει.

---

37) Paus. IX 37, 4: *Ἐργίνῳ . . ἐλθόντι ἐς Δελφοὺς καὶ ἐρομένῳ περὶ παίδων χρᾷ ἡ Πυθία· Ἐργῖνε κτλ.*

Eus. pr. ev. V 30.

2: *ἀλλὰ καὶ ἔμπης* Eus. ‖ 3: *νέαν* Eus. ‖ cf. Macar: *αἰεὶ δὲ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κόρην παρεγγυᾷ ο λόγος πρεσβυτέροις τὰς ἀκμαζούσας συνευνάζειν.* Arsen.: *αἰεὶ γέροντι νέαν ποτόβαλλε κόρην· ἐπὶ τῶν πρεσβυτέρων βουλομένων δὲ νέαις συνευνάζεσθαι.* Apostol. II 18.

cf. Plut. an seni sit ger. res publ. I 12: *τὸ τῆς Πυθίας „ὀψὲ ἦλθες“.*

38) Jamblich. vit. Pyth: *λέγεται Ἀγκαίῳ γενέσθαι χρησμὸν παρὰ τῆς Πυθίας συναγαγεῖν ἀποικίαν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας . . καὶ οἰκίσαι νῆσον . . τὴν Μελάμφυλλον καλουμένην προσαγορεῦσαί τε τὴν πόλιν Σάμον ἀντὶ τῆς Σάμης τῆς ἐν Κεφαλληνίᾳ.*

39) Anth. Pal. XIV 68: *χρησμὸς δοθεὶς Καρύστῳ.* adde Eus. VI 7. de dialecto praef. p. 22.

v. 4: om. anth. Pal. ‖

φίλε τέκνον, ἀγακλειτός, θέσφατόν ἐστι [Od. IV 561] form. ep. ‖

40) Exstat Plut. Num. IV quem locum conferas.

41.

. . . .
Τρινακίης νήσου, ἣν ἔκτισε Τρίνακος ἥρως,
υἱὸς ποντομέδοιο Ποσειδάωνος ἄνακτος.

42.

Ἔστι δὲ Μαιναλίη δυσχείμερος, ἔνθα τε κεῖται
Ἀρκάς, ἀφ' οὗ δὴ πάντες ἐπίκλησιν καλέονται.
ἔνθα σ' ἐγὼ κέλομαι στείχειν καὶ εὔφρονι θυμῷ
Ἀρκάδ' ἀειράμενον κατάγειν εἰς ἄστυ ἐραννόν,
οὗ τρίοδος καὶ τετράοδος καὶ πεντακέλευθος,
ἔνθα τε δεῖ τέμενός τε θυηλάς τ' Ἀρκάδι τεύχειν.

43.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαυῖα μέσον θνητοῦ τε θεᾶς τε
νύμφης ἀθανάτης, πατρὸς δ' αὖ κητοφάγοιο,
μητρόθεν Ἰδογενής, πατρὶς δέ μοί ἐστιν ἐρυθρὴ
Μάρπησσος, μητρὸς ἱερή, ποταμὸς δ' Αἰδωνεύς.

---

41) Stephanus Byz. s. v. *Τριναχρία* ita Siciliam vocatam esse narrat *διὰ τὸ Τρίνακον βούκολον τὸν Ποσειδῶνος Σικελίας ἄρξαι Τρινακίης νήσου κτλ.* Verba *ἣν ἔκτισε Τρίνακος ἥρως* servavit etiam Eustath. ad Dion. 467.

42) Paus. VIII 9, 3: *τὰ ὀστᾶ τοῦ Ἀρκάδος ἐπηγάγοντο ἐκ Μαινάλου χρησμοῦ σφίσιν* [*τοῖς Μαντινεῦσιν*] *ἐλθόντος ἐκ Δελφῶν· Ἔστι δὲ κτλ.*

v. 3: *ἔνθα τ' ἐγὼ* Struvius. ‖ 4: *ἀειραμένους* codd.; *ἀειράμενον* Porsonus. ‖ 6: *ἔνθα τε δὴ* codd; *ἔνθα θ' ἕδη* Struvius; *ἔνθα τε δεῖ* Porsonus. ‖

v. 1: *δυσχείμερος* apud Homerum Dodonae cognomen est; cf. Il. II 750. XVI 234. ‖ 2: *ἐπίκλησιν καλέουσιν* Od. V 273. ‖ 3: *θυμὸς ἐύφρων* Od. XVII 531. ‖ 4: *πόλιν ἐραννήν* Od. VII 18. ‖

43) Paus. X 12, 3: *ἑτέρωθι δὲ εἶπε τῶν χρησμῶν* [*ἡ Σίβυλλα*] *ὡς μητρὸς μὲν ἀθανάτης εἴη μιᾶς τῶν ἐν Ἴδῃ νυμφῶν, πατρὸς δὲ ἀνθρώπου· καὶ οὕτω λεγει τὰ ἔπη· Εἰμὶ κτλ.*

2: *κητοφάγος ἀπ. εἰρ. πατρὸς δὲ κητοφ.* codd. Bekkerus SW: *πατρὸς δ' ἐκ σιτοφάγοιο* Dindorfius et Schubartus: *πατρὸς δ' αὖ* Kayserus. ‖ 4: *ποταμός τε* Bekkerus SW ceteri: *δ'* Kayserus. ‖

44.

[*Δίζη*] *ποῖ τυ λαβὼν* [*ἄξω*] *καὶ ποῖ τυ καθίξω.*

. . . .

[*ἔνθα τυ τὰν*] *οἴκησιν ἔχειν ἁλιῆ τε κεκλῆσθαι.*

45.

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει,
Ἡσίοδος Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι·
τοῦ δ' ἤτοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς·
ἀλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμείου κάλλιμον ἄλσος·
κεῖθι δέ τοι θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

---

44) Steph. Byz. *Ἁλιεῖς πόλις Ἀργολικῆς. Ἔφορος δὲ ἐν τῷ ἕκτῳ ὅτι Τιρύνθιοί εἰσιν οὗτοι καὶ ἐξαναστάντες ἐβουλεύοντο οἰκεῖν τινα τόπον καὶ ἠρώτων τὸν θεόν. ἔχρησε δὲ οὕτως· ποῖ τυ κτλ.* Verba quae uncis inclusimus a Meinekio interposita sunt.

45) Certamen Homeri et Hesiodi p. 17 (Nietzsche): *τοῦ δὲ ἀγῶνος διαλυθέντος διέπλευσεν ὁ Ἡσίοδος εἰς Δελφοὺς χρησόμενος καὶ τῆς νίκης ἀπαρχὰς τῷ θεῷ ἀναθήσων. Προσερχομένου δὲ αὐτοῦ τῷ ναῷ ἔνθεον γενομένην τὴν προφῆτιν φασιν εἰπεῖν· Ὄλβιος κτλ.* cf. Nietzschii adnotat.

1: *ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει:* hymn. XXIV 1, 2:

Ἱστίη ἥ τε ἄνακτος Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο
Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύει. ‖

2: *Μούσῃσι τετιμένος:* Od. XIII 128: *λαοῖσι τετιμένος.* ‖ 3: Il. VII 458:

σὸν δ' ἤ τοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς. ‖

5: *θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν:* Il. III 309: *Ζεὺς οἶδε ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.* ‖

cf. Thuc. III 96: *αὐλισάμενος δὲ . . ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ ἐν ᾧ Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ ἀποθανεῖν, χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν . . ἐπορεύετο . . .*

46.

Φράζεο, δῖε Καρανέ, νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο μῦθον·
ἐκπρολιπὼν Ἄργος τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα
χώρει πρὸς πηγὰς Ἁλιάκμονος· ἔνθα δ' ἂν αἶγας
βοσκομένας ἐσίδῃς, πρῶτον τότε τοι χρέων ἐστι
ζηλωτὸν ναίειν αὐτὸν γενεήν τε πρόπασαν.

47.

Ὦ γῆς ἀκρόπολιν πάσης Πελοπηίδα κλεινὴν
ναίοντες, πρέσβεις τε βροτῶν πάντων καὶ ἄριστοι,
φράζεσθ' ἐξ ἐμέθεν χρησμὸν θεοῦ ὅττι κεν εἴπω.
Ζεὺς ὑμῖν τελετῆς μῆνιν ἔχει ἣν διέχρησεν,
οὕνεκ' ἀποστέρξαντες Ὀλύμπια πασιάνακτος
Ζηνὸς — τοῦ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο καὶ θέτο τιμὴν
Πεῖσος καὶ μετὰ τόνδε Πέλοψ ὅτε δὴ μόλεν αἶαν
Ἑλλάδα, θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ, τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλέης ἐτέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' ἐπὶ μήτρῳ
Ταντalίδῃ Πέλοπι φθιμένῳ — τὸν δήποθεν ὑμεῖς
λείπετε καὶ τελετήν. ἧς χωσάμενος κατὰ θυμὸν

---

46) Schol. ad Clem. Alex. Protcept. p. XIV 1: *Καρανῷ τῷ Ποιάνθους υἱῷ ἐξ Ἄργους μέλλοντι ἀποικίαν στέλλειν ἐπὶ Μακεδονίαν εἰς Δελφοὺς ἐλθόντι ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων· Φράζεο κτλ.*

cf. Syncell. I p. 373. 499. [Dindorf.]

v. 1: *παιδὸς γὰρ μῦθον πεπνυμένου ἔνθετο θυμῷ* Od. I 361. ‖ 2: *ἐκπρολιπών* Od. VIII 515. ‖ *Ἑλλάδα καλλιγύναικα* Il. IX 447. II 683. ‖

v. 5: *γενεάν* codd. ‖

47) Phlegon Trall. chron. I: . . *οὐκ ἄγαν δὲ προσιεμένων τὸν ἀγῶνα ἀλλὰ δυσχεραινόντων τῶν Πελοποννησίων λοιμὸς ἐπεγένετο . . . . ἡ δὲ Πυθία χρᾷ τάδε· Ὦ γῆς κτλ.*

v. 5: *ἀποστάντες* cod. *ἀτιμάζοντες* vel *ἀποστείλαντες* Westermannus et Müllerus [hist. fr. III 603], *ἀτιμάζονται* Krausius. ‖ *λασιάνακτος* cod., *πασινάνακτος* Westerm. ‖ 7:

ὦρσε κακὸν λιμὸν παρα τοῖς καὶ λοιμόν, ὃν ἔστι
παῦσαι ἀνορθώσαντας ἑορτὴν τῷ πάλιν αὖθις.

48.

Ὦ Πελοποννήσου ναέται, παρὰ βωμὸν ἰόντες
θύετε καὶ πείθεσθε τά κεν μάντεις ἐνέπωσιν,
Ἠλείων πρόπολοι, πατέρων νόμον ἰθύνοντες.

49.

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε,
κοινοδίκου φιλίας ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσιν,
εὖτ' ἂν πενταέτης ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

50.

Ἴφιτε μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ,
ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιόν,
ὃς νῦν ἀμφέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασ' ἀράχνης.

δημονναιαν cod., δῆμον ἔναιεν Müllerus, δὴ μόλεν αἶαν Emperius. ‖ 8: ἐροτὴν Toup. ‖ 13: κακήν cod. Kellerus. ‖

48) Phlegon Trall. chron. I: .. τοῖς Πελοποννησίοις ἡ Πυθία λέγει τάδε· Ὦ Πελ. κτλ.

adde Syncell. p. 196 B [I p. 369 Dind.] Euseb. chron. I 192 [ed. Schönii].

1: περὶ codd. παρὰ primus Scaligerus. ‖ versus tertius ab Eusebio hoc loco omissus sequentis oraculi initium est. ‖ Ἠλεῖοι Euseb. ‖

49) Phlegon l. cit.: .. Ἠλεῖοι .. βουλόμενοι βοηθεῖν Λακεδαιμονίοις ὅτε Ἕλος ἐπολιόρκουν, πέμψαντες εἰς Δελφοὺς ἐμαντεύοντο. καὶ χρᾷ ἡ Πυθία τάδε· Τὴν κτλ.

adde Syncell. et Euseb. ll. cit.

v. 3: ἔστ' ἂν ἐνὶ ξυνόδοις in margine cod. Phleg. et Eusebius. ‖ ἔστ' codd. εὖτ' Emperius. ‖

50) Phlegon l. cit.: .. ἔδοξεν αὐτοῖς μαντεύσασθαι εἰ στέμματα περιθῶσι τοῖς νικῶσι, καὶ πέμπουσι τὸν βασιλέα Ἴφιτον εἰς θεοῦ. ὁ δὲ θεὸς ἔφη τάδε· Ἴφιτε κτλ.

v. 2: ἐλαιῶν cod. ἐλαιόν corr. Emperius. ‖ 3: λεπτοῖσι πέπλοισιν Kellerus. ‖

51.

Ἥκεις ὦ Λυκόοργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον·
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε.
ἥκεις δ' εὐνομίην αἰτεύμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίων πόλις ἕξει.

52.

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς νῦν κατὰ λάινον οὐδὸν
Φοίβου Ἀπόλλωνος χρηστήριον εἰσαναβαίνει·

---

51) vv. 1—4: Her. I 65: *Λυκούργου τῶν Σπαρτιητέων δοκίμου ἀνδρὸς ἐλθόντος ἐς Δελφοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσήιε ἐς τὸ μέγαρον ἰθὺς ἡ Πυθία λέγει τάδε· Ἥκεις κτλ.*

adde Anth. Pal. XIV 69. Themist. orat. 225 D. Schol. Aristid. p. 108 [ed. Frommel]. vv. 1. 3. 4 schol. Aristot. p. 7ᵃ et 13ᵃ [ed. Brandis]. vv. 1—2 Apostol. VIII 46ᵃ. Arsen. XXVIII 59. v. 2: Plut. non posse suav. viv. XXII.

vv. 1—6: Diod. VII 14, 1. cf. Theodor. X 33. Euseb. pr. ev. V 27 et Theodor. gr. aff. cur. p. 140, 48 usque ad verbum *δώσω* in 6, additque Eusebius: *καὶ τὰ τούτοις ἐπιλεγόμενα.* cf. Plut. Lyc. V.

v. 1: *ἐμὸν ποτὶ νηὸν ἀνιών* schol. Aristid. ‖ 3: *εἴ σε θεόν* schol. Aristid. ‖ *ἠὲ βροτόν γε* unus cod. schol. Aristid. ceteri *ἢ ἄνθρωπον.* ‖ *ἠέπερ ἄνδρα* anth. Pal. ‖ 4: *ἀλλ' ἔμπης σε θεὸν μαντεύσομαι ὦ Λυκοῦργε* schol. Aristot. ‖ 5: *δ'* Eus. om. ‖ *εὐνομίαν* Diod. Theod. ‖ *διζήμενος* Diod. Theod. ‖

v. 1: *πίονα νηὸν τεύξομεν* Il. XII 346. ‖ 2: *Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν* Od. III 377. ‖ 3: *δίζω ἤ . . ἤ* Il. XVI 713. ‖

52) Anth. Pal. XIV 77: in v. 4: *ἦν.*

1: *Λάινος οὐδός* de oraculo Delphico apud Homerum Il. IX 404—405:

οὐδ' ὅσα λάινος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ.

et Od. VIII 80:

ἤλυθεν εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίων πόλις ἕξει.

53.

Εἰσὶν ὁδοὶ δύο πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχουσαι·
ἡ μὲν ἐλευθερίας ἐς τίμιον οἶκον ἄγουσα,
ἡ δ' ἐπὶ δουλείας φευκτὸν δόμον ἡμερίοισι·
καὶ τὴν μὲν διά τ' ἀνδροσύνης ἱερῆς θ' ὁμονοίας
ἔστι περᾶν· ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε κέλευθον·
τὴν δὲ διὰ στυγερῆς ἔριδος καὶ ἀνάλκιδος ἄτης
εἰσαφικάνουσιν· τὴν δὴ πεφύλαξο μάλιστα.

54.

Ἕως ἂν μαντείῃσιν ὑποσχέσιας τε καὶ ὅρκους
καὶ δίκας ἀλλήλοισι καὶ ἀλλοδαποῖσι διδῶτε,
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς πρεσβηγενέας τιμῶντες,
Τυνδαρίδας δ' ἐποπιζόμενοι, Μενέλαν τε καὶ ἄλλους
ἀθανάτους ἥρωας οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ,
οὕτω δή χ' ὑμῶν περιφείδοιτ' εὐρυόπα Ζεύς.

55.

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ ὅθ' ὑπέρβη λάινον οὐδὸν χρησόμενος. || 2: *ὅτε Ἴλιον εἰσανέβαινον* Od. XVIII 252. ||

53) Diod. VII 14, 2. Eus. pr. ev. V 28.

v. 3: *φυκτόν* Euseb. codd. A. H. Dindorf. || 4: *ἱερῆς* Eus. *ἀρετῆς* Diod. codd. unde Bekkerus et Dindorfius *ἐρατῆς* scribendum putaverunt. || 7: *εἰσαφικάνουσιν· τὴν δὲ πεφυλάχθαι* Eus. ||

54) Eus. pr. ev. V 28. v. 1: *ὑποσχέσεις* codd. || 6: *δή* A. H. *τάχ'* C. D. F. G. *τοι* Gaisford. ||

v. 3: *ἁγνῶς καὶ καθαρῶς* hymn. Ap. 121. || 4: *ἐποπίζεσθαι* vocab. epic. || 5: *Λακεδαίμων δῖα* Od. III 326. XIII 440. || 7: *εὐρυόπα Ζεύς* form. ep. ||

55) cf. praef. p. 17.

Schol. Aristoph. pac. 623. Schol. Eur. Androm. 445. Diod. VII 14, 3. Plut. inst. Lac. 42. Olympiod. in Plat. Alcibiad. I

56.

Εἴ κεν ἐπικτήτου μοίρης λάχος Ἀπόλλωνι
ἥμισυ δάσσωνται, πολὺ λώιον ἔσσεται αὐτοῖς.

57.

Ἀρχίλοχ' εἰς Θάσον ἐλθὲ καὶ οἴκει εὐκλέα νῆσον.

58.

Ἄγγειλον Παρίοις Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω,
νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

59.

Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελεσίκλεις,
ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποισιν, ὅς ἂν πρῶτός σε προσείπῃ
νηὸς σῆς ἀποβάντα φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.

60.

Ἔστι κράτος βασίλειον ἀγανοῖς Τημενίδαισι
γαίης πλουτοφόροιο· δίδωσι γὰρ αἰγίοχος Ζεύς.

---

p. 164. Suidas s. v. *διειρωνόξενοι.* Zenob. II 24. Macar. II 68. cf. Clem. Alex. strom. IV 5 p. 574. Schömanni adnot. ad Plut. Ag. IX 1. Dübneri Pseudo. Plut. p. 167. Cic. de off. II 22, 77. Paus. IX 32, 10.

ἁ φιλοχρημοσύνα τὰν Σπάρταν ὀλεῖ ἄλλο κοὐδέν Olymp. ‖ *ἕλοι* paroemiogr. ‖ *ἄλλο γὰρ οὐδέν* schol. Eur. ‖ *ἀλλ' ὀλεῖ οὐδέν* Clemmius in mus. Rhen. XXVII p. 478. ‖

56) Eus. pr. ev. V 32: *διὰ τί Χαρίλαος καὶ Ἀρχέλαος οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς Εἴ κεν κτλ.*

57) Eus. pr. ev. V 31: *Ἀρχιλόχῳ τῷ ἀποβαλόντι τὴν οὐσίαν ἐν πολιτικῇ φλυαρίᾳ καὶ ὑπὸ λύπης ἥκοντι πρὸς Ἀπόλλωνα.*

Codd. *Ἀντίοχ'* et *Ἀντιόχῳ* exhibent. ‖ *οἰκεῖν* coni. Ric. Volkmann [annales phil. 1859 p. 704]. ‖

58) Steph. Byz. s. v. *Θάσος.* Eus. pr. ev. VI 7.

59) Anth. Pal. XIV 113: *χρησμὸς ἐπ' Ἀρχιλόχῳ λεχθεὶς Πυθίης ἐπ' ὀμφῇς.* Euseb. pr. ev. V 33 et Theodoretus gr. aff. cur. p. 141, 20 idem usque ad verba *ἐν ἀνθρώποις* exhibent.

60) Diodorus VII 17: *ὅτι Περδίκκας τὴν ἰδίαν βασιλείαν αὐξῆσαι βουλόμενος ἠρώτησεν εἰς Δελφούς. ἡ δὲ ἔφη· Ἔστι κτλ.*

ἀλλ' ἴθ' ἐπειγόμενος Βουτηΐδα πρὸς πολύμηλον·
ἔνθα δ' ἂν ἀργικέρωτας ἴδῃς χιονώδεας αἶγας
εὐνηθέντας ὕπνῳ, κείνης χθονὸς ἐν δαπέδοισι
θῦε θεοῖς μακάρεσσι καὶ αὐτοῦ κτίζε πόληα.

61.

Χώρας καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες
ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον τίνα γαῖαν ἵκησθε,
ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ' ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε
πλοῦτον ἔχειν κτεάνων ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν.

---

cf. Maii adnotationem: agitur de urbis Aegarum aedificatione . . . iam vero cum hoc oraculo perbelle consentit Justinus VII 1, nisi quod ipse Carano tribuit quod Diodorus Perdiccae. „Caranus cum magna multitudine Graecorum sedes in Macedonia responso oraculi iussus quaerere, cum in Emathiam venisset, urbem Edessam, non sentientibus oppidanis, propter imbrium et nebulae magnitudinem gregem caprarum imbrem fugientium secutus occupavit; revocatusque in memoriam oraculi quo iussus erat d u c i b u s c a p r i s i m p e r i u m q u a e r e r e regni sedem statuit.

3: *Βοττηΐδα* Dindorfius. || 6: *ἄστυ κτίζε πόληος* codd. *αὐτοῦ κτίζε πόληα* Meinekius in Fleckeis. ann. LXXXVII p. 377.

3: *ἐπειγόμενος* adiective ponitur Il. V 902. XIV 519. saep. || *πολύμηλος Ὀρχόμενος* Il. II 605. *Ἀρκαδία πολύμ.* h. Merc. 2. ||

61) Schol. Aristoph. equ. 1091: *αἰνίττεται τοὺς δοθέντας Μυσκέλλῳ καὶ Ἀρχίᾳ, τῷ μὲν Κρότωνα, τῷ δὲ Συρακούσας κτίζειν μέλλουσι καὶ φήμην ἀγαθὴν λαβεῖν αἰτουμένοις οὕτως ἔχοντας χρησμούς· χώρας κτλ.*

adde Suid. s. v. *Ἀρχίας* et *Μύσκελλος*. cf. Strab. VI 2, 4 p. 269. Steph. Byz. s. v. *Συρακοῦσαι*. Eustath. in Dion. Per. v. 369. Leutsch. mantiss. prov. II 27. De dialecto cf. praef. p. 21.

62.

Ὀρτυγίη τις κεῖται ἐν ἠεροειδέι πόντῳ,
Τρινακίης καθύπερθεν ἵν' Ἀλφειοῦ στόμα βλύζει,
μισγόμενον πηγαῖς εὐρρείτης Ἀρεθούσης.

63.

Οὔ σε μάχης μόνον ἔργ' ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος ἀνώγει,
ἀλλ' ἀπάτῃ μὲν ἔχει γαῖαν Μεσσηνίδα λαός,
ταῖς δ' αὐταῖς τέχναισιν ἁλώσεται αἷσπερ ὑπῆρξεν.

64.

Κῦδός σοι πολέμοιο διδοῖ θεός· ἀλλ' ἀπάταισι
φράζου μὴ Σπάρτης δόλιος λόχος ἐχθρὸς ἀνέλθῃ.
κρείσσων δὴ γὰρ Ἄρης κείνων εὐήρεα τείχη,
καί τ' ἐχυρὸν στεφάνωμα πικροὺς οἰκήτορας ἕξει,
τῶν δύο συντυχίαις κρυπτοῦ λόχου ἐξαναδύντων.

---

62) Paus. V 7, 3: . . ὁ θεὸς *Ἀρχίαν τὸν Κορίνθιον ἐς τὸν Συρακουσῶν ἀποστέλλων οἰκισμὸν καὶ τάδε εἶπε τὰ ἔπη· Ὀρτυγίη τις κτλ.*

v. 3: *μισγομένου* coni. Siebelis. ‖ *ἐυρρείτης* Sylb. Bekkerus Siebelis: *εὐριπείης* defendit Blomfieldius ad Aesch. Agam. 183. ‖

v. 1: cf. Od. III 292:

ἔστι δέ τις λισσὴ αἰπεῖά τε εἰς ἅλα πέτρη
ἐσχατιῇ Γόρτυνος ἐν ἠεροειδέι πόντῳ.

v. 2: *Ὀρτυγίης καθύπερθεν* Od. XV 404. ‖

cf. Poppo ad Thuc. VI 3, 2.

63) Diodorus VIII 13, 2: *ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι καταπονούμενοι ὑπὸ Μεσσηνίων ἔπεμψαν εἰς Δελφούς· ἡ δὲ ἔχρησεν· Οὔ σε κτλ.*

adde Paus. IV 12, 1. Eus. pr. ev. V 27.

v. 1: *ἄνωγεν* Paus. Eus. ‖ 3: *τέχναις τις* Euseb. ‖ 1: *ἔργον ἐφέπειν* Od. XIV 195. ‖

64) Paus. IV 12, 3: *Ἀριστόδημος . . πέμπει καὶ αὐτὸς ἐρησομένους τὸν θεόν· ἡ δὲ Πυθία σφίσιν ἔχρησεν· Κῦδος κτλ.*

v. 3: *εἰ* pro *δή* codd. *ἢ γὰρ* Camerar. C. Odofr. Müller, *δὴ γὰρ* Lobeckius. ‖ 4: *καὶ χορῶν* vel *χορῶν* codd. vel *καί*

οὐ πρόσθεν δὲ τέλος τόδ᾽ ἐπόψεται ἱερὸν ἦμαρ,
πρὶν τὰ παραλλάξαντα φύσιν τὸ χρέων ἀφίκηται.

65.

Τοῖς τρίποδας περὶ βωμὸν Ἰθωμάτᾳ Διὶ πρώτοις
στήσασιν δεκάδων ἀριθμὸν δὶς πέντε δίδωσι
σὺν κύδει πολέμου γαῖαν Μεσσηνίδα δαίμων.
Ζεὺς γὰρ ἔνευσ᾽ οὕτως. ἀπάτη δέ σε πρόσθε τίθησιν,
ἥ τ᾽ ὀπίσω τίσις ἐστὶ, καὶ οὐ θεὸν ἐξαπατῴης.
ἔρδ᾽ ὅππῃ τὸ χρέων. ἄτη δ᾽ ἄλλοισι πρὸ ἄλλων.

66.

Παρθένον Αἰπυτίδα κλῆρος καλεῖ, ἥντινα δοίης
δαίμοσι νερτερίοις καί κεν σώσειας Ἰθώμην.

67.

Εὖτε τράγος πίνησι Νέδης ἑλικόρροον ὕδωρ,
οὐκ ἔτι Μεσσήνην ῥύομαι· σχεδόθεν γὰρ ὄλεθρος.

τε χορῶν: καὶ τειχέων Kuhnius et C. Odofr. Müller, *καί τ᾽ ὀχυρόν* Lobeckius, *καί τ᾽ ἐχυρόν* in adnotat. apud SW. cf. Kayser. mus. rh. V 363. ‖ 5: *κρυπτὸν λόγον* cod. pars. ‖ 7: dedi ex scriptura Lobeckii. ‖

65) Paus. IV 12, 7: *μετὰ δὲ ταῦτα ἐδόκει σφισιν . . πέμπειν αὖθις ἐς Δελφοὺς ἐρησομένους ὑπὲρ νίκης. ἐρησομένοις δὲ ἔχρησεν ἡ Πυθία· Τοῖς κτλ.*

v. 4: etiam Paus. IV 26, 4.

v. 1: ad *Ἰθωμάτᾳ* cf. praef. p. 18. ‖ 5: *ἔνθεον* codd. *οὐ θεὸν* Xyland. quem sequuntur fere omnes. *ἂν θεὸν* Kuhnius. *ἔνθεον ἐξαπατώῃ* Camerar. ‖ 6: *ἔρρ᾽* coni. Kuhnius. ‖

66) Exstat apud Eus. pr. ev. V 27. De altero iambico cf. praef. p. 12.

67) Paus. IV 20, 1: . . *Ἀριστομένει καὶ Θεόκλῳ ἐλθοῦσιν ἐς Δελφοὺς . . . τοσόνδε εἶπεν ἡ Πυθία· Εὖτε κτλ.*

68.

οἵ τ' ἀπὸ Μεσσήνης πατάγῳ κρουνοῖς τε δαμείσης
. . .

69.

a) *Μύσκελλε βραχύνωτε, φιλεῖ σ' ἑκάεργος Ἀπόλλων,*
καὶ γενεὴν δώσει τοι· ὁ δὲ πρότερόν γε κελεύει
οἰκίσσαι σε Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις.

b) *Αὐτός σοι φράζει ἑκατηβόλος· ἀλλὰ συνίει.*
οὗτος μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς,
ἥδε δὲ Κουρήτων ἱερὴ χθὼν αἰπήεσσα,
αἵδε δ' Ἐχινάδες εἰσί· πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόντος.
οὕτω δ' οὐκ ἄν φημι Λακινίου ἄκρου ἁμαρτεῖν
οὐδ' ἱερῆς Κρεμίσης οὐδ' Αἰσάρου ποταμοῖο.

c) *Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων*
κλαύματα μαστεύεις· δῶρον δ' ὅτι δῷ θεὸς αἴνει.

---

68) Paus. II 27, 4: *ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Εἴρας ὅντινα ἁλώσοιτο τρόπον Βάκιδα ἐφώρασα εἰρηκότα· καί οἱ καὶ τόδε ἐστὶ τῶν χρησμῶν· οἵ τ' κτλ.*

69) Diod. VIII 17, 1—2: *ὅτι Μύσκελλος Ἀχαιὸς ὢν τὸ γένος ἐκ Ῥύπης κατήντησεν εἰς Δελφοὺς καὶ τὸν θεὸν ἐπηρώτησε περὶ τέκνων γενέσεως· ἡ δὲ Πυθία ἀνεῖλεν οὕτως· Μύσκελλε κτλ. τοῦ δὲ Κρότωνα ἀγνοοῦντος εἰπεῖν πάλιν τὴν Πυθίαν· Αὐτός σοι κτλ. ὅτι τοῦ χρησμοῦ προστάσσοντος Κρότωνα κτίζειν ὁ Μύσκελλος τὴν περὶ τὴν Σύβαριν χώραν θαυμάσας ἐβούλετο κτίσαι καὶ ἐξέπεσε χρησμὸς αὐτῷ οὗτος· Μύσκελλε κτλ.*

a) v. 2: *γενεάν* cod. cf. praef. p. 20. ‖ *δώσει· τὸ δέ πρότερόν σε κελεύει οἰκῆσαι δέ* cod. ‖ v. 1: *ἑκάεργος Ἀπόλλων* form. ep. ‖

b) v. 3: *ἡ ἱερὰ χθών* cod. cf. praef. p. 20. ‖ *αἰπήεσσα* ex coni. additum est. ‖ 5: *οὕτω σ'* Dindorf. ‖ 6: *ἱερᾶς* cod. ‖ v. 1: *ἑκατηβόλος* epic. ‖

c) adde Strab. VI p. 262 et Zenob. III 42. cf. Leutschii illo loco adnotat. v. 1: *καλαν ωστε* Diod. cod. *κολόνωτε* O. Müllerus [Götting. gelehrte anzeigen 1832 p. 139]. *ἀγκυλόνωτε* Lobeck.

70.

a) *Καλόν τοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος·*
ἀλλ' οὐκ οἰκήσεις, οὐδ' εἰ παγχάλκεος εἴης.
Σατύριον φράζου Τάραντός τ' ἀγλαὸν ὕδωρ
καὶ λιμένα σκαιὸν καὶ ὅπου τράγος ἁλμυρὸν οἶδμα
ἀμφαγαπᾷ τέγγων ἄκρον πολιοῖο γενείου·
ἔνθα Τάραντα ποιοῦ ἐπὶ Σατύριον βεβαῶτα.

b) *Σατύριόν τοι ἔδωκα Τάραντά τε πίονα δῆμον*
οἰκῆσαι καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

71.

Ἔντιμ' ἠδὲ Κράτωνος ἀγακλέος υἱὲ δαΐφρον,
ἐλθόντες Σικελὴν χθόνα πίονα ναίετον ἄμφω,
δειμάμενοι πτολίεθρον ὁμοῦ Κρητῶν Ῥοδίων τε
πὰρ προχοὰς ποταμοῖο Γέλα συνομώνυμον ἁγνόν.

---

path. 136 idque probat Meinekius in vindiciis Strabonianis p. 63. ‖ *παρὲκ θεοῦ* Dindorf. ‖ *παρες* Strab. codd. unde Meinek. *παρεὶς* coniecit l. c. ‖ *σέθεν* pro *θεὸν* Strab. ‖ *ἄλλο* Strab. ‖ v. 2: *κλάσματα θηρεύεις* Strab. ‖ *ἐπαινεῖν* Strab. ‖

70) Diodor. VIII 21, 3: . . *οἱ δὲ ἐπευνακταὶ πέμψαντες ἐς Δελφοὺς ἐπηρώτων εἰ δίδωσιν αὐτοῖς τὴν Σικυωνίαν· ἡ δὲ ἔφη· Καλόν τοι κτλ. ἀκούσαντες δὲ ἠγνόουν. ἡ δὲ φανερώτερον ἔφη· Σατύριον κτλ.*

a) 3: *φράζου σὺ* Dind. ‖ *Σατυρίου* Dind. ‖

b) etiam Strabo servavit VI p. 279. v. 7: *δῶκα* Strab. cf. Müll. histor. gr. fr. I p. 184.

v. 2: *οὐδ' εἰ παγχάλκεος εὔχεται εἶναι* Il. XX 102. ‖ 3: *ἀγλαὸν ὕδωρ* Il. II 307 saep. ‖ 4: *ἁλμυρὸν ὕδωρ* Od. XII 236 saep. ‖ 8: *πῆμα γενέσθαι Τρωσί* Il. XXII 421. ‖

71) Diod. VIII 23, 1: *ὅτι Ἀντίφημος καὶ Ἔντιμος οἱ Γέλαν κτίσαντες ἠρώτησαν τὴν Πυθίαν καὶ ἔχρησε ταῦτα· Ἔντιμ' κτλ.* cf. Her. VII 153. Paus. VIII 46. schol. Pind. ol. II 16. Steph. Byz. *Γέλα.* Athen. VII 51. Etym. M. p. 225.

2: *πίονα* ex coni. addidi. *Σικελὴν καλὴν χθόνα* Cobetus in nov. lect. p. 484. ‖ 4: *ἐν προχοῇς ποταμοῦ* Od. XI 242.

72.

Ἠετίων, οὔτις σε τίει πολύτιτον ἐόντα.
Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον· ἐν δὲ πεσεῖται
ἀνδράσι μουνάρχοισι, δικαιώσει δὲ Κόρινθον.

73.

Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα
καρτερὸν ὠμηστήν· πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει.
ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε Κορίνθιοι, οἳ περὶ καλὴν
Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.

74.

Ὄλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει,
Κύψελος Ἠετίδης, βασιλεὺς κλειτοῖο Κορίνθου,
αὐτὸς καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

---

72) Her. V 92: *ἐστάλη ἐς Δελφοὺς περὶ γόνου, ἐσιόντα δὲ αὐτὸν [τὸν Ἠτίωνα] ἡ Πυθίη προσαγορεύει τοισίδε τοῖσι ἔπεσι· Ἠετίων κτλ.*

adde anth. Pal. XIV 86. vv. 1—2 *ὀλοοίτροχον:* Eus. pr. ev. V 29.

v. 2: *τέξει δὲ ὀλοίτροχον* anth.

73) Her. V 92: . *τοῖσι Βακχιάδῃσι ἐγένετο* · · *χρηστήριον* . . *λέγον ὧδε· Αἰετὸς κτλ.*

v. 2: *ὠμηστής* Il. XI 454. ‖ *πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει* formula Homer. cf. Il. IV 176. IX 578. ‖ 4: *ὀφρυόεσσα Ἴλιος* Il. XXII 411. ‖

cf. de hoc oraculo Schubringii dissertationem Gotting. „de Cypselo" 1862. p. 32 sq.

74) Her. V 92: *ἀνδρωθέντι καὶ μαντευομένῳ Κυψέλῳ ἐγένετο χρηστήριον ἐν Δελφοῖσι, τῷ πίσυνος . . . ἔσχε Κόρινθον. ὁ δὲ χρησμὸς ὅδε ἦν· Ὄλβ. κτλ.*

adde anth. Pal. XIV 88. Usque ad verba *αὐτὸς καὶ παῖδες* apud Dio. Chrys. XXXVII p. 103. vv. 1—2 Euseb. pr. ev. V 35. Apostol. XII 65[d]. cf. Arsen. XXXIX 18.

v. 1: *εἰςαφικάνει* Dio. ‖ 2: *κλεινοῖο* anth. Pal. Euseb. ‖ *Αἰακίδης* Euseb. ‖ ad v. 3 apud Suid. s. v. *Ἄτταλος.* ‖

75.

Ὄλβιοι οἳ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν
ἀκτῆς Θρηικίης στενυγρὸν παρ' ἄκρον στόμα πόντου·
ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν·
στέλλειν δ' ὡς ὤκιστα καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα.

76.

Σμῆνα μελισσάων τάχα τοι καὶ σφῆκες ἔσονται.

77.

a) Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων· ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεσσι
πουλὺς ἀποστάζων ἀπὸ λαΐνου οὐδοῦ ἐρύκει.
οὔ σε θεμιστεύσω· Μουσῶν θεράποντα κατέκτας
Ἥρης πρὸς βωμοῖσι θεῶν τίσιν οὐκ ἀλεείνας.
τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστὸν

---

75) Steph. Byz. *Βυζάντιον τό ἐν Θράκῃ βασίλειον . . . χρησμὸς δ' ἐδόθη ἐρωτησάντων εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων τοιοῦτος· Ὄλβιοι κτλ.*

adde Hesych. Miles. orig. Const. I [v. 1. 2. 4. 5]. Eustath. ad. Dion. 803 [1. 2. 4]. Codinus. Chron. Constantin [1—4].

cf. O. Müller. Dor. I p. 120. Müller hist. fr. IV p. 147. Müller geogr. min. II p. 27.

v. 1: *οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκ.* Hesych. ‖ 2: *ὑγρόν* Steph. Eustath. *τ' ἔνυγρον* Hesych. *στενυγρόν* Lobeck. Aglaoph. II 853. Meinek. et Müllerus apud Steph. Byz. ‖ *ἀκτὴν Θρηικίην παρά τε στόμα πόντου* Hesych. ‖ 3: *διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν* chron. Const. ‖ 4: *βόσκονται ἐς αὐτόν* Hesych. Codin. Const. ‖

cf. Wolff de noviss. orac. aet. p. 3.

76) Plut. de amic. mult. VII: *ὥσπερ οὖν ὁ τῷ Τιμησίᾳ περὶ τῆς ἀποικίας δοθεὶς χρησμὸς προηγόρευσε· Σμῆνα κτλ.*

77 a) Ael. var. hist. III 43: *ἐν Συβάρει κιθαρῳδοῦ ᾄδοντος . . στασιασάντων ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν Συβαριτῶν . . . φοβηθεὶς ὁ κιθαρῳδὸς κατέφυγεν εἰς τὸν τῆς Ἥρας βωμόν. οἱ δὲ οὐδὲ ἐνταῦθα ἐφείσαντο τοῦ κιθαρῳδοῦ. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐδόκει αἷμα ἀναβρύειν · · Συβαρῖται δὲ ἔπεμψαν ἐς Δελφούς. ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίνατο· Βαῖν' κτλ.*

οὐδὲ παραιτητὸν, οὐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν,
ἀλλ' αὐτῶν κεφάλῃσι καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν
εἰλεῖται καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.

b) *Μουσάων θεράποντα κατέκτας· ἔξιθι νηοῦ.*

78.

Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.

79.

Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐς Λιβύην πέμπει καλλιστέφανον Κυρήνης
εὐρείης ἄρχειν καὶ ἔχειν βασιληίδα τιμήν.
ἔνθα σε βάρβαροι ἄνδρες ἐπὰν Λιβύης ἐπιβήῃς
βαιτοφόροι ἐπίασι· σὺ δ' εὐχόμενος Κρονίωνι
Παλλάδι τ' ἐγρεμάχῃ γλαυκώπιδι καὶ Διὸς υἱῷ

2: *λάινος οὐδός* de oraculo Delphico Od. VIII 80: *Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ ὅθ' ὑπέρβη λάινον οὐδὸν χρησόμενος . . . .*

Il. IX 704:

οὐδ' ὅσα λάινος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει . .

3: *Μουσάων θεράποντες ἀοιδοί* hymn. XXXII 20. ‖

b) Galen. Protrept. X.

Heracl. Pont. VIII [Müll. hist. fr. II p. 214]: *Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν Κόραξ ἔκτεινε πρὸς ὅν φασιν εἰπεῖν τὴν Πυθίαν „ἔξιθι νηοῦ."*

cf. Aristid. II p. 297. Dio. Chrys. XXXIII p. 396. Suid. s. v. *Ἀρχίλοχος*. Ael. fr. 255. [Herch.] Origen. contra Cels. III 25: *ἀλλὰ καὶ Μουσῶν θεράποντα εἰπὼν τὸν Ἀρχίλοχον κτλ.*

78) Herod. IV 155. Schol. Pind. Pyth. IV 15. Anth. Pal. XIV 83. cf. Tzetz. chil. VI 349. Syncell. p. 212 A [vol. I. p. 406 Dind.]. cf. praef. p. 16.

2: ad vocem *μηλοτρόφον Λιβύην* cf. Od. IV 85—86:

. . καὶ Λιβύην ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσιν·
τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν. ‖

79) Diod. VIII 29, 1. in v. 5: *βαιτοφόροι* e coniectura Dindorfii pro codicum *βαττοφόροι.* ‖

Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ νίκην ὑποχείριον ἕξεις
καὶ μάκαρος Λιβύης καλλιστεφάνου βασιλεύσεις
αὐτὸς καὶ γένος ὑμόν· ἄγει δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων.

80.

Αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἄμεινον,
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σευ.

81.

Ὃς δέ κεν ἐς Λιβύην πολυήρατον ὕστερον ἔλθῃ
γᾶς ἀναδαιομένας, μετά οἵ ποκά φαμι μελήσειν.

82.

Βάττε, τὸ πρόσθε κακὸν τὸ δὲ δεύτερον ἐσθλὸν ἐρευνᾷς·
ἔρχεο, λεῖφ᾽ ἄλλαν χώραν· ἤπειρος ἀμείνων.
ἡρῷος πρότερον δόμον ἔκβαλε, πείθεο μύθῳ.

---

v. 6: *Παλλάς τ᾽ ἐγρεμάχη* hymn. Dem. 424. ‖ 7: *Φοῖβος ἀκερσεκόμης* Il. XX 39. ‖

80) Her. IV 157: . . *ἀπέπλωον εἰς Δελφοὺς ἀπικόμενοι δὲ ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἐχρέοντο, φάμενοι οἰκέειν τε τὴν Λιβύην καὶ οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν οἰκέοντες. ἡ δὲ Πυθίη σφι πρὸς ταῦτα χρᾷ τάδε· Αἰ κτλ.*

adde Plut. de Pyth. or. XXVII p. 408. Anth. Pal. XIV 84. cf. praef. p. 16.

v. 1: *Λιβύαν μαλοτρόφον οἶσθας ἄρειον* Plut. ‖

81) Her. IV 159: *Ἕλληνας πάντας ὥρμησε χρήσασα ἡ Πυθίη πλώειν συνοικήσοντας Κυρηναίοισι Λιβύην· ἐπεκαλέοντο γὰρ οἱ Κυρηναῖοι ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ. ἔχρησε δὲ ὧδε ἔχοντα· Ὃς κτλ.*

adde anth. Pal. XIV 85. v. 2: *φημι* anth. Pal.

82) Schol. Pind. Pyth. IV 10: *ἀποδημήσας εἰς Δελφοὺς Βάττος ἠρώτα περὶ τῆς στάσεως πότερον διαγωνίσονται περὶ τῆς ἐς τὴν πατρίδα ἐπαναστροφῆς ἢ ἑτέρωσέ ποι ἀποικίαν στείλωνται. τὸν δὲ θεὸν χρῆσαι· Βάττε κτλ.*

cf. Tzetz. ad Lyc. 886. Müll. hist. fr. IV p. 449.

vv. 3 et 4 corrupti sunt. Priorem ex coniectura Heynii

στέρξον γῆν ὁσίως ἣν μισεῖς δὴν ἀθεμίστως·
οἷά τ' ἀνὴρ ἔρξει τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

83.

Εὐδαίμων Συβαρῖτα πανευδαίμων σὺ μὲν αἰεὶ
ἐν θαλίῃσιν ἔσῃ τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων·
εὖτ' ἂν δὲ πρότερον θνητὸν θεοῦ ἄνδρα σεβίσσῃς
τηνίκα σοι πόλεμός τε καὶ ἔμφυλος στάσις ἥξει.

84.

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς, οὔ τοι δώσω.
πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν
οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν· ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω.

---

dedi, cum *δόμον* pro *δόλον* et *πείθεο μύθῳ* scriberem pro *πείθεο πείθων;* quartum recte ni fallor restituit Car. Odofr. Müller Orchom. p. 338. [*στέρρον* et *μισει πολλην* libri]. Idem versum tertium sic scribere vult:

ἥρως πρότερον δόλον' [= *δόλωνα*] *ἔκβαλ'. ἐμοὶ δὲ πεποιθώς* ||

83) Athen. XII 520 a: *ἔπεμψαν δέ ποτε* [*οἱ Συβαρῖται*] *καὶ εἰς θεοῦ τοὺς χρησομένους, ὧν ἦν εἷς Ἄμυρις, πυνθανόμενοι μέχρι τίνος εὐδαιμονήσουσι. καὶ ἡ Πυθία ἔφη· Εὐδαίμων κτλ.*

adde Steph. Byz. s. v. *Σύβαρις.* cf. Suid. *κατέγραφον* et *Ἄμυρις.* Apostol. II 60. Arsen. III 53. Greg. Cypr. L. II 27. Ael. fr. 370 [Herch.]. Müll. hist. fr. I p. 206.

v. 1: *εὔδαιμον* et *πανευδαιμον* libri: *εὐδαίμων* et *πανευδαίμων* Meinek. || 2: *θεῶν* pro *ἔσῃ* Steph. Byz. || 3: *δή* Athen. Steph. quod Dindorfius et Meinek. servaverunt. *δέ* Schweighäuserus. || *σεβίζῃ* Steph. Byz. ||

2: *θεοὶ αἰὲν ἐόντες* Il. I 290. XXI 518. || 4: *ἔμφυλος ἀνής* Od. XV 273. *ἔμφυλος στάσις* Herod. VIII 3. ||

84) Her. I 66: ... *οἱ Σπαρτιῆται ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσι ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ. ἡ δὲ Πυθίη σφι χρᾷ τάδε· Ἀρκαδίην κτλ.*

δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

85.

Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύω κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
καὶ τύπος ἀντίτυπος καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται.
ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα,
τὸν σὺ κομισσάμενος Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσσῃ.

---

adde Diod. IX 36, 2: Schol. Aristid. p. 213 Fr. [561 Dind.] Anth. Pal. XIV 76.

vv. 1—4: Steph. Byz. s. v. *Τεγέα*. — v. 1: Dio Chrys. XVII 469 R. Tzetz. ad Lyc. 478. 482. — v. 2: Schol. Aesch. Prom. 450. — vv. 2—3: Paus. VIII 1, 6. — v. 4: Polyaen. I 8.

cf. Müll. hist. fr. IV p. 439. Eust. ad Il. 301. Alexand. *περὶ σχημάτων* p. 446.

Prima verba *Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς* in proverbii usum venisse *ἐπὶ τῶν μεγάλα ἢ ἀσύμφορα αἰτούντων* Arsenius s. v. *Ἀρκαδίην* tradidit.

v. 1: *Ἀρκαδίαν* et in 2 *Ἀρκαδίᾳ* et in 4 *Τεγέαν* Diod. ‖ v. 3: *οἵ γ'* schol. Arist. ‖ 4: *σοι* Diod. ‖

85) Her. I 67: . . *ἔπεμπον οἱ Σπαρτιῆται ἐς θεὸν ἐπειρησομένους τὸν χῶρον ἐν τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης. εἰρωτέουσι δὲ ταῦτα τοῖς θεοπρόποισι λέγει ἡ Πυθία τάδε· Ἔστι κτλ.*

adde Diod. IX 36, 3. Steph. Byz. s. v. *Τεγέα*. Schol. Aristid. p. 214 Fr. [561 Dind.] Anth. Pal. XIV 78. v. 3: Bekkeri anecd. p. 408. cf. Müller hist. fr. IV p. 439. Alludit Suidas s. v. *ἀντιτυπῆσαι: „καὶ τύπος ἀντίτυπος“ φησὶν ὁ χρησμός.* cf. Paus. III 11, 8. Aeneas Gaz. p. 67. 68. [ed. Boissonade].

v. 1: *Ἀρκαδίας Τεγέης* Diod. cod. *Ἀρκαδίης γαίης* schol. Arist. ‖ 2: *δύο* Steph. Byz. schol. Arist. ‖ v. 1: *ἔστι τις* form. ep. ‖ *λευρῷ ἐνὶ χώρῳ* Od. VII 123. ‖ 4: *Ἀγαμεμνονίδης* Od. I 30. ‖ *κατέχεν φυσίζοος αἶα* Il. III 243. Od. XI 301. ‖ *ἐπιτάρροθος* vocab. epic. ‖

86.

Οἰταιόν τινά φημι Μύσων' ἐν Χηνὶ γενέσθαι
σοῦ μᾶλλον πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσιν.

87.

Οὐ πρὶν τῆσδε πόληος ἐρείψετε πύργον ἑλόντες
πρὶν κεν ἐμῷ τεμένει κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης
κῦμα ποτικλύζῃ κελαδοῦν ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

88.

Ἔκγονε Μιλήτου, τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς·
ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτου τρίποδ' αὐδῶ.

---

86) Diod. IX 5, 2: *ὅτι φασὶν Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην φρονοῦντα ἐπὶ σοφίᾳ μέγα παραγενέσθαι Πυθῶδε καὶ ἐπερωτῆσαι τίς ἐστιν αὐτοῦ σοφώτερος. καὶ εἰπεῖν· Οἰταῖον κτλ. ὅστις ἦν Μαλιεὺς καὶ ᾤκει τὴν Οἴτην εἰς κώμην Χηνὰς καλουμένην.* adde Laert. Diog. I 1, 30. I 9, 36.

1: *ἐν Χηνὶ γενέσθαι* om. Diod. ‖ *φασι* Diod. ‖ 2: *φρεσὶν ἧσιν ἀρηρώς* Od. X 553. ‖ *φρεσὶ πευκαλίμῃσι* Il. VIII 366 saep. ‖ *ἰδυίῃσι πραπίδεσσι* Od. VII 92 saep. ‖

87) Paus. X 37, 6: *πολεμεῖν πρὸς τοὺς Κιρραίους ἔδοξεν Ἀμφικτυόσι, καὶ Κλεισθένην τε Σικυωνίων τυραννοῦντα προεστήσαντο ἡγεμόνα εἶναι καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν. χρωμένοις δέ σφισιν ὑπὲρ νίκης ἀνεῖπεν ἡ Πυθία· Οὐ πρὶν κτλ.*

Adde Diod. IX 16. Suid. s. v. *Σόλων*. cf. Plut. Sol. XI. Polyaen III 5. Aesch. Ctes. 112.

v. 3: *ποτικλύζοι* Suid. ‖ *κελαδοῦν ἱεραῖσιν ἐπ' ἀκταῖς* Diod. ‖ [*ἱερῇσιν* Dindorf].

ad v. 2 et 3 cf. Od. XII 60: . . *ποτὶ δ' αὐτὰς κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.* ‖ Il. XXIII 61: *κύματα κλύζεσκον.* ‖ Od. II 421: . . *κελάδοντ' ἐπὶ οἴνοπα πόντον.* ‖

88) Schol. Aristoph. Plut. 9: . . *ἁλιεῖς ἐν Μιλήτῳ τινὲς μισθῷ βόλον ἔρριπτον . . . συμβέβηκε γοῦν ἀντὶ ἰχθύων τρίποδα χρυσοῦν περιλαβεῖν αὐτοὺς τῷ δικτύῳ . . . . φιλονεικούντων αὐτῶν ἔδοξεν ἐρωτῆσαι τὸν Ἀπόλλωνα. ὁ δὲ*

89.

Οὔποτε μὴ λήξῃ πόλεμος Μερόπων καὶ Ἰώνων
πρὶν τρίποδα χρύσειον, ὃν Ἥφαιστος κάμε τεύχων,
ἐκ μέσσου πέμψητε καὶ ἐς δόμον ἀνδρὸς ἵκηται
ὃς σοφίῃ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα προδέδορκεν.

90.

Ἧσο μέσην κατὰ νῆα κυβερνητήριον ἔργον
εὐθύνων· πολλοί τοι Ἀθηναίων ἐπίκουροι.

91.

Ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκους
ἵλασο, τοὺς κόλποις Ἀσωπιὰς ἀμφικαλύπτει,
οἳ φθίμενοι δέρκονται ἐς ἠέλιον δύνοντα.

ἀνεῖλεν αὐτοῖς ταῦτα· Ἔκγονε κτλ. adde Laert. Diog. I 1, 28. Diod. IX 3, 1. Apostol. VI 93 b. Arsen. XXII 85. cf. Plut. Sol. IV. Müller histor. fr. II p. 335.

v. 2: *τίς σοφ.* Diod. Apostol. ‖ *τὶς σοφ.* Laert. Diog. ‖ *σοφίᾳ* Diod. Apostol. ‖ *σοφίᾳ πρῶτος πάντων* Diod. ‖ *τούτου* apud Diodorum pro *τούτῳ* Dindorfius. ‖

89) Diod. IX 3, 2: *οἱ δέ φασιν ἄλλως ὅτι πολέμου γενομένου τοῖς Ἴωσι πρὸς ἀλλήλους καὶ τοῦ τρίποδος παρὰ σαγηνέων ἀνενεχθέντος ἐπερωτῆσαι τὸν θεὸν περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου. ἡ δὲ ἔφη· Οὔποτε κτλ.*

adde Laert. Diog. I 1, 33.

1: *μὴ πρότερον λήξειν νεῖκος* Diod. ‖ 2: *βάλε πόντῳ* pro *κάμε τεύχων* Laert. Diog. ‖ 3: *ἐκ πόλιος* Diog. ‖ 4: *ὃς δεδάηκε τά τ' ὄντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα* Diog. ‖

v. 2: *τὸ μὲν Ἥφαιστος κάμε τεύχων* Il. II 101 saep. ‖ 4: *ὃς τ' ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα* Il. I 70. cf. Hes. theog. 32. ‖

90) Plut. Sol. XIV: *ἔνιοι δέ φασι καὶ μαντείαν γενέσθαι τῷ Σόλωνι τοιαύτην· Ἧσο κτλ.*

v. 1: *κυβερνητήριος ἅπ. εἰρ.* ‖

91) Plut. Sol. IX: *Ἄλλοι δέ φασιν οὐ τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὴν κατάληψιν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτῷ τὸν ἐν Δελφοῖς θεὸν χρῆσαι· Ἀρχ. κτλ.*

in v. 2: *κόλποις* Schaeferus pro vulgato *κόλπος.* ‖

92.

Εὔδαιμον πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκούειν.

93.

Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτως
ὅρκῳ νικῆσαι καὶ χρήματα ληίσσασθαι.
ὄμνυ ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.
ἀλλ' ὅρκου πάις ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες
οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται εἰσόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσει γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

94.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης
καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.
ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρινοῖο χελώνης

---

92) Plut. sept. sap. conv. VII: *τίς ἄν, ἔφη ὁ Αἴσωπος, σοὶ τοῦτο πεισθείη ἢ τῷ θεῷ φράσαντι κατὰ τὸν πρὸς σὲ χρησμόν· Εὔδαιμον κτλ., καὶ ὁ Σόλων· Ἀλλὰ μήν, ἔφη, καὶ νῦν Ἀθηναῖοι ἑνὸς κήρυκος ἀκροῶνται καὶ ἄρχοντος τοῦ νόμου.*

93) Her. VII 86, 3: . . *Γλαῦκος δὲ ἐπορεύετο εἰς Δελφοὺς . . ἡ Πυθίη μετέρχεται* [*αὐτὸν*] *τοισίδε ἔπεσι· Γλαῦκ' κτλ.* cf. p. 1—3.

adde anth. Pal. XIV 91. Clem. Al. VI 2, 23. Dio Chrys. LXXIV p. 400. Eust. Il. p. 414. Stob. flor. XXVII 14. Apostol. II 84 d. Arsen. XLII 61. Plat. pol. 364 D. Schol. Plat. 398. Paus. VIII 7, 8. Schol. Juv. sat. XIII 199.

94) Her. I 47: *ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε· Οἶδα κτλ.* adde Suid. s. v. *Κροῖσος*. vv. 1—2: Porphyr. vit. Plotin. XXII. ceterum cf. locos a Steinio ad Herodotum citatos praeterque eos: Eus. pr. ev. V 34. 21. Cedren. p. 137 B [I p. 240 Bekk.]. Malal. p. 197 [155 Dind.]. Xen. Cyr. VII 2, 18. Aeneas Gaz. p. 47 [ed. Boissonade].

in v. 2: *λαλέοντος* Suid. Porphyr. *μὴ λαλέοντος* Eus. ‖ 4: *κρέασι* Suid. ‖ 5: *ὑπέρκειται, χαλκὸς δ' ὑπόκειται* Suid. ‖

ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν
ᾗ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπιέσται.

95.

Σαυτὸν γιγνώσκων εὐδαίμων Κροῖσε περάσεις.

96.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

97.

Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρέ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

98.

Λυδὲ γένος, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε,
μὴ βούλου πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν

---

v. 1: μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης Hes. op. 648. ‖ 4: λιθορρινοῖο χελώνης h. Merc. 48. ‖

95) Xen. Cyr. VII 2, 20: ἐπερωτῶ [Κροῖσος] τὸν θεὸν τί ἂν ποιῶν τὸν λοιπὸν βίον εὐδαιμονέστατα διατελέσαιμι· ὁ δέ μοι ἀπεκρίνατο· Σαυτὸν κτλ.

96) Aristot. rhet. III 5. Schol. Soph. Trach. 1. Diod. IX 31, 1. Suidas s. v. Κροῖσος. Eus. pr. ev. V 20. Theodor. gr. aff. cur. p. 139, 50. Cedren. p. 143 A [I 251 Bekk.]. Malala p. 198 [155 Dind.].

cf. Cic. de divin. II 56, 15: „Croesus Halyn penetrans magnam praevertet opum vim."

97) Her. I 55: ἐπειρώτα . . εἴ οἱ πολυχρόνιος ἔσται ἡ μουναρχίη. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε· Ἀλλ' κτλ.

adde Diod. IX 31, 2. Dio Chrys. XIII 421 R. Tzetz. ad Hes. op. 45. Anth. Pal. XIV 112. v. 3: Eus. pr. ev. V 24. cf. Plat. rep. VIII p. 566. Eus. pr. ev. V 21.

in v. 2: δὴ τότε Porson. adv. p. 276. Krügerus Abichtius. ‖ 3: κακόν Euseb. κακός falso Dindorfius.

98) Her. I 85: ἦν . . τῷ Κροίσῳ παῖς . . ἄφωνος . . . καὶ ἐς Δελφοὺς περὶ αὐτοῦ ἐπεπόμφεε χρησομένους. ἡ δὲ Πυθίη οἱ εἶπε τάδε· Λυδὲ κτλ.

παιδὸς φθεγγομένου· τὸ δέ σοι πολὺ λώιον ἀμφὶς
ἔμμεναι· αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ.

99.

Τὸν πυρρόν τοί φημι, τὸν Ἀρχεδίκη τέκε παῖδα.

100.

Ἔρριπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται,
θύννοι δ' οἰμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός.

101.

Ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήια λευκὰ γένηται
λεύκοφρύς τ' ἀγορή, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς
φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον κηρυκά τ' ἐρυθρόν.

102.

Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἄμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες.

---

adde Diod. IX 31, 2. Anth. Pal. XIV 79. in v. 2: *βούλου* codd. Steinius. *βούλευ* ceteri edit. ‖ *κατὰ δώματ'* Diod. ‖ v. 1: *μέγα νήπιε Πέρση* Hes. op. 632 saep. ‖

99) Plut de frat. am. XXVI: *Ἀλεύαν δὲ τὸν Θεσσαλὸν ὁ μὲν πατὴρ . . . ἐκόλουε . . ὁ δὲ θεῖος . . προσήγετο. πεμπόντων δὲ τῶν Θεσσαλῶν φρυκτοὺς περὶ βασιλέως . . εἰς Δελφούς, ἐνέβαλε κρύφα τοῦ πατρὸς ὁ θεῖος ὑπὲρ τοῦ Ἀλεύα· καὶ τῆς Πυθίας τοῦτον ἀνελούσης . . . . πᾶσιν ἐδόκει πλάνη τις . . γεγονέναι . . . ἡ δὲ Πυθία καθάπερ ἐκβεβαιουμένη τὴν προτέραν ἀναγόρευσιν εἶπε· Τὸν κτλ.*

100) Her. I 62: . . . *θείῃ πομπῇ χρεόμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν χρησμολόγος ἀνήρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε λέγων· Ἔρριπται κτλ.*

101) Her. III 57: *οἱ Σίφνιοι ἐχρεόντο τῷ χρηστηρίῳ εἰ αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ οἷά τε ἐστι πολλὸν χρόνον παραμένειν. ἡ δὲ Πυθίη ἔχρησέ σφι τάδε· Ἀλλ' κτλ.*
adde anth. Pal. XIV 82.

102) Suidas [Photius] et Zenobius V 19: *οὗτος ὁ στίχος εἰς παροιμίαν περιέστη ἔκ τινος χρησμοῦ ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Συβα-*

103.

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ἅτε μηκέτι θνητὸν ἐόντα.

104.

Καὶ τότε δή, Μίλητε, κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων,
πολλοῖσιν δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήσῃ,
σαὶ δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις,
νηοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει.

105.

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα
ἐξελάσῃ καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
πολλὰς Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει.

ρίταις. ὑβρισταὶ γὰρ ὄντες καὶ ἀμετροπόται ἀπώλοντο ὑπὸ Κροτωνιατῶν. τοῖς οὖν διαφυγοῦσιν αὐτῶν οὕτως ἐχρήσθη. cf. Zonar. lexic. ἀμετρί.

103) Paus. VI 9, 7: ἀποστέλλουσιν οἱ Ἀστυπαλαιεῖς ἄνδρας ἐς Δελφοὺς ἐρησομένους ὁποῖα ἐς Κλεομήδην τὰ συμβάντα ἦν. τούτοις χρῆσαι τὴν Πυθίαν φασίν· Ὕστατος κτλ. adde Eus. pr. ev. V 34. Theodor. gr. aff. cur. p. 141, 29. Socrat. hist. eccl. III 23. — v. 1: Plut. Rom. XXVIII.

cf. Origen. c. Cels. III 25: *Κλεομήδην τὸν πύκτην ἰσοθέοις τιμαῖς ἐκέλευε τιμᾶσθαι* . . .

v. 1: ἔσχατος Plut. ‖ 2: ὡς οὐκέτι Euseb. Theodor. ὡς μηκέτι Socrat. ‖ alter versus apud Socratem corruptissimus est. ‖

104) Herod. VI 19: *τὰ δὲ τοῖσι Μιλησίοισι οὐ παρεοῦσι ἔχρησε* [*ἡ Πυθίη*] *ἔχει ὧδε· Καὶ τότε δὴ κτλ.* adde anth. Pal. XIV 89. Tzetz. chil. VIII 3.

v. 1: *καὶ τότε δή* Il. I 92 saep. ‖ ἐπιμήχανος ἅπ. εἰρ. ‖ 2: ἀγλαὰ δῶρα Il. XI 124 saep. ‖

105) Her. VI 77: *Οἱ Ἀργεῖοι τὴν μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχην οὐκ ἐφοβέοντο, ἀλλὰ μὴ δόλῳ αἱρεθέωσι. καὶ γὰρ δή σφι ἐς τοῦτο τὸ πρῆγμα εἶχε τὸ χρηστήριον, τὸ ἐπίκοινα ἔχρησε ἡ Πυθίη τούτοισί τε καὶ Μιλησίοισι, λέγον ὧδε· Ἀλλ' κτλ.*

ὥς ποτέ τις ἐρέει καὶ ἐπεσσομένων ἀνθρώπων·
δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπώλετο δουρὶ δαμασθείς.

106.

Μὴ κίνει Καμερίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

107.

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἧσο,
καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

108.

Φράζεο, βαρβαρόφωνος ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
βύβλινον Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας.

109.

Ὑμῖν δ', ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο,
ἢ μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς ὑπ' ἀνδράσι Περσείδῃσι

---

adde anth. Pal. XIV 90. vv. 1—3 exstant etiam apud Paus. II 20, 10 et Suid. s. v. Τελέσιλλα. cf. Müll. Dor. I p. 173. in v. 5: ἀέλικτος anth. Pal.

v. 2: κῦδος ἀρέσθαι et in v. 4 ὥς ποτέ τις ἐρέει et in 5 δουρὶ δαμασθείς ex Hom. carm. depromta sunt. ‖ ἄλοχος ἀμφιδρυφής Il. II 700. ‖

106) Serv. ad. Verg. Aen. III 701.

107) Her. VII 148: Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι . . πυθόμενοι ὥς σφεας οἱ Ἕλληνες πειρήσονται παραλαμβάνοντες ἐπὶ τὸν Πέρσην, πέμψαι θεοπρόπους εἰς Δελφοὺς τὸν θεὸν ἐπειρησομένους· τὴν δὲ Πυθίην ἀνελεῖν τάδε· Ἐχθρὲ κτλ. adde Anth. Pal. XIV 94. vv. 1—2 Eus. pr. ev. VI 7.

3: κάρα anth. Pal. ‖ 2: πεφυλαγμένος εἶναι Il. 23, 343. ‖

108) Her. VIII 20: Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός· Φράζεο κτλ. adde anth. Pal. XIV 97.

1: βαρβαρόφωνον et Her. codd. et anth. Pal. ‖ Καρῶν βαρβαροφώνων Il. II 867. ‖ μηκάδες αἶγες hom. ‖

109) Her. VII 220: ἐκέχρηστο ὑπὸ τῆς Πυθίης τοῖσι Σπαρτιήτῃσι χρεομένοισι περὶ τοῦ πολέμου τούτου αὐτίκα

πέρθεται, ἢ τὸ μὲν οὐκί, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλης
πενθήσει βασιλῆ φθίμενον Λακεδαίμονος οὖρος.
οὐ γὰρ τὸν ταύρων σχήσει μένος οὐδὲ λεόντων
ἀντιβίην· Ζηνὸς γὰρ ἔχει μένος· οὐδὲ ἕ φημι
σχήσεσθαι πρὶν τῶνγ' ἕτερον διὰ πάντα δάσηται.

110.

Ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν
νηυσὶ γεφυρώσωσι καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν,
ἐλπίδι μαινομένῃ λιπαρὰς πέρσαντες Ἀθήνας,
δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱόν,
δεινὸν μαιμώοντα δοκεῦντ' ἂν ἅπαντα πιθέσθαι.

κατ' ἀρχὰς ἐγειρομένου, ἢ Λακεδαίμονα ἀνάστατον γενέσθαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἢ τὸν βασιλέα σφεων ἀπολέεσθαι. ταῦτα δέ σφι ἐν ἔπεσι ἑξαμέτροισι χρᾷ ἔχοντα ὧδε· Ὑμῖν κτλ.

Anth. Pal. XIV 96. vv. 1—4 Eus. pr. ev. V 25.

1: *δ'* om. Eus. ‖ 3: *πέρσεται* Eus. ‖ *οὐχί* Her. codd. anth. Pal. Eus. ‖ *Ἡρακλέους* altera pars Her. codd. et anth. Pal. *οὐχί* et *Ἡρακλέους* apud Herodotum servavit Steinius, *οὐκί* et *Ἡρακλέος* Bekkerus Krügerus Abichtius in textum receperunt. ‖

1: *εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα* Od. XV 1. ‖ 3: *ἠὲ καὶ οὐκί* Il. II 238, 300 saepius. ‖ 6: *ἀντιβίην* vox Homerica. ‖ cf. Il. XVII 502: *οὐ γὰρ ἔγωγε*

Ἕκτορα Πριαμίδην μενέος σχήσεσθαι ὀίω
πρὶν . . .

7: *διὰ παῦρα δασάσκετο* Il. IX 333. *διὰ κτῆσιν δατέοντο* V 158.

110) Her. VIII 77: *εἰς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω οὔτε παρ' ἄλλων ἐνδέκομαι.* adde anth. Pal. XIV 98.

1: *Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν* Hes. op. 466. 597. 605. ‖ *χρυσάορος* Apollinis apud Homerum cognomen est, Cereris in hymn. in Cer. 4, Dianae hoc uno loco. ‖ 3: *φρεσὶ μαινομένῃσι* Il. XXIV 114. ‖ 4: *δῖα Δίκη* cf. Hes. op. 256:

ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν. ‖

Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης
πόντον φοινίξει. τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
εὐρυόπα Κρονίδης ἐπάγει καὶ πότνια Νίκη.

111.

Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης
δώματα καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα,
οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον οὔτε τὸ σῶμα,
οὔτε πόδες νέατοι οὔτ' ὦν χέρες, οὔτε τι μέσσης
λείπεται· ἀλλ' ἄζηλα πέλει· κατὰ γάρ μιν ἐρείπει
πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης Συριηγενὲς ἅρμα διώκων.
πολλὰ δὲ κἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα κού τὸ σὸν οἶον·
πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει
οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥεούμενοι ἑστήκασι,
δείματι παλλόμενοι, κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
αἷμα μέλαν κέχυται, προϊδὸν κακότητος ἀνάγκας.
ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

5: *μαιμώων* Il. XV 742 saep. ‖ 8: *Ζεὺς ἦμαρ ἐπάγει* Od. XVIII 137. ‖

111) Herod. VII 140: *πέμψαντες οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους χρηστηριάζεσθαι ἦσαν ἕτοιμοι· καί σφι . . χρᾷ ἡ Πυθία, τῇ οὔνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε· ὦ μέλεοι κτλ.*

anth. Pal. XIV 92. Apud Eus. in pr. ev. V 24 exstant primus versus et omisso altero tertius et qui sequuntur usque ad verba *δείματι παλλόμενοι* in decimo. Versus octavum nonumque servavit Clem. Alex. strom. V p. 782. *ὦ μέλεοι τί κάθησθε* invenis etiam apud Theodoretum gr. aff. cur. X 28.

Tzetzes chil. IX 809:

τότε λοιπὸν οἱ Ἕλληνες δεινῶς ἐπτοημένοι
καὶ δὴ χρησμῳδοτούμενοι περὶ συμβησομένων
ἐκ χρηστηρίων ἤκουσαν Βάκιδος χρησμολόγου
„ὦ μέλεοι τί κάθησθε; λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης."

1: *πόλιν φύγετ' ἔσχατα* Oenom. ap. Eus. *λιπὼν φύγ' ἐς* Reiske. ‖ 3: *ἔμπεδος* Oen. ‖ 4—5: *οὐ χέρες οὐδὲ πόδες νέατοι· κατὰ γάρ μιν ἐρείψει* Oen. [*ἔρριψε* codd.] ‖ 7: *πολλὰ δὲ τῇδ' ἀπολεῖ πυργώματα καὶ κατερείψει* Oen. ‖ 9: *ῥεεύμενοι* Clem.

112.

Οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι
λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.
σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω ἀδάμαντι πελάσσας.
τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων ὅσα Κέκροπος οὖρος
ἐντὸς ἔχει κευθμών τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο,
τεῖχος Τριτογένει ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεὺς
μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει.
μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν

2: *ἄκρα κάρηνα* Il. II 869: *Μυκάλης αἰπεινὰ κάρηνα.* ‖ 3: *μείνει ἔμπεδον* Il. V 527. XVI 434. ‖ 4: *πόδες νέατοι* Il. II 824: *ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης.* ‖ 6: *ἅρμα διώκειν* hymn. hom. IX 4. Aeschyl. Pers. 86: *Σύριον ἅρμα διώκων.* ‖ 8: *μαλερῷ πυρί* Il. IX 242. XX 316. ‖ 10: *δείματι παλλόμενοι* hymn. Dem. 293. ‖ *καταχεῖν τινι* Il. XX 282: *κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο ὀφθαλμοῖς.*

112) Exstat hoc notissimum oraculum Herod. VII 141. Anth. Pal. XIV 93. Eus. pr. ev. V 24. Theodor. gr. aff. cur. X 30. — vv. 6—12: Schol. Aristoph. equ. 1040 (omisso nono). Suid. s. v. *ἀντῖλεν.* — 6—11: Aristid. II p. 279 [Dindorf.] — 6—9: Schol. Aeschyl. Pers. [Dind. p. 420.] Tzetz. ad Lyc. 1432. vv. 6. 11. 12 in schol. Aristid. p. 595 Dind. [229 Frommel]. — v. 6: schol. Arist. equ. 886. Olympiodor. in Plat. Alcib. I p. 224. Polyaen. I 30, 1 [vv. 6 et 11]. Tzetz. ad Il. XIII 20 [ed G. Hermann]: v. 6 et 11.

cf. praeterea Clem. Al. strom. V 14 p. 278, qui hoc oraculum cum praecedente confudit, et Eust. ad Il. p. 701. Schol. Aristot. p. 27ᵇ. Maxim. Tyr. I 19, 358.

v 6: *τεῖχος Ἐρεχθείδαις* Tzetz. ad. Il. ‖ 7: *τελέειν* schol. Aristoph. ‖ *διὰ Παλλάδα κούρην* pro *τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει* schol. Aristoph. ‖ 8: *μενέειν* pro *τε μένειν* schol. Aristoph. ‖ 9: *ἀναχωρεῖν* Aristid. ‖ 10: *ἐπιστρέψαις* schol. Aristoph. ‖ 10: *ἔτι τοί ποτε κάντιος ἔσσῃ* Herod. Anth. Pal. Euseb. Aristid. Suid. ‖ 11: *θεία* Aristid. et schol. ‖ 12: *ἢ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος ἢ δ' ἀνιόντος* schol. Aristid. ‖

νῶτον ἐπιστρέψας· ἔτι γάρ τοι κἀντίος ἔσται.
ὦ θείη Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
ἤ που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης.

113.

Ὦ Δελφοὶ λίσσεσθ' ἀνέμους καὶ λώιον ἔσται.

114.

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσι.

115.

Μή μοι Περσῆος σκύλων περικαλλέα κόσμον
νηῷ ἐγκαταθῇς· οἶκόνδ' ἀπόπεμπε τάχιστα.

---

v. 2: πυκινὰ μήδεα Od. XIX 353 saep. ‖ 5: ζάθεος apud Homerum cognomen est usitatissimum urbium et insulae Cytherae. ‖ 6: Τριτογένει cf. hymn. 28 (29) 4. ‖ εὐρυόπα Ζεὺς form. Hom. ‖ 7: πόλις ἀπόρθητος Il. XII 11. ‖ v. 12 in schol. Aristid. cf. Od. I 24. ‖

113) Clem. Alex. strom. VI 3, 29 p. 753: Δελφοὶ δὲ Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος ἀνειπούσης τῆς Πυθίας Ὦ Δελφοὶ κτλ. βωμοὺς καὶ θυσίαν ποιήσαντες ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον· πνεύσαντες γὰρ ἐρρωμένως περὶ τὴν Σηπιάδα ἄκραν συνέτριψαν πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Περσικοῦ στόλου

Eandem rem non adlato versu narrat Herodot. VII 178: . . . οἱ Δελφοὶ ἐχρηστηριάζοντο τῷ θεῷ . . καί σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὔχεσθαι· μεγάλους γὰρ τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους.

114) Her. VIII 96: τὸ εἰρημένον ἐν χρησμῷ Λυσιστράτῳ Ἀθηναίῳ ἀνδρὶ χρησμολόγῳ· Κωλιάδες κτλ.

Strab. IX 1, 21 p. 398: τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν, εἰς ὃν τόπον ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγιά φασι, περὶ ὧν καὶ τὸν Ἀπόλλω προειπεῖν· Κωλ. κτλ.

adde Eust. ad Dion. Per. 591.

φρίξουσι codd. et Her. et Strab. φρύξουσι Joach. Kuhnius. ‖

115) Paus. X 14, 5: λεγέται ὡς Θεμιστοκλῆς ἀφίκοιτο ἐς Δελφοὺς λαφύρων τῶν Μηδικῶν κομίζων τῷ Ἀπόλλωνι·

116.

. . . .
τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ
Ἑλλήνων σύνοδον καὶ βαρβαρόφωνον ἰϋγήν,
τῇ πολλοὶ πεσέονται ὑπὲρ λάχεσίν τε μόρον τε
τοξοφόρων Μήδων, ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

117.

Ἔσται σοι κοῦρος, Μνησαρχίδη, ὅντινα πάντες
ἄνθρωποι τίσουσι καὶ ἐς κλέος ἐσθλὸν ὀρούσει
καὶ στεφέων ἱερῶν γλυκερὴν χάριν ἀμφιβαλεῖται.

118.

Οὐράνιόν σε βέλος τι κατακτενεῖ . . .

119.

Ἀρκάδες Ἀζᾶνες βαλανηφάγοι, οἳ Φιγάλειαν
νάσσασθ' ἱππολεχοῦς Δηοῦς κρυπτήριον ἄντρον,
ἥκετε πευσόμενοι λιμοῦ λύσιν ἀλγινόεντος,
μοῦνοι δὶς νομάδες, μοῦνοι πάλιν ἀγριοδαῖται.
Δηὼ μὲν σέ γ' ἔπαυσε μάχης, Δηὼ δ' ἀμήτων

. . . *ἡ δὲ Πυθία ἐκέλευεν αὐτὸν τὸ παράπαν ἀποφέρειν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. καὶ ἔχει οὕτω τὰ ἐς τοῦτο τοῦ χρησμοῦ· Μή μοι κτλ.*

in v. 1: fortasse *Πέρσαο σκύλων* scribendum pro *Περσῆος σκύλων.* ‖

116) Her. IX 43: *ἀλλὰ τὰ μὲν Βάκιδί ἐστι ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα Τὴν δ' ἐπὶ Θερμ. κτλ.*

adde anth. Pal. XIV 99.

v. 1: *Ἀσωπὸς λεχεποίης* Il. IV 383. ‖ 3: *πεσέονται* Il. XI 824. ‖ *ὑπὲρ αἶσαν, ὑπὲρ μόρον* form. ep. ‖ 4: *αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ* form. ep. ‖

117) Exstat. Eus. pr. ev. V 33.

118) Exstat in vita Aeschyli [in Westerm. biogr. p. 120] omisso vocabulo *τι.*

119) Paus. VIII 42, 5: *οἱ Φιγαλεῖς οὔτε ἄγαλμα ἀπεδίδοσαν τῇ θεῷ [Δήμητρι] καὶ ὁπόσα ἐς ἑορτὰς καὶ θυσίας . . παρῶπτό σφισιν, ἐς ὃ ἡ ἀκαρπία ἐπιλαμβάνει τὴν γῆν*

ἑλκησιστάχυων καὶ ἀκανθοφαγον πάλι θῆκε,
νοσφισθεῖσα γέρα προτέρων τιμάς τε παλαιάς.
καί σ' ἀλληλοφάγον θήσει τάχα καὶ τεκνοδαίτην,
εἰ μὴ πανδήμοις λοιβαῖς χόλον ἱλάσσεσθε
σήραγγός τε μυχὸν θείαις κοσμήσετε τιμαῖς.

120.

a) *Θειαγένην δ' ἄμνητον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.*

b) *Εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητρ' ἀπαμήσεις.*

c) *Ἐν τιμῇ τὸν ἄτιμον ἔχων τότε γῆν ἀναρώσεις.*

121.

Τίπτε νέως κτίσσαι πολύπουν μενεαίνετε χῶρον
κοῦροι Ἀθηναίων, χαλεπὸν δὲ θεῶν ἄτερ ὔμμιν.
οὐ γὰρ θέσφατόν ἐστι πρὶν ἂν κομίσητ' ἀπὸ Τροίης
Ῥήσου ἀνευρόντες καλάμην πατρίῃ δέ τ' ἀρούρῃ
κρύψητ' εὐαγέως· τότε δ' ἂν τόγε κῦδος ἄροισθε.

καὶ ἱκετεύσασιν αὐτοῖς χρᾷ τάδε ἡ Πυθία· Ἀρκάδες κτλ. ὡς δὲ οἱ Φιγαλεῖς . . ἤκουσαν . . . . Ὀνάταν . . πείθουσι . . ποιῆσαί σφισιν ἄγαλμα Δήμητρος.

5: *σὲ ἔπαυσε* codd. *σέ γ'* Schub. *σ' ἀπέπαυσε* Kayserus [mus. rhen. V 363]. ‖ *Δηὼ δὲ νομήων* codd. emendavit Kayserus. ‖ 6: *ἀναστοφάγον* codd. *ἀκανθοφάγον* Kayserus. ‖

v. 1: *ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες* orac. ap. Her. I 66. ‖ 2: *ἱππολεχής* et *κρυπτήριος ἅπ. εἰρ.* [praeter eccles. script]. 3: *ἀλγινόεις* Hes. th. 214. 226. ‖ *λύσιν λιμοῦ* Hes. op. 404. ‖

120 a) Paus. VI 11 7. *Θεαγένην* codd. ‖

b) Eus. pr. ev. V 34. *Δήμητρ' ἀπαμήσεις* Meinekius in Fleckeis. ann. 89 p. 60. Dindorf. ‖

cf. Wolffii Porphyr. p. 84.

c) Eus. pr. ev. V 34. *γῆν ἀναρώσεις* Dind. *γᾶν ἀναρώσεις* Meinekius. *γαῖαν ἀρώσεις* Gaisford, quem de codd. scriptura conferas. ‖

121) Polyaen. VI 53: *Ἅγνων Ἀττικὴν ἀποικίαν ἤγαγεν οἰκίσαι βουλόμενος τὰς καλουμένας Ἐννέα ὁδοὺς ἐπὶ τῷ Στρυμόνι· ἦν γὰρ καὶ λόγιον Ἀθηναίοις τοιόνδε· Τίπτε κτλ.*

122.

. . . τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον.

123.

. . ἄκρον λαβὲ καὶ μέσον ἕξεις.

124.

Εὔδαιμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης,
πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν
αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα.

125.

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλη.

126.

Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.

---

v. 2: ἄτερ Ζηνός Il. XV 292. ‖ 3: θέσφατόν ἐστι form. ep. ‖ 4: πατρὶς ἄρουρα Od. I 407. ‖ 5: εὐαγέως hymn. Dem. 274. ‖ κῦδος ἀρέσθαι form. ep. ‖

122) Thuc. II 17: τὸ Πελασγικὸν καλούμενον . . ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε, λέγον ὡς τὸ Πελασγικὸν κτλ.

123) Zenob. I 57: οἱ τὴν Αἴγιναν οἰκήσαντες πολέμῳ ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος ἐχρήσαντο τῷ θεῷ· ὁ δὲ ἀνεῖλεν· ἄκρον κτλ. οἱ δὲ συμβαλόντες τὸν χρησμὸν ἀκρωτήριόν τι κατασχόντες μέσον ᾤκησαν.

124) Schol. Aristoph. equ. 1013: ἐγένετο χρησμὸς τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ τοῦ δήμου αὐτῶν λεγόμενος· Εὔδ. κτλ.

cf. schol. equ. 1086. av. 978. Zenob. II 50. vv. 1 et 3 etiam in schol. ad Aristid. p. 114 (ed. Frommel.).

v. 3: πετήσε[τ]αι schol. Aristid. ‖

v. 1: Ἀθηναίης ἀγελείης fine versus ut semper apud Homerum; cf. Ameis ad Od. XIII 359. ‖ v. 2: cf. Odyss. initium. ‖ 3: ἤματα πάντα homerice.

125) Aristoph. equ. 1059 prima verba ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο affert, cetera schol. cf. Eustath. ad. Hom. p. 1394, 46.

126) Athen. V 219 A: . . τὸν πυθόμενον, εἴτ' Αἴσωπός

127.

Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

128.

Ἐσχατιὰν πεφύλαξο λύκου χαμάκεσσι δοκεύων
καὶ λόφον Ὀρχαλίδην ὃν ἀλώπηξ οὔποτε λείπει.

129.

Καὶ τότ' Ἀθηναίοισι βαρύστονα κήδεα θήσει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης οὗπερ κράτος ἐστὶ μέγιστον,
νηυσὶ φερεπτολέμοισι μάχην καὶ δηιοτῆτα,
ὀλλυμέναις δυλεροῖσι τρόποις κακότητι νομήων.

ἐστιν ὁ λογοποιός εἴτ' ἄλλος τις, „πῶς ἂν πλουτήσαιμι, Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ;" χλευάζων ἀπεκρίνατο· Εἰ κτλ.

adde Aristoph. av. 968 et schol. Zenob. III 57. Eustath. p. 291, 30. Suidas εἰ τὸ μέσον κτλ.

127) Thuc. II 54: ἐν τῷ κακῷ ἀνεμνήσθησαν καὶ τοῦδε τοῦ ἔπους φάσκοντες οἱ πρεσβύτεροι πάλαι ᾄδεσθαι· Ἥξει κτλ.
cf. Il. I 61: εἰ δὲ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.

128) Plut. Lys. XXIX: λέγεται δὲ καὶ Θηβαίοις ὑπὸ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ἐν Ἰσμηνίῳ γενέσθαι χρησμὸν ἅμα τήν τε πρὸς Δηλίῳ μάχην καὶ τὴν πρὸς Ἁλιάρτῳ ταύτην ἐκείνης ὕστερον ἔτει τριακοστῷ γενομένην προμηνύοντα. ἦν δὲ τοιοῦτος· Ἐσχατιὰν κτλ.

129) Paus. X 9, 11: τὴν δὲ πληγὴν Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς οὐ μετὰ τοῦ δικαίου συμβῆναί σφισιν ὁμολογοῦσι· προδοθῆναι γὰρ . . ὑπὸ τῶν στρατηγησάντων . . . καὶ ἐς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου Σιβύλλης παρέχονται τῶν χρησμῶν· καὶ τότ' κτλ.
in v. 3: φερεπτολέμοισι scripsi cum Dindorfio et Schubarto. ‖
v. 2: Ζεὺς ὑψιβρεμέτης οὔτε κράτος ἐστὶ μέγιστον Od. V 4. ‖ 3: μάχης καὶ δηιοτῆτος Il. VII 290. ‖

130.

Καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν ἐπέρχεται ἄγριος ὄμβρος
ἡγεμόνων κακότητι· παραιφασίη δέ τις ἔσται·
ἦ τάχος ἡμύσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν.

131.

Φράζεο δὴ Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάστῃ χωλὴ βασιλεία.
δηρὸν γὰρ μόχθοι σε κατασχήσουσιν ἄελπτοι
φθερσίβροτόν τ' ἐπὶ κῦμα κυκωομένου πολέμοιο.

132.

Ὁπλίτην κελάδοντα φυλάξασθαί σε κελεύω
γῆς τε δράκονθ' υἱὸν δόλιον κατόπισθεν ἰόντα.

---

130) Paus. X 9, 11: *τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου χρησμῶν μνημονεύουσι· Καὶ γὰρ κτλ.*

in v. 3 pro corrupto quod exstat *ητταλοις* scripsi *ἦ τάχος*. cf. Synesii epist. LXXIII [Hercheri epistulogr. p. 684]: *πατέρων αὐτὸ [τὸ λόγιον] καὶ πάππων ἠκούσαμεν ὅτι φθερεῖ τὰ Λιβύων „ἡγεμόνων κακότης.“ αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι τοῦ χρησμοῦ τὸ τεμάχιον.*

131) Paus. III 8, 9: *τῷ Ἀγησιλάῳ καὶ Λεωτυχίδῃ παρέσχεν ἐς πλέον τὸ μάντευμα ἀντιλογίαν τὸ ἐκ Δελφῶν, γεγονὸς μὲν ἐκεῖ, ἔχον δὲ οὕτω· Φράζεο κτλ.*

adde Plut. Ages. III. Lysand. XXII. de Pyth. or. XI. cf. Xen. Hell. III 3, 3.

in v. 3: *νοῦσοι* pro *μόχθοι* Plut. in vita Ages. ‖ 4: *φθισίμβροτον* et *φθισίβροτον* Plut.; *φθερσιβρότου* aut *φθισιβρότου* malunt Bekkerus et Sintenis. ‖ *κυλινδόμενον* Plut. ‖

3: *μόχθοι κατασχήσουσιν* ut apud Homerum *γῆρας κατέχει* Od. XI 497 saep.

132) Plut. Lys. XXIX: *ἦν γὰρ ὡς ἔοικε τῷ Λυσάνδρῳ δεδομένος χρησμὸς οὕτως ἔχων· Ὁπλ. κτλ.*

1: *πὰρ ποταμὸν κελάδοντα* Il. XVIII 576. ‖

133.

Λεῦκτρά τέ μοι σκιόεντα μέλει καὶ Ἀλήσιον οὖδας,
καί μοι τὼ Σκεδάσου μέλετον δυσπενθέε κούρα.
ἔνθα μάχη πολύδακρυς ἐπέρχεται· οὐδέ τις αὐτὴν
φράσσεται ἀνθρώπων, πρὶν κούριον ἀγλαὸν ἥβην
Δωριέες ὀλέσωσ' ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.
τουτάκι δ' ἔστι Κερησσὸς ἁλώσιμος, ἄλλοτε δ' οὐχί.

134.

Πρὶν δορὶ συμβαλέειν ἐχθροῖς, στήσασθε τρόπαιον,
ἀσπίδα κοσμήσαντες ἐμήν, τὴν εἴσατο νηῷ
θοῦρος Ἀριστομένης Μεσσήνιος. αὐτὰρ ἐγώ τοι
ἀνδρῶν δυσμενέων φθίσω στρατὸν ἀσπιστάων.

135.

Καὶ τότε δὴ Σπάρτης μὲν ἀπ' ἀγλαὸν ἄνθος ὀλεῖται,
Μεσσήνη δ' αὖτις οἰκήσεται ἤματα πάντα.

136.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

---

133) Exstat apud Paus. IX 14, 3. v. 1: *σκιόεις* vox Hom. ‖ 3: *ὑσμίνη πολύδακρυς* Il. XVII 544. ‖ 5: *αἴσιμον ἦμαρ* et *ἐπελθεῖν* form. Hom. ‖

134) Paus. IV 32, 5: *φασὶν οἱ Θηβαῖοι μελλούσης τῆς μάχης ἔσεσθαί σφισιν ἐν Λεύκτροις ἐς ἄλλα τε ἀποστεῖλαι χρηστήρια καὶ ἐρησομένους τὸν ἐν Λεβαδείᾳ θεόν . . . . . Τροφώνιον δέ φασιν εἰπεῖν ἑξαμέτρῳ· Πρὶν κτλ.*

135) Paus. IV 27, 4: *μάλιστα δὲ τὸν Ἐπαμεινώνδαν ἐς τὸν οἰκισμὸν οἱ Βάκιδος ἐνῆγον χρησμοί. Βάκιδι γὰρ μανέντι ἐκ Νυμφῶν ἐς ἄλλους τέ ἐστιν Ἑλλήνων καὶ ἐς τὴν Μεσσηνίων κάθοδον προειρημένα· Καί τότε κτλ.*

v. 2: *ἤματα πάντα* form. Hom. ‖

136) Suidas: *καὶ παροιμία· Ἀργυρ. κτλ. τοῦτον γὰρ τὸν χρησμὸν ἡ Πυθία ἔχρησε Φιλίππῳ.*

adde Greg. Cypr. M. I 64. Macar. II 29. Apostol. III 91. Arsen. s. v. *ἀργυρέαις*. cf. Plut. Aem. Paul. XII 6. Ioann. Sic. p. 57.

137.

Τῆς ἐπὶ Θερμώδοντι μάχης ἀπάνευθε γενοίμην
αἰετὸς ἐν νεφέεσσι καὶ ἠέρι θηήσασθαι.
κλαίει ὁ νικηθείς, ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν.

138.

Τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι μάχην μένε, παμμέλαν ὄρνι.
τηνεί τοι κρέα πολλὰ παρέσσεται ἀνθρώπεια.

139.

Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύσων.

140.

Αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδῃσιν,
ὑμῖν κοιρανέων ἀγαθὸν καὶ πῆμα Φίλιππος.
ἤτοι ὁ μὲν πρότερος πόλεσιν λαοῖσί τ' ἄνακτας
θήσει· ὁ δ' ὁπλότερος τιμὴν ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσει,
δμηθεὶς ἑσπερίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν ἠῴοις τε.

---

137) Plut. Demosth. XIX: . . . *καὶ χρησμὸς ᾔδετο παλαιὸς ἐκ τῶν Σιβυλλείων· Τῆς κτλ.*

138) Plut. Dem. XIX: . . . *ἐπὶ δὲ τούτῳ* [*Δοῦρίς φησι*] *χρησμὸν ἄλλον λέγεσθαι ᾄδοντα· Τὴν κτλ.*

139) Paus. VIII 7, 6: *Φίλιππος μὲν οὐ πρόσω βιώσας ἕξ τε καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν τὸ μάντευμα ἐξετέλεσε τὸ ἐκ Δελφῶν, ὃ δὴ χρωμένῳ οἱ περὶ τοῦ Πέρσου γενέσθαι λέγουσιν· Ἔστεπται κτλ.*

140) Paus. VII 8, 8: *τὰ δὲ ἐς Μακεδόνας δύναμίν τε ἣν ἐπὶ Φιλίππου περιεβάλοντο τοῦ Ἀμύντου καὶ ὡς ἐπὶ Φιλίππου τοῦ ὑστέρου τὰ πράγματα σφίσιν ἐφθάρη, Σίβυλλα οὐκ ἄνευ θεοῦ προεθέσπισεν. ἔχει δὲ οὕτω τὰ χρησθέντα· Αὐχ . . .*
5: *ἠὲ πρὸς ἠοίων ἢ ἑσπερίων ἀνθρώπων* Od. VIII 29. ‖

141.

Ἑρμῆς Ἀλκείδης καὶ ἱμαντόμαχος Πολυδεύκης
οἱ τρεῖς ἀθλήσαντες ἀνακτίσσουσί σε, Θῆβαι.

142.

Τρὶς μάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις ἄνδρες ἔσονται
οἳ Πάγον οἰκήσουσι πέρην ἱεροῖο Μέλητος.

143.

Ζῆνα θεῶν ὕπατον καὶ Ἀθηνᾶν Τριτογένειαν
τιμᾶτε βροτέων ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα·
ὃν Ζεὺς καρτίσταισι γοναῖς ἔσπειρεν ἀρωγὸν
εὐνομίης θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλῆα.

144.

Ὦ βασιλεῦ σοὶ Φοῖβος ὁ μηλοκέρως ἀγορεύω·
εἴγε θέλεις αἰῶσιν ἀγηράτοισι νεάζειν,
κτίζε πόλιν περίφημον ὑπὲρ Πρωτηίδα νῆσον,

---

141) Tzetzes chil. VI 418:
οὕτω μὲν κατέσκάφησαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ Θῆβαι.
χρησμὸς τοῖς περιλοίποις δὲ δίδοται τῶν Θηβαίων
περὶ τῆς ἀνακτίσεως οὕτω κατ' ἔπος λέγων
Ερμῆς κτλ.

1: ἱμαντόμαχος ἅπ. εἰρ. ‖ 2: cf. Il. VII 453:
ἐγὼ καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
ἥρῳ Λαομέδοντι πολίσσαμεν ἀθλήσαντες.

142) Paus. VII 5, 3: . . . ἀποστέλλουσιν ἐς Κλάρον θεωροὺς οἱ Σμυρναῖοι περὶ τῶν παρόντων σφίσιν ἐρησομένους, καὶ αὐτοῖς ἔχρησεν ὁ θεὸς Τρὶς . .

1: τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἳ τότ' ὄλοντο Od. V 306. ‖ ἱεροῖο Μέλητος epigr. hom. IV 7.

143) Socr. hist. eccl. III 23: τοῦ δὲ Μακεδόνων βασιλέως ἐς τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντος οἱ Ἀμφικτύονες Ἀλεξάνδρῳ ἐχαρίζοντο καὶ ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τάδε· Ζῆνα κτλ.

in v. 3: ἀρίσταισι codd. ἀρρήτοισι Reading. ‖

144) Ps. Callisth. I 30, 33: ὁ Ἄμμων . . λέγει τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὦ βασιλεῦ κτλ.

ἧς προκάθητ' Ἀίδης Πλουτώνιος αὐτὸς ἀνάσσων,
πενταλόφοις κορυφαῖσιν ἀτέρμονα κόσμον ἑλίσσων.

145.

Λήξει παῖς σὸς ἔρωτος ὅταν κούφῃ νεότητι
Κύπριδος ἱμερόεντι καταφλεχθῇ φρένας οἴστρῳ.
ὀργὴν οὖν πρήυνον ἀμειδέα, μηδ' ἐπιτείνειν
κωλύων· πράσσεις γὰρ ἐναντία σοῖσι λογισμοῖς·
ἢν δέ γ' ἐφ' ἡσυχίην ἔλθῃς λήθην τάχος ἕξει
φίλτρων καὶ νήψας αἰσχρᾶς καταπαύσεται ὁρμῆς.

146.

a) Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίην θ' ὅθι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστίν.

---

v. 2: corruptus mihi videtur et propter verba *αἰῶσιν ἀγηράτοισι νεάζειν* et quod metrum (*ἀγηρᾰτοισι*) repugnat. ‖ v. 4: *προκάθηται αἰὼν Πλ.* codd. *ἧς δαίμων προκάθηται Πλουτώνειος ἀνάσσων* Dübnerus. ‖

145) Suidas: *ὅτι Διογένης εἶχεν ἐρῶντα παῖδα . . . . ἧκεν οὖν εἰς Δελφοὺς καὶ . . ἐρωτᾷ εἴ οἱ πέπαυται νοσῶν ποτε ὁ παῖς. ἡ δὲ . . λέγει ταῦτα· Λήξει κτλ.*

v. 5: *ἢν δέ γ' ἐφ'* cum Gaisfordio pro *ἢν δ' ἐφ'*. ‖

146 a) Suidas s. v. *Τόνον· Πυθικὸν ἦν προμάντευμα ἐν τόνοις ἑξαμέτροις οὕτω προλέγον τὴν τελευτὴν [Ἀλεξάνδρου τοῦ Μολοττοῦ]: Αἰακίδη κτλ.*

Liv. VII 24: Alexandrum regem Epiri . . interfectum sortes Dodonaei Jovis eventa adfirmasse [proditum est]. accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem; ibi fatis eius terminum dari.

Justin. XII 2: huic [Alexandro Epirotae] responsum Dodonei Jovis circa urbem Pandosiam amnemque Acherusium [insidias] praedixerat.

cf. Aeliani fr. 458 [Hercher.].

Strabo VI 256: *ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐκ Δωδώνης χρησμός, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν.*

b) *Πανδοσίη τρικόλωνε πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.*

147.

Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν οἷόν κ' ἐγὼ εἴπω·
οὐράνιος κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται
ὄμμα τε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

148.

Δὴ τότ' ἀμειψάμενος στεινὸν πόρον Ἑλλησπόντου
αὐλήσει Γαλατῶν ὀλοὸς στρατός, οἵ ῥ' ἀθεμίστως
Ἀσίδα πορθήσουσι· θεὸς δ' ἔτι κύντερα θήσει
πᾶσι μάλ' οἳ ναίουσι παρ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης
εἰς ὀλίγον· τάχα γάρ σφιν ἀοσσητῆρα Κρονίων

---

b) Steph. Byz.: *Πανδοσία φρούριον Βρεττίων ἐρυμνὸν τρικόρυφον περὶ ὃ ἐφθάρη Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς ἀπατηθεὶς ὑπὸ χρησμοῦ τοιούτου· Πανδοσίη κτλ.*

adde Strab. VI 256: . . *προσηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον· Πανδοσία κτλ.*

147) Macrob. Sat. I 20, 16: Sarapis quem Aegyptii deum maximum prodiderunt oratus a Nicocreonte Cypriorum rege quis deorum haberetur, his versibus sollicitam religionem regis instruxit: *εἰμὶ θεὸς κτλ.*

cf. Wolff de noviss. orac. aet. p. 16.

148) Paus. X 15, 2: *στρατιὰν δὲ τῶν Κελτῶν, ὡς ἐκ τῆς Εὐρώπης διαβήσοιτο ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πόλεων, Φαεννὶς προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς γενεᾷ πρότερον ἢ ἐπράχθη τὸ ἔργον· Δὴ τότ' κτλ. Παῖδα δὲ εἶπε ταύρου τὸν ἐν Περγάμῳ βασιλεύσαντα Ἄτταλον· τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον καὶ ταυρόκερων προσείρηκε χρηστήριον.*

2: *αὐχήσει* Sylb. *ἀνοήσει* Lobeck. *αὐλίσσει* vel *αὐλίσεται* G. Hermann. *ἀμειψόμενος — αὖ δήσει* Schub. *ᾧδ' ἥξει* Kayserus. ‖ 4: *πᾶσι* Bekkerus Dindorfius Schubartus: codicum altera pars om., altera exhibet *Πάγχυ.* ‖

5: . . *τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων ἐξ Ἴδης προέηκε . . .*

ὁρμήσει, ταύροιο διοτρεφέος φίλον υἱόν,
ὃς πᾶσιν Γαλάτῃσιν ὀλέθριον ἦμαρ ἐφήσει.

149.

Θάρσει Ταυρόκερως, ἕξεις βασιληίδα τιμήν
καὶ παίδων παῖδες· τούτων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

150.

Βουλεύῃ, Σικυών, ζωάγριον αἰὲν Ἀράτου,
ἀμφ᾽ ὁσίῃ θαλίῃ τε κατοιχομένοιο ἄνακτος;
ὡς τὸ βαρυνόμενον τῷδ᾽ ἀνέρι καὶ τὸ βαρῦνον
γαίης ἔστ᾽ ἀσέβημα καὶ οὐρανοῦ ἠδὲ θαλάσσης.

151.

Ἀλλ᾽ ὁπόταν Τρώων γενεὰ καθύπερθε γένηται
Φοινίκων ἐν ἀγῶνι, τότ᾽ ἔσσεται ἔργα ἄπιστα·
πόντος μὲν λάμψει πῦρ ἄσπετον, ἐκ δὲ κεραυνῶν
πρηστῆρες μὲν ἄνω διὰ κύματος ἀίξουσιν
ἄμμιγα σὺν πέτρᾳ, ἡ δὲ στηρίξεται αὐτοῦ,
οὐ φατὸς ἀνθρώποις νῆσος· καὶ χείρονες ἄνδρες
χερσὶ βιησάμενοι τὸν κρείσσονα νικήσουσιν.

Il. XV 254. ‖ 7: ὀλέθριον ἦμαρ Il. XIX 294. 409. ἐφήσω χεῖρας, βέλος, κήδεα, ἀεικέα πότμον, ἄεθλον Hom. ‖

149) Suidas: ὅτι Ἄτταλος ὁ Ἀπολλωνίας ἀνὴρ βασιλεὺς Ἀσίας μεταλλάττει τὸν βίον πληρωθείσης ἐπ᾽ αὐτῷ τῆς Πυθίας ἥτις χρηστηριαζομένῃ Ἀττάλῳ τῷ μεγάλῳ ἔφη· Θάρσει κτλ. cf. Diod. ex. Vat. XXXIV 8. Paus. X 15, 3.

1: τιμὴ βασιληίς Il. VI 193. ‖

150) Plut. Arat. 53: ἔπεμψαν οἱ Σικυώνιοι εἰς Δελφοὺς ἐρησόμενοι τὴν Πυθίαν. ἡ δὲ αὐτοῖς ἀναιρεῖ τὸν χρησμὸν τόνδε· Βουλεύῃ κτλ.

v. 1: βουλεύου coni. Schaeferus. ‖

151) Plut. de Pyth. or. XI: περὶ τὸν Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων πόλεμον.

152.

Παῦσαι σκυλεύων στρατὸν ἄϊδος εἰς χθόνα βάντα·
ἤδη γὰρ Κρονίδης νεμεσᾷ Ζεὺς μέρμερα λεύσσων,
μηνίει δὲ φόνῳ στρατιᾶς καὶ σοῖσιν ἐπ' ἔργοις,
καὶ πέμψει φῦλον θρασυκάρδιον εἰς χθόνα τὴν σήν,
οἵ σ' ἀρχῆς παύσουσιν, ἀμείψῃ δ' οἷά γ' ἔρεξας.

153.

Ἴσχεο νῦν Ῥωμαῖε, δίκη δέ τοι ἔμμονος ἔστω,
μή σοι ἐφορμήσῃ Παλλὰς πολὺ φέρτερον Ἄρη,
χηρώσῃ δ' ἀγορᾶς· σὺ δέ, νήπιε, πολλὰ μογήσας
ἵξεαι ἐς χώρην τὴν σὴν πολὺν ὄλβον ὀλέσσας.

154.

Ὦ πατρὶς οἷόν σοι λυγρὸν φέρει Ἄρη Ἀθήνη,
ἡνίκα πορθήσασ' Ἀσίην πολύολβον ἵκηαι
Ἰταλίην ἐς γαῖαν, ἐϋστεφάνους τε πόληας
Θρινακίης νήσου πολυηράτου ἣν κτίσατο Ζεύς.
ἥξει γὰρ στρατιὴ πολυφέρτατος, ὀβριμόμυθος,
τηλόθεν ἐξ Ἀσίης, ὅθεν ἡλίου ἀντολαί εἰσιν,
καὶ βασιλεὺς διαβὰς στεινὸν πόρον Ἑλλησπόντου
ὅρκια πιστὰ ταμεῖ πρὸς κοίρανον Ἠπειρώτην,
ἄξει δ' εἰς Ῥώμην στρατιὴν ἀνάριθμον ἀγείρας
παντόθεν ἔκ τ' Ἀσίης ἠδ' Εὐρώπης ἐρατεινῆς,
καί σε δαμᾷ, χήρους δ' οἴκους καὶ τείχεα θήσει,
δουλοσύνην δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας
τεύξει μήνιδος οὕνεκ' Ἀθηναίης μεγαθύμου.

---

152) Oracula 152—156 exstant apud Phlegontem in mirab. III [Westerm. *παραδοξογρ.* p. 126].

154) in v. 4: *Θρινακίην νῆσον πολυήρατον* cod. corr. Meinekius eumque secutus Kellerus. ‖ 8: *τεμεῖ* Kellerus. ‖ 9: *εἰς Ἀσίην* cod. *εἰς αἶαν* Nauckius: *εἰς Ῥώμην* Westerm. Kellerus. ‖

155.

Ἡνίκα Νισαῖοι χρυσάμπυκες ἀργέται ἵπποι
βῶσιν ἐπὶ χθόνα δῖαν, ἑὴν προλιπόντες ἐφέδρην,
οὓς ποτ' ἐν ἄστει τεῦξε Συρηκοσίων πολυόλβων
Δαίδαλος Ἠετίων, φιλίαν πολυήρατον αὔξων,
δαῖτ' ἐπὶ χαλκείῃ, δεσμοῖς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴαλλεν,
χρύσεον ἐν δ' αὐτὸν πᾶσιν Ὑπερίονος υἱὸν
ἥρμοσεν ἀκτίνεσσι καὶ ὄμμασι μαρμαίροντα·
καὶ τότε σοί, Ῥάμη, χαλεπ' ἄλγεα πάντα τελεῖται.
ἥξει γὰρ στρατὸς εὐρὺς ὃ σοῦ χθόνα πᾶσαν ὀλέσσει,
χηρώσει δ' ἀγοράς, ἄστη δέ τε πυρπόλα θήσει,
αἵματι δὲ πλήσει ποταμούς, πλήσει δὲ καὶ ᾅδην,
δουλοσύνην τ' οἰκτρὴν στυγερὴν ἀτέκμαρτον ἐφήσει.
οὐδὲ γυνὴ πόσιν ὃν γ' ὑποδέξεται ἐκ πολέμοιο
νοστήσαντ', ἀΐδης δέ, καταχθόνιος, μελανείμων,
ἕξει ἐνὶ φθιμένοισιν ὁμοῦ τέκνα μητρὸς ἀπούρας,
Ἄρης δ' ἀλλοδαποῖς περιθήσει δούλιον ἦμαρ.

156.

Μὴ ψαῦ' ἡμετέρης κεφαλῆς· οὐ γὰρ θέμις ἐστίν,
οἷσιν Ἀθηναίη χόλον ἄγριον ἐν φρεσὶ θῆκεν,
ἅπτεσθαι θείοιο καρήατος· ἀλλὰ πέπαυσο,
μαντοσύνην τ' ἐπάκουσον, ἀληθέα τήνπερ ἐρῶ σοι.
ἥξει γὰρ χθόνα τήνδε πολὺς καὶ καρτερὸς Ἄρης,
ὃς λαὸν μὲν ἔνοπλον ὑπὸ σκότον ἀΐδι πέμψει,
ῥήξει δ' αὖ λιθίνους πύργους καὶ τείχεα μακρά,
ὄλβον δ' ἡμέτερον καὶ νήπια τέκν' ἀλόχους τε
μάρψας εἰς Ἀσίην ἄξει διὰ κῦμα περήσας.
ταῦτά σοι εἴρηκεν νημερτέα Φοῖβος Ἀπόλλων
Πύθιος, ὅς μοι ἑὸν κρατερὸν θεράποντ' ἐπιπέμψας
ἤγαγεν εἰς μακάρων τε δόμους καὶ Περσεφονείης.

---

155) v. 4: *φιλίην* Kellerus. ‖ 9: *ὃ σοῦ* Kell. *ὃς οὐ* ceteri editt. ‖ 12: *ἐφήσει* Nauckius: *ἐψέσει* cod. *ἐφέσσει* editt. ‖

156) in v. 4: *ἥπερ ἐρεῖ σοι* cod. corr. Meinekius. ‖ 12: *ἐνέρων* Nauckius. ‖

157.

Ὅσσα τέρα καὶ ὅσσα παθήματα δαίμονος αἴσης,
ἱστὸς ἐμὸς λύσει, τάδ' ἐνὶ φρεσὶν αἴκε νοήσῃς,
ῥώμῃ ἐῇ πίσυνος. καί τοί ποτε φημὶ γυναῖκα
ἀνδρογύνον τέξεσθαι ἔχοντά περ ἄρσενα πάντα
νηπιαχαί θ' ὅσα θηλύτεραι φαίνουσι γυναῖκες.
οὐκ ἔτι δὴ κρύψω, θυσίας δέ τοι ἐξαγορεύσω
προφρονέως Δήμητρι καὶ ἁγνῇ Περσεφονείῃ.
ἴστω δ' αὐτὴ ἄνασσα θεά, τὰ μὲν εἴκε πίθηαι
. . . .
σεμνοτάτῃ Δήμητρι καὶ ἁγνῇ Περσεφονείῃ.
θησαυρὸν μὲν πρῶτα νομίσματος εἰς ἓν ἀθροίσας,
ὅττι θέλεις ἀπὸ παμφύλων πόλεών τε καὶ αὐτῶν,
μητρὶ Κόρης Δήμητρι κέλευ θυσίαν προτίθεσθαι.
αὐτὰρ δημοσίᾳ κέλομαί σε τρὶς ἐννέα ταύρους
φανὰς ἠυκέρους θυέμεν λευκότριχας αἴ κεν
ὑμετέρᾳ γνώμῃ κάλλει προφερέσταται ὦσιν.
παῖδας, ὅσας πάρος εἶπα, κέλευ Ἀχαιστὶ τάδ' ἔρδειν
ἀθανάτην βασίλισσαν ἐπευχομένας θυέεσσιν
σεμνῶς καὶ καθαρῶς· τότε δὴ μετέπειτα δεχέσθω
ἔμπεδ' ἀφ' ὑμετέρων ἀλόχων ἱερ', αὐτὰς ἐπ' αὐτοῖς
ἱστῷ ἐμῷ πίσυνοι λαμπρὸν φάος αἴδε φερόντων
σεμνοτάτῃ Δήμητρι τὸ δεύτερον, αὖτε λαβοῦσαι
τρὶς τόσα νήφαλα πάντα πυρὸς μαλεροῖο τιθέντων,
ὅσσαι ἐπισταμένως θυσίαν γρααὶ προτίθενται.
προφρονέως δ' ἄλλαι Πλουτωνίδι τόσσα λαβοῦσαι,
ὅσσαι ἐν ἡλικίῃ νεοθαλέα θυμὸν ἔχουσιν
νηπίαχοι, σεμνὴν Πλουτωνίδα παντοδίδακτον
ἐν πάτρᾳ εὐχέσθων μίμνειν πολέμου κρατέοντος,
λήθην δ' ἐν στήθεσσι πεσεῖν πολέμου καὶ αὐτῆς.

---

157) Corruptissimum hoc oraculum exstat Phleg. mir. X [in Westerm. *παραδοξογρ.* p. 133 sq.]. Westermanno tutius videbatur totum carmen intactum relinquere; emendationes haud paucas easque mihi probatas dedit Emperius opusc. p. 231 sq., quo loco singula conferas.

v. 1: *τλήμονος* Nauckius Kellerus. ‖ 2: *νήσει* eidem. ‖ 16: *ἀγελαστί* Nauckius. ‖ 23: *γραῖαι* idem. ‖ 37: *Αἰδωνεῖ*

θησαυρὸν δὲ κόροι καὶ παρθένοι ἔνθα φερόντων
ἱστῷ θειοπαγεῖ, καὶ ὑφάσματα ποικίλα, σεμνῇ
ὡς Πλουτωνίδι κόσμον, ὅπως σχέσις ᾖσι κακοῖο.
προφρονέως δ' ὅτι κάλλιστον καὶ εὐκτὸν ἐπ' αἶαν
ὡς θνητοῖσιν ἰδέσθαι ἐπέπλετο, καὶ τὸ φέρεσθαι
ἱστῷ σύμμικτον δῶρον βασιληίδι κούρῃ·
αὐτὰρ ὅτ' ἂν Δήμητρι καὶ ἁγνῇ Περσεφονείῃ
. . . .
γαίας ὑμετέρας ἀπερυκέμεναι ζυγὸν αἰεὶ
. . . .
Αἰδωνεῖ Πλούτωνι βοὸς κυανότριχος αἷμα,
λαμπροῖς εἵμασι κοσμητοὺς μετὰ ποιμένος ὅστις
λήματι ῳ̃ πίσυνος βοὸς ἄρτεμος αὐτὸς ὅδ' ἔσται
ὅσσοι τ' ἄλλοι ὁμοῦ πίσυνοι κατὰ πατρίδ' ἔασι·
μὴ γὰρ ἀπιστόφιλος θυσίαισιν ἀνὴρ παρεπέσθω·
ἔξω δ' ἔνθ' ἀνομιστὸν ἐπέπλετο φωτὶ τάδ' ἔρδειν
οὐ πιστῷ, καὶ ἄδαιτον ἔχειν θυσίαν, κατὰ δ' αὐλήν.
ὅστις ἂν ἡμετέρων χρησμῶν ἴδρις ἐς τόδ' ἵκηται
σεμνὸν Φοῖβον ἄνακτα μετελθέτω ἐν θυσίαισι,
προφρονέως βωμοῖς ἐπὶ πίονα μηρία καύσας,
αἰγῶν παλλευκῶν νεάτην· ἀτὰρ οἴδατε πάντες,
λισσέσθω Φοῖβον παιήονα κρᾶτα πυκάσσας,
ἱκτῆρες πίπτοντες ὅπως λύσις ᾖσι κακοῖο,
νοστήσας δ' ἀπὸ τοῦ βασιληίδα πότνιαν Ἥρην·
ἀργὴν βοῦν θύων πατρίοισι νόμοισι κατ' αἶσαν,
ὑμνεῖν αἴκε γένει προφερέστεραι ὦσ' ἐνὶ λαοῖς.
καὶ νήσων ναέται τὴν ἀντιπαλῶν ὅταν αἶαν
οὐ δόλῳ ἀλλὰ βίᾳ Κυμαΐδα πρόφρονες αὖτε
νάσσωνται, σεμνῆς βασιληίδος οἶδε τιθέντων
ἐν πατρίοισι νόμοις Ἥρας ξόανόν τε καὶ οἶκον.
ἕξει δ', ἂν μύθοισιν ἐμοῖς τάδε πάντα πίθηαι,
ἐν πολλῷ χρόνῳ αὖ τότ' ἐφ' ὕστερον ὅς κεν ἐπ' αὐτοῖς
νήφαλά κεν ῥέξας ὅσαι ἡμέραι εἰς ἐνιαυτόν
σεμνοτάτην βασίλισσαν ἐπέλθῃ σὺν θυσίαισιν.

Cobetus. ‖ 38: κοσμητοῦ Nauckius. ‖ 39: λήματι ῳ̃ Cobetus [nov. lect. p. 274] Nauckius, νηματίῳ Emperius. ‖ 49: ἱκτὴρ ἐσπίπτοντος Nauckius Kellerus. ‖ 53: τῶν ἀντιπάλων ὅτ'

ὅς κε τάδε ῥέξῃ κείνου κράτος ἔσσεται αἰεί.
νηφαλίμων ἀρνῶν τε ταμὼν χθονίοις τάδε ῥέξον
† *ἦμος ἂν ἤδη ἔχοις μεγαλήτην οὐκ ἀπάντη*
ξεστοδόκον ξοάνῃσι καὶ τἆλλ' ὅς ἔλεξα σάφ' ἴσθι·
ἐν πετάλοισιν ἐμοῖς ὑπὸ κερκίδος ἀμφὶ καλύπτρας
ἵμερτός σε βάλεν γλαυκῆς ἐλάας πολυκάρπου,
ἀγλαὰ φύλλα λαβοῦσα λύσιν κακοῦ. ἦμος ἂν ἔλθῃ
ὔμμι χρόνος μάλα κεῖνος ἐν ᾧ ποτε τἆλλα νεογνὴς
Τρὼς δή τοι παύσει σε κακῶν ἅμα δ' Ἑλλάδος ἐκ γῆς.
αὐτὰρ ποῦ μεταβᾶσαν ἐποτρύνεις ἀγορεῦσαι.

158.

Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
τόνδε δόμον προλιπεῖν καὶ Ἅιδην αὖθις ἱκέσθαι.
λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βώμων ἡμετεράων.

159.

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

160.

Εὔαδέ μοι χθιζὸς λίβανος κλυτοῦ ἑρμηνῆος.

ἂν εἶεν Müllerus Kellerus. ‖ 59: *ἐνιαυτοῦ* Nauckius Kell. ‖ 61: *ῥέξει* cod. corr. Nauckius. ‖ 64: corr. Kellerus. ‖

158) Suid. *Αὔγουστος Καῖσαρ θυσιάσας ἤρετο τὴν Πυθίαν τίς μετ' αὐτὸν βασιλεύσει·*

adde Cedren. p. 182 C. [I 320 Bekk.] Malal. p. 298 [Dindorf].

2: *καὶ ἄιδος* Mal. *καὶ ὁδόν* Cedr. ‖ 3: *καὶ λοιπὸν ἄπιθι ἐκ* Mal. *ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων* Cedr. ‖ *ἡμετέρων* Suid. Mal. Cedr. ‖

159) Cedrenus p. 205 B [I p. 360 Bekk.]: *μετὰ δὲ Κλαύδιον ἐβασίλευσε Νέρων περὶ οὗ λόγιον ἦν· Ἔσχατος κτλ.*

160) Sopater prolegg. in Aristid. Panath. p. 740, 19 [Westerm. *βιογρ.* p. 325]: . . *λέγεται ὅτι εἰσελθόντος εἰς Δελφοὺς εὐτελοῦς τινος καὶ λαβόντος χρησμόν, Νέρων οὐκ ἔλαβε, ζητῶν καὶ αὐτὸς πυθέσθαι περί τινος, εἶτα ἤρετο ἀνθ' ὅτου. ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίθη· Εὔαδέ μοι κτλ.*

161.

Ἄμβροτα φορμίζειν ἀναβάλλομαι ὕμνον ἀοιδῆς,
ἀμφ' ἀγανοῖο φίλοιο μελιχροτάταισιν ὑφαίνων
φωναῖς εὐφήμου κιθαρῆς χρυσέῳ ὑπὸ πλήκτρῳ.
κλήζω καὶ Μούσας ξυνὴν ὄπα γηρύσασθαι
παμφώνοις ἰαχαῖσι παναρμονίαισί τ' ἐρωαῖς,
οἷον ἐπ' Αἰακίδῃ στῆσαι χόρον ἐκλήιχθεν
ἀθανάτων μανίαισιν Ὁμηρείαισί τ' ἀοιδαῖς.
ἀλλ' ἄγε Μουσάων ἱερὸς χόρος, ἀπύσωμεν
εἰς ἓν ἐπιπνείοντες ἀοιδῆς τέρματα πάσης·
ὕμμι καὶ ἐν μέσσαισιν ἐγὼ Φοῖβος βαθυχαίτης.
Δαῖμον, ἄνερ τὸ πάροιθεν, ἀτὰρ νῦν δαίμονος αἴσῃ
θειοτέρῃ πελάων, ὅτ' ἐλύσαο δεσμὸν ἀνάγκης
ἀνδρομέης ῥεθέων δὲ πολυφλοίσβοιο κυδοιμοῦ,
ῥωσάμενος πραπίδεσσιν ἐς ἠόνα νηχύτου ἀκτῆς
νῆχε' ἐπειγόμενος δήμου καὶ νόσφιν ἀλιτρῶν,
στηρίξαι καθαρῆς ψυχῆς εὐκαμπέα οἴμην,
ἧχι θεοῖο σέλας περιλάμπεται, ἧχι θέμιστες
ἐν καθαρῷ ἀπάτερθεν ἀλιτροσύνης ἀθεμίστου.
καὶ τότε μὲν σκαίροντι πικρὸν κῦμ' ἐξυπαλύξαι
αἱμοβότου βιότοιο καὶ ἀσηρῶν ἰλίγγων

---

cf. Hierocl. in aur. Pythag. carm. comment. p. 33 [ed. Mullach]: . . τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ Πυθίου πάλιν ἀπόφθεγμα. πρὸς γὰρ τὸν ἑκατόμβας θύσαντα μὴ μετ' εὐσεβοῦς γνώμης καὶ πυνθανόμενον πῶς εἴη προσδεδεγμένος τὰ παρ' αὐτοῦ δῶρα ἀπεκρίνατο·

Ἀλλά μοι εὔαδε χόνδρος ἀγακλυτοῦ Ἑρμιονῆος.

Vetustissimum autem eum versum fuisse in quo Λύκου Ἑρμιονῆος legeretur, comparato Ptolem. Hephaest. III p. 62 Lobeckius in Aglaophamo p. 1005 ostendit recteque probavit Wolffius de noviss. oracul. aet. p. 5.

161) Exstat apud Porphyr. in vit. Plotin. 22.

cf. Wolff. de noviss. orac. aet. p. 7. et R. Volkmannum in Fleckeis. annal. 77 p. 869.

5: παναρμονίοισι Wolff. ‖ 8: ἠπύσωμεν idem. ‖ 11: ἀνήρ Volkmann. ‖ 13: ῥοθίων coni. Wolff. ‖ 25: ὀρθοπόρων

ἐν μεσάτοισι κλύδωνος ἀνοιίστου τε κυδοιμοῦ,
πολλάκις ἐκ μακάρων φάνθη σκοπὸς ἐγγύθι ναίων.
πολλάκι σεῖο νόοιο βολὰς λοξῇσιν ἀταρποῖς,
ἱεμένας φορέεσθαι ἐρωῇσιν σφετερῇσιν
ὀρθοπόρου ἀνὰ κύκλα καὶ ἄμβροτον οἶμον ἄειραν
ἀθάνατοι θαμινὴν φαέων ἀκτῖνα πορόντες
ὄσσοισιν δέρκεσθαι ἀπὸ σκοτίης λυγαίης.
οὐδέ σε παμπήδην βλεφάρων ἔχε νηδύμος ὕπνος
ἀλλ' ἄρ' ἀπὸ βλεφάρων πετάσας κηλῖδα βαρεῖαν
ἀχλύος, ἐν δίνῃσι φορεύμενος ἔδρακες ὄσσοις
πολλά τε καὶ χαρίεντα τά κεν ῥέα οὔτις ἴδοιτο
ἀνθρώπων ὅσσοι σοφίης μαιήτορες ἔπλευν.
νῦν δ' ὅτε δὴ σκῆνος μὲν ἐλύσαο, σῆμα δ' ἔλειψας
ψυχῆς δαιμονίης, μεθ' ὁμήγυριν ἔρχεαι ἤδη
δαιμονίην, ἐρατοῖσιν ἀποπνείουσαν ἀήταις,
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἔνι δ' ἵμερος ἁβρὸς ἰδέσθαι
εὐφροσύνης πλείων καθαρῆς πληρούμενος αἰὲν
ἀμβροσίων ὀχετῶν θεόθεν, ὅθεν ἐστὶν ἐρώτων
πείσματα καὶ γλυκερὴ πνοιὴ καὶ νήνεμος αἰθήρ,
χρυσείης γενεῆς μεγάλου Διὸς, ἧχι νέμονται
Μίνως καὶ Ῥαδάμανθυς ἀδελφεοὶ, ἧχι δίκαιος
Αἰακὸς, ἧχι Πλάτων ἱερὴ ἴς, ἧχί τε καλὸς
Πυθαγόρης ὅσσοι τε χόρον στήριξαν ἔρωτος
ἀθανάτου, ὅσσοι γενεὴν ξυνὴν ἐλάχοντο
δαίμοσιν ὀλβίστοις, ὅθι τοι κέαρ ἐν θαλίῃσιν
αἰὲν ἐυφροσύνῃσιν ἰαίνεται. ἆ μάκαρ, ὅσσους
ὀτλήσας ἀριθμοὺς ἀέθλων μετὰ δαίμονας ἁγνοὺς
πωλέεαι ζαμένῃσι κορυσσάμενος ζωῇσι.
στήσωμεν μολπήν τε χοροῦ τ' εὐδινέα κύκλον
Πλωτίνου Μοῦσαι πολυγηθέες, αὐτὰρ ἐμεῖο
χρυσείῃ κιθάρῃ τόσσον φράσεν εὐαίωνι.

---

et κατ' pro καὶ idem. ‖ ἀπαί codd. ἀπὸ Volkmann. ‖ 29: σκεδάσας Wolff. ‖ 32: μαιεύτορες idem. ‖ 37: πλεῖος idem. ‖ 48: ζαμενέσσι idem. ‖

Textus quem dedi Kirchhoffianus est, nisi quod ille ἀπαί servavit. ‖

162.

Ἐσθλὸς ἀνὴρ μακάρεσσι τετιμένος ὀλβιοδαίμων.

163.

a) Ἔξιτέ μοι μεγάρων, ἀπατήμονες οὔλιοι ἄνδρες,
φύτλης ἀθανάτων ἐρικυδέος ἀλγυντῆρες.

b) Κίρκος τρήρωσιν ἱερὸν γόον ἠγηλάζων
οἶος πολλῇσιν· ταὶ δὲ φρίσσουσι φονῆα.

164.

Αἴ κε πάθῃ, τά τ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

165.

Οὐ θέμις ἐν Τροίῃ σε πάλιν τμηθέντι θεμείλῳ
Ῥώμης ἱδρῦσαι νέον οὔνομα· βαῖνε δὲ χαίρων

---

162) Syncell. p. 361 B [I 680 Dind.]: Θεμιστοκλῆς φιλόσοφος ἤκμαζεν ᾧ τὸν Πύθιον Ἕλληνες μαρτυρῆσαι μυθεύονται τόδε ἔπος ἀνειπόντα· Ἐσθλὸς κτλ.

163) Zosimus I 57: ἐν Σελευκείᾳ τῇ κατὰ Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο καλουμένου Σαρπηδονίου καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον . . . τοῖς Παλμυρηνοῖς δὲ χρωμένοις εἰ καθέξουσι τὴν τῆς ἑῴας ἡγεμονίαν ἔχρησεν ὁ θεὸς οὕτως· Ἔξιτε κτλ. πυνθανομένοις δέ τισι περὶ τῆς Αὐρηλιανοῦ κατὰ Παλμυρηνῶν στρατείας ὁ θεὸς ἀνεῖλε· Κίρκος κτλ. cf. Wolff de noviss. orac. aet. p. 21.

164) Suidas: χρησμὸς δοθεὶς περὶ τῶν Αὐρηλιανοῦ φόνων καὶ ἀδικιῶν. adde schol. Aesch. suppl. 451. Juliani conviv. p. 314 A [I p. 403 Hertlein]. Aristot. ethic. Nicom. V 8. Fragmentum Hesiodi est 69. cf. Wolff. de nov. orac. aet. p. 35. εἴκε Arist. ‖ πάθοι Aristot. Suidas. ‖ τά κε Arist. Schol. Aesch. Suid. τά τ' Schneidewinus [paroemiogr. I p. 396]. et Bernhardyus. δίκη δ' schol. Aesch. Jul. Suid. ‖

165) Anth. Pal. XIV 115: Κωνσταντῖνος ἐλθὼν ἐν τῇ Τροίῃ πλησίον ἠβουλήθη κτίσαι πόλιν βασιλικὴν καὶ λαβὼν τὸν χρησμὸν ἀνεχώρησε καὶ κτίζει Κωνσταντινούπολιν. cf. Wolff de novissima orac. aetate p. 3.

ἐς μεγαρήιον ἄστυ Προποντίδος ἄγχι θαλάσσης,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν.

166.

Ἀλλ' ὁπόταν σκήπτροισι τεοῖς Περσήιον αἷμα
ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς,
δὴ τότε σὲ πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα
ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι,
ῥίψαντα βροτέων ῥεθέων πολύτλητον ἀνίην.
ἥξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρώιον αὐλὴν
ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μεροπήιον ἐς δέμας ἦλθες.

167.

Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητιέτα Ζεὺς
ἔχθιστον μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Ῥωμαίων βασιλεύς, Ἰουλιανὸς θεοειδής,
μαρνάμενος Περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρὰ
ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ.
νωλεμέως δ' ἐδάμασσε πόλεις καὶ ἔθνεα πολλά.
ὅς ῥα καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν Ἀλαμανικὸν οὖδας
ὑσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν ἀλάπαξεν ἀρούρας.

---

v. 1: *Τροιη σε* cod. *Τροίης σε* Schäferus Dübnerus. || fortasse *δμηθέντι* Dübn. 4: *βόσκονται τὸν αὐτόν* codex. *βόσκονται ἐς αὐτόν* Dübn. ||

166) Suidas: *χρησμὸς περὶ τῆς τελευτῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου τοῦ ἀθέου· Ἀλλ' κτλ.*

adde Eunap. exc. Vat. p. 72 (ed. Niebuhr) cf. Müll. hist. fr. IV p. 25.

v. 1: *ὁπότε* Eun. || v. 5: *λυσάμενον βροτέων* Eun. ||

167) Suidas: *Ἰουλιανός· ἔστι δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ὁ δοθεὶς αὐτῷ ὅτε περὶ Κτησιφῶντα διῆγε· Γηγεν.*

adde Eunap. fr. p. 108 (ed. Nieb.). Anth. Pal. XIV 148.

v. 6: *καὶ ἔθνεα πολλὰ καὶ ἄλλα* anth. Pal. Suid. ex parte codd. || 7: *ἀλλὰ καὶ* Suid. codd. || *Αλμανικόν* anth. P. ||

cf. Müller hist. fr. IV p. 25.

168.

Εἴπατε τῷ βασιλῆι, χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά.
οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μάντιδα δάφνην,
οὐ παγὰν λαλέουσαν. ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.

169.

Ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι ἱερὴν κατὰ ἄστυ χορείην
τερπόμεναι στήσονται ἐυστεφέας κατ' ἀγυιάς,
καὶ τεῖχος λουτροῖσι πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ·
δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
ἄγρια μαργαίνοντα κακὴν ἐπιειμένα ἀλκὴν
Ἴστρου Κιμμερίοιο πόρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ
καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην καὶ Μυσίδα γαῖαν·
Θρηικίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
αὐτοῦ κεν βιότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσποι.

---

168) Cedr. p. 304 A [532 Bekk.]: *Ἰουλιανὸς πέμπει Ὀριβάσιον τὸν ἰατρὸν καὶ κοιαίστωρα ἐν Δελφοῖς ἀνεγεῖραι τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀνελθὼν οὖν λαμβάνει χρησμὸν παρὰ τοῦ δαίμονος· Εἴπατε κτλ.*

169) Socrat. schol. IV 8: *ὁ βασιλεὺς [Οὐάλενς] Χαλκηδόνος τῆς κατ' ἀντικρὺ Βυζαντίου πόλεως τὰ τείχη λύειν προσέταττεν. . . . . εὕρηται δὲ ἐν ἑνὶ τῶν λίθων ἐπιγεγραμμένος χρησμός, ὃς ἐκέκρυπτο μὲν ἐκ παλαιοῦ, τότε δὲ φανερῶς ἐγένετο δηλῶν ὡς ἡνίκα δαψιλὲς ὕδωρ ὑπάρξαι τῇ πόλει τότε τὸ μὲν τεῖχος λουτρῷ ὑπουργήσει. Ἀλλ' ὅτε κτλ.*

Adde Cedren. p. 310 B. [I p. 543 Bekker.] ad Apollinem Chalcedonicum refert versus Müllerus geogr. gr. min. II p. 95. cf. Gyll. de topogr. Const. III 9.

v. 1: *δροσερήν* Socr. ‖ 3: *λουτροῖο* Socr. ‖ 5: *μαρμαίροντα* Socr. ‖ 6: *καλλιρόοιο* Socr. ‖ 7: *χώρην καὶ Μυσηίδα* Socr. ‖

4: *πολυσπερέες ἄνθρωποι* Od. XI 365. II 804. ‖ *μυρία φῦλα* Il. XVII 220. ‖ *ἐπιειμένος ἀλήν* Il. VII 164. ‖ 9: *θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν* form. Hom.

170.

Πάντη Φοιβείη τέταται τανυσίσκοπος ἀκτίς,
καί τε διὰ στερεῶν χωρεῖ θοὸν ὄμμα πετρέων,
καὶ διὰ κυανέης ἁλὸς ἔρχεται· οὐδέ ἑ λήθει
πληθὺς ἀστερόεσσα παλινδίνητος ἰοῦσα
οὐρανὸν εἰς ἀκάμαντα σοφῆς κατὰ θεσμὸν ἀνάγκης,
οὐδ' ὅσα νερτερίων ὑπεδέξατο φῦλα καμόντων
Τάρταρος ἀχλυόεντα ὑπὸ ζόφον Ἄιδος εἴσω.
Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον ὅσσον Ὀλύμπῳ.

171.

a) *Ὅσσοι ἐς ἀρητῆρας ἀτασθαλίῃσι νόοιο*
ἀθανάτων ῥέζουσ' ἀποφώλια καὶ γεράεσσιν
ἀντία βουλεύουσιν ἀδεισιθέοισι λογισμοῖς,

---

170) Julianus p. 299 C [I p. 384 Hertlein]: *οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος οὗτος ἀλλὰ τοῦ θεοῦ, διὰ πολλῶν μὲν εἰρημένος λόγων, ἐμοὶ δὲ ἀπόχρη καὶ ἕνα παρατιθεμένῳ δύο δι' ἑνὸς παραστῆσαι, πῶς μὲν ὁρῶσιν οἱ θεοὶ πάντα, πῶς δὲ ἐπὶ τοῖς εὐσεβέσιν εὐφραίνονται· Πάντῃ κτλ.*

cf. Hierocl. in aur. Pyth. carm. comment. p. 32 [Mullach]: *ὡς γὰρ . . φασι καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει· οἷς καὶ ὁ Πύθιος συμφέρεται λέγων·*
εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον ὅσσον Ὀλύμπῳ.

cf. Lobeckii Aglaoph. p. 1006. Wolfii de nov. or. aet. p. 47.

1: *τανυσίπτερος* vulgo ante Hertleinium. ‖ 7: *ἀχλυόεσσαν ὑπὲρ ζόφον* codd. *ἀχλυόεσσιν ὑπ' οἰκόφιν* coniecit Wolffius. Mihi *ἀχλυόεντα ὑπὸ ζόφον* veri simillimum videtur: *ὑπὸ ζόφον* saepissime apud Homerum occurrit, ut Od. XX 356 *ἐρεβόσδε ὑπὸ ζόφον*. Nec hiatus offendit praesertim cum caesura excusetur. ‖ 6: *καμόντες* homerice. ‖

171) Julianus p. 297 C [Hertlein. I p. 382. Hercher. epistologr. p. 382]: *τῶν τοῦ Διδυμαίου δεσπότου χρησμῶν ἐπάκουσον εἴ σοι φανείη πάλαι μὲν ἔργῳ νουθετήσας καλῶς τοὺς Ἕλληνας, ὕστερον δὲ τοὺς σωφρονοῦντας διδάσκων τοῖς λόγοις· Ὅσσοι κτλ.*

cf. Wolffii de nov. or. aet. p. 46.

v. 4: *οὐχ ὁμαλὴν* coni. Wolffius. ‖ 6: *ἔχον* coni. Hercherus. ‖

οὐκέθ' ὅλην βιότοιο διεκπερόωσιν ἀταρπόν·
ὅσσοιπερ μακάρεσσιν ἐλωβήσαντο θεοῖσιν,
ὧν κεῖνοι θεόσεπτον ἕλον θεραπηίδα τιμήν.

b) *Πάντας μὲν θεράποντας ἐμοὺς ὀλοῆς κακότητος.*

172.

Πολλὰς καὶ Φοίνικες ὁδοὺς μακάρων ἐδάησαν.

173.

Συμβαλέω θνητόν τε καὶ ἀθάνατον μαχέσασθαι,
νίκην δ' ἀμφοτέροις δώσω, θνητῷ δέ νυ μᾶλλον.

174.

Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης.

175.

Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα
οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρῆσθαι ἰητρῷ.

---

b) Julianus l. l.: *καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις ὁ θεός φησι· Πάντας κτλ. καί φησιν ὑπὲρ τούτων δίκην ἐπιθήσειν αὐτοῖς.*

172) Julian. or. VII p. 220 D [I p. 286 Hertlein.]: *Σεμέλη παῖς ἦν Κάδμου τοῦ Φοίνικος. τούτοις δὲ καὶ θεὸς σοφίαν μαρτυρεῖ· Πολλὰς κτλ. λέγων.*

173) Paus. X 1, 4: . . *οἵ Φωκεῖς ἐν οὐ μικρῷ ποιούμενοι δείματι τὴν τῶν Θεσσαλῶν παρασκευὴν . . . ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφοὺς αἰτοῦντες τὸν θεὸν ἐκφυγεῖν τὸν ἐπιόντα κίνδυνον. καὶ αὐτοῖς ἀφίκετο μάντευμα· Συμβαλέω κτλ.*

2: *δὲ νῦν ἄλλον* cod. pars, unde Müllerus [Orchom. p. 415] *δέ νυν ἆθλον* scribendum putat.

174) Strabo geogr. 380: *φέρεται χρησμὸς ὁ δοθείς τινι τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐρωτῶντι εἰ λώιον εἴη μετοικεῖν ἐς Κόρινθον· Εὐδαίμων κτλ. ὅπερ κατ' ἄγνοιάν τινες παρατρέπουσιν· ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης.*

adde Steph. Byz. *Τενέα.* Eust. ad Il. *β* 607 p. 301, 39. Zenob. III 96. Arsen. Pseudo-Plutarchea apud Dübnerum p. 164.

175) Athen. I 22 e: *πυθικὸν χρησμὸν ἀναγράφει Χαμαιλέων· Εἴκοσι κτλ. καὶ Μνησίθεος δὲ Ἀθηναῖος Διόνυσον*

176.

Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις
οὐδ' ἱερὰν Ὑπέραν ὅθι κ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες.

177.

Ἀλλά κε Μηθύμνης ναέταις πολὺ λώιον ἔσται
φαλλῆνον τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον.

178.

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
ἵπποι Θεσσαλικαί, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες,
ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.
ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν εἰσὶν ἀμείνονες οἱ τὸ μεσηγὺ

ἰατρόν φησι τὴν Πυθίαν χρῆσαι τιμᾶν Ἀθηναίοις. — Eus. pr. ev. V 30: *καὶ οὐχ ὁπότε ἠρωτᾶτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὰς τοιάσδε συνουσίας ἰών· Εἴκοσι κτλ. Ἀθηναίοις ὑπὸ καύματος ἐνοχλουμένοις ἰατρικόν, ἀλλ' οὐ μαντικόν* cf. Lobeck. Aglaoph. p. 1085.

2: *ἰατρῷ* Eus.

176) Athen. p. 31 B: *ἐν τῷ χρησμῷ ὁ θεὸς ηὐτομάτισε. Πῖν' κτλ.* adde Plut. quaest. gr. XIX. Suidas et Zonaras lex. s. v. *Ἀλθηφιάς.* cf Mülleri histor. gr. fr. II p. 15, 136. III 158. praef. p. 22.

in v. 2: *ὅθι γ'* Plut. Athen. *τ'* Suid. Zon. *κ'* primus Schweighäuserus scripsit. ‖

177) Eus. pr. ev. V 36. Theodoret. gr. aff. cur. p. 141, 34.

v. 1: *καὶ* pro *κε* Euseb. ‖ 2: *Φαλλῆνος* Lobeckius Aglaoph. p. 1087. ‖

178) Suidas [et Photius] s. v. *ὑμεῖς*: *ἱστορεῖ δὲ Μνασέας ὅτι Αἰγιεῖς οἱ ἐν Ἀχαίᾳ καταναυμαχήσαντες Αἰτωλοὺς καὶ λαβόντες πεντηκόντορον αὐτῶν δεκάτην Πυθοῖ ἀνατιθέντες ἠρώτων τίνες εἶεν οἱ κρείττους τῶν Ἑλλήνων. ἡ δὲ Πυθία ἔχρησεν αὐτοῖς τὰ προκείμενα. καὶ Ἴων δὲ Αἰγιεῦσι δοθῆναι τὸν χρησμὸν ἱστορεῖ. τινὲς δὲ οἴονται Μεγαρεῦσιν εἰρῆσθαι αὐτὸν. καὶ προφέρονται· ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς`. . . ὡς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγραμματίοις.*

Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου,
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο·
ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὐδὲ τρίτοι οὐδὲ τέταρτοι
οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

179.

Ἄργεος ἱπποβότου πῶλον λαβὲ κυανοχαίτην.

180.

Καί μοι Γεργίθων τε φόνος μέλει ἀπτολεμίστων,
πισσήρων τε μόρος, καὶ δένδρεον αἰὲν ἀθαλλές.

Omnes versus exhibent Schol. Theocr. XIV 48. Suidas, Arsenius s. v. *Μέμνωνος*. Anth. Pal. XIV 77. Tzetz. chil. IX 863 sq. X 382 sq.

Singuli versus exstant Schol. Il. II 543. 761. XXIV 6. Strab. X 5, 13 p. 449. Athen. VII 278 E. Schol. Aristid. p. 208 [Fr.]. Steph. Byz. s. v. *Αἴγιον*. Euseb. pr. ev. V 29. Theodor. gr. aff. cur. p. 141. Eustath. ad Dion. Per. 473.

v. 1: *οὖδας* pro *Ἄργος* Eus. Theodor. ‖ 2: *ἵππον Θεσσαλικήν* schol. Il. Athen. *Θεσσαλικόν* Strab. Eustath. *ἵπποι Θρηίκιαι* schol. Theocr. schol. Aristid. Eus. Theod. ‖ *Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα* schol. Il. Strab. *Λακεδαιμονίην* Athen. *Λακεδαιμονίαν δὲ* Eustath. *Λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες* schol. Theocr. anth. Pal. Eus. Theod. Tzetz. ‖ 3: *ἄνδρας θ' οἳ* schol. Il. II 761. Strab. *ἄνδρας δ'* Athen. Eustath. ‖ *ναίουσιν* schol. Il. II 543. ‖ *ἱερῆς* pro *καλῆς* Strab. Eustath. ‖ *ἱερὰν πηγὴν Ἀρεθούσης* schol. Il. II 761. ‖ v. 4: *τῶνδ' εἰσὶν* Tzetz. ‖ *μεταξὺ* Tzetz. ‖ v. 7: *Αἰγιέες* Steph. Byz. Tzetz. cf. schol. Il. XXIII 6 et Strab. ‖

v. 1: *τὸ Πελασγικὸν Ἄργος* Il. I 681. ‖ v. 6: exstat etiam in certam. Hom. et Hes. p. 22 apud Nitschium. ‖ v. 8: cf. *οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος οὔτ' ἐνὶ βουλῇ* Il. II 202. ‖

179) Eus. pr. ev. V 29: *περὶ γάμου. — κυανοχαίτου* codd. ‖ *Ἄργεος ἱπποβότοιο* Il. II 287 saep. ‖ *κυανοχαίτης* saep. apud Hom. ‖

180) Athenaeus XII p. 524 b: *ὁ θεὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀπήλαυνεν αὐτοὺς τοῦ μαντείου [τοὺς Μιλησίους] καὶ ἐπερωτώντων διὰ τίνα αἰτίαν ἀπελαύνονται εἶπε· Καί κτλ.*

181.

Γῆς Πέλοπος ναέται καὶ Ἀχαιΐδος, οἳ ποτὶ Πυθὼ
ἤλθετε πευσόμενοι ὥς κε πτολίεθρον ἕλητε,
ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθε λάχος πόσον ἦμαρ ἕκαστον
λαῶν πινόντων ῥύεται πόλιν, ἥ δὲ πέπωκεν·
οὕτω γάρ κεν ἕλοιτε Φανὰν πυργήρεα κώμην.

182.

Δόξης ἀντιθέοιο καθηγητῆρα Πλάτωνα
εὖ δρώης τίουσα, χάρις δέ σ' ἀμείψεται ἐσθλὴ
ἐκ μακάρων οἷσίν περ ἀνὴρ ἐνάριθμος ἐκεῖνος.

183.

Στέλλ' ἐπὶ χρυσείους ἄνδρας πολυεθνέα λαόν
ὤμοις μὲν χαλκὸν προφέρων, χερσὶν δὲ σίδηρον.

184.

Φαιστοῦ καὶ Τάρρας ναέται Δίου τε πολύρρου,
Πυθῷον κέλομαι τελέειν Φοίβοιο καθαρμὸν
εὐαγέοντας, ὅπως Κρήτην καταναιετάητε,
ὄλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, καὶ Ζῆνα σέβοντες.

185.

Ἔσσεται ἐσσομένοις ὅτε Πύραμος ἀργυροδίνης
ἠιόνα προχέων ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται.

---

181) Paus. X 18, 1: οἱ Ἀχαιοὶ . . ὡς ἀδυνάτως εἶχον ἑλεῖν τὴν πόλιν [Φανὰν] θεωροὺς ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφούς, καὶ αὐτοῖς ἀφίκετο μάντευμα· Γῆς κτλ.

v. 1: ὁππότε Πυθὼ vel ἐς Πυθὼ codd. οἳ ποτὶ Πυθὼ Bekkerus. ‖ 2: fortasse cum Bekkero πῶς — ἕλοιτε scribendum est. ‖

18) Vit. Platon [Westerm. βιογρ. p. 395]: γυνή τις ἀπῆλθε χρησομένη εἰ δεῖ τὴν στήλην τοῦ Πλάτωνος συντάξαι ἀγάλμασι τῶν θεῶν. ἔχρησε δὲ ὁ θεὸς τάδε· Δόξης κτλ.

183) Eus. pr. ev. V 29: περὶ ἀποικίας.

184) Eus. V 31: τοῖς ἥκουσι Κρητῶν· Φαιστοῦ κτλ.

185) Strabo I p. 43: . . ὁ Πύραμος ὁ τῇ Κιλικίᾳ πολὺ μέρος προσθείς, ἐφ' οὗ καὶ λόγιον ἐκπέπτωκέ τι τοιοῦτον· Ἔσσεται κτλ.

186.

a) *Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐβοήθεις·*
οὔ σε θεμιστεύσω· περικαλλέος ἔξιθι νηοῦ.

b) *Ἔκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων· οὔ σ' ἐμίανεν*
αἷμα, πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος ἢ πάρος ἦσθα.

187.

[*Ἀλλὰ νέας, Τροίζην, ἄλοκας μὴ τέμνε βαθείας.*]

---

adde XII 2, 4 p. 536. Eust. ad Dion. Per. 867.

v. 1: *εὐρυοδίνης* codd. Strab. et Eust. *ἀργυροδίνης* epit. Strab., probat Meinekius vind. Strabon. p. 6 et Müllerus ad Eustathii l. c.

186) Ael. var. hist: III 44: *νεανίσκοι τρεῖς ἐς Δελφοὺς ἀφικόμενοι θεωροὶ συμπολῖται κακούργοις περιτυγχάνουσιν. ὁ οὖν εἷς ἀπέδρα τοὺς λῃστάς, ὁ δὲ δεύτερος αὐτῶν συνεπλάκη τῷ λοιπῷ τῶν κακούργων τῶν ἄλλων προαναλωθέντων, καὶ τοῦ μὲν λῃστοῦ ἥμαρτεν, ὦσε δὲ τὸ ξίφος κατὰ τοῦ φίλου. τῷ ἀποδράντι οὖν ἡ Πυθία ἀνεῖλε τάδε· Ἀνδρὶ κτλ. τῷ ἑτέρῳ δέ· Ἔκτεινας κτλ.*

Simplicius ad Epicteti man. XXXII 4 p. 259 a prius oraculum servavit idque apud eum ita procedit:

ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐπαμύνας
ἤλυθες οὐ καθαρός· περικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ.

Prioris oraculi versus alter exstat etiam in Etym. M. p. 445, 25, ubi *θεμιστεύω* invenitur.

187) Aristotel. Pol. VII [IV] 1335 A 15: *ἐν ὅσαις τῶν πόλεων ἐπιχωριάζει τὸ νέους συζευγνύναι καὶ νέας, ἀτελεῖς καὶ μικροὶ τὰ σώματά εἰσιν. ἔτι δὲ ἐν τοῖς τόκοις αἱ νέαι πονοῦσί τε μᾶλλον καὶ διαφθείρονται πλείους. διὸ καὶ τὸν χρησμὸν γενέσθαι τινές φασι διὰ τοιαύτην αἰτίαν τοῖς Τροιζηνίοις, ὡς πολλῶν διαφθειρομένων διὰ τὸ γαμίσκεσθαι τὰς νεωτέρας, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν κομιδήν.*

Ad *χρησμόν* in marg. codd. Paris. duorum adnotatum est: *τὸ μὴ τέμνε' νέαν ἄλοκα.* Unde Goettlingius versum ita ut dedi restituit.

188.

Τρηχῖν' ἐξεῖλες πόλιν Ἡρακλέος θείοιο,
ὦ Λοκρέ· σοὶ δὲ Ζεὺς ἄλλας δῶκ' ἠδ' ἔτι δώσει.

189.

Οἰταῖοι μὴ σπεύδετ' ἀτασθαλίῃσι νόοιο.

190.

Ταῦτά τοι ἐκ τρίποδος τοῦ Δελφικοῦ ἔφρασε Φοῖβος.

191.

Εἴρῃ μ' ἀμφὶ γέλωτος ἀμείλιχε μειλιχίοιο·
δώσει σοι μήτηρ οἴκοι, τὴν ἔξοχα τῖε.

192.

Ὅσσαπερ ἐν λεχέεσσι γυνὴ τίκτουσα τελεῖται,
ταῦτα πάλιν τελέσαντα θύειν μακάρεσσι θεοῖσιν.

193.

Ἄστυ Ταβῶν ἐρίκυδες ἐλεύθερον οἰκίζεσθαι.

---

188) Eus. pr. ev. VI 7. in v. 1: *Ἡρακλῆος* codd. *θείοιο* omnes praeter unum. ‖ 2: *σοὶ δ' ἄτας δῶκεν Ζεὺς* Ric. Volkmannus [in Fleckeisenii annal. LXXXI 1860 p. 612].

ad v. 2. cf. Il. I 96: *τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλος ἠδ' ἔτι δώσει.* ‖

189) Exstat apud Eus. pr. ev. VI 7.

190) Exstat apud Zenob. VI 3 et Photium.

191) Athen. XIV p. 614 a: *Παρμενίσκος δὲ . . . εἰς Τροφωνίου καταβὰς καὶ ἀνελθὼν οὐκ ἔτι γελᾶν ἐδύνατο. καὶ χρηστηριαζομένῳ περὶ τούτου ἡ Πυθία ἔφη· Εἴρῃ κτλ.*

in v. 2: *οἴκοι* emend. Meinekius [anal. ad Athen. p. 293] pro *οἴκῳ.* ‖

192) Exstat apud Plut. quaest. Rom. V. De his *ὑστεροπότμοις* qui vocantur cf. etiam Beckeri Charicl. III p. 127.

193) Steph. Byz. *Τάβαι πόλις Λυδίας, περὶ ὧν ὁ χρησμός φησι πρὸς Πισίδας· Ἄστυ κτλ.*

cf. Müll. hist. fr. IV p. 311.

194.

Μοῖραν μὲν θνητοῖσιν ἀμήχανον ἐξαλέασθαι
ἥν ἐπὶ γεινομένοισι πατὴρ Ζεὺς ἐγγυάλιξεν.

195.

Ἐννέα γὰρ ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν γηρώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος.

196.

Αὐδῶ Ἐρεχθείδαισιν ὅσοι Πανδίονος ἄστυ
ναίετε καὶ πατρίοισι νόμοις ἰθύνεθ' ἑορτάς,
μεμνῆσθαι Βάκχοιο, καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς
ἱστάναι ὡραίων Βρομίων χάριν ἄμμιγα πάντας,
καὶ κνισᾶν βωμοῖσι κάρη στεφάνοις πυκάσαντας.

197.

Ἀνδρὶ Γεφυραίῳ οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος.

198.

Τίπτε ποθεῖτε μαθεῖν νούσου τέλος ἠδὲ καὶ ἀρχήν;
ἀμφοτέρους μία νοῦσος ἔχει, λύσις ἔνθεν ἀνέστη.

---

194) **Eustath. in Il. p. 657:** *σημείωσαι δὲ ὅτι ἐντεῦθεν παρέξεσται ὁ χρησμὸς ὁ παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ περὶ Προνοίας λέγων οὕτως· Μοῖραν κτλ.*

Ael. fr. 21 apud Hercherum.

195) **Etymol. M. XIII 35:** *ἀγροτέρας ἐλάφους . . . διὰ τὸ πολύχρονον τοῦ ζώου, ὡς ὁ χρησμὸς δηλοῖ· Ἐννέα κτλ.*

Fragmentum ex Hesiodi scriptis est apud Göttling. 163.

196) **Demosth. Mid. LX:** . . *ἐν ταῖς μαντείαις ἀνῃρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δελφῶν καὶ ἐκ Δωδώνης, χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν. . . . μαντεία· Αὐδῶ κτλ.*

197) **Eust. ad Il. p. 408. cf. Suid. Zenob. III 26. Apostol. VI 33.**

198) **Xenoph. Ephes. VI:** *χρᾷ ὁ θεὸς ἀμφοτέροις τὰ μαντεύματα ἐμμέτρως. τὰ δ' ἔπη τάδε· Τίπτε κτλ.*

δεινὰ δ' ὁρῶ τοῖσδεσσι πάθη καὶ ἀνήνυτα ἔργα·
ἀμφότεροι φεύξονται ὑπεὶρ ἅλα λυσσοδίωκτοι,
δεσμὰ δὲ μοχθήσουσι παρ' ἀνδράσι μιξοθαλάσσοις
καὶ τάφος ἀμφοτέροις θάλαμος καὶ πῦρ ἀίδηλον,
καὶ ποταμοῦ Νείλου παρὰ ῥεύμασιν Ἴσιδι σεμνῇ
σωτείρῃ μετόπισθε παραστῇς ὄλβια δῶρα.
ἀλλ' ἔτι που μετὰ πήματ' ἀρείονα πότμον ἔχουσι.

199.

Ἀνθία Ἁβροκόμην ταχὺ λήψεται ἄνδρα τὸν αὐτῆς.

200.

Νῆσός τις πόλις ἐστὶ φυτώνυμον αἷμα λαχοῦσα,
ἰσθμὸν ὁμοῦ καὶ πορθμὸν ἐπ' ἠπείροιο φέρουσα.
ἔνθ' Ἥφαιστος ἔχων χαίρει γλαυκῶπιν Ἀθήνην.
κεῖθι θυηπολίην σε φέρειν κέλομαι Ἡρακλεῖ.

201.

Τίπτε, δύω γενέτα, πολυηράτοιό τε μόσχου
πόρτιός θ' ἁπαλῆς σκολιὰς δίζεσθε κελεύθους;
χέρσῳ ὑφ' ἁλικλύστῳ, ζωοτρόφον ποτὶ νᾶσον,
ἣν λάχε Κυπρογένεια Πόθου γενέτειρ' Ἀφροδίτη
ἠὲ παρασχομένη τόδε οὔνομα ἠὲ λαβοῦσα,

4: *ληστοδίωκτοι* Hemsterh. ‖ 5: *δεσμά* Cocchius. *δεινά* cod. Florent. ‖ 7: *ποταμοῦ ἱεροῦ* Locella. *ποταμοῦ δίου* Jacobsius. ‖

199) Xenoph. Ephes. IV, ubi conferas.

200) Achill. Tat. II 13: *χρησμὸν ἴσχουσιν οἱ Βυζάντιοι τοιόνδε· Νῆσος κτλ.*

201) Theod. IX 196:

ἤροντο γοῦν ἐλθόντες ἐς τὴν Πυθίαν
καὶ μὴ βραδύνας μηδὲ μικρὸν ὁ τρίπους
ἀνεῖλε τοῖς γέρουσι ταῦτα πατράσι·
Τίπτε κτλ.

δερκόμενοι βιόωντας ἐλεύσετε· ἀλλ' ἐπὶ πάτρης
στέψαθ' ὑπὸ στεφάνοισι τροπαιοφόρου Κυθερείης·
τοὺς γὰρ Ἔρως τε Πόθος τε καὶ Ἀφρογένεια Κυθήρη
δμήσατο θειοδέτοιο ἀλυκτοπέδῃσι σιδάρου.

202.

Θρέμμα Ποσειδάωνος, ὑγρὸν τέρας, ἤπυτα Τρίτων,
νηχόμενος γλαφυρῆς ὁρμήμασι σύντυχε νηός.

203.

Οὔ σε θέμις κτείνειν οἴων γένος ἔστι βέβαιον,
ἔγγονε θειοπρόπων· ὃ δ' ἑκούσιον ἂν κατανεύσῃ
χέρνιβ' ἔπι, θύειν τόδ' ἐπίσκοπε φημὶ δικαίως.

204.

Πρῶτα θεὸς μετέπειτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
ταῦτα δὲ σύμφυτα πάντα καὶ ἔντυπον εἰς ἓν ἰόντα,

---

202) Aelian. de nat. an. XIII 21: . . *αἰδοῦμαι τὸν θεὸν καὶ ἄξιον πείθεσθαι τῷ μάρτυρι τῷ τοσῷδε· εἴη δ' ἂν ὁ ἐν Διδύμοις Ἀπόλλων τεκμηριῶσαι ἱκανὸς παντὶ ὅσῳ νοῦς τε ὑγιαίνει καὶ ἔρρωται ἡ φρήν· Τρίτωνα γοῦν θρέμμα θαλάττιόν φησιν εἶναι καὶ ἃ λέγει ταῦτά ἐστι· Θρέμμα κτλ.*

203) Porphyr. de abstin. ab esu animal. IX: *ἐπισκόπῳ δὲ ὃς ἦν ἔγγονος τῶν θεοπρόπων βουληθέντι προβάτων ἀπάρξασθαι ἐπιτρέψαι μέν φασι τό λόγιον [Πυθικόν], σὺν πολλῇ δὲ εὐλαβείᾳ. ἔχει γὰρ οὕτως· Οὔ σε θέμις κτλ.*

204) Suidas: *Θοῦλις . . πάσης Αἰγύπτου βασιλεὺς . . παραγέγονεν εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Σαράπιδος καὶ θυσιάσας ἐρωτᾷ ταῦτα· φράσον ἡμῖν . . τίς πρὸ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐδυνήθη τοσαῦτα; ἢ τίς ἔσται μετ' ἐμέ; καὶ ἐδόθη αὐτῷ χρησμὸς ἔχων οὕτως· Πρῶτα κτλ.*

adde Zonar. ann. p. 1048. Malal. p. 27. Cedren. p. 20. chron. Pasch. I p. 84 Dindorf.

οὗ κράτος ἔστ' αἰώνιον· ὠκέσι ποσσὶ βάδιζε,
θνητέ, ἄδηλον δὴ ἀνύων βίον, ἆσσον ἐκείνων.

205.

Εἶπε Ποσειδάωνι κασιγνήτοις πεπιθέσθαι
πρεσβυτέροις ἐπέοικεν· ἐμῆς ἐριχυδέος αὐλῆς
κίοσιν οὐ κατὰ κόσμον ἀγάλλεται· εἶπε τινάξας
τρὶς ἅλα μαρμαρέην καὶ πείσεται· ἢν δ' ἀπιθήσῃ
φραζέσθω μὴ πᾶσαν ἐνιπρήσαιμι θάλασσαν·
οὐδὲ γὰρ οὐδὲ θάλασσα Διὸς σβέννυσι κεραυνόν.

206.

Αὐτοφυὴς ἀδίδακτος ἀμήτωρ ἀστυφέλικτος
οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων,
τοῦτο θεὸς μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

207.

Στῦλος Θηβαίοισι Διώνυσος πολυγηθής.

Versus alter tertius quartus corruptissimi apud omnes extant: textus quem recepi a Wolffio in libello de noviss. orac. aet. p. 14 constitutus est, quem locum conferat qui in singulas corruptelas inquirere vult, praeterque eum Ricardi Volkmanni disputationem in Fleckeis. annal. 77 p. 870.

205) Anth. Pal. XIV 75: *Χρησμὸς δοθεὶς ἐν Ἡλίου πόλει ὅτε ἐνανάγησαν οἱ κίονες τοῦ ἱεροῦ Διὸς τοῦ ὄντος ἐκεῖσε οἳ νῦν ἐν Βηρύτῳ.*

cf. Wolff de nov. or. aet. p. 23.

v. 3: *ἀγάλλεαι,* 4: *πείσεαι* anth. Pal.

4: *ἅλα μαρμαρέην* Il. XIV 273. ‖ 5: *φραζέσθω μή* form. ep. [Il. V 411. XV 163. XVI 446]. ‖ 6: *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ* form. ep. ‖

206) Lactant. I 7: Apollo . . Colophone respondens . . quaerenti cuidam quis esset aut quid esset omnino deus respondit viginti et uno versibus, quorum hoc principium est: *αὐτοφυὴς κτλ.*

207) Clem. Alex. strom. I 25 p. 418: . . . . *δυνατὸν τῷ παντοκράτορι θεῷ προηγεῖσθαι ποιῆσαι τοῖς Ἑβραίοις νύκτωρ στῦλον πυρὸς τὸν καὶ καθηγησάμενον αὐτοῖς τῆς*

208.

Σῶμα λυθὲν ψυχήν τε λιπὸν καὶ γαῖα γενηθὲν
οὐκ ἔτι πρὸς βιότοιο παλίνδρομον οἶδε κέλευθον
ἀλλὰ τὸ μὲν λυθέν ἐστι κενὴ κόνις, ἡ δὲ πρὸς αἴθραν
σκίδναται ὁππόθεν ἦλθε μετήορος αἰθερόπλαγκτος.
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου γεννώμενος ἠδ' ἀναβλαστὼν
ψυχοῦται γονίμου φύσεως ἀροτρεύμασι καινοῖς.

209.

Ὄργια μὲν δεδαῶτας ἐχρῆν νηπευθέα κεύθειν,
εἰ δ' ἄρα τοι παύρη σύνεσις καὶ νοῦς ἀλαπαδνός.
φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰαώ,
χείματι μέν τ' Ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο
Ἠέλιον δὲ θέρευς, μετοπώρου δ' ἁβρόν Ἰαώ.

210.

Ἄττιν δ' ἱλάσκεσθε, θεὸν μέγαν, ἁγνὸν Ἄδωνιν,
εὔιον ὀλβιόδωρον ἐυπλόκαμον Διόνυσον.

ὁδοῦ. λέγεται δὲ καὶ ἐν χρησμῷ τινι· Στῦλος κτλ. ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις ἱστορίας.

208) Stob. ecl. phys. I 41, 46: *περὶ τῆς τῶν ψυχῶν διαγωγῆς μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔξοδον χρησμός.*

4: *αἰθερόπλαγκτος* pro *εἰς αἰθέρ' ἁπλοῦν* R. Volkmanns in Fleckeis. annal. 81 (1860). p. 612.

209) Macrob. Sat. I 18, 19: nam consultus Apollo Clarius quis deorum habendus sit qui vocetur *Ἰαώ*, ita effatus est: *Ὄργια κτλ.* cf. Lobeck. Aglaoph. p. 461. Wolff. de nov. or. aet. p. 12.

210) Socrat. schol. hist. eccl. III 23: *Ῥοδίοις συμφορᾷ περιπεσοῦσιν ἐδόθη χρησμὸς ὅπως ἂν τὸν Φρύγιον Ἄττιν τὸν ἱερέα τῆς μανικῆς ἐν Φρυξὶ τελετῆς θεραπεύωσιν. ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς ὧδε· Ἄττιν κτλ.*

Ad Apollinem Clarium hos versus refert G. Wolffius „de noviss. orac. aetate" p. 12.

v. 2: *εὔβιον* trad. *εὔιον* Voss. ad Steph. Byz. s. v. *Ἀμαθοῦς.* ‖

211.

Ὦ πολύυμνητον ναίων χθόνα λαὸς ἀπείρων,
μὴ στεῖχ' εἰς Φοίβου τέμενος ναόν τε θυώδη·
οὐ γάρ σοι καθαραὶ χέρες αἵματος αἰθέρ' ἔχουσιν,
ἀλλὰ μύσος προπάροιθε ποδῶν ἔντοσθε κελεύθου.
φράζεο δ' ἐξ ἐμέθεν, τρίποδος δ' ἀπόειπε κέλευθον·
μαντοσύνης πᾶσαν γὰρ ἐφετμήν σοι καταλέξω.
ἤματι γὰρ τούτῳ περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ
ὥρισται πᾶσιν θάνατος, ψυχαὶ δὲ βέονται
Λοκρῶν Αἰτωλῶν τ' ἀναμὶξ βουλῇσιν Ἀθήνης,
οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται οὐδ' ἠβαιόν.
ἤδη γὰρ ψεκάδες φόνιαι κατὰ κρᾶτα κέχυνται
νὺξ δ' ἐπὶ πάντα κέκευθε, μέλας δ' ἐπιδέδρομεν αἰθήρ·
αὐτίκα νὺξ δ' ἔρεβος πᾶσαν κατὰ γαῖαν ὄρωρεν,
χῆροι δ' οἶκοι πάντες ἐπ' οὔδεϊ γυῖα κλινοῦσιν,
οὐδὲ γυνὴ πένθος ποτὲ λείψεται, οὐδέ νυ παῖδες
ἐν μεγάροις γοόωσι φίλους πατέρας περιφῦντες·
τοῖον γὰρ τόδε κῦμα κατέδραμε πᾶσι κατ' ἄκρης.
αἲ αἲ πατρίδ' ἐμὴν αἰεὶ στένω αἰνὰ παθοῦσαν,
μητέρα τ' αἰνοτάτην ἣν ὕστερον ἔκλυσε δαίμων.
νώνυμον τε θεοὶ γένεσιν θήσουσιν ἅπαντες
Λοκρῶν τ' Αἰτωλῶν θ' ὅ τι που καὶ σπέρμα λίποιτο,
οὕνεκ' ἐμὴν κεφαλὴν λίπε δαίμων, οὐδέ νυ πάντα
σώματος ἠφάνικεν μέλε' ἄκριτα, λεῖπε δὲ γαῖαν.
ἀλλ' ἄγ' ἐμὴν κεφαλὴν θέμεν' ἠοῖ φαινομένηφι,
μὴ δέ θ' ὑπὸ ζοφερὴν γαῖαν κατακρυπτέμεν ἔνδον·
αὐτοὺς δὲ προλιπόντας ἑὸν χῶρον μετόπισθεν
στείχειν εἰς ἄλλον χῶρον καὶ λαὸν Ἀθήνης,
εἴ τινά που θανάτοιο λύσιν κατὰ μοῖραν ἕλησθε.

---

211) Phlegon mirab. II [Westerm. παραδοξογρ. p. 124], ubi de re conferas. Textus Westermanni est: sed in v. 8 *βέονται* et 22 *λίπε δαίμων* pro *λίποι αἰών* scripsi cum Emperio [opuscul. p. 231]. In v. 6 *ψακάδες* quod codd. exhibeat Kellerus reliquit. ‖ 7: *ἀχλύς* pro *αἰθήρ* Nauckius Kellerus. ‖ 19: *ἔκλυσεν αἰών* Kellerus. ‖ 20: *νώνυμνον* idem. ‖ 24: *ἀλλά γ'* cod. corr. Nauckius. ‖

212.

Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι
Ζηνὸς ἐπὶ φροσύνῃσι· κακὸν δ' ἐπιβήσεται ἄνδρας
ἄνδρας οἳ Βύζαντος ἕδος καταναιετάουσιν.

---

212) Tzetz. chil. IX 820:
οὗτος ὁ τῆς Σιβύλλης δὲ χρησμὸς ἢ Φαεννοῦς δέ·
(πλέον δοκεῖ Σιβύλλης δὲ ἕνεκα Βυζαντίου)
καὶ περὶ Διογένους δὲ ἐφοίβασε καὶ Τούρκων
καὶ τὰ λοιπὰ ἐάσωμεν, λέξωμεν δὲ βραχέα.
Δὴ τότε κτλ.

Addenda et corrigenda.

Collegi in hoc libello ea oracula quae apud scriptores graecos latinosque exstant quot quidem inveni; consulto ea omisi, quae iam edita sunt a Gustavo Wolffio in libro illo qui inscribitur „Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae“.

P. 3. Ad exempla, quibus ostendere studui numerum *τρὶς ἐννέα* in superstitione sanctum quendam putatum esse, adde ex ipsis oraculis [157 v. 13]: *κέλομαί σε τρὶς ἐννέα ταύρους θυέμεν.*

Pag. 5 lin. 24 lege *παλαιὰν μαντείαν.*
„ 9 „ 15 „ *δυωδέκατοι.*

Pag. 10. Ad primam partem adde: Referendum fortasse huc est etiam illud *ταῖς δ' αὐταῖς τέχναις τις ἁλώσεται αἷσπερ ὑπῆρξεν* apud Eusebium in pr. ev. V. 27, ubi Pausanias et Diodorus recte *τέχναισιν* exhibent. cf. or. 63.

Pag.	19	lin.	paenult.	lege	*χρῆσθαι ἰατρῷ.*
„	28	„	20	„	*εὐρυάγυια.*
„	31	„	21	„	*Ἀπόλλωνι.*
„	35	„	28	„	*Μελαιναὶ.*
„	35	„	29	„	*Ἀττικῆς.*
„	39	„	21	„	*ποτίβαλλε.*
„	42	„	4	„	*Ἁλιάκμονος.*
„	56	„	30	„	*ἀνήρ.*
„	57	„	ult.	„	*ἐπιτάρροθος.*
„	67	„	10	„	*Τριτογενεῖ.*
„	69	„	3	„	*τὴν.*
„	70	„	1	„	*ἀκανθοφάγον.*
„	71	„	16	„	*Πελασγικὸν.*
„	87	„	23	„	*Αὐρηλιανοῦ.*

Index.

Halle, Druck von E. Karras.

DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES.

VOL. IV.

HALIS SAXONUM.

MAX NIEMEYER.

MDCCCLXXX.

INDEX DISSERTATIONUM.

R. HENDESS:

ORACULA GRAECA
QUAE APUD SCRIPTORES GRAECOS ROMANOSQUE EXSTANT.

B. HUEBNER:

DE TEMPORUM QUA AESCHYLUS UTITUR PRAESENTIS PRAECIPUE ET AORISTI VARIETATE.

Aeschyleis[1]) studiis cum operam navare constituissem, subtiliores illas quaestiones, quae in genuina librorum scriptura restituenda aut in Aeschylea singulari sublimitate, gravitate, ingeniosa indole mirificaque arte perspicienda versantur, eis permittendas censebam, qui et summo ingenii excellunt acumine et doctrinam uberiorem accuratioremque sibi comparaverunt.

Itaque ad ea malui me conferre studia, quae in scenicis poetis etiamnunc desiderari videntur. Quorum in numero grammaticas quaestiones non infimum locum obtinere aperte indicavit et eruditissimus et ingeniosissimus Graecarum litterarum arbiter, Godofredus Bernhardy, cuius in Paralipomenis Syntaxis Graecae p. 13 haec exstant verba: „Si ... et hanc studiorum disciplinam (scl. historicam syntaxin) et interiorem litterarum notitiam promovere volumus et criticos adiuvare, multis libellis par est elocutionem auctorum cuiusvis gradus notaeque singulatim explicari. Hinc fructuosissimam et propemodum intactam petent materiam, quos iuvat scientiam antiquitatis Graecae non vanis quaestionibus ornare.“

Ac talibus quidem studiis in eo praesertim opus esse vetustissimo Atheniensium auctore, qui et ingenii sollertia eminuerit et novi generis quasi parens ceteris poetis scenicis viam muniverit, quis est, quin facile sibi persuadeat? [2])

Nam quod idem Bernhardy in universum iudicans de omnibus tragoediarum scriptoribus contendit, atticum eos ser-

[1]) In versibus numerandis editonem Dindorfianam V. Lipsiae MDCCCLXV secutus sum.

[2]) His grammaticis quaestionibus etsi doctorum virorum opera non defuit, tamen non pauca restare monet Bernhardy (Grundr. d. Gr. Litt. II, 2. p. 213) his verbis: „Um über tastendes Gefühl hinaus zu festen Einsichten in die Sprachkunst, den Satzbau und Stil der Tragödie zu gelangen, bedarf man der Monographien über das Sprachsystem und die Rhetorik der tragischen Meister.“

monem constituisse[3]), id primum videtur referendum esse ad Aeschylum, quippe qui „personae pallaeque repertor honestae" dramaticae poesis fundamenta posuerit.

Quare de temporum usu Aeschyleo accuratiore quaestione instituta inquirere operae pretium facere mihi videbar, non tam ut nova et inaudita in medium proferrem in ea re, quae inde ab antiquissimis temporibus usque ad novissimam Graecarum litterarum aetatem mirificam conservarit constantiam[4]), sed ut, quoad pro viribus fieri posset, quae in commentariis vel grammaticorum scriptis disiecta inveniuntur, colligerem et in uno conspectu collocarem. Sed quod ei,[5]) qui de perfecti et plusquamperfecti usu Aeschyleo disseruit, viro doctissimo accidit, ut in uno perfecto quasi haereret, id mihi in praesentis usu perquirendo accidisse confiteor. Nam etsi primo obtutu vere idem iudicare videtur, praesentis usum non multa praebere mira aut praeter alia memoria et quaestione digna, tamen quibus legibus huius temporis usum Aeschylus circumscripserit et quem finem secutus interdum etiam ad res, quae praesentes aut non sunt aut non cogitantur, tempore praesenti usus sit, non satis videtur illustratum esse.

Atque in omni hac quaestione hoc imprimis tenendum censeo, quod in ceteris, quas in Aeschylo admiramur virtutibus, non infimum locum tenet „eximia quaedam quasi fingendi ars[6])," quae πλαστική solet vocari.

[3]) Bernhardy l. l. p. 205: „durch Ausdauer und künstlerisches Genie haben die Tragiker ein neues Idiom gegründet und seine Gesetze mit solchem Erfolg bestimmt, dass sie den Attischen Stil in der höheren Dichterrede festsetzen und den formalen Geschmack ihrer Zeitgenossen methodisch leiten konnten."

[4]) Cf. Wecklein (Bursians Jahresbericht VI. Jahrg. 1878. 4. und 5. Heft. p. 257): „der Gebrauch der Tempora zeigt von den ältesten Stufen bis in die jüngste Periode des Sprachlebens und in allen dialectischen Verzweigungen (insoweit hier überhaupt eine genauere Prüfung möglich ist) eine überraschende Gleichmässigkeit."

[5]) Leop. Brock: dissertatio de Perfecti et Plusquamperfecti usu Aeschyleo. Vratislaviae. MDCCCLXV. p. 1.

[6]) Cf. Lechner: de Aeschyli studio Homerico. Progr. Erlangen 1862, pag. 25. Bernhardy l. l. p. 256: „er war wie kein anderer ein plastischer Tragiker."

Cuius artis studium etsi imprimis in „epithetorum electione et vigore translationum atque similitudinum et in rerum accurata et facta quodammodo descriptione [7])“ cernitur, tamen non minus perspicuum est in praesentis ceterorumque temporum usu subtili et apta variatione.

Nam cum ceteris tum vel maxime dramaticis poetis id agendum est, ut quidquid vel fiat, vel in personarum animis commoveatur, id spectatorum auribus oculisque ita obversetur, ut etiam absentium rerum imagines praesentes habere illi sibi videantur. Non enim enarrat dramaticus poeta sicut epicus, quae „irrevocabilis abstulerit iam praeterita aetas,“ sed quae mente et cogitatione complexus est ita explicat et in conspectu ponit, ut rerum initia et fontes, decursus, fines atque exitus ipsis oculis contemplemur, ut denique sentiamus, cogitemus, vivamus cum eis quas poeta in scenam producit fabularum personis.

Quam summam et primam dramaticae artis legem Aeschyli manum direxisse, quis non habet exploratum, qui considerat, illum Homeri adeo fuisse studiosum, ut suas tragoedias *τεμάχη τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων* esse confiteretur. Et qui non quiescebat in rupis praeruptae (cf. Suppl. 792 seqq.) aut tempestatis vehementissimae (Prom. 1080 seqq.) aut Typhonis (ibid. 35 seqq.) aut septem illorum qui Thebas obsidebant ducum accuratissima descriptione, qui pennigeras appellabat nives (Prom. 993. *λευκοπτέρῳ — νιφάδι*), qui multis aliis rebus, quas non nisi cogitatione complectimur, quasi corpus induebat, idem etiam temporum usum ita moderatus est, ut rerum quam maximam efficeret perspicuitatem, ut varias cogitandi sentiendique rationes detegeret et quasi intimos suarum personarum animos aperiret.

Quo in studio cum non mediocriter adiuvaretur mira quadam graecae linguae et volubilitate et elegantia formarumque ubertate, tamen in sermonis constituendi munere ab eius laude nihil derogatur, dummodo respiciamus quam subtili iudicio tem-

[7]) Cf. Lechner. l. l. p. 25. Bernhardy. l. l. p. 256: „Unter den Eigenthümlichkeiten seines Stils und dichterischen Genius tritt charakteristisch hervor das Bild und die figürliche Redeweise, welche seine Komposition auf allen Punkten beleuchtet.“

porum discrimina distinxerit et ex vario usu ea semper elegerit, quae artis legibus satisfacerent.

Jam ut quod generaliter disputavimus ad singulorum temporum usum revocemus, praesentis primum persequimur usum.

I.

Qua in quaestione cum de praesentis natura ac vi[8]) latius et copiosius disserere non opus sit, ea praesentia omnia videntur omittenda, quae cum ex necessitate pendeant et a communi omnium usu nullo pacto recedant, subtilitatem eligendi admittant nullam.

Nam primum quidem nihil mirum est si, id quod ipsa dramaticae actionis natura fert, praesens ad eas actiones notandas adhibetur, quae eodem temporis momento simul et fiunt in scena et verbis exprimuntur vel pronuntiantur, velut si in Prometheo vinciendo occupatus Vulcanus: *περαίνεται δὴ*, inquit, *κοὐ ματᾷ τοὔργον τόδε*. Neque minus consentaneum est praesenti poetam ita uti, ut aut statum praesenti tempore permanentem aut repetitionem actionis significet[9]).

Quibus in generibus libero arbitrio nullum locum relinqui sponte intelligitur.

At vero plasticum, ut ita dicam, poetam cognoscimus in pronuntiandis sententiis communibus, quibus ea proponuntur, quae omnium consensu comprobari videntur.

---

[8]) Veterum grammaticorum sententias collegit Schmidtius in dissertationibus, quae inscriptae sunt: Doctrinae temporum verbi Graeci et Latini. Halle 1836. — Accedunt recentiorum definitiones: Buttmann, Griech. Gr. § 137. Thiersch, Gramm. § 289, 2. Schmalfeld Syntax d. griech. Verb. Eisleben 1846. § 52, p. 87. Curtius Gr. § 486. Erläuterungen Cap. 20, p. 178 seqq. Rost § 116, II, 6. Delbrück, Altind. Tempuslehre p. 89. Krueger, Griech. Sprachl. f. Schulen p. I, § 53. Rud. Kohlmann: De verbi Graeci temporibus. Halis Saxonum 1873.

[9]) Cf. Curtius: Schulgr. § 486, 1. 2. (edit. XI): der Indicativ des Präsens bezeichnet, wie im deutschen und lateinischen, die in der Gegenwart dauernde Handlung. Als solche gilt 1) eine im Augenblicke des Sprechens sich vollziehende Handlung, 2) eine gegenwärtig wiederholte Handlung, ein gegenwärtig dauernder Zustand.

Nam in talibus sententiis, quarum beatissima floret ubertate Aeschylea tragoedia, dominari quodammodo videtur praesens, id quod nube quasi exemplorum satis probatur[10]. Nec tamen deest in eisdem aoristi gratissima variatio, quae Homeri auctoritate nixa per omnia Graecarum litterarum genera omnesque aetates propagata est.

Aeschylea autem exempla sunt haec:

Suppl. 101. *μνῆμον ἄνω φρόνημά πως*
αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἑδράνων ἀφ' ἁγνῶν.

ibid. 1005. *καὶ παρθένων χλιδαῖσιν εὐμόρφοις ἔπι*
πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον
τόξευμ' ἔπεμψεν, ἱμέρου νικώμενος —

Ag. 180. *καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν.*

ibid. 966. *ῥίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους*
σκιὰν ὑπερτείνασα σειρίου κυνός.

Eum. 529. *παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν,*

ubi aoristum statim excipit praesens: *ἄλλ' ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει.*

Admiramur hanc tantam sermonis facilitatem, quam nos vix assequimur. Schoemannus quidem haec vertit his verbis:

Immer dem Mittleren hold sind die Himmlischen;
Anders schaun sie auf Andres.

Eodemque modo etiam Od. Muelleri et Donneri versiones aoristum hoc loco praesenti reddunt. Graecus vero poeta tantum abest ut hac difficultate laboret, ut hanc aoristi et praesentis varietatem data opera affectasse videatur; ceteri, qui occurrunt, aoristi gnomici praesenti adiuncti sunt.

---

[10]) Sententiae communes inveniuntur: Prom. 50. 329. 378. 385. 698/99. 750/51. 936. 981. 1012/13. 1039. Sept. 77. 200 seq. 224 seq. 227—30. 230 seq. 438 seq. (ib. 596) 600. 625. (684 copula est supplenda) 699—701. 1044. Pers. 97—100. Suppl. 203. 327. 385 seq. (485) 489. 514. 749. 761. 770 994 seq. 1049. Ag. 222 seq. 250. 381—97. 485 seqq. (533/34) 581. 750—56. 757—62. ibid. 764—71. 788/89. 832 seq. 857 seq. 861—63. 938. 939. ibid. 940. 941. 951 seq. 1001 seq. 1205. 1300. 1486. 1562—64. Choeph. (59) 61—65. 68 seq. 309—14. 400—404. 585 seq. ibid. 599 seqq. 635 seq. 639—45. 780. (920) 921. Eum. 274/75. 286. 520. 559 seq. — Cf. Krueg. I. § 53. 10, 2. Curtius, G. Sch. § 494. Kühn. Gr. II, 1. § 386, 7.

Pers. 821. ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν
ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.

Ag. 779. Δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν δυσκάπνοις δώμασιν,
τὸν δ' ἐναίσιμον τίει βίον.
τὰ χρυσόπαστα δ' ἔδεθλα σὺν πίνῳ χερῶν
παλιντρόποις
ὄμμασι λιποῦσ', ὅσια προςέμολε [11]) δύναμιν
σέβουσα πλούτου παράσημον αἴνῳ.

ibid. 1006. νόσος γὰρ —
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει,
καὶ πότμος εὐθυπορῶν
ἀνδρὸς ἔπαισεν —
ἄφαντον ἕρμα.

ibid. 1331. τὸ μὲν εὖ πράσσειν ἀκόρεστον ἔφυ
πᾶσι βροτοῖσιν· δακτυλοδείκτων δ'
οὔτις ἀπειπὼν εἴργει μελάθρων κτλ.

Eum. 330. — πράκτορες αἵματος
αὐτῷ τελέως ἐφάνημεν.

Atque hoc quidem loco praecedunt praesentia: *ἐφέρπει* (314) *διοιχνεῖ* (315) *ἐπικρύπτει* (317); itidem aoristus gnomicus ibid. 564. *ὤλετ' ἄκλαυτος, ἄστος*, sequitur praesentia, sicut Eum. 660 seq. *τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη ἔσωσεν ἔρνος* [12]).

Simili modo etiam in comparationibus, praesertim in iis, quae ad Homeri accedunt consuetudinem, praesentis et aoristi usus alternat.

Praesens usurpatum est in ea comparatione, qua Atridarum pugnandi cupiditas celebratur. Ag. 48—59, aliisque locis. At vero aoristus adhibitus est:

Sept. 604 et 607:

ὡς γὰρ ξυνεςβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίας πλέως
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει,
ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσιν δίκαιος ὢν
ἐχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσι

---

[11]) siquidem vera est lectio.

[12]) Ag. 1329 *εἰ δὲ δυστυχοῖ — βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν*, ab hoc loco alienum videtur.

πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ 'δάμη, κτλ.

Ag. 717. ἔθρεψεν δὲ λέοντα κτλ.
ibid. 724. πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις. —
ibid. 727. χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν. —
ibid. 731. δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν·
ibid. 732. αἵματι δ' οἶκος ἐφύρθη, —

Ecce totam comparationem ad Homeri [13]) similitudinem accommodatam et ita enarratam, ut quod quolibet tempore accidere possit, certo quodam tempore factum videatur.

Iam perspicimus quid consilii in horum et gnomicorum aoristorum usu sit persecutus.

Nam plane Kühneri sententiae assentior, qui gnomicum aoristum ab eo differre negat, quo facta solent narrari [14]) Sicut in comparationibus ita in communibus sententiis ex infinita copia exemplorum, quae cotidianus usus et experientia suppeditat, ad confirmandam aliquam sententiam similem unum et id quidem certum certisque temporis finibus inclusum proponitur factum. Etenim quod re vera factum cognoscitur et oculis quasi clarius aspicitur et maiorem habet auctoritatem quam quod fieri posse contenditur.

Ceterum etiam futurum praesentis vel gnomici aoristi loco usurpari videtur:

Choeph. 1018. οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
διὰ πάντ' ἄτιμος ἀμείψεται.

Sed adjecta negativa particula huius futuri naturam satis declarat. Simili modo apud Sophoclem invenitur: Antig. 348 seq. Ἅιδα μόνον φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται (vide Kühner. Gr. II, 1. § 387, 2).

Nec desunt perfecta gnomica:

Suppl. 350. ἴδε με τὰν ἱκέτιν φυγάδα περίδρομον,
λευκοδίωκτον ὡς δάμαλιν ἄμ' πέτραις

---

[13]) Cf. Od. IV, 334 seqq. Il. V, 522 seqq. 136 seqq. Il. IV, 274 sqq. XI, 474 seqq. X, 224. Il. XVII, 176. III, 33—36 etc. — Ceterum confer Lechnerum de Aeschyli studio Homerico p. 20 seqq.

[14]) Kühn. l. l. § 386, 7 (cf. 8, 3.): „er unterscheidet sich in keinerlei Weise von dem erzählenden." — Quae Kohlmann (de verbi Graeci temporibus p. 9 seq.) in contrariam partem disputavit hoc Aeschyleo usu confirmari mihi non videntur.

ἠλιβάτοις, ἵν' ἀλκᾷ πίσυνος μέμυκε
φράζουσα βοτῆρι μόχθους.

Sept. 604. ὡς γὰρ ξυνεςβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίας πλέῳς
ὄλωλεν etc.

Ag. 423. μάταν γὰρ, εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾷ,
παραλλάξασα διὰ χερῶν
βέβακεν ὄψις etc.

Quae perfecta „propius praesenti rem aut manentem aut iteratam significare" videntur (cf. Brock. l. l. p. 49).

Iam vero si eiusdem studii, unde illa aoristi et praesentis variatio profluxit, alia testimonia quaerimus, praesentia non pauca offeruntur, in quibus contrariam eiusdem vicissitudinis vim cognoscimus. Nam quod alias aoristo idem non raro praesenti poeta assequitur.

II.

Ex liberiore enim quadam sentiendi et cogitandi ratione fit, ut etiam ad res, quae praesentes non sunt, praesentis usus transferatur. Neque repugnat huic licentiae ipsa praesentis natura, cum et stirpem praesentis nullam temporis notionem complecti [15]) et praeter indicativum ceteros praesentis modos, infinitivum praesertim et participium, temporis notione neglecta nihil nisi actionem imperfectam significare constet [16]).

Ac ne illam quidem temporis notionem, quae indicativo quamquam ipsa eius forma non expressa accessit, angustioribus finibus inclusam esse ex rerum natura consequitur, quoniam in continua fuga rerum praesens tempus non esse posset, nisi, quod praeterfluendo semper elabitur, animo hominum ita perciperetur et custodiretur memoria, ut ex rerum flumine revocatum tamquam morari paullulum et acquiescere cogeretur [17]). Quo fit, ut

[15]) Delbrück: Der Gebr. d. Coni. u. Opt. im Sanscr. u. Griech. p. 7 haec contendit: die Tempusstämme des Praesens und Aorist enthalten — nichts von Gegenwart und Vergangenheit in sich.

[16]) Cf. Kohlm. l. l. § 1. e. pg. 6; § 3, a. pg. 13. b, p. 14. Kühner. Gr. II, 1. § 389, 3. Curtius Gr. § 490. Schmalfeld. l. l. p. 88.

[17]) De hac re jam Harrisius cf. Hermes p. 86 subtiliter disseruit. Cf. etiam Krueger. Gr. Spr. I, § 53.

quod praesens vocatur tempus cancellis utrimque patefactis nunc in praeteritum rerum statum refugiat nunc in futurum procurrat. Licentiori igitur praesentis usui non modo non resistit haec rerum condicio sed etiam favet. Liberiore autem hoc usu eo minus offendimus, quo propius, quod re vera iam in praeteritum tempus refugit, ad praesentem quemque loquentis statum pertinet.

1.

Ac primum quidem id fieri potest in verbis audiendi et dicendi [18]).

Iustam rationem sequuntur horum verborum aoristi. Nam accuratius rem consideranti vox semel emissa non praesentis sed praeteriti temporis videtur esse [19]).

Sic in stichomythia, quae dicitur, chorus vix haec pronuntiavit verba: *αἰτοῦσι μὴ ᾿κδῷς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν,* cum statim subsequitur regis responsum: *βαρέα σύ γ᾽ εἶπας* (Suppl. 341). Eiusdem generis sunt aoristi hi:

Suppl. 504.	*τούτῳ μὲν εἶπας, καὶ τεταγμένος κίοι.*
Choeph. 434.	*τὸ πᾶν ἀτίμως ἔλεξας, οἴμοι.*
Prom. 393.	*ἐθώϋξας λόγον.*
ibid. 1041.	*εἰδότι τοί μοι τάσδ᾽ ἀγγελίας ὅδ᾽ ἐθώϋξεν.*
Choeph. 510.	*μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας —*
Ag. 829.	*θεοῖς — ἐξέτεινα φροίμιον —*
Ag. 1296.	*γύναι μακρὰν ἔτεινας.*
Pers. 227.	*εὔνους κριτὴς — τήνδ᾽ ἐκύρωσας φάτιν —*
Ag. 915.	*Λήδας γένεθλον . . . .*
	ἀπουσίᾳ μὲν εἶπας εἰκότως ἐμῇ.
Ag. 1426.	*μεγαλόμητις εἶ, περίφρονα δ᾽ ἔλακες —*
Prom. 597.	*θεόσυτόν τε νόσον ὠνόμασας, —*
ibid. 1065.	*τοῦτό γε τλητὸν παρέσυρας ἔπος,*
	ubi statim subsequitur praesens: *πῶς με κελεύεις.*
	Cf. Ch. 116.
Ag. 1475.	*νῦν ὤρθωσας στόματος γνώμην.* Cf. Suppl. 915.

[18]) Cf. Kühn. Gr. II, 1. § 382, 4. a. Curt. Gr. § 491, 1.

[19]) Cf. Schmalfeld. Synt. des griech. Verbums. (Eisleben 1846) § 54, 5 p. 93 seq.

Frequentiores autem sunt aoristi in interrogationibus ex admiratione vel dubitatione quadam natis.

Prom. 773. πῶς εἶπας; Io vix credere vel cogitatione sibi fingere potest quod modo audivit.

Pers. 796-98. ΔΑ. ἀλλ' οὐδ' ὁ μείνας νῦν ἐν Ἑλλάδος τόποις
στρατὸς κυρήσει νοστίμου σωτηρίας.
Respondet chorus interrogatque:
πῶς εἶπας;

Sept. 806. τί δ' εἶπας; —

Pers. 793. πῶς ταῦτ' ἔλεξας;

Ag. 1074. τί τοῦτ' ἀνωτότυξας;

ibid. 1161. τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω;

ibid. 1308. τί τοῦτ' ἔφευξας; — praecedit enim Cassandrae eiulutus φεῦ, φεῦ[20]).

Item in verbis audiendi:

Suppl. 926. ἤκουσα τοὔπος οὐδαμῶς φιλόξενον, —

Suppl. 456. ἤκουσα — aoristus pertinet ad imperativum praecedentem ἄκουσον.

Sept. 202. ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας ἢ κωφῇ λέγω; nos: hörst du, oder hörst du nicht?

Choeph. 848. ἠκούσαμεν μὲν — exorditur responsio.

Quibus aoristis praesentia iam non pauca opponuntur, quae aliis locis Aeschylus illis praetulit. Quae in praeterito tempore statuebantur, eadem nunc eisdem condicionibus ad praesentem loquentis statum referuntur.

a) Sic in Prom. 589, postquam Io vociferationibus et querelis suis finem ita fecit: κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου; Prometheus statim respondet:

πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου κόρης; —

[20]) Cf. Soph. El. 1456. Phil. 1170. 1178. 1310. Trach. 1220. Trach. 1124. Eurip. El. 1051. Iph. T. 766. et in interrogationibus: Soph. El. 1220. 1191. Phil. 246. 917. (οἴμοι, τί εἶπας) Trach. 1203. Phil. 1174. 1288. Trach. 184. 744. Oed. C. 322. Oed. Col. 896. Eurip. El. 290. 570. Iph. A. 1010. etc.

Alia exempla exstant haec:

Suppl. 923. Ad praeconis verba: *τοὺς ἀμφὶ Νεῖλον δαίμονας σεβίζομαι,* statim respondet rex:

οἱ δ' ἐνθάδ' οὐδέν, ὡς ἐγὼ σέθεν κλύω.

ibid. 948. *σαφῆ δ' ἀκούεις,* quamquam ea, ad quae praesens referendum est, praecedentibus iam versibus continentur.

Pers. 331. *αἰαῖ, κακῶν ὕψιστα δὴ κλύω τάδε* (scl. ea, quae nuntius modo rettulit).

Ag. 348. *τοιαῦτά τοι γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύεις,* in fine orationis; itidem:

Choeph. 443. *κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.* —

Longius vero intervallum praeteriti et praesentis temporis haec indicant exempla:

Pers. 565. *τυτθὰ δ' ἐκφυγεῖν ἄνακτ' αὐτόπουν ἀκούομεν.*

Suppl. 284. *Ἰνδάς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν*
εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσας.

Prom. 977. *κλύω σ' ἐγὼ μεμηνότ' οὐ σμικρὰν νόσον.*

Eum. 190. *ἄρ' ἀκούετε*
οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς κτλ.

Ag. 987. *πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων* —

Ch. 679. *πεύθομαι γὰρ ἐν λόγῳ* —

ibid. 763. *τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.*

ibid. 839. *νέαν φάτιν δὲ πεύθομαι λέγειν τινάς*[21]).

Etiam participium praesentis praeteriti temporis notione instruitur.

Choeph. 450 Electra sic loquendi finem facit:

τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου —

Similiter Soph. Oed. Col. 33 *ἀκούων — προσήκεις.* Recte adnotavit Wunderus: „Expectaveris *ἀκούσας* i. e. *ἐπεὶ ἤκουσα*" Conferri iubet adnotationem ad Philoct. 257[22]).

Utrumque vero et praesentis et aoristi participium coniungitur:

Ag. 680. *τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι τἀληθῆ κλύων,* quibus verbis praeco orationem suam concludit.

---

[21]) Idem usus a ceteris scenicis poetis receptus est. Cf. Soph. Phil. 261. Trach. 427. Oed. Col. 193. 527. 792 etc.

[22]) Ceterum vide Schneidew. ad. Soph. Oed. Col. 240.

b) Sept. 895. *διαντείαν λέγεις δόμοισι* etc.
praesens referendum est ad ea, quae praecedunt, ut exspectaveris: *ἔλεξας* sicut Choeph. 434.

Pers. 245. *δεινά τοι λέγεις* — nuntius vero iam loquendi finem fecit.

ibid. 989. *ἴυγγά μοι δῆτ'*
ἀγαθῶν ἑτάρων ὑπομιμνήσκεις,
ἄλαστ' ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα λέγων.

Ag. 351. *γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις.* Chorus respondet Clytemestrae, quae modo locuta est.

Choeph. 1444. *λέγεις πατρῷον μόρον,* referendum vero est illud *λέγεις* ad versus praecedentes 439—443, quibus Agamemnonis caedes deploratur.

Suppl. 500. *εὖ γὰρ ὁ ξένος λέγει.*

Prom. 101. *καίτοι τί φημι;*

Ag. 1613. *σὺ δ' ἄνδρα τόνδε φῂς ἑκὼν κατακτανεῖν,* Aegistho respondet chorus; ille vero oratione habita nunc iam tacet.

Pers. 276. *κατθανόντα λέγεις φέρεσθαι* etc.
nuntius cuius ad verba haec referuntur loquendi modo fecit finem.

Sept. 400. *καὶ νύκτα ταύτην ἣν λέγεις* etc.
cf. Sept. 553. *ὃν λέγεις.*

Pers. 986. *Πέρσαις — κακὰ πρόκακα λέγεις.*

Ag. 315. *τέκμαρ τοιοῦτο σύμβολόν τε σοὶ λέγω* etc.
in fine orationis, qua Clytemestra ignes Troiae expugnationem solito citius indicantes describit.

ibid. 545. *ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις* — in stichomythia, quae dicitur; vices interrogandi et respondendi praesenti non mediocriter favent.

ibid. 1129. *δολοφόνου λέβητος τύχαν σοι λέγω.*

Choeph. 181. *οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτά μοι λέγεις τάδε.*

Etiam in interrogationibus, in quibus aoristum usitatum esse videbamus:

Ag. 268. *πῶς φῂς; πέφευγε τοὔπος ἐξ ἀπιστίας.*

ibid. 634. *πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα . . . ἐλθεῖν* etc.

Suppl. 332. *τί φῂς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν;* —

Prom. 101. *καίτοι τί φημι;* quod exemplum iam supra commemoravimus.

Neque aliter res se habet in his verbi *κελεύειν* indicativis praesentis:

Prom. 1066. *πῶς με κελεύεις κακότητ' ἀσκεῖν;*
quamvis praecedat aoristus: *τοῦτο παρέσυρας ἔπος*, tamen praesens infertur.

Choeph. 107 ad Electrae adhortationem: *λέγοις ἄν* — chorus respondet: *λέξω, κελεύεις γάρ*, i. e. *θέλεις*, nam voluntas permanet, cum vox qua illa est pronuntiata evanescat.

Iam si haec recensueris exempla apertum est, cur poeta praesens praeterito praetulerit, modo memineris non subito verborum quae quis pronuntiaverit vel auribus perceperit, sonum emori, sed perdurare aliquamdiu memoriaque custodiri. Ipsa vero quae verbis inest vis ita percipitur, ut quolibet tempore in memoriam revocari animoque quasi praesens obversari possit. Quam rem ad frequentiam horum praesentium non nihil valuisse facile intelligitur; nam multo saepius in diverbiis praesentia verborum audiendi quam dicendi usurpantur. Praesens igitur est considerantis et singula secum diligenter recordantis, aoristo vero adhibito quod factum est simpliciter statuitur. Quod discrimen quantum conferat ad describendam et illustrandam rerum vel personarum, quas poeta agentes facit, variam conditionem facile perspicitur.

2.

Neque minus commode dramatico poetae praesentem semper rerum statum intuenti se offerunt praesentia ex verbis eundi vel veniendi vel mittendi eorumque similibus derivata; saepe enim interest non tam praeteritam actionem eundi vel veniendi vel mittendi significari quam statum praesentem illa actione effectum [23]).

Praeivit Homerus (*Σ*, 385 *τίπτε ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ;* cf. *ν* 328, *E*, 478) quem sequuntur reliqui poetae et scriptores. Aeschylea igitur exempla breviter enumerasse satis habemus.

ἱκάνω. Pers. 159. Ag. 1337. *ἀφικνεῖσθαι* Pers. 15. Ag. 435. Suppl. 332. (fortasse 551) *ἵκω* non exstat. *ἥκω* [24]) Prom. 1. 284.

---

[23]) Cf. Schmalfeld l. l. § 54, 5, b. pg. 94. Aken: Tempuslehre p. 13. Kühner. II, 1. § 382 c. etc.

[24]) Cf. Brock. l. l. p. 21.

300. Sept. 40. 861. Pers. 510. 692. Suppl. 176. 755. 933. Ag. 258. 522. 531 (Agamemno etsi nondum adest, tamen est iam ingressus patriam) 647. 1066. 1301. 864. 1625. Choeph. 3. 215. 659. 838. Eum. 236. Fragm. 191. (Prom. sol.) — *κιχάνω* Ch. 620. (cf. Il. X, 436 et Kühn. Gramm. II, 1. p. 119: — „jetzt aber hat der Tod dich erreicht und hält dich fest.“) *ἔρρω* Pers. 732. Ag. 449. *ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτη* (Donner: „Nun ihr Blick ihm entschwunden, floh alle Lust Aphroditas“.) ab infinitivo autem notio praeteriti abest: Eum. 301. — *οἴχομαι* Pers. 1. 13. 178. Eum. 111. 118. 122. 147, quibus locis significat: abii, profectus sum; ceteris locis perii: Pers. 252. Ag. 171. Ch. 636. 775. Eum. 263. Suppl. 786 (*οἴχομαι φόβῳ* = id est: paene mortuus sum) Pers. 916 (*μετ' ἀνδρῶν τῶν οἰχομένων*) 546. Ag. 567. 568. *πέμπω* Pers. 54. 450. Ag. 61. (cf. 59.) Ag. 111. 305. 441. Choeph. 94 (*τοῖσι πέμπουσι*, qui miserunt.) 538. (*πέμπει τ' ἔπειτα* pro *ἔπεμψε*) Eum. 12. *ἰάλλειν* Choeph. 45 *μωμένα μ' ἰάλλει.*

3.

Iam vero graviora eiusdem usus testimonia in aliis quibusdam verbis sunt posita, quorum praesentia perfectae actionis vel status notionem induere solent[25]).

Apud Aeschylum exempla exstant haec:

φεύγειν.

Suppl. 5. *δίαν δὲ λιποῦσαι χθόνα . . φεύγομεν* i. e. exsules sumus.

Ag. 1668 *οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας* (qui fugerunt, qui exsules sunt) *ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.* cf. Eum. 462 *λέγω κατελθὼν τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον* (cum antea exsul fuissem); de Ch. 136 *ἐκ δὲ χρημάτων φεύγων Ὀρέστης ἐστίν* dubito.

νικᾶν.

Ag. 314. *νικᾷ δ' ὁ πρῶτος καὶ τελευταῖος δραμών*, (vicit, victor est —).

---

[25]) Cf. Kühn. l. l. § 382, 3 d. Krüg. l. l. I. § 53, 3. Schmalfeld l. l. § 54, 5 c. pg. 95, Curtius l. l. § 491. 1. Frohw. Hauptreg. der griech. Syntax § 36, 5.

Ag. 574. ἡμῶν δὲ
νικᾷ τὸ κέρδος (vicit lucrum).

Ch. 903. κρίνω σε νικᾶν i. e. te victorem esse, tuam sententiam vicisse iudico. Orestis dubitationes matris obtestationibus excitatas iam sustulit Pyladis adhortatio. — Etiam participium occurrit interdum: νικώμενος, victus[26]): Sept. 514 κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά που νικώμενον et Agam. 583 νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι; a ceteris locis (Pers. 310 οἵ δ' — νικώμενοι κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα. Suppl. 1005 ἱμέρου νικώμενος. Ag. 291 ὕπνῳ νικώμενος. ibid. 342 κέρδεσιν νικωμένους. ibid. 912 οὐχ ὕπνῳ νικωμένη. Choeph. 1023 φέρουσι γὰρ νικώμενον φρένες δύσαρκτοι) praeteriti temporis notio videtur abesse.

Propria vero praesentis vis semel tantum invenitur: Ag. 941 τὸ νικᾶσθαι πρέπει (Eum. 795 perfectum praesenti Aeschylus praetulit).

θνήσκειν.

Choeph. 327. ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων, (cf. Donner: „den Entseelten feiert Weheruf") concluditur versus: ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων, quod idem vertit: „am Licht erscheint der Mörder."

ὄλλυμαι.

Ag. 528. βωμοὶ δ' ἄιστοι καὶ θεῶν ἱδρύματα καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός, cf. Soph. El. 679.

Verbi τίκτειν[27]) praesens notione perfecti absoluti usurpatum non invenitur apud Aeschylum.

Quid vero de praesenti σώζω Pers. 348 statuendum sit in dubitationem potest adduci. Atossa enim interrogat nuntium de Persarum clade referentem: ἔτ' ἄρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις; ubi ille respondet: θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.

Praesens usurpatur, quamquam aoristum exspectaveris: ἔσωσαν πόλιν, ut in re praeterita et iamiam absoluta; quam ob

[26]) Simili modo Eum. 166. ἄλγη προφωνῶν videtur significare: ὅς προφήτης ἐστίν — ex longo iam tempore vaticinatum esse deum docent Choeph. v. 269 seq.

[27]) Apud Sophoclem vero saepius invenitur cf. Oed. Col. 982. ἔτικτε (Schneid. „sie war meine Mutter") Oed. R. 437 ἐκφύει. Oed. R. 1247 τὴν τίκτουσαν (cf. Wunderum ad 1223).

causam Schützium coniecisse puto: *θεὸς πόλιν δ' ἔσωσε Παλλάδος θεᾶς* (cf. Herm. ad. Pers. 339); quam coniecturam Hermannus cum „nullo prorsus fundamento sit stabilita" reiecit. Neque vero opus est aoristo. Nam sicut in Eum. v. 761 ὃς — *σώζει με μητρὸς τάσδε συνδίκους ὁρῶν* et certius in Soph. Ai. 1128. *θεὸς γάρ ἐκσώζει με, τῷδε δ' οἴχομαι* praesens notione perfecti usurpatum est, ita etiam hoc loco *θεοὶ σώζουσι* significare potest: dei servarunt urbem, dei servatores urbis exstiterunt. Sed etiam hac interpretatione supersedemus ita, ut generaliter illud *θεοὶ π. σώζουσι Π. θ.* a nuntio dictum statuamus: in deorum tutela semper est Palladis urbs. Quae sententia a poetae religiositate et erga patriam pietate et a singulari fabulae consilio [28]) minime est aliena. Nam si tum in civitate Atheniensium non deerant, qui metuerent, ne novo Persarum impetu Graecia opprimeretur, horum animos mirum in modum erigi necesse erat, cum audirent deorum praesidium Atheniensibus adesse sempiternum neque unquam defuturum (cf. Schiller. l. l. p. 30).

III.

Hucusque praesenti notione perfecti vel praeteriti usurpato ipsa quae verbo inerat vis non mediocriter favebat.

Iam vero ad insolentiorem praesentis accedimus usum, cuius etiam in Aeschyli fabulis vestigia deprehenduntur.

Quod enim iam in carminibus Homericis occurrit, ut praesenti *πάρος, ποτέ* aliaque praeteriti temporis adverbia apponantur [29]), quae augmenti quasi vices suscepisse videntur [30]), idem etiam Aeschylus recepit et in suum usum convertit. Sed pauca quae exstant exempla Aeschylea quam angustis, ut par est, finibus liberior haec dicendi ratio contineatur aperte docent.

Primum adverbia, quae apponuntur, eius generis sunt, ut

---

[28]) Cf. Teuffel in praef. edit. Persarum p. 5 seq. Schiller ed Pers. praef. p. 17 seqq. et p. 29 seq.

[29]) Odyss. *η*, 201. *αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς.* cf. *M*, 346/47. *Σ* 386. *πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις.* *Δ*, 274. cf. Kühn. *II*, 1. p. 117. Krüger D. 53, 1, 1. Schmalfeld l. l. § 52, 3. p. 88.

[30]) Kohlmann l. l. p. 30.

aut exiguum inter praesentem atque praeteritum rerum statum discrimen intericiant aut simul praeteriti temporis notionem et actionis praeteritae perpetuitatem complectantur. Nam prioris quidem generis adverbium est *ἄρτι*, alterius *νέον* et *πάλαι;* sicut vero *πάλαι* significat non solum „ante longum temporis spatium“ sed etiam „iam ex longo tempore,“ ita *νέον* contrariam habet vim „ante breve tempus“ aut „ex brevi modo tempore.“ Exempla igitur extant haec:

ἄρτι.

Sept. 534. *στείχει δ'ἴουλος ἄρτι διὰ παρηίδων ὥρας φυούσης.* Parthenopaeus Arcas primae lanuginis adolescens describitur; *ἄρτι* particula aoristum videtur requirere, nam enata est iam barba; sed praesens simul indicat etiam nunc illam progerminare, ex quo apparuerit.

νέον, nuper, ex brevi tempore.

Prom. 35. *ὅστις ἂν νέον κρατῇ.*

ibid. 955. *νέον νέοι κρατεῖτε* — ad quem versum scholiasta adnotavit: *Νέον, νεωστί. οὐ γὰρ ἀρχαία ὑμῶν ἡ βασιλεία.* —

ibid. 389. *ἦ τῷ νέον κρατοῦντι π. ἕδρας;* — cf. Valcken. ad Eurip. Phoen. 1489: „frequens *ἥκω νεωστί;* — est illud Homericum, Sophocli nusquam, in Euripideis semel adhibitum.“ [31])

πάλαι.

Cum aoristo, ut par est, coniungitur Ag. 587. *ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο,* — sed praesenti adiectum est:

Pers. 290. *σιγῶ πάλαι* —

Ag. 364. *Δία . . . αἰδοῦμαι*
τὸν τάδε πράξαντ' ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ τείνοντα πάλαι τόξον —
(etiam nunc arcum tendit.)

---

[31]) Pers. 13. *ᾤχωκε νέον δ'ἄνδρα βαΰζει* — recte omittitur a Leop. Brock, qui l. l. p. 44 perfecta enumerat cum particulis tempus actum indicantibus coniuncta, nullam vero huius loci facit mentionem. Nam nunc quidem praeter Dindorfium ceteri cum Hermanno illud *νέον* mutaverunt in *νέων* (*πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς οἴχωκε* (vel *ᾤχωκε*) *νέων. κοὔτε τις ἄγγελος* etc.) cf. Teuffel ed. Pers. Krit. Bemerkg. et Schill. ed. Pers. Anhang.

Ag. 548. *πάλαι τὸ σιγᾶν φάρμακον βλάβης ἔχω.* i. e: „antea censebam et etiam nunc censeo silentium mali remedium esse.“ Particula *πάλαι* verbo finito adiecta gravitatem orationis aliquantum augeri apparet, dummodo vehementiorem animi motum respicias, quo chorus, — eius enim sunt haec verba — affectus est. Itaque ad Oed. Reg. 1443 recte adnotavit haec Ed. Wunderus: „Ceterum *πάλαι* non raro de rebus, quae modo factae sunt (cf. ejusd. fab. v. 1161 *εἶπον — πάλαι.* El. 1101. 1477) aut fiunt, usurpatur ita, ut vehementiae potius quam diuturnitatis significationem habeat.“

Ch. 464. *τὸ μόρσιμον μένει πάλαι.*

Etiam cum participio praesentis temporales particulae coniunctae sunt. Sed longe alius generis est haec adverbii temporalis cum participio praesentis coniunctio. Mera enim praeteriti temporis notio, quae particulae tali inhaeret, etiam participio ita tribuitur, ut non in praesenti sed in praeterito tempore ponatur.

Pauca extant exempla in fabulis Aeschyleis.

Prom. 443. *ἀκούσαθ᾽ ὥς σφας νηπίους ὄντας τὸ πρὶν ἔννους ἔθηκα* — i. e. eos, qui antea fuerant stulti et imperiti. —

Pers. 498. — *θεοὺς δέ τις τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ* —

Ag. 650. *ξυνώμοσαν γάρ, ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρὶν πῦρ καὶ θάλασσα* — i. e. qui antea fuerant gravissimi et acerbissimi adversarii. —

Eum. 462. *τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον, ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν,* — i. e. qui antea exsul fueram. —

Ch. 55/56. *σέβας δ᾽ ἄμαχον ἀδάματον ἀπόλεμον τὸ πρὶν δι᾽ ὤτων φρενός τε δαμίας περαῖνον νῦν ἀφίσταται.* i. e. maiestas illa inexpugnabilis, invicta, non debellata olim in auribus animisque popularibus versata, destitit. (cf. Herm. ad. v. 51).

Ag. 170. *οὐδὲ λέξεται πρὶν ὤν·*

libri *οὐδὲν λέξαι, λέξεται* vero coniecit Ahrens. Locus valde dubius difficultatibus nondum expeditis laborat (cf. Schneidewini et Engeri adnotationes), quem locum etsi hac de causa in medio relinquimus, tamen ex illis quae modo attuli exem-

plis satis intelligitur Keckium parum recte contendere illud *πρὶν ὤν* non posse significare: is qui fuit[32]); nihil enim differt hoc *πρὶν ὢν* ab illo, quod supra attulimus: *ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρίν* h. e. *οἳ ἔχθιστοι ἦσαν τὸ πρίν.* Hermannus quidem, qui scribendum putat: *οὐ λελέξεται πρὶν ὤν,* vertit hoc modo: „neque, qui antea potens erat, non dicetur fuisse.“ —

Sed quid? participii praesentis Graeci nonne eadem est condicio atque Latini? Si quidem verum spectantes accuratius quaerimus, in eo conveniunt et Latinum et Graecum participium praesentis, quod neglecta temporis notione actionem significant imperfectam; at vero plane differunt usu. — Apud Latinos enim participium praesentis actionem significat eius temporis, quod verbo cui participium adiectum est indicatur. Apud Graecos vero idem participium actionem quidem permanentem et ipsum significat, illa autem actio quo tempore ponenda sit, non semper ex eo, cui participium additum est, verbo, sed aut ex additamentis temporalibus, ut *πρόσθεν, πρότερον* similibusque adverbiis vel substantivis, in quibus quaedam temporis notio inest, aut ubi illa additamenta absunt ex conexu sententiarum cognoscitur. Tria igitur inde proficiscuntur usus genera, quae exemplis illustrare liceat. Ac primi quidem generis exempla sunt haec:

a) Prom. 366. *ἥμενος μυδροκτυπεῖ,* participium in praesenti tempore, quod verbo *μυδροκτυπεῖ* indicatur, statuitur, veluti si diceres *λέγει γελῶν.* cf. Prom. 1001. Choeph. 12. 15. 18. etc.

b) Pers. 20. *ἔβαν — παρέχοντες,* participium in praeterito tempore statuitur, quia refertur ad praeteritum (aoristum) cf. Sept. 802. ibid. 1015. *ὡς ὄντ᾽ ἀναστατῆρα* (= *ὃς ἦν ἀναστατήρ,* veluti *ὃς ἐγένετο ἀναστατήρ*), *εἰ μή τις ἔστη.*

c) Prom. 444. *λέξω — ἔχων — ἐξηγούμενος,* participia in futuro tempore statuuntur, quia addita sunt futuro.

Alterius vero generis exempla sunt haec:

a) Soph. Aj. 338. *ἁνήρ ἔοικεν ἢ νοσεῖν ἢ τοῖς πάλαι*

---

32) Keck. ad. h. locum: *πρὶν ὢν* für „ein gewesener“ ist ungriechisch.

νοσήμασι ξυνοῦσι λυπεῖσθαι παρών i. e. *νοσήμασι, ἃ πάλαι ξυνῆν* (cf. Kühner II, 1. § 382, 2.) cf. Euripid. Bacch. 2. El. 416. Xen. Cyr. 1, 4, 25. *καὶ πρόσθεν τιμῶν αὐτὸν* i. e. *ἐτίμα* (cf. Matth. § 499).

b) Xenoph. Hell. II, 3, 12: *οὓς πάντες ᾔδεσαν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἀπὸ συκοφαντίας ζῶντας καὶ τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς βαρεῖς ὄντας, συλλαμβάνοντες ὑπῆγον θανάτου.*

Tertii denique generis exempla sequuntur haec: Xen. Anab. 1, 2, 3. *ἦν δὲ καὶ οὗτος — τῶν — στρατευομένων = οἳ ἐστρατεύοντο.* Xenoph. Anab. I, 3, 13. *ἀνίσταντο — λέξοντες ἃ ἐγίγνωσκον, οἱ δὲ καὶ — ἐπιδεικνύντες, οἵα εἴη ἡ ἀπορία.* ibid. I, 3, 16 *ἄλλος ἀνέστη ἐπιδεικνὺς μὲν τὴν εὐήθειαν — ἐπιδεικνὺς δὲ ὡς εὔηθες εἴη* — participium in futuro tempore statuendum erat: *ἐπιδείξων*[33]).

Ποτέ particula alibi praesenti adjecta, ut Soph. Oed. R. 716. Eur. Bach. 2. El. 416, apud Aeschylum non invenitur; *πάροιθεν* aut perfecto (Ag. 1372) aut aoristo (Prom. 503) aut imperfecto (Ag. 169) adicitur, praesenti nusquam in fabulis Aeschyleis.

Sed ne hic quidem particularum temporalium usus caret quadam varietate.

Nam etiam perfecta cum particulis temporalibus sive casibus sive adverbiis coniunguntur saepius. Prom. 615 *ἁρμοῖ πέπαυμαι* Sept. 424. *τοῦ πάρος λελεγμένου* cf. ibid. 555. Ag. 278. *ποίου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις;* Ag. 1185. *τῶν πάλαι πεπραγμένων* cf. Ch. 803. Ag. 1372. *πολλῶν πάροιθεν καιρίως εἰρημένων τἀναντί᾽ εἰπεῖν.* Prom. 825. *ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ᾽ ἐκμεμόχθηκεν φράσω* — (de Pers. 13. iam disserui).

Quorum perfectorum rationem Leopoldus Brock (l. l. p. 44)

---

33) Ad veritatem propius accedunt pauci grammatici cf. Matthiae § 499 et § 566, 6. Madvig (Syntax d. griech. Spr.) § 183. Anm. 1. Aken (Grundz. d. Lehre v. Tempus und Modus im Griech.) § 9, p. 8. Curtius Schulgr. § 490. Adn. 2. Koch § 101. Adn. 5. Kühner II, 1. § 389, 3. ibid. 7, e. — Minus probatur, quod Kruegerus § 56, 10 docet et H. D. Müller: Syntax d. griech. Tempora Götting. 1874 (Progr. Realsch.) § 14, licet alibi cf. § 16 accuratius rem tractarit.

ita explicuit, ut facile cognoscere possis cur perfecto uti maluerit poeta, praesens repudiaverit. Illud enim, quod Sept. 424 et 555 invenitur: τοῦ πάρος λελεγμένου interpretatur ita: „In utroque loco πάρος particula aoristum videtur requirere; quare particulam illam ad notionem actionis eius quae peracta in perfecto inest appositam esse statuemus, participium autem λελεγμένος non eum significare de quo antea dictum est, sed eum quem ex commemoratione illa novimus.“ Et ad Prometh. 825 ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκεν φράσω, idem adnotat: „Prometheus perfecto utitur, quia non quae singula Io perpessa sit narrare sed ea pronuntiare vult, quae exanclata iam habeat et superata.“ — Additamenta igitur illa temporalia cum „non ad statum praesentem, qui in perfecto inest, sed ad actionem antequam status iste incideret peractam, quae non minus in perfecto inest, spectent,“ fieri non potest, quin ad rerum condicionem explicandam et illustrandam perfecta illa plurimum valuerint, ut etiam ex hac variatione praesentis et perfecti studium πλαστικῆς Aeschyleum apertum sit.

IV.

Cuius eiusdem studii testimonia nulla exstant manifestiora, quam eorum quae in narrando usurpantur temporum discrimina, aoristi scilicet, imperfecti (sive plusquamperfecti) praesentis denique historici.

Atque aoristi quidem et imperfecta quid sibi velint in promptu est; aoristo enim facta sese deinceps excipientia singulatim enarrantur, imperfectum autem, quod non narrativum sed descriptivum iure tempus appellatur, ad accuratiores rerum imagines exprimendas adhibetur. Historicum autem praesens, quod Graeci, qua excellunt ingenii admirabili facilitate atque mobilitate, suo quodammodo iure sibi vindicaverunt[34]), tam insolito saepe more usurpatur, ut diligentionem explicationem videatur exigere.

Ac ab epico quidem genere tam rhetoricus color orationis

---

[34]) Cf. Kühn. § 382, 2. Delbrück. Alt. Temp. p. 89.

alienus videtur esse [35]); nam ab Homerica simplicitate et tranquillitate lenique et aequabili orationis tractu praesentia historica abesse inter omnes constat. —

Alia vero ac plane contraria est dramaticae poesis condicio, quippe quae non epicum illum quietum et sedatum orationis cursum appetat, sed omnia dicendi genera variasque elocutionis rationes et artes in suum usum convertat et ad res quam accuratissime describendas permovendosque spectatorum animos adhibeat. Praesens vero historicum duas praecipue propter causas cum ceteri scenici poetae tum Aeschylus in fabulis usurpasse videntur; primum, quod mirum quantum valet ad res eas, quae praesentes non sunt, illustrandas et spectatorum oculis subiciendas; ea enim est praesentis propria vis, ut animi figantur quasi in rebus et retineantur ita, ut subsistant paullulum et rei vel actionis cuiusque decursum contemplentur.

Narrandi enim propria tempóra sunt aoristus et imperfectum vel plusquamperfectum. Placido igitur cursu fluit oratio, ubi aoristus facta enarrat, imperfectum ea explicat, quae describendi causa inseruntur [36]). Iam occurrit in hoc iusto rerum ordine subito praesens pro praeterito. Miratur, subsistit mens auditoris ut in re insolita et praeter exspectationem oblata; quo fit, ut ex praeteritarum rerum memoria sese quasi revocet in praesentem suum statum et quam accuratissimam rei propositae, in qua haeret mentis cogitatio, assequi studeat imaginem. Qua ex rerum condicione simul perspicitur ratio quae inter imperfectum et aoristum et praesens historicum intercedit.

---

[35]) Recte A. W. Schlegel apud Kruegerum Gr. D. § 53, 1. Ad. 7: „das Vergangene nie als gegenwärtig vorzustellen ist der Gattung so wesentlich eigen, dass der Dichter, vermuthlich ohne sich besonders daran zu erinnern, die Ausschliessung des Präsens der Zeitwörter in der Erzählung durchgehends beobachtet.“ Quod idem confirmat Kühner. l. l. § 382, 2. „Aber der ruhige Ton der epischen Dichtung verschmäht diesen Gebrauch; in den Homerischen Gesängen findet sich kaum irgend eine Spur davon (η, 104); ein Gleiches gilt von den Nibelungen.“ — Longe alia vero est Aeneidis condicio. Vergilium enim, non nativum illum quidem poetam sed elegentiae studiosissimum praesens hist. non modo non sprevisse, sed potius affectasse docet Jul. Ley. Verg. quaest. sp. I. „de temporum usu“ p. 1 sqq.

[36]) Cf. Kühn. l. l. § 386, 6.

Aoristo enim praesens historicum, quod nunquam a praesentis deficit natura, ita opponitur, ut temporis notione neglecta — nam ipsa forma praeteritum tempus non exprimitur — solius actionis habeat rationem eiusque singulas partes animo repraesentet, cum ille simul et praeteriti temporis et meri facti notionem complectatur. Ab imperfecto autem differt ita, ut absit iterum praeteriti temporis significatio, hoc vero ei cum illo convenit, quod et ipsum actiones describit. Cum autem illa temporis acti notio ex sermonis conexu ultro consequatur et suppleatur, praesens historicum et narrativi et descriptivi, quod dicitur, temporis una complectitur potestatem.

Iam perspicuum est, quantum hac temporum variatione profecerint scenici poetae. Namque multa occurrebant in fabulis quae, cum foeda viderentur aspectui aut alias ob causas ex oculis tollenda, narrabat „facundia praesens". Quibus ex angustiis optime iam tragicos expediebat illa singularis praesentis historici vis ac natura.

Accedit quod — eamque alteram frequentiae statuimus causam — hoc praesentis genus etiam alacritatis animi quandam speciem prae se fert [37]. Mirifice igitur adiuvabantur hoc concitatiore sermonis genere poetae in explicandis et illustrandis singularum personarum affectibus.

Iam Aeschyleis haec probanda sunt exemplis, quorum numerum eo maiorem esse facile nobis persuadebimus, quo latius in eius fabulis narrationes vagantur [38].

Ac primum quidem statuendum videtur, quaenam praesentia in horum historicorum praesentium numero habenda sint; nam saepius de iusta interpretatione dubitari posse videtur.

Breviter enumero ea quae ex horum numero reicienda videntur.

Prom. 590. *τῆς Ἰναχείας; ἣ Διὸς θάλπει κέαρ*, etiam nunc Iupiter amore tenetur. — Sept. 498. *αὐτὸς δ᾽ἐπηλάλαξεν, ἔνθεος δ᾽Ἄρει βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν* — aoristus rem „subito et uno quasi temporis momento factam" enarrat, praesens vero

[37]) Cf. Scheuerlein. Synt. d. gr. Spr. p. 341.

[38]) Cf. Hornung: de nuntiorum i. tr. Gr. personis et narrationibus (Progr. Brandenburg 1869) p. 4—7; Bernhardy: Hist. Gr. litt. II, 2. p. 254. Teuffel praef. ad ed. Pers. p. 2.

actionem saepius iteratam et etiamnunc durantem significat. Eandem ab causam ea removeo praesentia, quae in Parthenopaei Arcadis habitu describendo (Sept. 526—543.) occurrunt. Nam stat vir fortissimus ante portas eadem etiamnunc de se praedicans, quae nuntius ipsis suis auribus paullo ante percepit[39]). Idem statuendum est de praesenti πέμπει Ag. 61 et 111. — missio enim etiamnunc perdurare videtur. Itaque, ut paucis rem absolvamus, omnia ea praesentia historicis praesentibus adscribenda negaverim, quibus actionum singularum praesens atque perdurans status significatur.

Historica igitur praesentia exstant haec:

Prom. 109. *ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πηγὴν κλοπαίαν.* — Promethei sunt verba. Vehementissimos toto corpore animoque persentit dolores; in tanta animi perturbatione retro spectans praesentis mali fontem in memoriam sibi revocat tanta cum alacritate, ut ipse etiamnunc *θηρᾶσθαι πηγὴν κλοπαίαν* sibi videatur.

Prom. 229. *ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον*
καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο.

Prometheus choro obtemperans (cf. v. 193) explicat, quomodo Iupiter non sine suo prudenti consilio rerum sit potitus. Iam ad suam causam progressus quomodo ille se gesserit refert. Iniusta Iovis ratio praesenti *νέμει* optime exaggeratur et illustratur.

Ceterum admiraberis sermonis incredibilem mobilitatem, quia praesenti *νέμει* statim adhibita copulativa particula *καὶ* adiungitur imperfectum *διεστοιχίζετο,* ut alibi saepissime[40]).

Sept. 671. seqq. in Amphiarai descriptione: *Ὁμολωΐσιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν* —
et 579: *δὶς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος*
καλεῖ, λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα.

Nam quae sequuntur: *τοιαῦθ' ὁ μάντις — ηὔδα. σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ* — praesentis historici exemplis adnu-

[39]) Itaque recte v. 542 Wakef. vulgatam scriptionem: *γόμφοις ἐνώμα* mutavit, ita ut praesens restitueret: *γόμφοισι νωμᾷ.*

[40]) Eadem cum facilitate praesens et aoristus invicem se excipiunt. Cf. Pers. 409 seq. 465—70. 497. Sept. 797 seqq. Eum. 634 seq. etc.

merandum esse illud *βάζει, καλεῖ, λέγει* aperte demonstrant. Insigni vero modo illa praesentis historici variatio vehementiorem animi illustrat motum, quo nuntius sapientissimum, probissimum fortissimumque hostium admiratur.

Sept. 639. *τοιαῦτ' ἀϋτεῖ καὶ θεοὺς γενεθλίους*
καλεῖ πατρῴας γῆς ἐποπτῆρας λιτῶν
τῶν ὧν γενέσθαι . . . . . .

eadem paullo supra, v. 635. *παιᾶν' ἐπεξιάκχασεν*, aoristo adhibito rettulit nuntius.

Sept. 797. *στέγει δὲ πύργος —*

Finita pugna Thebas servatas esse refert nuntius. Itaque illud *στέγει πύργος* non ad praesentem rerum statum referendum est; nam interemptis mutua caede fratribus periculoque depulso praesidio munitionum non iam opus est. Accedit quod statim subsequitur aoristus: *καὶ πύλας φερεγγύοις ἐφαρξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις.* Nec tamen quod adiungitur v. 799. *καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασι* pro *εἶχε* dictum indicaverium, quamvis aoristus subsequatur: *Ἀπόλλων εἵλετ'. ἔχει* enim ad praesentem loquentis rerumque de quibus agitur statum referendum videtur.

Sept. 813. *αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος.*

De fratrum caede certior factus chorus rem paene incredibilem secum reputat: *οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα.* Itaque si iam nuntius respondet: *αὐτὸς ἀναλοῖ — γένος*, nihil aliud nisi tristem illum certaminis exitum in mente habet. Praeterito igitur uti debebat; pro praeterito autem praesens historicum usurpat etiamnunc in certaminis contemplatione versatus.

Persarum parodus multa historica praesentia aoristorum indicativis inserit.

Exercitus Persici exitum anxius animi chorus sibi revocat in memoriam. Diu iam abest, inquit, exercitus neque quisquam adhuc ad nos pervenit nuntius eorum, qui proficiscebantur (*ἔβαν*) olim Xerxis iussu acciti, *οἷος Ἀμίστρης ἠδ' Ἀρταφρένης — —*

ταγοὶ Περσῶν
βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου
v. 25. *σοῦνται . . . .*

Praesens igitur aoristo praetulit chorus agminis proficiscentis imaginem animo repraesentans. Tum alia celerius percurrens aoristo usus pergit: *ἄλλους δὲ — Νεῖλος ἔπεμψεν,* sed in pristinum animi statum revertens versatur adeo in Lydorum agminis recensione ut redeat ad praesens historicum:

v. 41. *ἁβροδιαίτων δ' ἕπεται Λυδῶν ὄχλος*

et Sardianorum:

καὶ πολύχρυσοι Σάρδεις ἐπόχους
v. 46. *πολλοῖς ἅρμασιν ἐξορμῶσιν*

et Tmolitarum:

v. 49. *στεῦται δ' ἱεροῦ Τμώλου πελάται —*

et Babyloniorum:

Βαβυλὼν δ'
ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον
v. 54. *πέμπει σύρδην*

ceterorumque, qui ex Asia profecti sunt:

v. 57. *τὸ μαχαιροφόρον τ' ἔθνος ἐκ πάσης*
Ἀσίας ἕπεται — — —

Iam sequitur Atossae cum choro colloquium. Somnia narrat regina, quorum malis ominibus exhorrescens ad senum fidelium consilium confugit. Insigni modo anxium eius animum indicant praesentia, quibus ea describit, quae gravissimas excitarunt animi sollicitudines. Sic:

Pers. v. 191. *ἅρμασιν δ' ὕπο*
ζεύγνυσιν αὐτὼ καὶ λέπαδν' ἐπ' αὐχένων
τίθησι . . . . et
καὶ χεροῖν ἔντη δίφρου
v. 195. *διασπαράσσει καὶ ξυναρπάζει βίᾳ*
ἄνευ χαλινῶν καὶ ζυγὸν θραύει μέσον.
πίπτει δ' ἐμὸς παῖς, καὶ πατὴρ παρίσταται
Δαρεῖος οἰκτίρων σφέ . . . .
v. 198. *τὸν δ' ὅπως ὁρᾷ*
Ξέρξης πέπλους ῥήγνυσιν ἀμφὶ σώματι. —

Sequitur altera somnii imago:

v. 205. *ὁρῶ δὲ φεύγοντ' ἀετὸν* . . . .
. . . . *φόβῳ δ' ἄφθογγος ἐστάθην, φίλοι·*
v. 207. *μεθύστερον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ*
πτεροῖς ἐφορμαίνοντα . . .

Tum nuntius, ubi de internecione exercitus refert, ea potissimum quibus gravissime dolet praesenti historico notat.

Pers. 303. *Ἀρτεμβάρης δὲ — — θείνεται — —*, statim transit ad aoristum: *Δαδάκης . . . . ἐκ νεὼς ἀφήλατο. . .*

Item in Salaminiae pugnae descriptione:

ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν, —
v. 362. *προφωνεῖ τόνδε ναυάρχοις λόγον.*

tum:

ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο
καὶ νὺξ ἐπῄει, πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ
ἐς ναῦν ἐχώρει . . .
τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει νεὼς μακρᾶς
v. 381. *πλέουσι δ' ὡς ἕκαστος ἦν τεταγμένος*

tum:

εὐθὺς δὲ ναῦς ἐν νηῒ χαλκήρη στόλον
ἔπαισεν· ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ
v. 410. *ναῦς, κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς*
κόρυμβ', ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος ηὔθυνεν δόρυ.

Item in descriptione cladis in Psyttalea insula acceptae:

νῆσός τις ἐστὶ . . . .
v. 450. *ἐνταῦθα πέμπει τούσδ', ὅπως, ὅτ' ἐκ νεῶν*
φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωσοίατο
κτείνειαν[41]) *εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν.*

tum:

τέλος δ' ἐφορμηθέντες ἐξ ἑνὸς ῥόθου
v. 463: *παίουσι, κρεοκοποῦσι δυστήνων μέλη,*
ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον.

tum:

Ξέρξης δ' ἀνῴμωξεν κακῶν ὁρῶν βάθος,
ἕδραν γὰρ εἶχε . . . .
ῥήξας δὲ πέπλους κἀνακωκύσας λιγὺ
πεζῷ παραγγείλας ἄφαρ στρατεύματι,
v. 470. *ἵησ' ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ —*

tum:

---

[41]) Optativus sequitur praesens hist. ut solet. cf. Schmalfeld l. l. p. 96. — Exemplis ab illo allatis hoc Aeschyleum adiici potest.

v. 480. ναῶν γε ταγοὶ τῶν λελειμμένων σύδην
κατ᾽ οὖρον οὐκ εὔκοσμον αἴρονται φυγήν.

Quae in illa fuga exercitui acciderint aoristi enarrant aut imperfecta accuratius describunt, extrema vero calamitas praesenti notatur:

νυκτὶ δ᾽ ἐν ταύτῃ θεὸς
v. 497: χειμῶν᾽ ἄωρον ὦρσε, πήγνυσιν δὲ πᾶν
ῥέεθρον ἁγνοῦ Στρυμόνος.

Sed superatur periculum piis omnium precibus; iterum praesenti utitur nuntius:

ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο
P. 501. στρατός, περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον.

Supplices.

Pelasgus rex postquam suum ipsius nomen professus est, etiam terrae cuius fruitur possessione vetustum et nobile nomen explicat: αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν. Cuius tanti facti nobili superbia elatus memoriam repetens praesenti utitur:

Ἆπις γὰρ ἐλθὼν . . . χθόνα
v. 264. τήνδ᾽ ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων,
τὰ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
χρανθεῖσ᾽ ἀνῆκε (aoristus notandus est) γαῖα
μηνιαῖ᾽ ἄχη, —

Iam infra v. 297. 300. 312 etiam in diverbio praesentis historici singularis species occurrit. Colloquitur enim rex cum Danaidibus ac quaerit, unde gentis suae originem illae ducant, non tam rerum novarum curiosus quam examinandi studio adductus. Nam recte G. Hermannus (ad. v. 280) monet haec: „in omni hoc diverbio tenendum est cognita habere regem ea de quibus quaerit et quaerere dumtaxat, ut exploret verane an falsa dicant virgines.“ Quo ex studio fluunt praesentia:

v. 297. πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νεῖκη τάδε: et
v. 300. οὔκουν πελάζει Ζεὺς ἐπ᾽ εὐκραίρῳ βοΐ;

et in responsione chori:

v. 312. καὶ Ζεύς γ᾽ ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον.

Iam accedimus ad chori canticum (v. 524 seqq.), quo Ius fata et stirpis divina origo celebrantur. Laeto elatoque animo easdem regiones virgines agnoscunt, e quibus Io quondam,

gentis ipsarum parens, profecta est; eo igitur facilius eius, quae summi Iovis quondam digna habita est amore, ita illis repraesentatur imago, ut praesentem eam habere et cernere oculis sibi videantur fugientemque Iovis uxorem quasi prosequantur.

v. 542. ἔνθεν Ἰὼ
οἴστρῳ ἐρεσσομένα
φεύγει ἁμαρτίνοος
. . . διχῆ δ' ἀντίπορον
γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν
ὁρίζει.

Ceterae huius fugae stationes et ipsae praesenti historico deinceps notantur.

v. 547. ἰάπτει δ' Ἀσίδος δι' αἴας . . . .
v. 549. περᾷ δὲ Τεύθραντος ἄστυ Μυσῶν. —
v. 556. ἱκνεῖται δ' εἰσικνουμένου βέλει βουκόλου
πτερόεντος etc. —

Antistropha γ, quae sequitur, cum hominum admirationem describat, imperfecta ut par est adhibet, stropha δ vero redit ad praesens historicum, quippe quae finem felicemque horum errorum exitum concelebret:

βία δ' ἀπημάντῳ σθένει καὶ θείαις ἐπιπνοίαις
v. 577. παύεται, δακρύων δ' ἀποστάζει πένθιμον
αἰδῶ, —

(Quod infra sequitur praesens v. 583 βοᾷ non est praes. historicum, cum omnium gentium praesentem atque etiamnunc permanentem approbationem eo declarari appareat.)

Agamemnon.

In parodo nullum extat eius generis praesens.

Inde a versu 280 Clytemestra λαμπαδηφόρων νόμους expressis verbis explicat victoria Graecorum admodum gavisa; historica praesentia inserit plura:

ἑκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς
v. 293. Μεσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν.
(sequuntur praeterita) —
v. 305. πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα
v. 310. κἄπειτ' Ἀτρειδῶν ἐς τόδε σκήπτει στέγος
φάος τόδ' . . . . . .

Ita igitur haec descriptio est instituta, ut in aliis itineris describendi stationibus commorari consulto Clytemestra videatur alias celerius percurrat.

Iam in descriptione funestae qua Graecorum naves pleraeque perierunt tempestatis in mari saevientis tristissimus aspectus totius calamitatis, qui idem animum loquentis praeconis vel maxime commovet, praesenti adhibito oculis subicitur.

ἐπεὶ δ᾽ ἀνῆλθε λαμπρὸν ἡλίου φαός
v. 659. ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς.

Ex incredibili autem affectus gravitate profluunt ea praesentia, quibus Clytemestra odii crudelitatisque plena caedem Agamemnonis a se perpetratam superbe profitetur:

v. 1383. περιστιχίζω πλοῦτον αἵματος κακόν, —
v. 1384. παίω δέ νιν δίς
v. 1385. τρίτην ἐπενδίδωμι
v. 1388. οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὁρμαίνει πεσών,
κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν
v. 1390. βάλλει μ᾽ ἐρεμνῇ ψακάδι φοινιᾶς δρόσου —

orationem vero ita concludit:

v. 1397. τοσῶνδε κρατῆρ᾽ ἐν δόμοις κακῶν ὅδε
πλήσας ἀραίων αὐτὸς ἐκπίνει μολών.

Ab omni oculorum auriumque approbatione tam foede factum abhorrere consentaneum est. — Attamen omnis huius facinoris atrocitas illustranda et oculis subicienda erat. Historicum praesens totiusque scenae (nam eccyclemate adhibito corpora Agamemonis et Cassandrae, quibus Clytemestra, mulieris monstrum, adstat furiosa, in scena conspiciuntur) apparatus efficiunt, ut nihil iam desideretur ad rei summam perspicuitatem.

Neque minor vis inest in descriptione Thyesteae illius cenae, qua Aegisthus turpitudinem suam excusare studet. Dedita opera commoratur in iis, quae ad facinoris foeditatem et iniustitiam aperiendam plurimum valere videntur, ut iustas (v. 1604) se poenas ab Agamemnone repetivisse demonstret.

ὁ δ᾽ αὐτῶν αὐτίκ᾽ ἀγνοίᾳ λαβὼν
v. 1596. ἔσθει βορὰν ἄσωτον, ὡς ὁρᾷς, γένει.
κἄπειτ᾽ ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον
ᾤμωξεν, ἀμπίπτει δ᾽ ἀπὸ σφαγῆς[42]) ἐμᾶν

μόρον δ' ἄφερτον Πελοπίδαις ἐπεύχεται.
v. 1606. τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ πατρὶ
συνεξελαύνει τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις.

In Choephoris praesens historicum non extat. —[43])

Eumenides:

Initio prologi Pythia varia fata oraculi Delphici enarrat, nullis adhuc animi perturbationibus excitata, ut praesenti historico in tam quieta descriptione deesse videatur iusta causa.

Primos oraculi qui extiterint possessores praeteritis adhibitis enumerat, Gaeam et Themin, ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο μαντεῖον . . . - .

— ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινός,
Τιτανὶς ἄλλη παῖς Χθονὸς καθέζετο,
Φοίβη . . .

Iam ad Apollinem ubi pervenit, praesens infertur:

v. 7. δίδωσι δ' ἣ γενέθλιον δόσιν Φοίβῳ

et infra v. 12,

πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα
κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου —
v. 15. μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεώς.
v. 16. τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα
v. 17. ἵζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις.

Sed tamen praesentis historici iusta causa ne ab his quidem locis abest.

Primum enim sacerdos, cum eodem loco versetur, quo quae narrat facta esse dicuntur, in Apollinis historia optimo iure commoratur, quippe qui nunc oraculo praesit et iusta veneratione honoretur atque colatur. — Tum vero etiam poetae aliquid interfuisse videtur, hanc fabulae de origine oraculi partem, quae ad Apollinem spectat, diligentius illustrari. Scholiasta

---

[42]) Vel potius σφαγάς, quod recte coniecisse 'Schneidewinum (ad v. 1568) mihi persuasum est. Cf. Ag. 1388. De tmesi cf. Pers. 669. 102. 917. cf. Krüg. D. § 68, 48, 4.

[43]) Etiam hac ex parte confirmatur, quod Bernhardy de hac fabula iudicat: G. Litter. II 2, p. 295 (ed. III): „die Sprache dieses Stückes ist herb und hart, selten schön, noch weniger mit dem Glanz der beiden andern Glieder zu vergleichen."

quidem ad v. 2 haec adnotavit: *Πίνδαρός φησι πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθοῦς τὸν Ἀπόλλωνα· διὸ καὶ ταρταρῶσαι αὐτὸν ἐζήτει ἡ Γῆ.* Iam expedita est res. Nam si vere haec scholiasta contendit, Aeschylum Pindari corrigendi studio ductum haec accuratius tractasse apparet, et praesens hist. tantum abest, ut ab hoc studio alienum sit, ut ultro ex eo redundare videatur. Itaque ipsis illis praesentibus confirmantus, quae G. Hermannus[44]) et audacius O. Muellerus[45]) de hoc loco statuerunt.

Tandem in oratione pro Oreste in summo rerum discrimine habita Apollo caedis Agamemnoneae memoriam repetit, ut omnem eorum qui in iudicium vocati sunt iram excitet et Clytemestrae odium iis iniciat quam vehementissimum (cf. v. 638 sq.). Cui consilio optime respondet praesens historicum.

κἀπὶ τέρματι
φᾶρος παρεσκήνωσεν (!) *ἐν δ' ἀτέρμονι*
v. 635. *κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.*

Clytemestram iusta morte sceleris commissi poenas dedisse eo facilius iudices sibi persuadebunt, quo alacrior et clarior ipsius facinoris animo observatur imago.

Iam cognitis singulis locis fines, quibus praesentis historici usus contineatur constituere licet.

Ac primum quidem in trimetris plerumque eius generis praesentia occurrere consentaneum est. Rarissime in melicis carminibus, quippe quae narrandi locum dare non soleant, inveniuntur, ut in parodo Persarum et in cantico illo quod in Supplicum fabula extat.

Neque minus consentaneum est, si enuntiatorum formam respicimus, longe plurima praesentia historica in sententiis principalibus inveniri, quae particulis paratacticis *τε, καὶ, δὲ*, coniunguntur. Rarius secundaria sententia a temporali parti-

---

[44]) Cf. Hermann. Eum. v. 5.

[45]) Od. Muell. Eum. p. 183. „In dem Eröffnungsgebet der Pythias verfolgt zugleich Aeschylus die unverkennbare Absicht, aus den Sagen von der Gründung des Pythischen Orakels und dessen verschiedenen Besitzern allen Streit und Hader zu entfernen, während Pindar . . . . den Kampf der Erde mit dem Apollon so heftig geschildert hatte, dass die Erde ihn in den Tartaros zu stossen versucht haben sollte" etc.

cula incipiens praecedit: Pers. 377 seqq. protasis est haec: *ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο καὶ νὺξ ἐπῄει,* apodosis prima: *πᾶς ἀνὴρ . . . ἐς ναῦν ἐχώρει,* altera: *τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει . . .* tertia: *πλέουσι δὲ . . .* Agam. 659. *ἐπεὶ δ' ἀνῆλθε λ. ἡλίου φάος, ὁρῶμεν . . . .* Pers. 501. *ἐπεὶ ἐπαύσατο, περᾷ.* Pers. 361. *ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν — πᾶσιν προφωνεῖ.* Prom. 228 seqq. *ὅπως τάχιστα . . . . καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα.*

Quin etiam in secundaria sententia praesens historicum admittitur, sic

Suppl. 542. *ἔνθεν Ἰὼ*
οἴστρῳ ἐρεσσομένα
φεύγει ἁμαρτίνοος,

in enuntiato relativo; praeterea vero non nisi in Pers. v. 198/199:

τὸν δ' ὅπως ὁρᾷ
Ξέρξης, πέπλους ῥήγνυσιν ἀμφὶ σώματι,

ubi illud *ὅπως ὁρᾷ* praesenti historico sententiae principalis respondet; quem eundem concentum in fabulis Sophocleis saepius observare licet. Tria extant exempla huic Aeschyleo simillima:

Soph. Electr. 736.
ὅπως δ' ορᾷ μόνον νιν ἐλλελειμμένον
. . . . θοαῖς
πώλοις διώκει

Oed. tyr. 1265.
ὅπως δ' ὁρᾷ νιν, δεινὰ βρυχηθεὶς τάλας
χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην.

Antig. 1226. *ὁ δ' ὡς ὁρᾷ σφε, στυγνὸν οἰμώξας ἔσω*
χωρεῖ πρὸς αὐτὸν κἀνακωκύσας καλεῖ.

Accedunt totidem exempla, in quibus idem illud *ὅπως ὁρᾷ* vel *ὡς ὁρᾷ* aoristo secundariae sententiae respondet.

Soph. Electr. 749:
στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα
δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν.

Oed. tyr. 807.
καὶ μ' ὁ πρέσβυς ὡς ορᾷ
ὄχους παραστείχοντα τηρήσας, μέσον
κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.

Antig. 427. οὕτω δὲ χαὔτη, ψιλὸν ὡς ὁρᾷ νέκυν
γόοισιν ἐξῴμωξεν, etc.

In omnibus igitur his sententiis secundariis idem verbi ὁρᾶν praesens repetitur, ut iam intellexeris, quanto cum studio Aeschyleam auctoritatem Sophocles in huius verbi usu sit secutus.

A ceteris vero secundariis sententiis cum praesens hist. absit in fabulis Aeschyleis, de Aeschyleo quidem usu statuendum est, quod G. Hermannus (ad Soph. Phil. 321) contendit, praesens histor. convenire primariis partibus narrationis, non etiam iis, quae obiter et explicandi causa inserantur.

In illis autem primariis narrationum partibus hoc de quo agimus praesens historicum ita obtinet locum, ut rerum, quae referuntur, quasi capita vel summa discrimina illustret et paene sub aspectum subiciat. Aoristo vero cetera facta deinceps notantur, ut brevi conspectu cognoscantur; imperfecto denique eae accuratius describuntur res, quae explicandi causa adiciendae videntur [46].

Quod paucis si licet demonstrare exemplis, primum eos locos commemoro, quibus unum modo illustratur factum. Nusquam sua cuique vis et gravitas deest.

Prom. 109. θηρῶμαι πηγήν etc. spectat ad fontem totius mali, quo miserrime cruciari Prometheum videmus; eodem referendum est, quod infra v. 229 sequitur: εὐθὺς νέμει . . . . praesens historicum. Etiam quid sibi velit illud κόπτει πεδήσας etc. (Eum. 635) ex totius Eumenidum fabula econsilio perspicitur, quod Schoemannus in praefatione Eumenidum p. 10 seqq. subtiliter explicuit. Item Suppl. 297. τελευτᾷ, 300. πελάζει, 312. φιτύει praesentia in investiganda affinitate versantur, qua praesidii quod Danaus eiusque filiae appetunt officium nititur.

At vero etiam ubi latius manant rerum gestarum narrationes eadem lex cognoscitur.

Percurramus descriptionem illam pugnae Salaminiae, quae

---

46) Easdem quas nos praesenti, R. Kühner (Gr. II. 1. pgr. 386, 6.) aoristo partes tribuit, id quod Aeschyleo ceterorumque scenicorum poetarum usu minus comprobari videtur. Rectius H. D. Müller. Syntax d. griech. Temp. Progr. Götting. 1874. pgr. 8. p. 20 de diverso poetarum et scriptorum usu iudicat.

in Persarum fabula extat. Singula vero descriptionis momenta sunt haec: Themistocles dolo usus Xerxem incitat ad proelium committendum; cuius consilii insidias non perspiciens proelium parari ille iubet, iussa autem facit exercitus. — Naves igitur instruuntur ad proelium, tum Persarum classis navibus solutis ad hostem proficiscitur. Graeci appropinquant, non timidi illi sed alacri animo et pugnandi cupiditate flagrantes.

Tum concurrunt utrimque naves et proelii diiudicatur fortuna Graecae cuiusdam navis felici victoria, cuius terrore perturbata Persarum acies mox praecipiti fugae se mandat.

Capita huius descriptionis, ex quibus cetera omnia pendent, facili negotio invenies haec: Xerxis credulitatem atque temeritatem, Persarum temerarium et superbum accessum, gloriosam Graecorum primam victoriam, quam fuga hostium sequitur.

Ac tribus his capitibus rerum totidem respondent praesentia historica: *προφωνεῖ, πλέουσι, ἀποθραύει,* ut Aeschylea iam perspiciatur eximia ars, qua tam accurate res singulas disposuerit tamque facili modo quae potiora quaeque inferiora essent indicaverit, ut admirabilis describendi variatio et gradatio effloruerit [47]).

Etiam pugnae in Psyttalea insula commissae descriptio simili modo est instituta. Tres iterum partes distinguuntur.

Primum enim Xerxes iubet Psyttaleam insulam occupari, Graeci vero facili negotio illos redigunt ad internecionem. Quo facto Xerxes desperatione captus ipse fugae signum dat.

Totidem iterum respondent praesentia v. 450. *πέμπει,* v. 465 *παίουσι, κρεοκοποῦσι,* v. 470. *ἵησι.* —

Iam sequitur fugae descriptio. Primum est quod fuga suscipitur v. 481. *αἵρονται φυγήν* — tum quod in Strymone transeundo toti exercitui interitus imminet v. 496. *πήγνυσι,* tertium, quod superatur periculum illud extremum v. 501. *περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον.*

Itaque rerum initium, fastigium, exitum praesenti historico egregie haud negaveris notatum.

---

[47]) Cf. Kühner l. l. § 386, 6. „Durch diesen Wechsel der Zeitformen wird der historischen Erzählung die grösste Lebhaftigkeit der Darstellung und die feinste Schattirung des Ausdrucks verliehen.“

Qua accurata et paene geometrica subtilitate etsi alibi nusquam (nam in aliis descriptionibus liberius versatur cf. Agam. 280 seqq. 1372 seqq. Pers. 181 seqq.) astringitur, tamen Aeschylus praesentis historici singularem vim et gravitatem perspexisse et ingeniose in fabularum usum convertisse videtur.

Alias vero praesentis et aoristi — cf. Sept. 322 (προταρβῶ) 419. 563. 834. 872. Pers. 114. 161. 165. Suppl. 379. Ag. 270 et Prom. 180 (ἐμὰς δὲ φρένας ἐρέθισε. .) Prom. 401 (ἔτεγξα). Prom. 249 (ἠλγύνθην). Sept. 83 (εἷλε). Sept. 835 (ἔτευξα). Pers. 844 (ἤλγησ' ἀκούσας). Ch. 887 (ξυνῆκα) (vide Hermann. ad Viger. 162. p. 746. Kühner. § 386, 9. Kohlm. l. l. p. 36.) — atque praesentis et futuri (cf. Sept. 458 λέξω et 526 (λέγω) Prom. 513. 525. 757. 1767 etc.) variationes omitto, cum ex his, quas hucusque pro viribus illustrare studebam temporum variationibus satis intelligi liceat, quanta arte et industria Aeschylus temporum discrimina variaque genera ad rerum imagines quam accuratissime exprimendas sensibusque subiciendas adhibuerit.

FRANCISCUS VOELKER:

DE GRAECORUM FABULARUM ACTORIBUS.

Res Graecorum scenicas tractanti in universum duas potissimum constat aetates esse discernendas, quarum prior pertinet ad Alexandri Magni fere aetatem, altera inde orditur. Quae duae statuuntur aetates, quia sub quarti ante Chr. n. saeculi finem rerum Graecorum scaenicarum summa facta est commutatio, ex quo quicunque ludis scaenicis inserviebant, non fabularum actores modo sed etiam musici et poetae, in proprias quasdam societates se congregaverunt, quas Graeci appellabant „σύνοδοι τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν“, Romani „collegia scenicorum artificum“ vocabant.

De quorum collegiorum natura, moribus, institutis diligentius nuper quaesiverunt viri docti O. Lueders et P. Foucart uberiusque de iis disseruerunt in libris eodem fere tempore in publicum emissis, qui inscribuntur „O. L. — Die dionysischen Künstler. — Berlin 1873“ et „P. F. — De collegiis scenicorum artificum apud Graecos. — Lutet. Paris 1873.“

Nondum aeque accurate congesta sunt et exposita quaecunque pertinent ad prioris aetatis fabularum actores, ad artem eorum, mores, vitae condicionem, neque quod sciam omnia in unum collata sunt aut satis accurate tractata, quae de ipsis illorum temporum actoribus, quorum nomina exstant, memoriae sunt prodita. Quae cum ita sint, quamvis arduum tamen opera haud indignum mihi visum est conquirere undique accurateque exponere, quaecunque tradita sunt de ipsis quinti et quarti saeculi fabularum actoribus.

Cui quaestioni operam navaverunt usque ad hoc tempus minime autem satisfecerunt viri docti

Grysar. — „de Graecorum tragoedia qualis fuerit circum tempora Demosthenis“. progr. Cöln 1830, p. 23 sq.

F. G. Welcker. — „Die griechischen Tragödien“ 1839, vv. II.

E. von Leutsch. — „Grundrisse der griechischen Metrik“. Gött. 1841, p. 406 sq.

Arn. Schaefer. — „Demosthenes und seine Zeit.“ vol. I, p. 214—226. Leipz. 1856.

C. Bursian. — „Schauspieler und Schauspiel-Kunst im griech. Altertum“, histor. Taschenbuch, V. Folge, V. Jahrgang, p. 3 sq.

G. Bernhardy. — „Grundriss der griechischen Litteratur-Gesch. II, 2, p. 111—123. „Schauspieler und Schauspielkunst“.

Grysarus et Schaeferus, quamquam prior paulo altius repetivit, de iis potissimum disputaverunt actoribus, qui circum tempora Demosthenis viguerunt. Welckerus, Bursianus, God. Bernhardy non tam de ipsis histrionibus quam de vitae condicione, moribus arteque eorum disseruere. Leutschius praeter id quod, qua utitur in libro illo ratione, nihil aliud facit nisi nomina histrionum enumerat scriptorumque locos parum apta utitur rerum dispositione, qua quum inter se opponat „Die Schauspieler der älteren Zeit, als Begründer der Theorie der Hypokritik“ et „Die Schauspieler der späteren Zeit, als Lehrer der Hypokritik“ actorum Graecorum historiam parum apte disposuisse mihi videtur. Nam, quum per se intelligatur, primos fabularum actores agendi quasdam leges constituisse, hoc proprium fuisse priorum temporum histrionum vix dici potest, neque negligendum fuit Leutschio, jam ante eos quos priores dicit actores ipsos poetas agendi arti studuisse; tum, quod posterioris aetatis histriones agendi artem docuisse dicit, non intelligitur, cur non priores quoque histriones docuisse eam putet. Quod quamquam a scriptoribus confirmatum non est negare quidem non licet.

adn. Histriones aetate posteriores quos Leutschius dicit artem suam docuisse exemplis confirmari potest, quamquam quae Leutschius attulit parum apte sumpsit; quorum alterum, quod ex Arist. Rhet III, 12 desumpsit, huc omnino non pertinet; et ne alterum quidem (Demosthenes orator ab histrionibus actione institutus) in hanc quaestionem cadere mihi videtur: Demosthenes, qui in dicendo nondum perfectus a Satyro, Andronico, Neoptolemo, Polo tragoediarum actoribus adjutus esse traditur (Plut. vit. Dem. 7, Quintil. i. or. 11, 3, 7, vitt. X oratt. p. 360, Photius p. 493a, ib. 493b, anon. proll. rhetor. 6, p. 35), non actorem ab actore agendi arte eruditum sed oratorem ab actore in pronuntiando et declamando adjutum

esse exemplo est. Sed in duo incidi exempla, quae huc cadunt, quorum alterum ad quartum, alterum, ad primum a. Chr. nat. saeculum pertinet: Archias *ὁ φυγαδοθήρας*, Demosthenis aequalis, Polum Aeginetam docuisse (Plut. Dem. 28), Leonteus Argivus tragoedus, Jubae Maurorum regis aequalis, Athenionis discipulus fuisse traditur (Amarantus *ἐν τοῖς περὶ σκηνῆς* ap. Athen. 343 e). In collegiis scenicorum artificum quomodo haec res sese habuerit, neque a Luedersio neque a Foucartio expositum, nisi quod ille (p. 137) Tei institutum quoddam ad scenicos artifices erudiendos fuisse suspicatur; ex inscriptionibus, e quibus fere solis duo illi viri docti hauserunt, ad hanc quaestionem illustrandam nihil erui posse videtur. —

Equidem alia ac Leutschius disponendi ratione utar. Primos fabularum actores apud Graecos fuisse constat ipsos primos tragoediarum et comoediarum poetas, qui in suis ipsorum fabulis partes egerunt (cf. Plut. Solon XXIX: *Σόλων . . . ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς*). Poetae, ubi ipsi ad artem exercendam non jam suffecere et ab agendi munere se abdicaverunt, propriorum fabularum actorum opera usi sunt, ita ut suas quisque poeta fabulas suis actoribus agendas daret. Plerosque enim eorum, qui primi agendi artem professi esse traduntur, ita commemorari videbimus, ut unius poetae potissimum fabulas quisque egisse videatur. Histriones aetate posteriores cum ipsis poetis artiore necessitudine non jam junctos videbimus ad artem autem exercendam magis magisque inter se consociasse et histriones minore ingenio praeditos ad nobiliores quasi duces sese applicasse. Inde a quarti denique saeculi fine actores Graeci in collegiis illis perpetuis arti suae indulserunt.

Priore igitur commentationis parte de iis fabularum actoribus disputandum mihi videtur, quorum quemque uni potissimum poetae operam navavisse aut traditum aut verisimile est, altera parte ea tractabo, quae ad posterioris aetatis histriones pertinent; quumque diligenter distinguendi sint tragici Graecorum actores a comoediarum actoribus (Plat. rep. 395 a: — *οὐδὲ μὴν ῥαψῳδοί γε καὶ ὑποκριταὶ ἅμα· οὐδέ τοι ὑποκριταὶ κωμῳδοῖς τε καὶ τραγῳδοῖς οἱ αὐτοί*), primum de tragicis tum de comicis disputabo histrionibus.

Atque ordiendum quidem est a Cleandro et Mynnisco tragoediarum actoribus, quibus Aeschylus usus esse traditur (auct. vit. Aesch: *ἐχρήσατο δ'ὑποκριτῇ πρώτῳ μὲν Κλεάνδρῳ, ἔπειτα καὶ δεύτερον αὐτῷ προσῆψε Μυννίσκον τὸν Χαλκιδέα* —). De Cleandro Aeschyli actore nihil amplius traditum inveni. Exstat etiam in Dem. or. in Eubul. 18 Cleander histrio, quem Tyrwhittius (animadv. in Arist. poet. p. 179) eundem esse opinatur cum Aeschyli actore, Bursianus (l. l.) recte ab eo distinguit. Or. Eub. l. l. Euxitheus, filius Thucriti Halimusii, cui Eubulides Halimusiorum demarchus civitatem atticam abjudicare conatus est, verbis „*διαβεβλήκασι γάρ μου τὸν πατέρα, ὡς ἐξένισεν· καὶ ὅτι μὲν ἁλοὺς ὑπὸ τῶν πολεμίων ὑπὸ τὸν Δεκελεικὸν πόλεμον καὶ πραθεὶς εἰς Λευκάδα Κλεάνδρῳ περιτυχὼν τῷ ὑποκριτῇ πρὸς τοὺς οἰκείους ἐσώθη δεῦρο πολλοστῷ χρόνῳ, παραλελοίπασιν* —" demonstrare orditur, patrem suum civem atticum fuisse, non alienigenam; Cleandri histrionis opera effectum esse dicit, ut patri e captivitate domum redire liceret. — Euxitheus, quum bello Deceleo (a 413) captus *πολλοστῷ* demum *χρόνῳ πρὸς τοὺς οἰκείους σωθῆναι* dicatur, et Eubulides Euxithei peregrinationem non nisi diuturna fuisset, ad Thucriti civitatem in suspicionem vocandam proferre ausus esset, vix ante belli Peloponnesiaci finem domum rediit. „Primus" autem Aeschyli histrio, quoniam poeta a. 525 natus a. 456 mortuus est, vix post a. 500 natus est. Qua de causa, nisi histrioni Aeschyleo nimium annorum numerum tribuere volumus, duos fuisse Cleandros histriones statuere cogimur. Cleandrum alterum ejusdem fuisse civitatis ac Thucritum i. e. atticae inde apparet, quod ut Thucritus in libertatem vindicaretur auctor fuit; eundem tum temporis Leucade quod Graeci dicebant „*ἐπὶ ξένης ὑποκριθῆναι*", quamquam e l. l. evinci nequit, jure fortasse statuit Westermannus (adn. ad Eub. l. l.); qui exemplo affert Aristodemum et Neoptolemum tragoediarum actores, Demosthenis aequales, quos saepissime fabulas peregre egisse constat; sed jam sub quarti saeculi initium Callippidem et Nicostratum „*ἐπὶ ξένης ὑποκριθῆναι*" e Polyaen. strat. 6, 10 (coll. Xen. hell. 4, 8, 18) intelligitur, quo infra revertemur.

Plura de altero Aeschyli histrione audimus, de Mynnisco Chalcidensi. Cujus de tempore certiores nos facit inscriptio

nuper effossa, publici juris facta ab U. Köhlero („Mittheilungen des deutschen archäologischen Instituts in Athen", III. Jahrg., II. Heft p. 108); inscriptio illa in acropoli inventa, quae ad Alcaeum archontem i. e. a. 422/1 pertinet, inde a v. 5 ita restituta est:

(Με)νεκράτης ἐδί(δασκεν)
(ὑπ)οκριτὴς Μυνν(ίσκος)
(ἐ)πὶ Ἀλκαίου

Köhlerus, qui ad hunc titulum adnotat: „Der Schauspieler Mynniscus, welcher in der Preistragödie die Rolle des Protagonisten gespielt hatte, war von dem Komiker Platon im *Σύρφαξ* (Athen. VIII, 344 d) verspottet worden und entweder ein Nachkomme des gleichnamigen Schauspielers des Aeschylus oder selbst mit diesem identisch", in medio relinquit, idemne sit Mynniscus Aeschylëus cum Mynnisco a tituli auctore et ab Athenaeo l. l. his verbis memorato: „*Μυννίσκος ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σύρφακι ὡς ὀψοφάγος οὕτως*

ὁδὶ μὲν Ἀναγυράσιος ὀρφώς ἐστί σοι.
B. οἶδ', ᾧ φίλος Μυννίσκος ἔσθ' ὁ Χαλκιδεύς.
A. καλῶς λέγεις.

Valde inter se discrepant quae Meinekius de Mynnisco dicit hist. crit. com. p. 186 et com. fr. II, 2, 668; quum priore loco dicat: „videtur autem hoc drama (Platonis *Σύρφαξ*) e prioribus poetae fabulis fuisse, siquidem Mynniscum Chalcidensem, quem Aeschyli actorem fuisse constat, in ea ut helluonem lusisse perhibetur apud Athen."; altero adnotat: „Mynniscus ille fortasse nepos fuit illius, qui Aeschyli actor fuit." Aeschylum Mynniscum posteriore tempore quam Cleandrum sibi sumpsisse, a vitae auctore verbis „*ἔπειτα - αὐτῷ προσῆψε Μ.*" significatum est. Qua de causa quumque et a Platone et a vitae Aeschyleae auctore Mynniscus vocetur „*ὁ Χαλκιδεὺς*", atque Aristoteles, id quod e poët. loco subinde afferendo dilucide apparet, unum modo noverit Mynniscum actorem, statuere non dubito, posteriorem Aeschyli actorem ad Platonis Comici aetatem pervenisse, qui primam fabulam docuit Olymp. 88 (cf. Mein. hist. crit. p. 160); ad Platonis Comici aetatem, qui floruit a. a. 425—400, optime quadrat tituli annus 422/1.

Mynniscum una cum aliis tragoediarum actoribus clarissimis commemorat Plut. de glor. Athen. 6, loco illo, ubi quaerit, bellone an pace clariores fuerint Athenienses, et quo melius virtutes Atheniensium illustrentur, ipsi viri introducuntur notas et insignia operum suorum afferentes: „*τραγικοὶ δ' αὑτοῖς ὑποκριταὶ καὶ Νικόστρατοι, καὶ Καλλιππίδαι, καὶ Μυννίσκοι* (libr. *Μηνίσκοι*), *καὶ Θεόδωροι καὶ Πῶλοι συνίτωσαν, ὥςπερ γυναικὸς πολυτελοῦς, τῆς τραγῳδίας κομμωταὶ καὶ διφροφόροι, μᾶλλον δὲ ὡς ἀγαλμάτων ἀγκαυσταὶ καὶ χρυσωταὶ καὶ βαφεῖς παρακολουθοῦντες.*"

Aristoteles denique Mynnisci mentionem facit in poët. c. 26, 4 his verbis: „— *ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα πίθηκον ὁ Μυννίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει, τοιαύτη δὲ δόξα καὶ περὶ Πινδάρου ἦν*". Quaerit philosophus ad finem libri, utrum *ἐποποιικὴ* an *τραγικὴ μίμησις* potior habenda sit, sive utra minus molesta, primoque dicit, tragicam poesin nimia imitando et gestibus omnia declarantem molestiorem esse videri, unde pergit his verbis: „*ἡ μὲν οὖν τραγῳδία τοιαύτη ἐστίν, ὡς καὶ οἱ πρότερον τοὺς ὑστέρους αὐτῶν ᾤοντο ὑποκριτάς, ὡς λίαν γὰρ κ. τ. λ.*" i. e. tragica ab epica poësi eadem fere ratione discedit, qua histriones aetate posteriores ab histrionibus prioribus. — Bene convenire Mynnisci convicium Callippidi tragico actori, qui sub quinti saeculi finem floruit, infra apparebit, ubi de hoc actore disputandum erit. Vox „*πίθηκος*", quae hoc loco expressis explicatur verbis „*ὡς λίαν ὑπερβάλλοντα*", alium ac nostro loco habet sensum in Dem. de cor. 307, ubi Aeschines aliquamdiu histrio a Demosthene vocatur „*τραγικὸς πίθηκος*" non quia modum excesserit sed quod histriones potiores imitari studuerit, infeliciter autem imitatus sit (cf. Harpocr. s. v. *τραγικὸς πίθηκος: — Αἰσχίνου μιμουμένου μᾶλλον τραγῳδοὺς ἢ τραγῳδεῖν δυναμένου*).

adn. Ut totus ille locus Aristotelius expediatur, facere non possum quin verba „*τοιαύτη δὲ δόξα καὶ περὶ Πινδάρου ἦν*" et „*Πινδάρου*" potissimum nomen, quamquam nihil ei est cum Mynnisco, accuratius hoc loco contempler. Verba ipsa quamvis breviter expressa quomodo intelligenda sint dubium esse nequit: histrionem significari, e verbis sequentibus intelligitur: „*ὡς δ' οὗτοι ἔχουσι πρὸς αὐτούς, ἡ ὅλη τέχνη* —",

tragicus histrio intelligendus est quia de *τραγικῇ* modo *τέχνῃ* agitur („*ἡ ὅλη τέχνη* —"); eidem vitio vertitur, quod Mynniscus in Callippide reprehendit: „*λίαν ὑπερβάλλειν*"; sequitur, ut idem fuerit „*ὕστερος ὑποκριτὴς*", *ὕστερος* quidem Mynnisco; aliquanto majorem eum fuisse opinor Aristotele, qui non ut aequalem eum commemoret sed ipsi non jam notum. Quaeritur autem quid statuendum sit de Pindaro tragoediarum actore; vox „*Πινδάρου*", quae legitur in cod. Paris. A°, a plerisque editoribus recepta est; in codicibus qui e Parisino emanavere et auctoritate carent legitur *τινδαρίου* vel *τὴν δαρείου*, unde Hermannus temere scripsit *Τυνδαρέου*. Ritterus offensus eo, quod de histrione Pindaro nihil est traditum, *Θεοδώρου* histrionis nomen substituit, id quod improbandum mihi videtur, quia Theodorus Aristoteli, cujus fuit aequalis (Dem. de f. leg. 246 [418]), notior fuit (Ar. rhet. III, 2, 4; polit. VII, 15, 10), quam ut verbis „*τοιαύτη δόξα - ἦν*" ab eo commemorari posset. Histrionem hoc loco commemoratum, quoniam cum clarissimo tragoediarum actore, Callippide, comparatur, in nobilium fuisse actorum numero statuere cogimur; clarissimus autem Pindarus esse potuit histrio, quamquam nihil de eo traditum est. Quare, si codicis Paris. lectionem incorruptam putamus, non est cur mutemus eam. Cui non placet codicis lectio, quia Pindari histrionis nomen nusquam inveniatur, substituere propono pro *Πινδάρου* — *Τιμοθέου* tragici histrionis nomen, quod exstat in schol. Soph. Aj. 864: „*δεῖ καρτερόν τινα εἶναι τὸν ὑποκριτὴν, ὡς ἄξαι τοὺς θεατὰς εἰς τὴν τοῦ Αἴαντος φαντασίαν, ὁποῖα περὶ τοῦ Ζακυνθίου Τιμοθέου φασίν, ὅτι ἦγε τοὺς θεατὰς καὶ ἐψυχαγώγει τῇ ὑποκρίσει ὡς „σφαγέα" αὐτὸν κληθῆναι.*" Quando Timotheus vixerit non constat neque e scholio intelligitur. Cognomen „*σφαγεύς*" ad monologi illius Ajacis primum versum pertinet, v. 864, quo Ajax gladium his verbis alloquitur:

„*Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ᾗ τομώτατος . . .*"

Si vocis „*Τιμοθέου*" scripturam litteris uncialibus effectam intuemur, videmus quomodo e voce

ΤΙΜΟΘΕΟΥ

negligenter scripta *ΠΙΜΟΛΕΟΥ*

facillime lectio tradita *ΠΙΝΔΑΡΟΥ* exoriri potuerit. — Usitatum fuisse, histrionibus ex partibus aut scite aut inscite actis

cognomina imponere, exemplis confirmari potest. Hesychius s. v. „*Δημήτριος ὁ Πέλεκυς*“, *τραγῳδ(ι)ῶν ὑποκριτὴς καὶ ἴσως ὑπεκρίθη τὸν Ἀγαμέμνονος θάνατον, πελέκει κατὰ πολλοὺς γενόμενον* („*ὁ Π.*“ ab Heinsio e „*πελέκει*“ suppletum) significat tragicum actorem nobis ignotum, cui quod Aegisthi vel Clytaemnestrae Agamemnonem securi percutientis partes scite sustinuerat, cognomen „*Πέλεκυς*“ inditum est.

Idem s. v. „*Λωπιστὸς ὁ Παλαμήδης· ἐκ τῆς τῶν ἱματίων ἐπιῤῥάψεως*“ histrionem fortasse intelligit, qui scite aut inscite Palamedis partes egerat *λώπει* indutus. Adde quod Demosthenes: de cor. 307, quamquam ibi non de cognomine perpetuo agitur, Aeschinem, quia Sophoclis Oenomaum quondam ruri male gesserat, „*ἀρουραῖον Οἰνόμαον*“ appellat. —

Iam videamus, quid de iis actoribus, quos Aristophanis in vespis, vv. 566 et 579 (ed. Richter) significari et Aeschyli fuisse histriones non nisi e scholiorum his locis adscriptorum testimonio constat, judicandum sit. Priore loco Philocleon, qui colloquitur cum Bdelycleone, haec dicit verba: „*οἱ δὲ λέγουσιν μύθους ἡμῖν οἱ δ' Αἰσώπου τι γέλοιον*“ (sc. in rebus judicialibus in foro tractandis), ad quae scholiasta adnotavit: „*Αἴσωπος ἐγένετο τραγῳδίας ὑποκριτὴς γελοιώδης, Αἰσχύλου δ' ἦν ὑποκριτής.*“ Quaeritur, utrum scholiastae h. l. fidem habere possimus, an Aesopum fabularum poetam significari putemus. Meinekius scholiastam ineptum rettulisse dicit (add. critt. ad v. l.). Priusquam Dindorfii et Richteri de h. l. sententiae explicentur, ejusdem fabulae versum 579 intueri cogimur, ubi exstat *Oeagri* histrionis tragici nomen in his Philocleonis verbis:

„*κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἂν ἡμῖν
ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας.*“

ad quae schol: *ὅτι τραγικὸς ὑποκριτὴς* (*ὁ Οἴαγρος, εἴρηται πρότερον*). *ὡς θαυμάζων δὲ αὐτόν φησιν*(*ὅτι*)*· κἂν ἐκεῖνος ὁ μέγας καταδικασθῇ. Ἐκ τῆς Νιόβης δέ· καὶ γὰρ ὑπεκρίθη τὴν Νιόβην ἢ Σοφοκλέους ἢ Αἰσχύλου*“. Quoniam scholiasta verbis „*εἴρηται πρότερον*“ ad prius quoddam scholion respicit, et Dindorfius et Richterus, quum ante hunc versum in scholiis de Oeagro nihil legatur, merito statuunt scholiastam ad id scholion respicere, quo de histrione verba fiunt, ad schol. v. 566.

Et Dindorfius quidem (adnott. ad Arist. fabb. ad v. 579) quod huc pertineat scholion temere ad v. 566 translatum ibique pro „*Αἴσωπος*“ — „*Οἴαγρος*“ legendum esse statuit. Dindorfium Richterus (ed. Ar. vesp. Brl. 1858, p. 261) temere judicasse contendit et refutasse sibi videtur, quum dicit: „ibi Aesopus dicitur actor „*γελοιώδης*“, hic de bono agitur actore.“ Sed non inde quod Aesopus ibi dicitur „*γελοιώδης*“ Dindorfii conjectura ad irritum cadit: equidem non video, cur tragoediarum actor praestantissimus idem extra scenam homo facetus et jocosus esse non potuerit: Richterus quum quod Aesopus *γελοιώδης* dicitur offendatur etiam offendi debuit, quod Aeschylus talem histrionem *γελοιώδη* sibi assumpsisse traditur; ferri autem nequit Dindorfii conjectura quum quod vox „*γελοιώδης*“ scholii et vox „*γέλοιον*“ v. 566 separari non possunt neque in v. 579 quidquam invenitur, quo vox „*γελοιώδης*“ pertineat, tum quod verbis prioris scholii „*Αἰσχύλου δ᾽ ἦν ὑποκριτής*“ vix conveniunt alterius verba „*καὶ γὰρ ὑπεκρίθη τὴν Νιόβην ἢ Σοφοκλέους ἢ Αἰσχύλου*“. — Richterus ipse rectam emendandi viam iniisse mihi videtur quum verba „*εἴρηται πρότερον*“ ita explicat, ut in priore scholio post „*Αἰσχύλου δ᾽ ἦν ὑποκριτής*“ excidisse suspicetur haec fere verba: „*ὡς καὶ Οἴαγρος*“; quamquam, quum restitutione Oeagrum Aeschyli actorem faciat, versu 579 autem Sophoclis histrionem intelligi jubeat, infeliciter restituit. Richterus igitur loco priore Aesopum Aeschyli actorem significari opinatur, id quod hisce verbis defendit: „Aesopum non poetam sed actorem tragoediae ineptum tangi, illud docet, quod *μύθους*, scil. Aesopi, jam memoravit. Iam quum Aesopi *γέλοια* in magno honore sint, eo acrius deridetur tragoediarum actor *γελοιώδης*“. Sed equidem Richteri argumentis non commoveor, ut scholiastae fidem tribuam. Primum nego, in nudis verbis „*οἱ δὲ λέγουσιν μύθους ἡμῖν*“ Aesopi *μύθους* subaudiri necesse esse. Tum fieri non posse mihi videtur, ut enuntiatum „*Αἰσώπου γέλοιον*“ vel „*Αἰσωπικὸν γέλοιον*“ quod in proverbium abiit et ubicunque exstat ad Aesopum fabularum poetam pertinet (Ar. vesp. v. 1257: *Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν*. Prov. app. I, 11: *Αἰσώπου γελοῖα: οὕτως ἔλεγον τοὺς Αἰσώπου μύθους ἐν τοῖς δικαστηρίοις*. cf. Hesych. s. v. „*Αἰσώπου γελοῖον*“. Dio Chrysosth.

LXXII „— ὡς ἂν μάλιστα ἠνείχοντο αὐτὸν, ἡδόμενοι ἐπὶ τῷ γελοίῳ καὶ τοῖς μύθοις“), hoc versu, ubi exstat vox „μύθους“, ad alium quam fabularum poetam referatur (cf. Welcker. kl. Schr. p. 245: „Aesop in der Fabel“ et Grauert: „de Aesopo“ p. 87 adn. diss. Bonn. 1825). Dubito, num quisquam Atheniensium, ubi eodem in versu voces „μύθους“ et „Αἰσώπου“ audiverit de alio quam de fabularum poeta cogitaverit. Qua de causa de Aesopo Aeschyli actore hoc loco cogitandum non esse manifestum est. Omnino non fuisse Aesopum quendam Aeschyli actorem statui nequit, nisi demonstratur scholion illud errore e versu Aristophaneo ortum esse, equidem autem non video, qua ratione tale scholion e v. 566 natum sit.

Oeagrum fuisse tragoediarum actorem, ex ipsis vv. 579, 580 intelligitur; scholiasta, quum Aeschyline an Sophoclis in Nioba Oeager partes egerit haesitet et quaecunque de Oeagro protulit ex Aristophanis verbis colligi possint, e textu sine dubio hausit. Ne in priore quidem scholio, quod respicit scholiasta, aliud nisi tragicum histrionem fuisse Oeagrum prolatum fuisse, verba ipsa, quibus respicit, produnt. Oeagrum arte sua insignem fuisse scholiasta recte e sententiarum conexu colligit. — Dindorfium, qui e scholio priore Aeschyli Niobam intelligendam esse cogit, quoniam falsam emendandi viam ingressus est, praeterire licet. Assentior Richtero (ed. vesp. p. 261) et Halbertsmae (prosopogr. Arist. p. 97) qui Sophoclis fabulam a comico significari putant. Aristophanes ipse in ranarum fabula v. 911 sq. Aeschyli Niobam asperioribus verbis notat quam ut hic eandem fabulam tanta laude efferre possit: ran. v. 910

„πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα τιν' ἂν καθῖσεν ἐγκαλύψας
„Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνὺς,
„πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντας οὐδὲ τουτί“.

(cf. v. 920): Perstringit Aeschylum, quod praelongis chori canticis est usus et Achillem et Niobam per magnam fabulae partem velatis capitibus et ne verbum quidem proferentes induxit. Praeterea fabula Sophoclea melius quam Aeschylea convenit anno 422, quo Vesparum fabula docta est.

Quae cum ita sint, Oeagrum, si cujusdam poetae fuit proprius histrio, Sophocli tribuere velim.

Sophoclis tragoediarum actores fuisse vulgo dicunt Clidemidem et Tlepolemum ab Aristophane in ran. v. 791 et in nub. v. 1266 memoratos; sed nimia adhuc fides data scholiis versibus illis adscriptis, quibus duo illi histriones Sophocli tribuuntur. Priore loco in dubio remanet, num de Sophoclis histrione cogitandum sit, altero dubium esse nequit, quin Tlepolemus non fuerit fabularum actor. Ran. v. 758 Aeacus, janitor Orci, Xanthiae Bacchi servo interroganti, quinam apud inferos sit hominum tumultus et clamor, Euripidis adventu seditionem inter mortuos exortam esse respondet, qua id agatur ut dijudicetur, utrum sedes honoris prope Plutonis solium posita Aeschylo qui obtinuerit eam servetur, an Euripidi qui impudenter eam sibi vindicaverit concedatur; subinde Xanthiae quaerenti v. 786 *κἄπειτα πῶς οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου;* Aeacus respondet v. 788:

„*μὰ Δί' οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔκυσε μὲν Αἰσχύλον,*
„*ὅτε δὴ κατῆλθε, κἀνέβαλε τὴν δεξιάν,*
„*κἀκεῖνος ὑπεχώρησεν αὐτῷ τοῦ θρόνου.*
„*νυνὶ δ' ἔμελλεν, ὡς ἔφη Κλειδημίδης,*
„*ἔφεδρος καθεδεῖσθαι· κἂν μὲν Αἰσχύλος κρατῇ,*
„*ἕξειν κατὰ χώραν· εἰ δὲ μή, περὶ τῆς τέχνης*
„*διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε πρός γ' Εὐριπίδην.*"

Ad vocem „*Κλειδημίδης*" schol. haec: „*Καλλίστρατος, ὅτι ἴσως Σοφοκλέους υἱὸς οὗτος, Ἀπολλώνιος δὲ ὅτι Σοφοκλέους ὑποκριτής. τοῦτο δὲ πόθεν, σκέψασθε. διαβάλλει δὲ καὶ Κλειδημίδην ὡς κακόξενον (τινὲς δὲ τὸ „νυνὶ δ' ἔμελλεν" τοῦ Κλειδημίδου φασὶν εἶναι).* Priusquam de Clidemide disputari possit, exponere cogimur, quomodo verba „*νυνὶ δ' ἔμελλεν ὡς ἔφη Κλειδημίδης ἔφεδρος καθεδεῖσθαι*" intelligenda sint atque interpungenda. Multum enim ad sensum verborum valet, utrum, id quod solum rectum mihi videtur, verba „*ὡς ἔφη Κλειδημίδης*" vertantur: „ut Clidemides affirmavit", „ut e Clidemide audivi" (cf. Fritzsche: comment. ad Ar. ran. p. 281; Droysen: Uebersetzung d. Ar. p. 307 „wie Clid. gesagt", c. adn., Schöll: „Leben des Sophocles" p. 395 „Hör' ich von Kl."), an cum Kockio (ed. Ar. ran. „Ich glaube, dass Klidemides mit Sophokles in gar keiner Verbindung gestanden hat. Irgend ein Klidemides wird die Worte „*ἔφεδρος καθε-*

δοῦμαι" in einer auffälligen Beziehung gebraucht haben und daran will der Dichter erinnern.") enuntiatum „ἔφεδρος καθεδεῖσθαι" Clidemidis cujusdam proprium habeatur, verbaque „ὡς ἔφη Κλειδημίδης" vertantur „wie wohl einmal Clidemides sagte", an Meinekii ratio loci nostri interpungendi atque intelligendi probetur, qui sententiam suam in vindic. Aristoph. p. 173 ita profert: „De Cleidemide nihil constat. Verba autem sic intelligi video, ut Cleidemides illud „ἔφεδρος καθεδοῦμαι" frequenti sermone usurpasse existimetur. Quae affectata est interpretandi ratio. Scripsi mutata interpunctione:

„νυνὶ δ' ἔμελλεν, ὡς ἔφη, Κλειδημίδης ἔφεδρος καθεδεῖσθαι" hoc sensu: nunc autem, ut dicebat, tamquam alter Cleidemides vel Cleidemidis instar tertiarius sedere volebat. Itaque ἔφη ad Sophoclem referendum est. De Cleidemide etsi nihil aliunde constat, hoc tamen nunc satis apparet, saepe eum tertiarii munere functum fuisse."

Ex ultimis scholii verbis (τινὲς δὲ τὸ κ. τ. λ.) patet, jam olim fuisse qui ita interpungerent, stulta autem verborum constructione uterentur, ita ut Κλειδημίδης totius sententiae subjectum esse putarent; unde ineptus verborum sensus oritur, quia Aeacus de Sophocle, non de Clidemide narrat. — In Meinekii interpungendi et construendi ratione quamquam non offendendum est (similis constructio invenitur equ. 1255) tamen ferri nequit sententia ejus. Ἐφέδρου munus, quo Meinekius Clidemidem saepe functum esse dicit, a schol. ad. v. 792 recte ita explicatur: ὁ μαχομένων τινῶν παρακαθήμενος καὶ μέλλων τῷ νενικηκότι μαχήσασθαι." Ἔφεδρος autem aliquis non fuit nisi *sorte*, id quod a Luciano in Hermotimo 40—43 uberrime explicatur: In certamine si virorum illorum, qui inter se pugnaturi erant, numerus fuit impar, sorte unus electus est, cui initio in certamine non partes erant, pugnandum autem erat cum primi certaminis victore. Qua de causa, quum ἔφεδρος nemo fieret, nisi sorte, et modo hic modo ille fieret, nullo modo dici potest, munus illud ἐφέδρου Clidemidis cujusdam proprium fuisse, qui hoc loco illudatur. Neque magis Kockii sententia ferri potest. Neglexit enim Kockius, enuntiatum „ἔφ. καθ.", quo Clidemidem usum fuisse et hic illudi opinatur, nostro loco, ubi Aeacus de certamine poetarum tragicorum verba facit et de

ἀγῶνος (cf. v. 785) imagine cogitat, ex ipsa loci natura atque indole explicandum esse, enuntiatum illud imagini *ἀγῶνος* pariter aptum esse, ac quae sequuntur: *κατὰ χώραν ἔχειν* et *διαγωνίζεσθαι* (ad. enunt. *κατὰ χ. ἔχ.* cf. Ar. Plut. 367 et equ. 1354). Dubito, num illud „*ἔφεδρ. καθ.*“ hoc loco ita comparatum sit, ut ad irridendum quendam aptum haberi possit. Immo Aeacus hoc loco enuntiatis certaminis propriis utitur. — Accedit, ut totius loci sensus optime se habeat, si verba „*ὡς ἔφη Κλειδημίδης*“ vertimus „ut Cl. affirmavit“: Quomodo Sophocles erga Aeschylum sese gesserit, Aeacus, ut ipse vidit, vv. 788—790 enarrat; quid idem in certamine instante acturus sit, per alium certior factus versibus sequentibus tradit. Tum si Sophoclis naturam hac fabula descriptam intueris, melius convenire vides Sophocli, modestissimo homini, occultare sive amico quidem concredere, quas in certamine instante partes sustenturus sit, quam, ut Meinekio et Kockio placet, palam pronuntiare. Quare Welckero assentior locum nostrum ita explicanti: „Sophocles hat, wie er denn still und geräuschlos ist, sich nicht in Reden, sondern im Thun gezeigt, nicht laut angekündigt, dass er mit Euripides den Kampf fortsetzen wolle, sondern er hat es nur dem Kleidemides seinem Vertrauten gesagt, durch den es herausgekommen ist.“ (Anm. zur Uebers.) Quum igitur Sophocles Clidemidem consiliorum suorum conscium reddiderit, hoc quidem e loco nostro colligendum esse mihi videtur, Clidemidem familiarem fuisse Sophoclis; quoniam ranae a. 405 doctae sunt et res apud inferos agi finguntur, ante annum 405 aut ipso hoc anno eum mortuum esse statuendum est. Iam redeundum est ad scholion, e quo teste Callistrato (Aristophanis Byzantii discipulo) Clidemidem Sophoclis filium, teste Apollonio Sophoclis histrionem eum fuisse audimus. Callistratum quod tradidit conjecisse voce „*ἴσως*“ notatum est et eo confirmatur, quod neque a vitae Sophoclis scriptt. neque a Suida (s. v. *Σοφοκλῆς* — *παῖδας δὲ οὓς ἔσχεν οὗτοι· Ἰοφῶν, Λεωσθένης, Ἀρίστων, Στέφανος, Μενεκλείδης*) Clidemides filius memoratur. Et Callistratus quidem conjecturam suam inde protulisse mihi videtur, quod necessitudinem quandam inter Sophoclem et Clidemidem intercessisse intellexit.

Iam quaeritur, cadatne idem in alterum Aristophanis inter-

pretem, Apollonium. Fabulae locus, quo unusquisque Sophoclis familiaris intelligi potest, non ita est comparatus, ut inde quidquam effici possit. Quanta fides Apollonio tribuenda sit incertum est, quia quisnam fuerit Apollonius haud satis constat. Scholiasta de Clidemide nihil compertum habet (*τοῦτο δὲ πόθεν, σκέψασθε*). Quae cum ita sint equidem fueritne Clidemides Sophoclis tragoediarum actor non audeo pro certo affirmare.

Tlepolemo ab Aristophane nub. 1266 memorato Sophoclem non usum esse histrione mox apparebit. — In nub. v. 1259 Amynias juvenis urbanus et eruditus exclamans „*ἰώ μοί μοι*“ in scenam prodit et cum Strepsiade colloqui orditur, cui interroganti: „*Τίς οὑτοσί ποτ᾽ ἔσθ᾽ ὁ θρηνῶν; οὔτι που Τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο*“; „*ἀνὴρ κακοδαίμων*“ respondet, quod subinde v. 1264 versibus duobus e Xenoclis poetae tragici fabula „*Λικύμνιος*“ allatis confirmat (schol. cod. Rav. „*ὦ σκληρὲ δαῖμον· ταῦτα Ξενοκλέους ἐστὶν ἐκ τοῦ Λικυμνίου*): „*ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες Ἵππων ἐμῶν, ὦ Παλλὰς ὥς μ᾽ ἀπώλεσας.*“ Quo audito Strepsiades v. 1266 interrogat: „*τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ᾽ εἴργασται κακόν*“; In magno scholiorum huic versui adscriptorum numero in schol. Vict. haec leguntur: „*ἄλλοι δὲ τραγικὸν ὑποκριτὴν εἶναι τὸν Τληπόλεμον, συνεχῶς ὑποκρινόμενον Σοφοκλεῖ.*“ —

Quod scholion quantum valeat, jam inde elucet, quod, quum versibus antecedentibus neque de Sophocle neque de histrionibus ejus agatur, non intelligitur, neque quaenam ratio intercesserit Sophoclis fabularum actori cum aut Amynia, aut Xenocle poeta, aut fabula ejus „*Λικύμνιος*“, neque, ut Sophoclis histrio illusus sit, quanam ratione illudatur. — Strepsiadem verbis „*τί δαί σε Τληπ. κ. τ. λ.*“, quum Amyniae verba „*ὦ σκληρὲ δαῖμ. κ. τ. λ.*“ e fabula tragica desumpta esse constet, eandem fabulam respicere, verisimillimum est et cod. Rav. et Ven. scholiis confirmatur („*Ταῦτα Ξενοκλέους ἐστὶν ἐκ τοῦ Λικυμνίου· λέγεται δὲ ὑπ᾽ Ἀλκμήνης Λικύμνιον τεθνηκέναι ὑπὸ Τληπολέμου· διὸ καὶ ἐπιφέρει· Τί δαί σε Τληπ. κ. τ. λ.*“). Ex Hom. Il. 2 vv. 653—670 patet, Tlepolemum filium Herculis h. l. significari, qui Licymnium Alcmenae fratrem interfecisse traditur; *Λικυμνίου* fabulae loco, unde Aristophanes hos versus desumpsit, Tlepolemus exclamitasse videtur haec

verba nescio quo sententiarum conexu. Iam haud difficile est, quomodo scholion illud ortum sit explicare. Errore factum est, ut pro *Ξενοκλέους* legeretur *Σοφοκλέους*, qui error exstat in schol. cod. Reg.; „*ἄλλοι δέ φασιν ὡς Σοφοκλῆς ἐποίησε τὸν Τληπόλεμον ταῦτα λέγοντα.*" Altero errore ab homine, qui notitiam non habuit Xenoclis Licymnii, verba schol. „*Σοφοκλῆς ἐποίησε τὸν Τληπόλεμον ταῦτα λέγοντα*" ita intellecta sunt quasi a Tlepolemo in scena pronuntiata essent Amyniae verba, aut totus locus ita intellectus est, ut Amyniam putaret versibus illis eum illusisse, qui in scena pronuntiare eos solebat, et ita quidem illusisse, ut pronuntiatione morem ejus imitaretur; quod Strepsiadem intellexisse et interrogasse. „*Τί δαί σε Τληπόλ. κ. τ. λ.*" Equidem dubito num alia ratione scholion illud mirum explicari possit. Quod Fritzschius (ed. Thesm. p. 57) *Τληπόλεμον* mutat in *Ξενοκλέα,* jure a Welckero (l. l. p. 1023) vituperatur, quia parum verisimile neque traditum est, Xenoclem poetam tragicum perpetuum fuisse Sophoclis histrionem. Cum scholio, quo Tlepolemum histrionem fuisse traditum est, comparare juvat scholion ran. v. 546 adscriptum, ubi Theramenes satis mire significatur „*στρατηγὸς δὲ καὶ ὑποκριτὴς εὐμετάβλητος.*" Theramenem constat, quod modo ad has modo ad illas partes sese applicavit, cognomine „*Κόθορνος*" appellatum fuisse (cf. schol. l.); haud dubie scholiasta voce „*κόθορνος*" in errorem inductus Theramenem histrionem fuisse finxit, quia unde cognomen suum ille duxerit non satis perspexit.

Transeo ad eum virum, quo Euripidem fabularum actore usum esse verisimile est, ad *Molonem.* De quo priusquam disputetur, mentionem facere velim *Mnesilochi,* secundi Euripidis filii, qui testibus vitae Euripideae scriptoribus fabularum actoris munere functus est. Filium patri operam navasse, non relatum est, ne id quidem traditum, utrum tragoedias an comoedias egerit, neque id audimus, quod Welckerus („l. l." p. 82) statuit, Mnesilochum patris fabulas nonnullas docuisse.

Molo tragoediarum actor a Demosthene memoratur in or. d. f. leg. p. 418, ubi dicit: „*ταῦτα μὲν γὰρ τὰ ἰαμβεῖα ἐκ Φοίνικός ἐστιν Εὐριπίδου· τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα οὐδὲ πώποτε οὔτε Θεόδωρος οὔτε Ἀριστόδημος ὑπεκρίναντο, οἷς οὗτος* (sc. *Αἰσχίνης*) *τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν, ἀλλὰ Μόλων ἠγω-*

νίζετο καὶ εἰ δή τις ἄλλος τῶν παλαιῶν ὑποκριτῶν· Ἀντιγόνην δὲ Σοφοκλέους πολλάκις μὲν Θεόδωρος πολλάκις δὲ Ἀριστόδημος ὑποκέκριται." Illudit orator Aeschinem, quod in oratione Timarchea (p. 21) versus quosdam recitaverit e Phoenice Euripidea prolatos, *in qua fabula numquam partes egerit;* talem enim fabulam neque Theodorum neque Aristodemum, quibus Aeschines tertias egerit, unquam egisse (cf. p. 420: *ἃ δ' οὐδὲ πώποτ' ἐν τῷ βίῳ ὑπεκρίνω, ταῦτα ζητήσας ἐπὶ τῷ τῶν πολιτῶν βλάψαι τινὰ εἰς μέσον ἤνεγκας.* cf. Schaefer: app. Dem. p. 660 et A. Schaefer: Dem. u. s. Z. I, 216). Patet e loco Demosthenico, praesertim quum subinde Sophoclis Antigona opponatur, Phoenicem Euripideam Demosthenis temporibus haudquaquam popularem fuisse fabulam Euripideque mortuo vix repetitam et Molonem, quod verbis „*καὶ εἰ δή τις ἄλλος τῶν παλαιῶν ὑποκριτῶν*" confirmatur, Euripidis fuisse aequalem. — Sed nonne mirum videtur, quod Demosthenes, quum de Phoenice Euripidea dicat quasi de fabula obsoleta et ex hominum memoria sublata, compertum habet a quonam histrione olim acta sit? Haud dubie inde hoc explicandum, quod Demosthenes Molonem Euripidis fabularum actorem fuisse cognovit; Molonem in hac ipsa Euripidis fabula olim partes egisse Demosthenes vix audivit, et inde demum affirmare videtur, quod Molonem Euripidis potissimum fabulas egisse audivit; quum Theodoro et Aristodemo actoribus aequalibus quendam *τῶν παλαιῶν ὑποκριτῶν* opponere velit et de fabula Euripidea agatur, ejus nomen affert, qui Euripidis fabulas olim egit. Quare inter Molonem et Euripidem rationem quandam intercessisse ex hoc loco colligendum esse mihi videtur. Cave autem, ne oratoris verbis perverse intellectis Molonem propterea quod actoribus nobilissimis Theodoro et Aristodemo opponitur obscurum sui temporis histrionem fuisse suspiceris. Theodorum enim et Aristodemum Moloni arte agendi praestitisse oratoris non interest demonstrare, sed histrionis illius vetustioris nomen afferens id vult confirmare, Phoenicem Euripidis modo temporibus, non postea actam esse, ergo Aeschinem fabulam illam, ex qua versus suos in oratione Timarchea desumpserit, ipsum numquam egisse.

Idem qui a Demosthene significatur Molo histrio haud

dubie intelligitur in schol. ad hunc ranarum Aristoph. locum, v. 52—55:

Δι: „καὶ δῆτ' ἐπὶ τῆς νεὼς ἀναγιγνώσκοντί μοι
„τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς ἐμαυτὸν, ἐξαίφνης πόθος
„τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει σφόδρα;
Ἡρ: „πόθος; πόσος τις;
Δι: „μικρὸς, ἡλίκος Μόλων.“

Quibus verbis Bacchus Herculi indicare ambigue orditur, quod multis ambagibus usus versu 67 demum profitetur, summo se flagrare Euripidis modo mortui desiderio: Andromedam fabulam se legentem desiderio quodam affectum esse. Herculi interroganti, quantum sit desiderium illud, respondet: „*μικρὸς ἡλίκος Μόλων*“. Quum Bacchus subinde ingenti desiderio se teneri affirmet risum in contrario sensu quaeri et Molonem hic nominatum virum magni corporis fuisse manifestum est (cf. schol. *μικρὸς ἡλίκος Μόλων : παίζει· ἔστι γὰρ μεγαλόσωμος ὁ Μόλων*). Andromedam Euripideam hic significari et meliorum poetae fabularum in numero reponendam esse e schol. et e sententiarum nexu apparet (schol. Ven. *Τῶν καλλίστων Εὐριπίδου δραμάτων ἡ Ἀνδρομέδα*): Andromeda enim demum lecta Bacchus Euripidis desiderio tenetur, ergo Euripidis fabulam eum legisse necesse est; inter meliores Euripidis fabulas Andromeda reponenda est, quia Bacchus tantopere ea commovetur (cf. Welcker: l. l. 667 et Fritzsche Thesmoph. 417). Iam videndum est, quid de Molone scholiasta adnotaverit: *Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι δύο Μόλωνές εἰσιν, ὁ ὑποκριτὴς καὶ ὁ λωποδύτης· καὶ μᾶλλον τὸν λωποδύτην λέγει, ὅς ἐστι μικρὸς τὸ σῶμα. Τιμαχίδας δὲ τὸν ὑποκριτὴν νῦν λέγεσθαι Μόλωνα* (cf. Suidas s. v. *Μόλων* et „*μικρὸς ἡλίκος Μόλων*“ — *Μόλωνες δύο, ὑποκριταὶ καὶ λωποδύται*). Vides, jam veteres Comici commentatores de Molone hic memorato inter se dissensisse: Didymus duos noverat Euripidis temporum Molones, alterum histrionem, eundem quem Timachidas novit et hic intelligi jubet, alterum grassatorem, virum minuto corpore, quem joco Comici non intellecto propter corporis exilitatem hic significari censet. Didymi e testimonio si recte se habet, quum homo minuto corpore ab hoc loco alienus sit et unus histrio relinquatur, Molonem actorem hic significari statuendum

est, quamquam de statura ejus nihil est relatum. — Euripidis fabularum actorem hoc loco collato Demesthenico (d. f. l. 418) intelligunt Welckerus (l. l. p. 710, 809), Fritzschius (ed. ran. p. 24), Kockius (ed. ran.); Droysenus („Uebers. des Ar." p. 267) satis habet adnotare: „Molon wird irgend ein vierschrötiger Athener geheissen haben." Halbertsma (l. l. 97) Molonem in eorum histrionum numero reponit, quos tangi ab Aristophane certo non constet „quia jam veteres, qui alii alia de iis commenti sint, nihil de iis compertum habuisse videantur." — Quin Molo a Demosthene memoratus idem sit cum histrione, de quo Didymus et Timachidas cogitant, quum tempora apte congruant dubium esse vix potest. Id quidem concedendum, majore fide nos accedere ad Didymi et Timachidae de Molone histrione testimonium quam ad Apollonii de Clidemide. Fuisse Molonem quendam histrionem, a Demosthene confirmatur; fuisse Clidemidem fabularum actorem uni Apollonio credendum est. — Vides, quum Didymus Timachidasque praeter artem de Molone histrione nihil tradiderint, quum neque a Demosthene neque ab commentatoribus illis de statura ejus quidquam proditum sit, totam quaestionem ad Didymi de altero temporum illorum Molone testimonium redire; qui si verum rettulit, haud alius quam histrio relinquitur. — Quod ad sententiarum nexum attinet, non negligendum est v. 53 verba fieri de Andromeda fabula, neque video quis aptius intelligatur h. l. quam Molo histrio; mea quidem sententia Athenienses qui Bacchum fabulam Andromedam memorantem subinde nomen „*Μόλων*" pronuntiantem audiverunt potius quam de quoquam alio de Molone fabularum actore tum temporis vigente cogitaverunt. — Egisse Molonem Andromedam sexto ante anno, a 411, doctam cum Fritzschio e nudis comici verbis cogere nolim.

Cephisophontem Euripidis fuisse fabularum actorem a Thoma Magistro in vita Euripidea traditum est („— *φωράσας δὲ τὸν ἑαυτοῦ ὑποκριτὴν Κηφισοφῶντα ἐπὶ τῇ γυναικὶ* . . ."), cui fidem habere videntur Halbertsma (l. l. s. n. „Cephisophon") et Ribbeckius (ed. Ar. Acharn. adn. ad v. 365 — „Der Diener trägt in den Scholien den Namen des Kephisophon, des Schauspielers und (wie einige glaubten) Mitarbeiters des Euripides etc."). — De Cephisophonte autem dubito num praeter id quod

saepius a comicis perstrictus est aliud quidquam constet; intuenti mihi res de Cephisophonte a vitae Euripideae scriptoribus relatas ii, qui de hoc viro ejusque cum Euripide necessitudine memoriae aliquid tradidere, ipsi nihil certi compertum habuisse sed comicorum convicia conjectura videntur illustrasse; quumque reliqui vitae Euripideae scriptores, Anonymus et Manuelus Moschopulus, Cephisophontem histrionem fuisse Euripidis non tradiderint, item ut quaenam cum Euripide ei ratio intercesserit nescimus in dubio remanebit, quamne professus sit artem.

Poetas tragicos aetate posteriores suis histrionibus usos esse exemplo confirmari nequit; priusquam ad Comicorum fabularum actores accedam, exponendum puto, quod de *Hegelocho* tragico histrione memoriae est proditum, Euripidis aequali, quem fabulam Euripideam egisse audimus. Nomen ejus proditum est imprimis propter unius in Oreste Euripidea vocis pronuntiationem vitiosam; egit enim Hegelochus in Oreste, quae fabula arch. Diocle a. 409 docta est, primarias partes, ipsius Orestis personam, et in versu 279

„*ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν᾽ ὁρῶ*“

(tranquillitatem video), ubi medio in monologo gravissimo Orestes tandem insania liberatum se esse profitetur, declamando ita peccavit, ut ultima verba „*γαλήν᾽ ὁρῶ*“ deficiente spiritu neglecta elisione pronuntiaret quasi „*γαλῆν ὁρῶ*“ esset scriptum (felem video): schol. Eur. Or. 279: *κεκωμῴδηται ὁ στίχος διὰ Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτήν· οὐ γὰρ φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφὴν ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν τὸ ζῶον, ἀλλ᾽ οὐχὶ τὰ γαληνά·* cf. schol. Rav. Ar. ran. 308, Suid. s. v. *Ἡγέλοχος*, schol. Dion. Thrac. in Bekk. anecd. II, 728: „*καὶ γὰρ Ἡγέλοχος ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς οὐκ ἂν τοσοῦτον ὤφλήκει πάρ᾽ Ἀθηναίοις τὸν γέλωτα, εἰ τὴν ἐν τῷ ἄμβωνι ἀπόστροφον ἐγνώκει.*“ Hegelochum, quum gravissimorum Orestis verborum sensum ineptissimum reddidisset, totius theatri risum movisse nemo mirabitur („a quibus enim nihil praeter voluptatem aurium quaeritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate“: Cic. de or. I, § 259). Hoc casu adverso Hegelochus sales provocavit Aristophanis, a quo in ran. v. 303 perstringitur:

ΞΑ: „— θάῤῥει · πάντ' ἀγαθὰ πεπράγαμεν
„ἔξεστί θ', ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν ·
„ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.
„ἥμπουσα φρούδη."

Omnino exiguo ad fabulas agendas ingenio praeditus fuisse videtur, quum etiam a Sannyrione, Platone, Strattide Comicis illusus sit. A Sannyrione irrisus fuit in Danaë fabula (cf. schol. Eur. Or. 279 et Mein. fr. II, 2, 874). Plato omnino vocis suavitatem in eo desideravit (schol. Ar. l. l.: „τοῦτον δὲ καὶ ὡς ἀτερπῆ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει" cf. schol. Bav. ad fin: „ὡς ἀηδὴς δὲ τὴν φωνὴν κωμῳδεῖται ὁ Ἡγέλοχος") A. Strattide Hegelochus duobus locis perstrictus esse traditur (schol. Eur. et Ar. l. l. Meineke Fr. C. I, p. 224. II, p. 763.), altero e fabula „Ἀνθρωποῤῥαίστης" desumpto his verbis:

„Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἐμέλησέ μοι μελῶν
„Εὐριπίδου δὲ δρᾶμα δεξιώτατον
„διέκναισ' Ὀρέστην, Ἡγέλοχον τὸν Κιννάρου
„μισθωσάμενος τὰ πρῶτα τῶν ἐπῶν λέγειν."

(cf. Mein. fr. II, 2, 763 et Fritzsche: ed. ran. Ar. comm. p. 171). Reprehendit Comicus ejusdem anni, quo Orestes fabula docta est, archontem Dioclem, quod Hegelocho histrione ad primas fabulae partes agendas conducto („τὰ πρῶτα τῶν ἐπῶν λέγειν") optimam Euripidis fabulam felici successu privaverit. E Strattidis Platonisque conviciis dilucide apparet, Hegelochum non illo solo monologi Orestis versu peccasse sed omnino partes suas male egisse et vix dignum fuisse cui primae partes deferrentur.

Iam in eo est, ut ad Comicorum poetarum actores transeam: Ac primum quidem commemorandus est *Crates,* qui priusquam ipse comoedias scripsit, Cratini in fabulis partes egit: schol. Ar. equ. 537: κωμῳδίας ἦν ποιητής, ὃς πρῶτον ὑπεκρίνατο(τὰ) Κρατίνου, καὶ αὐτὸς ποιητὴς ὕστερον ἐγένετο. Anon. de Com. s. Κράτης: τοῦτον ὑποκριτὴν φασι γεγονέναι τὸ πρῶτον, ὃς ἐπιβέβληκε Κρατίνῳ κ. τ. λ. cf. Mein. hist. com. 59, 536; Bergk: com. ant. p. 266).

Errore ductus Bernhardyus (Gr. Litt. Gesch. II, 2, p. 585) operam, quam Crates Cratino navavit, cum Philonidis Callistratique comicorum poetarum in Aristophanem ratione comparat.

Crates priore aetate histrionis munere functus in Cratini fabulis partes sustinuisse postea demum ipse fabulas composuisse traditur. Aliam Philonidi et Callistrato cum Aristophane rationem intercessisse constat. Aristophanis interfuit, ut priores quas composuit fabulas non ipsius nomine doceret. Quare initio fabulas non suo nomine in certamen commisit, sed Philonidi et Callistrato tradidit docendas. Item, postquam nomen suum professus est quum equites suo nomine docuit, ut chori instituendi ac docendi labore supersederet etiam ceterarum fabularum plerasque iisdem viris docendas dedit.

Sed, ne satis nota retractaturus videar, aliorum Comicorum quos eodem more usos fuisse constat mentionem facere satis habeo. Eupolidis Autolycus a Demostrato docta est teste Athen. V, p. 216d: *Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου* (Mein. hist. crit. p. 110), quo loco Meinekius olim ita abusum se esse fatetur, ut Demostratum histrionem Eupolidis fuisse statueret. — Phrynichus Amipsiae docendam tradidit fabulam *Κωμασταί* (cf. Mein. h. com. p. 155). Item Plato Comicus paupertate adductus, quia chori instruendi sumptibus satisfacere non potuit, teste Suida s. v. „*Ἀρκάδας μιμούμενοι*“ eodem more usus est (Mein. l. l. p. 162).

Ut Crates Cratini fuit histrio ita Cratetis fabulas Meinekio videtur Pherecrates egisse, priusquam ipse fabulas doceret (cf. Mein. l. l. 66). Sed equidem non audeo ex Anonymi de Comoedia loco corruptissimo, unde hoc coactum est, certi quidquam efficere. Loco illo ab aliis aliter tentato haec leguntur (Mein. l. l. 536): *Φ. Ἀθηναῖος, νικᾷ ἐπὶ θεάτρου γενόμενος, ὁ δὲ ὑποκριτὴς ἐζήλωκε Κράτητα κ. τ. λ.* Quae verba Meinekio Dobraeus recte ita correxisse videtur: *Φ. Ἀθ., νικᾷ ἐπὶ Θεοδώρου* (Ol. 85, 3), *γενόμενος δὲ ὑποκριτής, ἐζήλωκε Κράτητα.*“ Pherecratem aliquamdiu fabulas egisse Anonymi verba, si vox „*ὑποκριτὴς*“ retinetur, indicare mihi videntur; sed Cratetis fabulas eum egisse e verbis neque traditis neque Dobraei conjectura mutatis colligi potest. Bergkius legendum existimavit (rel. com. ant. p. 284): *νικᾷ ἐπὶ πθ' Ὀλ.* vel potius *νικᾷ ια' ἐπὶ τοῦ θεάτρου γενόμενος αὐτὸς ὑποκριτής· ἐζήλωκε δὲ Κράτητα.* Longe alium in modum Anonymi verba restituit

et intellexit Dindorfius, qui collato Arist. poet. 5, 5: „τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου λόγους ἢ μύθους ποιεῖν“ (cf. Ar. schol. ed. Dübner. Proll. p. XV) haec legi jubet: *Φ*. Ἀθ. νικᾷ ἐπὶ Θεοδώρου, γενόμενος δ' ὑπόπικρος ἐζήλωκε Κράτητα κ. τ. λ. (Westermann: βιογράφοι p. 162).

Inde ab hac quaestione ad subtiliorem progredimur, qua de histrione quodam agendum erit, quem Bergkius (l. l. 358), Meinekius (hist. com. 91), Teuffel (ed. nubes Ar. ad. v. 540) Hermippi fabulas egisse opinantur fidem habentes schol. Brunck. ad Ar. nub. 542; pertinet hoc scholium ad eum Ar. nub. locum, ubi Comicus in cantico vv. 537—42:

„ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει σκέψασθ'· ἥτις πρῶτα μὲν
„οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον,
„ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως·
„οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακρούς, οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν,
„οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη τῇ βακτηρίᾳ
„τύπτει τὸν παρόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα.“

spectatoribus exponit, quibus virtutibus insignis quanta laude digna fuerit nubium fabula, quae quum primum in certamen commissa esset, ab Atheniensibus explosa sit. Perspicuum est scholiorumque testimonio confirmatur, iisdem verbis poetam illudere alios comicos poetas ipsumque iis vitiis liberum se praedicare, quibus illi laborent. Ita verbis „οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακρούς“ Comicum quendam perstringere videtur, qui ipsius calvitiem irriserit. Rudis autem indigestaque scholiorum moles exstat his versibus adscripta: Versus 538, 39 in schol. Brunck. explicantur: „Τοῦτο φησὶ διὰ τὸν Ἕρμιππον καὶ τὸν Σιμέρμωνα τὸν τούτου ὑποκριτήν“, unde „Simermon“ histrio adhuc Hermippo tribuitur. Quod scholion Halbertsma (l. l. p. 45, 46) recte suspicatur errore huic loco adscriptum et potius ad vv. 541, 42 pertinere; in scholiis enim his versibus adscriptis Rav. et Ven. scholl. exceptis eadem poetae et histrionis nomina exstant quae in schol. Brunck: „οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων: ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαλτίοις, ἢ ὡς εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐεπίφορον ὄντα τὸν Ἕρμιππον, οἱ δὲ Σισέρμιον τὸν ὑποκριτήν (schol. Aldin.). — οὐδὲ πρεσβύτης: ὁ Σιμνέρμων

(Cant. 3) *Σιμνέρμων τις ἕτερος κωμικὸς ἔν τινι αὐτοῦ δράματι εἰσῆξε πρεσβύτην τινὰ βακτηρίαν κρατοῦντα* (Cant. 3). — Ultimo loco adnotare juvat Rav. et Ven. scholl: „*τύπτει. Τοῦτο εἰς Ἕρμωνα* (Ven. *Σέρμωνα*) *λέγει τὸν ὑποκριτήν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τοῦ γελᾶν χάριν τοὺς ἐγγὺς ἑστῶτας ἔτυπτε τῇ βακτηρίᾳ.*"

Ex hujus scholii verbis „*εἰς Ἕρμωνα*" (*ΕΙϹΕΣΡΜΩΝΑ*) quaecunque minorum codicum scholia praebent nomina: *Σιμέρμων, Σιμνέρμων, Σισέρμιος:* corrupta esse, jure haud dubie statuit Halbertsma (l. l. p. 46). Quae opinio eo magis probanda mihi videtur, quia qua via omnes illae corruptelae deinceps ortae sint jam perspicere possumus:

Ἕρμων (Rav.)
(e *ϹΕΡΜΩΝ*) — *Σέρμων* (Ven.)
Σισέρμιος (Ald.)
Σιμέρμων (Brunck.)
Σιμνέρμων (Cant. 3).

Histrio quidem nomine, de quo agitur, ab omnibus significatur excepto Cant. 3, ubi „*ἕτερος* quidam *κωμικὸς ἔν τινι αὐτοῦ δράματι*" intelligitur: Finxit hoc scholiasta, quia poetam potius quam actorem ab Aristophane perstringi intellexit neque nominis corruptelam perspexit. — Magis quidem perspicua et probabilior mihi videtur Halbertsmae sententia quam Duebneri (adn. ad scholl.), qui „simplex histrionis nomen *Ἕρμων* fuisse compositum cum *Σῖμος* autem *Σιμέρμων* factum esse" statuit; non respexit schol. Ven. lectionem „*Σέρμων*", quam paulo ante adnotavit, quae medium tenet locum inter optimi codicis lectionem, et ceterorum codicum corruptelas, neque intelligitur, quid sibi velit hoc loco verborum *Σῖμος* et *Ἕρμων* compositio.

De quo scholio priusquam disputari pergatur, locum affero Pollucis onomastici, lib. IV, 88, ubi exstat „*Ἕρμων κωμῳδίας ὑποκριτής.*" Explicatur a Polluce, unde factum sit, ut ad *ἀγωνιστὰς* in certamen vocandos tuba adhiberetur, his verbis: „*Ἕρμων ἦν κωμῳδίας ὑποκριτής. λαχὼν δὲ μετὰ πολλοὺς ὁ μὲν ἀπῆν τοῦ θεάτρου, τῆς φωνῆς ἀποπειρώμενος, τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ πάντων ἐκπεσόντων Ἕρμωνα μὲν ὁ κῆρυξ ἀνεκάλει, ὁ δ' οὐχ ὑπακούσας, ζημίᾳ πληγείς, εἰσηγήσατο τοῦ λοιποῦ τῇ σάλπιγγι τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνακαλεῖν.*" Quae

narratiuncula quomodocunque se habet id quidem docere mihi videtur, morem illum scenicum ad Hermonem histrionem comicum, quem Pollux memorat, revocatum fuisse. Eodem in libro, § 143, Pollux, ubi de personis comicis disputat, duas personas nominat: „*Ἑρμώνειος σφηνοπώγων*“ et „*Ἑρμώνειος δεύτερος*“, quae personae teste auct. Etym. mag. p. 376, 48 ab Hermone quodam nomen duxerunt („*Ἑρμώνεια· Προσωπεῖα οὕτω καλούμενα ποιά, ἀπὸ Ἕρμωνος τοῦ πρῶτον εἰκονίσαντος, ὡς ἡ Θηρίκλειος κύλιξ καὶ Ἰφικρατὶς τὸ ὑπόδημα*“. — *Θηρ. κύλ.* Aristophanis Comici aetate inventa traditur ap. Athen. 470: „*κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεύς, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνη.*“).

Hic Hermo idemne sit cum histrione a Polluce § 88 memorato cum Meinekio (hist. com. p. 562) in dubio relinquo, quia Hermonis nomen pervulgatum fuit neque ab etym. m. auctore additum est, quam artem Hermo ille sit professus. Hermones a Polluce et a schol. Aristoph. memoratos non duos sed unum eundemque fuisse, quamquam certis argumentis confirmari nequit, tamen verisimile mihi videtur, quia ab utroque comoediarum actor significatur. Jam redeo ad schol. Rav. et Ven. ad Ar. nub. 541, 42. Scholiasta verba facit de histrione; sed quamquam quod vv. 541, 42 illuditur ab actore in scena peccatum est tamen ut antecedentibus versibus ita his quoque poetam quendam perstringit Aristophanes, et eum quidem, qui ut jocorum pravitatem occultaret adjumento tam lubrico atque inepto usus sit; vides, in scholiis quoque non solum histrionis sed poetarum quoque nomina afferri. Halbertsma igitur, qui recte Ravennatis scholium ceteris praeposuit, id omittere non debuit, una cum Hermone histrione poetam cum tangi in cujus fabulis hic partes egerit. Quare, si ostendi jam potest, quinam comicus tales personas introduxerit sive ad quem comicum duo illi versus referendi sint, eidem Hermonem histrionem tribuere nobis licet. Hermippi actorem eum fuisse, quod schol. Brunckianus affirmat, propter exiguam hujus scholii auctoritatem nondum constat. Eupolidem ejusque fabulam „*Προσπάλτιοι*“ his versibus tangi, quod in schol. Ald. notatum est, persuasissimum sibi esse dicit Bergkius (rel. com. p. 358) et Meinekio (fr. com.

II, 522) verisimillimum videtur (cf. von Wilamowitz-Moellendorff in Herm. IX, p. 328). Id quidem constat, Aristophanem nullum poetam comicum gravius et saepius illusisse quam Eupolidem (cf. vesp. 1025, pac. 762, nub. 553 cum scholl.) In ceterorum comicorum aequalium reliquiis nihil inveni, quo pertinere possint versus Aristophanëi. Quae cum ita sint, Eupolidis fuisse actorem Hermonem quamquam non certum tamen verisimillimum mihi videtur.

Quaestio haud minus subtilis instituenda est de Apollodoro comoediarum actore, qui teste argumenti 2. Pacis Aristophaneae auctore primas hujus fabulae partes egit. Exceptis Thesmophoriazusis et Ecclesiazusis cujusque fabulae Aristophaneae argumento affixum est fragmentum didascalicum, quod de archonte, cujus anno fabula docta est, de poetis, quibuscum certatum, de poeta victore certiores nos facit. In solo Pacis argumento fragmento illi additum primarum actoris nomen, et in uno quidem Veneto codice. Fragmenti partim corrupti verba sunt haec: „*ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου, ἐν ἄστει· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι· τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἡνίκα Ἑρμῆν λοιοκρότης.* (Fabulam illam Eupolideam Alcaeo archonte actam esse ab Athenaeo V p. 218^c confimatur: „*τέθνηκε δὲ πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπ. κολ.*“). Quorum verborum quum priora voce *ἐνίκησε* excepta sint clara ac perspicua, ultima adhuc fuere crux interpretum et a viris doctis perquam varie tentata. Merito offenduntur viri docti et voce barbara „*λοιοκρότης*“, et quod secundarum partium actor nominatus esse videatur: verba enim tradita „*ἡνίκα Ἑρμῆν λοιοκρότης*“ vix aliter intelligi possunt nisi ita, ut subaudiendum sit „*ὑπεκρίνατο*“ et voce „*Ἑρμῆν*“ significentur Mercurii in Pace fabula partes, quas, quum primarum actori Trygaei persona agenda fuisse videatur, secundarum actori tribuunt. E didascaliis autem, in quibus quantum nos scimus nullus nisi primarum actor nominabatur, secundarum actoris nomen nullo modo repeti potuit. Nihilo secius Rankius (comment. de vita Aristoph. p. CCXV) et barbarum nomen et secundarum actorem retinuit; supplet igitur „*ὑπεκρίνατο*“. Dindorfius (ed. Ar.) conjecit: „*ἡνίκα ἔτ' ἦν υποκριτής*“ et Apollodorum quendam alias ignotum hic nominatum censet, qui aliquamdiu actoris

munere functus postea ipse fabulas scripserit (cf. schol. Ar. ed. Dübner, adn.). Bergkius (l. l. p. 54) obscurum hunc locum emendasse sibi videtur, quum legi jubet: „ἀνέθηκεν Ἑρμῆν Λεωκράτης“, quod ita defendit „Leocrates ille, Stroebi ut videtur filius, Leocratis majoris, qui Periclis fuerat adversarius, choregus fuit et Hermam in memoriam victoriae dedicavit.“

Sed Bergkius miram verbis traditis attulit vim, neque de Hermis a chorego victore dedicatis quidquam compertum habemus: tripodes dedicatos fuisse testes sunt Plut. Aristid. I, p. 318, Them. V, p. 114, Nic. III, p. 524; Pausan I, 20, 1. Denique in didascaliis, unde fragmentum nostrum desumptum est, de choregorum donis nihil notatum fuit. — Recentiore tempore Richterus in hoc loco tractando aliam viam ingressus est in Proll. ad ed. vesp. Ar. 1858, p. 25, et ad pac. Ar. 1860, p. 1, 7 sq., qui duos quidem histriones sed utrumque primarum actorem significari censet. Richterus enim non ultima sola vocabula corrupta sed poetarum quoque ordinem confusum esse statuit, quoniam mire „ἐνίκησε“ dictum est de poeta secundo praemio ornato; aut igitur Aristophanem primo loco, Eupolidem altero collocari et haec legi jubet: „ἐνίκα Εἰρήνῃ Λεωκράτης“, ita ut Leocrates Aristophanis, Apollodorus Eupolidis actor fuerit, Leuconis histrionis nomen perierit, et antiquae didascaliae species ita formata fuerit:

Ἐν ἄστει
ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου
Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ πρ.
ὑπεκρ. Λεωκράτης (pro Λοιοκρ.)
Εὔπολις Κόλαξι δεύτ.
ὑπεκρ. Ἀπολλόδωρος.
Λεύκων Φράτορσι τρίτ.
ὑπεκρ. . . . .

aut servato poetarum ordine voceque „ἐνίκησε“ omnino neglecta haec legi jubet: „ἠνίκα Εἰρήνην Λεωκράτης“, ut Leocrates Aristophanis, Apollodorus vel Eupolidis vel Leuconis histrio habendus sit (cf. Proll. ad pac. p. 1). — Tertiam denique conjecturam idem protulit in Proll. ad pac. p. 1, suspicatus duarum didascaliarum fragmenta ab argumenti auctore conjuncta esse ut in av. et plut. argum., verbaque, de quibus agitur, ad alterius

Pacis didascaliam pertinere; immutato igitur poetarum ordine haec legenda proponit: „ἐνίκα Εἰρήνῃ β' Λεωκράτης“ (non ut p. 7 exhibet: ἡνίκα Εἰρήνῃ β' Λ.), id quod ita intelligendum sit, ut Aristophanes Pace priore secundum, posteriore primum praemium tulerit.

Restat Meinekii sententia, qui haec proponit: „ἡνίκα Ἑρμῆν Καλλίστρατος“ (vita Arist. p. XXXIX): eundem igitur Callistratum, cui Aristophanes fabularum suarum nonnullas docendas tradidit, hac in fabula secundas egisse existimat.

Quibus de causis Frankii et Bergkii conjecturae improbandae sint, supra explicatum. — Si hoc urgemus, verba nostra e didascalia esse desumpta, Dindorfii conjecturam a Dübnero laudatam (adn. ad scholl.) haud minus improbare cogimur: didascaliis enim de actoribus praeter nomina nihil relatum est; si aliunde petita sunt haec verba, Dindorfii conjectura in ambiguarum illarum numero reponenda est, quae aut verae aut falsae sunt. Num ad defendendam eam quidquam afferi possit dubitaverim.

Recte quidem Richterus monet, Mercurii nomen, ut secundarum in Pace fabula partium personae, hoc loco retineri non posse, neque ultima modo fragmenti verba corrupta esse sed etiam illud „ἐνίκησε τῷ δράματι“ inepte dictum de poeta secundo praemio ornato, quaestionem igitur ad totum fragmenti ambitum referendam esse. Sed ne a Richtero quidem fragmentum nostrum emendatum esse mihi videtur. Nomen „Λεωκράτης“ a Bergkio conjectum nescio quo jure a Richtero probatum sit. Quod ad primam et tertiam ejus conjecturam attinet, fieri non posse mihi videtur, ut illud „δράματι νικᾶν“, quod ab argg. auct. semper de poeta victore usurpatur, de histrione dicatur eo sensu, ut per histrionem poeta significetur, qui hoc histrione usus et cujus fabula praemio affecta sit.

Praemia poetis victoribus proposita non confundenda sunt cum praemiis, quibus histriones honoratos fuisse constat fragmento didascalico, quod edidit Böckhius c. i. gr. 231 : v. 5: . . . ώνυμος ἐνίκα, et inscr. a Köhlero : l. l. II, p. 112 edita : cf. schol. Aeschin. 2, 15 (30): „Ἀριστόδημος — ἐνίκα δὶς ἐπὶ Ληναίων“ et Plut. qu. conv. 9, 6: „ἐπεὶ δὲ (Theodorus tragoediarum actor) νικήσας εἰσῆλθε πρὸς αὐτήν“. Haec ad quartum

a. Chr. saeculum pertinent; jam a. 421 histriones de praemiis propositis inter se certasse, adhuc non constat. In illis quidem duabus conjecturis, ut a Richtero prolatae sunt, id offendit, quod per histrionem victorem poetam quoque, qui hoc histrione usus sit, victorem significari statuitur; nulla est res poetae victori cum histrione victore. — Praeterea a me impetrare nequeo, ut putem, argumenti Pacis Aristophaneae auctorem verbis „τὸ δὲ δρᾶμα" aliam fabulam significare voluisse nisi ipsam Pacem: Ut verba „ὁ ποιητὴς" in argumentis Aristophaneis semper ad ipsum Comicum pertinent, ita „τὸ δρᾶμα" semper est Aristophanis fabula; ergo Apollodorus nulli alii, nisi Aristophani tribuendus mihi videtur id quod ut etiam secundam Richteri conjecturam („ἡνίκα Εἰρήνην Λεωκράτης") improbem me commovet, praesertim quum in medio ea relinquatur, utrum Eupolidi an Leuconi tribuamus Apollodorum. — Quomodo illud „ἐνίκησε" explicandum sit, quum Aristophanes subinde non primo sed secundo loco collocatus sit, frustra indagare studui; certe non in Welckeri explicatione acquiescendum erit, qui (l. l. p. 81) illud „ἐνίκησε" ambigue usurpatum esse dicat; nova conjectura locum corruptissimum tentare non ausus sum; Meinckii conjecturam satis violentam jam propterea improbo, quod cum ceteris utramque vocem, Ἑρμῆν et λοιοκρότης, non ab argumenti auctore scriptam censeo."

Propositum mihi erat priore commentationis parte de iis disputare tragoediarum et comoediarum actoribus, qui ita commemorantur, ut quisque eorum unius potissimum poetae fabulas egisse videatur. Cui muneri, quum quaecunque de illis viris tradita sunt congesserim, satisfecisse mihi videor. Histriones, quos adhuc enumeravi, maximam partem eadem aetate artem suam exercuerunt, qua artis poeticae principes Athenis florebant. Quae de iis audimus admodum pauca sunt, ut vidimus, et parum certa. Ex quo tempore poetae ignobiliores successere et poetae ipsi ingenio haud multum valebant, fabularum actorum ars et ordo incrementa ceperunt majora (cf. Aristot. Rhet. III, 1, 4: „— μεῖζον δύνανται νῦν τῶν ποιητῶν οἱ ὑποκριταί.") et quae ante id tempus inter poetas et histriones intercesserat ratio magis magisque mutata videtur esse; histriones aetate posteriores plerumque ita commemorantur, ut non jam certis

poetis inserviisse sed liberiore condicione usi munere suo functi videantur.

Haud mirum igitur, quod de quarti potissimum saeculi histrionum, de quibus nunc agendum erit, vita et arte plura memoriae tradita sunt quam de prioris aetatis fabularm actoribus.

Transituro mihi ad histriones posteriores eadem via, quam supra inii, progredi placet ita ut item de tragoediarum actoribus primo loco, altero disputem de comicis histrionibus.

Ac primum quidem nominandi sunt Callippides et Nicostratus ejusdem aetatis (Polyaen. strateg. VI, 10; Xen. symp. VI, 3; III, 11) tragoediarum actores clarissimi, qui propter egregiam agendi facultatem crebris laudibus celebrantur: In principum histrionum tragicorum numero ducuntur a Plutarcho loco supra laudato (de glor. Ath. 6): „*τραγικοὶ δ᾽ αὐτοῖς ὑποκριταὶ καὶ Νικόστρατοι καὶ Καλλιππίδαι καὶ Μυννίσκοι καὶ Θεόδωροι καὶ Πῶλοι συνίτωσαν . . .*“

In arte exercenda inter se consociati Callippides et Nicostratus memorantur a Polyaeno (strateg. VI, 10), qui ab Alexandro quodam castellis Aeoliis praefecto ad fabulas agendas conductos eos esse tradit his verbis: „*Ἀλέξανδρος φρούραρχος τῶν περὶ τὴν Αἰολίδα χωρίων μισθωσάμενος τῶν ἀπ᾽ Ἰωνίας τοὺς ἀρίστους ἀγωνιστὰς, αὐλητὰς μὲν Θέρσανδρον καὶ Φιλόξενον, ὑποκριτὰς δὲ Καλλιππίδην καὶ Νικόστρατον, θέαν ἐπήγγειλε. Πρὸς μὲν τὴν δόξαν τῶν ἀγωνιστῶν συνέδραμον ἐκ τῶν πλησίον πόλεων ἅπαντες. Ἐπεὶ δὲ πλῆρες τὸ θέατρον ἦν, περιστήσας στρατιώτας καὶ τοὺς βαρβάρους, μεθ᾽ ὧν ἐφρούρει τὰ χωρία, πάντας τοὺς θεατὰς συλλαβὼν αὐτοῖς παισὶ καὶ γυναιξὶ, λύτρα μεγάλα λαβὼν τοὺς μὲν ἀπέλυσεν, αὐτὸς δὲ τὰ χωρία Θίβρωνι παραδοὺς ἀπηλλάγη.*“ Quod ante a. 392 factum esse apparet e Xen. Hell. IV, 8, 18, ubi alterius tibicinis Thersandri et Thibronis mentio fit; quare male Welckerus (l. l. p. 1241) rem a Polyaeno traditam Alexandri Magni aetati tribuit.

Iidem sine dubio laudantur a Philodemo („*περὶ ῥητορικῆς*“, vol. Hercul. col. XVI, ed. Gros p. 32) loco admodum mutilo: disputatum est antea de corporis in declamando habitu, enumerata sophistarum praecepta, monitum a Philodemo, praecepta illa requirere virtutes quasdam nativas, velut *εὐμέλεια φωνῆς καὶ*

μεγέθη, καὶ τόνοι, καὶ πνεῦμα, καὶ προσώπου καὶ χειρῶν καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος ἀξίωμά τε καὶ ῥυθμοὶ . . ., jam pergitur: *διὸ καὶ τὸν Ἰσοκράτην εἰκότως φασὶ τῆς πολιτείας ἀποστῆναι· νὴ Δί' ἀλλὰ Δημοσθένης καὶ πρῶτον ἔλεγε καὶ δεύτερον καὶ τρίτον εἶναι τὴν ὑπόκρισιν ἐν τῇ ῥητορικῇ· καλλιπτι ιι . . . Γε και νειχοστρατος τωφηιωτο παν ἐν τραγῳδίᾳ, λύκων δ' ἐν κωμῳδίᾳ* . . . Hoc loco a Grosio non recte restitutum esse, neque „*Κάλλιππος Ἰσοκράτους* (sc. *μαθητὴς*) *καὶ Νικόστρατος ἔφησαν τὸ πᾶν* etc. neque *Κάλλιππός τε καὶ Ἰσοκράτους* (sc. *μαθητὴς*) *Ναυσικράτης*, sed Callippidem et Nicostratum significari histriones tragicos et Lyconem comoediarum actorem, illud docet, quod tragoedia et comoedia inter se opponuntur, Lyconisque nomen histrionis comici, qui Alexandri Macedonis temporibus floruit (inscr. ap. Köhlerum l. l. III, p. 246; Athen. XII, p. 538 f., Plut. Alex. 29 et de Al. virt. II, 2). Verba ipsa, quorum sensus satis perspicuus est, feliciter fortasse restituit Welckerus l. l. p. 1085, Anm. 7: *Καλλιππίδης δὲ καὶ Νικόστρατος, ἐγὼ φήσω, τὸ πᾶν ἐν τραγῳδίᾳ κ. τ. λ.*

Videamus autem, quae praeterea de utroque histrione relata sint. Anno 408 Callippidem usu conjunctum videmus cum Alcibiade, quem ex exsilio in patriam redeuntem magnoque sumptu et luxu navi in Piraeum ingressum summo fovit studio, de qua re Plutarchus auctore Duride Samio in vit. Alcib. 32 haec tradidit: „. . . *αὐλεῖν μὲν εἰρεσίαν τοῖς ἐλαύνουσι Χρυσόγονον τὸν Πυθιονίκην, κελεύειν δὲ Καλλιππίδην τὸν τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴν, στατοὺς καὶ ξυστίδα καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον ἀμπεχόμενον κόσμον.*“ Eodem e Duride hausisse videtur Athenaeus XII, p. 535^{c} „. . . *Καλλιππίδης δ' ὁ τραγῳδὸς ἐκέλευε τὴν ἐπὶ τῆς σκηνῆς στολὴν ἠμφιεσμένος.*“ Plutarcho Duridi fidem non tribuenti, quia neque Theopompus neque Ephorus neque Xenophon de hac re quidquam rettulerint neque convenerit Alcibiadi ex exsilio reduci et summas calamitates perpesso tanta laetitia exsultare, propterea non assentior, quia Alcibiades libenter scenicorum artificum partes amplexus esse videtur: Athenaeus p. 407^{b} Chamaeleonte Pontico auctore Hegemonem tradit „*τὸν τὰς παρῳδίας ποιήσαντα*“, quum in judicium vocato dies ei dicta esset, congregatis amicis ad Alcibiadem confugisse auxiliumque ejus petivisse; quem cum

scenicis in ipsum Metroum, ubi actiones inscribebantur, profectum inspectantibus magistratibus accusationem delevisse. Atque Hullemanno assentior dicenti (Müller: hist. fr. II, p. 484): „reputanti patria extorrem diu in Samo Alcibiadem egisse, castra etiam habuisse, attendenti maxime generis propinquitatem, quam Duridi scimus cum Alcibiade intercessisse, mihi non absonum visum est sed admodum probabile, in Samiorum annalibus prolixius fuisse de Alcibiade narratum."

Famae Callippidis celebritas non minus quam ambitio ejus et arrogantia notatur a Plutarcho in vit. Agesil. 21 (idem exstat in apophthegm. lacon. LVI, 848): *„καὶ πότε Καλλιππίδης ὁ τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς ὄνομα καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ σπουδαζόμενος ὑπὸ πάντων πρῶτον μὲν ἀπήντησεν αὐτῷ (Ἀγησιλάῳ) καὶ προσεῖπεν, ἔπειτα σοβαρῶς εἰς τοὺς συμπεριπατοῦντας ἐμβαλὼν ἑαυτὸν ἐπεδείκνυτο νομίζων ἐκεῖνον ἄρξειν τινὸς φιλοφροσύνης, τέλος δὲ εἶπεν· „Οὐκ ἐπιγινώσκεις μὲ, βασιλεῦ"; Κἀκεῖνος ἀποβλέψας πρὸς αὐτὸν εἶπεν· „Ἀλλὰ οὐ σύγε ἐσσὶ Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας"; οὕτω δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς μίμους καλοῦσιν."* (ad vocem *„δεικηλίκτας"* cf. Hesych. s. v., Eustath. Com. Il. *Λ*, 781; Mich. Apost. 13, 66 *„Οὐ τύ ἐστι Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας", ἐπὶ μίμων καὶ ὑποκριτῶν σοβαρῶν* . . .).

Quantam hic histrio de ingenio suo habuerit opinionem, a Xenophonte significatur: Symp. III, 11: eo loco, ubi singuli convivae inter se quaerunt, qua facultate sibi quisque insignis esse videatur quaque re maxime sibi placeat, et Lyco Philippum scurram hisce verbis alloquitur: *„σύγε μὴν δῆλον, ἔφη ὁ Λύκων πρὸς τὸν Φίλιππον, ὅτι ἐπὶ τῷ γελωτοποιεῖν μέγα φρονεῖς. — Δικαιότερόν γ', ἔφη, οἴομαι ἢ Καλλιππίδης ὁ ὑποκριτὴς, ὃς ὑπερσεμνύνεται, ὅτι δύναται πολλοὺς κλαίοντας καθίζειν."* Ad rem quod attinet rectius quam Philippus judicare mihi videtur Aglaïtadas Persa in Xen. Cyrop. II, 2, 14: *„— ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τοῦ κλάειν καθίζοντος τοὺς φίλους πολλαχοῦ ἔμοιγε δοκεῖ ἐλάττονος ἄξια διαπράττεσθαι ὁ γέλωτα αὐτοῖς μηχανώμενος."* Simile quoddam ac Xenophon de Callippide Plutarchus: „de se ips. citr. invid. XVII" narrat de Theodoro histrione tragico, Callippidis fere aequali, qui

Satyro comico histrioni non ridentes reddere homines admiratione esse dignum dixerit sed lacrimantes reddere.

Quomodo Callippides ob nimium in agendo motum a Mynnisco Aeschyli actore teste Aristot. poët. 26 reprehensus sit, supra vidimus. Eodem convicio Callippides subinde a philosopho ipso afficitur, ubi tantopere motui indulsisse traditur, ut mulierum partes, quas egisset, non ingenuarum esse viderentur: *„εἶτα οὐδὲ κίνησις ἅπασα ἀποδοκιμαστέα, εἴπερ μηδ᾽ ὄρχησις, ἀλλ᾽ ἡ φαύλων, ὅπερ καὶ Καλλιππίδῃ ἐπετιμᾶτο καὶ νῦν ἄλλοις ὡς οὐκ ἐλευθέρας γυναῖκας μιμουμένων.“* Philosophum voce *„φαύλων“* non Callippidem quoque actorem egregium complecti, ipsa verba docent (*ὅπερ καὶ Καλλ.*).

Satis notae sunt fabulae illae tres de Sophoclis morte relatae, quarum una a poetae biographo, Istro et Neanthe auctoribus, ita profertur: *„τελευτῆσαι δ᾽ αὐτὸν Ἴστρος καὶ Νεάνθης φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον. Καλλιππίδην ὑποκριτὴν ἀπ᾽ ἐργασίας ἐξ Ὀποῦντος. ἥκοντα παρὰ τοὺς Χόας πέμψαι αὐτῷ σταφυλήν, τὸν δὲ Σοφοκλέα λαβόντα εἰς τὸ στόμα ῥᾶγα ἔτι ὀμφακίζουσαν ὑπὸ τοῦ ἄγαν γήρως ἀποπνιγέντα τελευτῆσαι.“* Hanc narratiunculam fide non magis dignam esse quam ceteras fabulas de morte et tragicorum et comicorum poetarum relatas, vix commemorare opus est. Assentior Lehrsio („Ueber Wahrheit und Dichtung in der griechischen Litteratur-Geschichte: pop. Aufs. p. 383) et Schoellio („Leben des Sophocles“ p. 348) omnes has fabellas ad Comicos reducendas esse suspicatis; fabulam nostram quidem Comico cuidam tribuendam esse statuere non dubito, quia Callippidem quendam a Strattide (in fabula *„Καλλιππίδης“*) et ab Aristophane (in fabula *„Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι“*) perstrictum esse constat: Athen. VII, p. 304[b]: *„μνημονεύει δὲ τῶν θυννίδων καὶ Στράττις ἐν Καλλιππίδῃ·* cf. Athen. XIV, p. 656[b]. Fabula Aristophanea memoratur a Polluce : onom. X, 28: *„τὸ δὲ χορούμενον ἐν „Σκηνὰς Καταλαμβανούσαις“ Ἀριστοφάνης*

„Ὡσπερεὶ Καλλιππίδης

ἐπὶ τοῦ κορήματος καθέζομαι χαμαί“ (cf. Dind. poet. scen. p. 215 s. 408). — Demonstrari sane nequit, significari his locis Callippidem histrionem, et ut multa in hac commentatione hoc quoque incertum remanet; quoniam autem permulti histriones

a poetis comicis perstricti sunt, Callippidem histrionem potius intelligo quam ullum alium. Ex ipsa biographi narratione, quamquam est fabula, id quidem cogendum esse Welckerus jure dicit (l. l. p. 927), Sophoclis temporibus Opunte ludos scaenicos actos fuisse, quia teste Pausania (II, 27, 5) et Hippocrate (epidem. I, 2, p. 404 ed. Kühn) Epidauri et Thasi jam tum temporis theatra fuerint. Illud „ἀπ᾽ ἐργασίας" enim non cum Fr. Rittero: Didym. Chalcent. opp. p. 49 ad „opus agreste" referendum sed, quoniam de histrione agitur, ad histrionis munus (cf. Isocr. περὶ ἀντιδόσ. 157 (84) „— μηδὲ τὰς ἐργασίας ἴσας νομίζειν τάς τε τῶν σοφιστῶν καὶ τὰς τῶν ὑποκριτῶν").

Congesta sunt quae de Callippide tragico histrione scriptores tradiderunt. Unum eundemque ab omnibus intelligi Callippidem jam eo confirmatur, quod nullus ne uno quidem verbo duos fuisse Callippides indicat, quod tempora, ad quae quantum de Callippide traditum est pertinet, apte conveniunt in unum histrionem resque ipsae de Callippide traditae ita comparatae sunt, ut optime ad eundem referri possint: Xenophon unum modo suae aetatis novit Callippidem actorem eundem sine dubio, quem Alexander a Polyaeno commemoratus et Agesilaus viderunt. Licentia Callippidis a Xenophonte notata bene convenit Callippidi a Plutarcho et ab Aristotele memorato; histrionem ab Aristotele nominatum miror quod Grysarus l. l. distinguendum putat a Callippide in vita Sophoclea significato; neglexit Grysarus, Callippidem Aristotelium etiam Mynniscum Aeschyli actorem vidisse. —

Praeter ea, quae scriptores de Callippide tragico histrione tradiderunt, inscriptio exstat valde mutilata, in qua a Böckhio Callippidis nomen restitutum est; titulum dico ex schedis Fourmonti in C. J. Gr. 231, p. 353 editum adeo male habitum, ut paucissima modo inde erui possint. Quamquam ab inscriptionibus ordiri solemus, titulum illum extremo affero loco, quia, ad quem annum pertineat, adhuc parum constat; duas complectitur columnas, quarum sinistra pertinet ad comicos dextra ad tragicos ludos, et sinistra quidem non tantopere confecta ad annorum 355 et 354 ludos, id quod archontum nomina indicant. Dextrae columnae litterae sunt hae:

ΕΙΡ
ΥΓΕ
ΥΓΟ
ΕΠΙ/
ΑΓΑ
ΥΠΙ
ΕΠΙΑΡΧΗ
ΗΡΑ
ΘΗΣΗ
ΙΥΓΟ

ΤΥΡΟΙ
ΥΠΕ⁝ΛΥΣΙΚΡΑΤ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΑΜΦΙΛΟΧΩΙΙΞΙΟ
ΥΠΕ⁝ΚΑΛΛΙΓΓΙι
Ο:ΚΑΛΛΙΓΓΙΙ
ΝΤ'

Sinistra columna vetustae didascaliae est exemplar, quod congruit didascaliis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis fabulis nonnullis praemissis; idem esse dextram columnam Böckhius statuit et e vv. 4 et 7 Archiam archontem (Ol. 108, 3 = 346) significari conjicit; et illud et hoc valde incertum esse jam Rankius (l. l. p. CLII) et Richterus (proll. ad Ar. vesp. p. 11) professi sunt; illud *ΕΠΙΑΡΧ—* quidem, quod etiam *ἐπὶ ἄρχοντος* significare potest, ad tituli annum nihil valet. Callippidem ad finem tituli significatum alium fuisse ac histrionem in vita Sophoclea memoratum Boeckhius, quum titulum anno 346 tribuerit, statuere coactus est. Sed non magis quam Archiam archontem significari certum est alium Callippidem histrionem tragicum fuisse constat. Quare, si recte a Boeckhio e Fourmonti schedis Callippidis nomen hac in inscriptione restitutum est, quum hic histrio, ut e Plut. Alcib. 32 apparet, vix post annum 430 natus sit, hunc titulum aetati aliquanto priori tribuendum esse censeo, priusquam alio testimonio duos fuisse Callippides confirmetur. — Quo titulo Welckerus quoque (l. l. 1242) in errorem inductus male duos Callippides histriones fuisse putat: nam postquam p. 1241 seriori aetati vindicavit quae Polyaenus de Alexandro illo tradidit Callippidem a Polyaeno et in titulo significatum eundem histrionem esse statuere videtur distinguendum autem putat a Sophoclis aequali, quum dicit „Ein tragischer Schauspieler Kallippides spielte in Athen Ol. 108 nach der Inschrift in c. i. gr. n. 231, vermuthlich (!) derselbe, der in der Poëtik vorkommt und mit Nicostratus bei Plutarch. d. gl. Ath. I, 6: *τραγικοὶ δ' αὐτοῖς ὑποκριταὶ .... Καλλ. Μυνν. ..* Dieser Mynniscus ist derselbe (!), der bei Aristoteles sich über den

Kallippides äussert, also (!) zu unterscheiden von dem Schauspieler des Aeschylus, sowie jener Kallippides von dem zur Zeit des Sophocles". Quoniam unum fuisse Mynniscum et unum Callippidem demonstrasse mihi videor, Welckeri errorem indicasse satis est.

Ut tota de hoc histrione quaestio absolvatur, Callippidem commemoro denique a Cicerone et a Suetonio nominatum (ep. ad Attic. XIII, 12 et vit. Tiber. cap. 38), quem alii (Baumgarten-Crusius ad Suet. l. l., Schoellius: Leben des Sophocles p. 88, Ritterus ad Ar. poet. c. 26) eundem atque histrionem fuisse censent, alii (Schuetzius et J. C. G. Boot ad Cic. l. l.) recte ab histrione distinguere mihi videntur. Cicero l. l. „Varronem sibi denuntiavisse dicit magnam sane et gravem *προσφώνησιν*; sed biennium praeteriisse, quum ille *Καλλιππίδης* adsiduo cursu cubitum nullum processerit." — Eundem Suetonius significat l. l., ubi Tiberium post adeptum imperium fere semper domi moratum esse dicit et quamvis saepe profectionem praeparasset, tamen pedem porta non extulisse, unde per jocum Callippides vocatus sit „quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi proverbio graeco notatum sit." Quod proverbium exstat in mant. prov. I, 87 s. v. „*Κάλλιππος τρέχει· ἐπὶ τῶν πολλὰ μελετώντων ποιῆσαι, ὀλίγα δὲ δρώντων. τοιοῦτος γὰρ ἦν Κάλλιππος.*" Suetonium hoc ipsum proverbium, quamquam sub v. *Κάλλιππος* non *Καλλιππίδης* servatum est, in animo habere, luce clarius est. Quo in proverbio histrionis ne una quidem voce mentio fit: et proverbium et Ciceronis Suetoniique verba docent, mimum quendam significari, qui saliendi quoddam genus ita exercuerit, ut cursitare videretur, eodem autem vestigio remaneret; quare „*Κάλλιππος τρέχει*" idem valebat quod „*Κάλλιππος ἡσυχάζει*", et apte per jocum de iis dicebatur, qui quamvis multa se facturos minarentur, tamen nihil proficiebant. Utrum in nomine „*Κάλλιππος*" an „*Καλλιππίδης*" standum sit, hoc loco non est quaerendum; certe abhorret mimus paroemiographi, Ciceronis, Suetonii a Callippide histrione, neque enim decet tragoediarum actorem nobilissimum talis mimica ars. Qui Ciceronem et Suetonium de histrione cogitasse censent, Baumgarten-Crusius, Schöllius, Ritterus, in errorem ducti videntur voce „*πίθηκος*" qua Callippides

a Mynnisco reprehensus est: Quae vox ad nimium in agendo motum pertinet, non ad mimicam quandam artem.

Iam ad Nicostratum, Callippidis aequalem, revertor; quam perfectus fuerit in agendo et quonam potissimum personarum genere, proverbium quoddam docet, in quod nomen ejus abiit, quo ii utebantur, qui accurate aliquid se perfecturos profitebantur; exstat in append. cent. II, 9ª, L.-Schn. I, p. 395: „*Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον*". *ὁ Νικόστρατος τραγικὸς ὑποκριτὴς δοκῶν κάλλιστα εἰρηκέναι.* cf. prov. Coisl. 124: „*ἐπὶ τῶν ὀρθῶς πάντα ποιούντων. Ἦν γὰρ ὁ Νικόστρατος ὑποκριτὴς τραγικὸς · ἄριστος καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐπαγγελίαις · ὅθεν καί τινες εἶπον·*

„*Ἐγώ τοι φράσω πάντα κατὰ Νικόστρατον.*" (Suidas falso comicum histrionem eum vocat s. v. „*ἐγὼ ποιήσω πάντα κ. Νικόστρατον*". *ὁ Νικόστρατος οὗτος κωμῳδίας ἦν ὑποκριτής, δοκῶν κάλλιστα ὑποκεκρίσθαι.*)

Quod „*ἄριστος καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐπαγγελίαις*" fuisse traditur, notatu est dignum quum quod nusquam praeter hunc locum commemoratur, quonam histrio quidam personarum in genere plurimum valuerit, tum quod tragoediarum actorem clarissimum non dubitasse videmus personae minoris partes subire. Qua ratione et facultate Nicostratus nuntiorum partibus agendis floruerit non audimus neque traditum, utrum solas nuntiorum partes ut primarias an una cum nobilioribus partibus ut primariis nuntiorum partes sustinuerit; nominum fabularum a Nicostrato actarum ne unum quidem memoratum; haud parvi momenti sunt nuntiorum partes in plerisque fabulis Euripideis.

Ad artem Nicostrati id quoque pertinet quod Xenophon in symp. VI, 3 tradit: „— *καὶ ὁ Ἑρμογένης, „Ἦ οὖν βούλεσθε, ἔφη, ὥσπερ Νικόστρατος ὁ ὑποκριτὴς τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν, οὕτω καὶ ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμῖν διαλέγωμαι*"; *καὶ ὁ Σωκράτης, „Πρὸς τῶν θεῶν, ἔφη, Ἑρμόγενες, οὕτω ποίει. οἶμαι γάρ, ὥσπερ ἡ ᾠδὴ ἡδίων πρὸς τὸν αὐλόν, οὕτω καὶ τοὺς σοὺς λόγους ἡδύνεσθαι ἄν τι ὑπὸ κ. τ. λ.*" Quum Hermogenes de uno Nicostrato non omnino de actoribus dicat („*ὥσπερ Νικ. ὁ ὑποκρ.* —) nudaque voce „*τετράμετρα*" utatur, hic locus ita intelligendus esse mihi videtur ut cogi-

tandum sit non de partibus a Nicostrato in theatro actis sed de fabularum versibus quibusdam gratiosis sive popularibus extra scenam ad tibiam declamatis; nihil igitur hic locus valere mihi videtur ad quaestionem illam, quanam versuum pronuntiandorum ratione actores graeci in fabulis agendis usi sint.

Procedere mihi liceat ad *Polos* et *Theodorum* tragoediarum actores haud minus claros; omnes praeter unum Schaeferum de uno Polo disputant eodemque Demosthenis aequali; recte monet Schaeferus (l. l.), Polum qui significatur ab Arriano in „*προτρεπτικαὶ ὁμιλίαι*“ (ap. Stob. flor. III p. 211 ed. Mein.) alium esse ac Polum a Plutarcho in Dem. vita c. 28 commemoratum: Polus ab Arriano memoratus Socratis diebus Oedipi tyranni et Colonei partes scite egit (Oed. Col. a. 402/1): Stob. l. l. Socrates Archelao qui invitavit eum divitemque eum redditurum se esse promisit haec respondet: — „*οὐχ ὁρᾷς ὅτι οὐκ εὐφωνότερον οὐδὲ ἥδιον ὁ Πῶλος τὸν τύραννον Οἰδίποδα ὑπεκρίνετο ἢ τὸν ἐπὶ Κολωνῷ ἀλήτην καὶ πτωχόν; εἶτα χείρων Πώλου ὁ γενναῖος ἀνὴρ φανεῖται, ὡς μὴ πᾶν τὸ περιτεθὲν ἐκ τοῦ δαιμονίου πρόσωπον ὑποκρίνασθαι καλῶς; οὐδέ γε τὸν Ὀδυσσέα μιμήσεται, ὅστις καὶ ἐν τοῖς ῥάκεσιν οὐδὲν μεῖον διέπρεπεν ἢ ἐν τῇ οὔλῃ χλαίνῃ τῇ πορφυρᾷ*“; Polus a Plutarcho nominatus discipulus fuisse dicitur *Archiae* Thurini, Demosthenis aequalis, qui aliquamdiu histrionis munere functus est (Plut. l. l. „*Τοῦτον* (Archiam) *δὲ Θούριον ὄντα τῷ γένει λόγος ἔχει τραγῳδίας ὑποκρίνεσθαί ποτε καὶ τὸν Αἰγινήτην Πῶλον τὸν ὑπερβαλόντα τῇ τέχνῃ πάντας ἐκείνου γεγονέναι μαθητὴν ἱστοροῦσιν*). Archias in eorum numero fuit, qui Antipatri Macedonis, ubi a. 322 Athenas obsedit, partes secuti viris Athenis profugis institerunt et ad Antipatrum eos reduxerunt. Uberius enarrat Plutarchus l. l., quomodo Demosthenes domo profugus Archiae insequenti in insulam Calauriam cesserit et in Neptuni fano coram Archia veneno mortem sibi consciverit (cf. Strab. 374, Paus. I, 8, 3). Quamquam multo fabularum apparatu exstructa et fide indigna sunt quae a Plutarcho de Demosthenis somnio et de sermone inter Demosthenem et Archiam instituto referuntur, tamen in dubio non relinquunt, Archiam aliquamdiu tragoedias egisse: „*ἐδόκει — ἀνταγωνίζεσθαι τῷ Ἀρχίᾳ τραγῳδίαν ὑποκρινό-*

μενος, εὐημερῶν δὲ καὶ κατέχων τὸ θέατρον ἐνδείᾳ παρασκευῆς καὶ χορηγίας κρατεῖσθαι. Διὸ τοῦ Ἀρχίου πολλὰ φιλάνθρωπα διαλεχθέντος ἀναβλέψας πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἐτύγχανε καθήμενος „ὦ Ἀρχία, εἶπεν, οὔτε ὑποκρινόμενός με ἔπεισας πώποτε οὔτε νῦν πείσεις ἐπαγγελλόμενος". Ἀρξαμένου δ' ἀπειλεῖν τοῦ Ἀρχίου μετ' ὀργῆς „Νῦν, ἔφη, λέγεις τὰ ἐκ τοῦ Μακεδονικοῦ τρίποδος, ἄρτι δ' ὑπεκρίνου". Demosthenes, postquam epistolam se scribere simulans venenum bibit, Archiae adhortanti ut secum ad Antipatrum redeat haec denique dicit: „*οὐκ ἂν φθάνοις ἤδη τὸν ἐκ τῆς τραγῳδίας ὑποκρινόμενος Κρέοντα καὶ τὸ σῶμα τοῦτο ῥίπτων ἄταφον*".

Sed redeat disputatio unde aberravit. Fieri nequit, ut Polus Archiae discipulus idem fuerit ac Polus qui a. 402/1 Oedipum Coloneum egit. Polus a Plutarcho memoratus Aegineta fuit; alium Polum, Chariclis filium Suniensem, Lucianus commemorat Necyom. 16: Illudit Lucianus histriones, qui quum scena relicta ornatum scenicum posuerint, non jam sint „*Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος ἢ Σάτυρος Θεογείτονος Μαραθώνιος*". (Monendum est solo codem hoc loco exstare patris et pagi nomina Satyri tragici actoris Demosthenis aequalis; qui praeterea significatur a Luciano: Jov. trag. 41 et a Plutarcho: Dem. 7, ac discernendus est a Satyro Olynthio aequali, comico histrione ab Athen. XIII, 591 e, Plut. de se ips. XVII, Dem. 19, 193, Aeschin. 2, 153, Diod. Sic. 16, 55, Suida s. v. *ὅτι ξένους*, Harp. s. *Φωκίων* commemorato.) Quoniam Polus a Plutarcho memoratus fuit Aegineta, Lucianus significare videtur Polum, cujus Arrianus mentionem facit. Utique, etiamsi aut Plutarchum erravisse neque Polum Archiae sed Archiam Poli fuisse discipulum opinemur aut Arriano fidem non tribuamus, Polus Aegineta Plutarchi abhorret a Polo Marathonio Luciani. Attamen, quum uterque Polus arte sua insignis fuisse tradatur (cf. Plut. l. l. — *Αἰγινήτην Πῶλον τὸν ὑπερβαλόντα τῇ τέχνῃ πάντας* — et Stob. l. l.), mirum est, quod exceptis l. l. ubique de Polo quasi uno dicitur, nusquam duorum Polorum fit mentio; Lucianus ipse ceteris locis nudo nomine utitur: Simili in sententiarum nexu ac loco modo laudato Polum

memorat apolog. 5 „ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν, οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν, ἔξω δὲ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος ὑποθέμενοι τὰ προσωπεῖα γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες καὶ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ καὶ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τῷ θεάτρῳ δοκῇ". In principum actorum tragicorum numero reponitur in Jov. trag. 41, ubi Damis Timocli respondet: „Ἀλλ', ὦ γενναιότατε φιλοσόφων Τιμόκλεις, εἰ τοιαῦτα ποιοῦντες οἱ τραγῳδοὶ πεπείκασί σε, ἀνάγκη δυοῖν θάτερον ἤτοι Πῶλον καὶ Ἀριστόδημον καὶ Σάτυρον ἡγεῖσθαι σε θεοὺς εἶναι τότε ἢ τὰ πρόσωπα τῶν θεῶν αὐτὰ καὶ τοὺς ἐμβάτας καὶ τοὺς ποδήρεις καὶ χλαμύδας καὶ χειρίδας καὶ προγαστρίδια καὶ σωμάτια καὶ τἄλλα, οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνουσι τὴν τραγῳδίαν" — itemque in ejusdem libri cap. 3, ubi Juno Jovi dicit: „Τί οὖν ἄλλο δεινὸν ἂν γένοιτο; οὐχ ὁρῶ γάρ, ὅτε μὴ τὰ τοιαῦτα παραλυπεῖ, ἐφ' ὅτῳ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος ἀντὶ Διὸς ἡμῖν ἀναπέφηνας (schol. „— Πῶλος δὲ καὶ Ἀριστόδημος ὑποκριταὶ περιφανεῖς").

A Gellio in noct. att. VI, 5 enarratur „historia de Polo histrione memoratu digna". „Histrio in terra Graecia fuit fama celebri, qui gestibus et vocis claritudine et venustate ceteris antestabat; nomen fuisse ajunt Polum; tragoedias poetarum nobilium scite atque asseverate actitavit. Is Polus unice amatum filium morte amisit. Eum luctum quum satis visus est eluxisse, rediit ad quaestum artis. In eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus gestare urnam quasi cum Oresti ossibus debebat. Ita compositum fabulae argumentum est, ut veluti fratris reliquias ferens Electra comploret commisereturque interitum ejus, qui per vim exstinctus existimatur. Igitur Polus lugubri habitu Electrae indutus ossa atque urnam a sepulcro tulit filii, et quasi Oresti amplexus opplevit omnia non simulacris neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris et spirantibus. Itaque quum agi fabula videretur, dolor accitus est." Pertinet hoc ad Electrae monologum a v. 1126 incipientem:

„Ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνθρώπων ἐμοὶ
ψυχῆς Ὀρέστου λοιπόν, ὥς σ' ὑπ' ἐλπίδων
οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον εἰσεδεξάμην.

νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν,

δόμων δέ σ', ὦ παῖ, λαμπρὸν ἐξέπεμψ' ἐγώ." κ.τ.λ.

Schaeferus, qui primus de duobus Polis disputavit, Gellii narrationem ad Polum majorem refert eundem qui Oedipos Sophocleas egit; quo jure, non video: quoniam Gellius nudo nomine utitur neque traditur. Polum quum fabula primum docta est Electrae partes egisse, incertum remanet uter significetur; Electram Sophocleam post mortem quoque poetae actam esse e Plut. quaest. conv. 9, 6 intelligitur: Theodorus Electrae partes scite sustinuit.

Item incertum relinquitur, utrum Polum significet Plutarchus tribus moralium locis: an seni sit ger. III, praec. ger. reip. 21, de glor. Athen. 6. — Primo loco de Polo exstat narratio, quae quamquam Eratosthene et Philochoro testibus refertur, non minus quam quae antecedit fabulam redolet: „Philemonem et Alexidem poetas comicos in scena inter se certantes et coronatos animam exhalavisse; Polum tragoedum septuagesimum annum agentem paulo antequam mortuus sit quatuor diebus octo tragoedias egisse". Polum loco illo commemoratum ad summam senectutem pervenisse e fabula illa apparet.

Altero loco Polus et Theodorus exempli causa ut actorum tragicorum principes commemorantur his verbis: „. . . *ὥστε κάλλιστον εἶναι μάθημα καὶ χρησιμώτατον τὸ πειθαρχεῖν τοῖς ἡγουμένοις, κἂν ὑποδεέστεροι δυνάμει καὶ δόξῃ τυγχάνωσιν ὄντες. Ἄτοπον γάρ ἐστι, τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν, Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα, μισθωτῷ τῷ τὰ τρίτα λέγοντι πολλάκις ἕπεσθαι καὶ προσδιαλέγεσθαι ταπεινῶς, ἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον*";

Tertio loco plus semel supra laudato in clarissimorum tragicorum actorum, Mynnisci Callippidis Nicostrati Theodori, numero Polus reponitur.

De uno Polo Aelianus quoque cogitat „nat. anim. VII, 40", ubi exempla enumerans amoris dominis a canibus praestiti hanc fabellam jocosam tradit: „*Πώλῳ μὲν οὖν τῷ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτῇ ὁ κύων ὁ τρόφιμος αὐτοῦ τεθνεῶτι καὶ καιομένῳ ἑαυτὸν συγκατέπρησε, τῇ πυρᾷ ἐπιπηδήσας.*"

Restant duo loci, quibus Poli mentio fit, Ps. Plut. (Dem.)

371 et Anon. prolegg. rhet. VI, p. 35, rhett. gr. ed. Walz. — Utroque loco Polo est res cum Demosthene, utroque traditur aliquid quod ab aliis scriptoribus refertur alio nominato histrione. Polo histrioni priore loco traditur glorianti quod fabulis per duos dies actis talento sit donatus Demosthenem objecisse per unum diem silentio usum quinque talenta se accepisse.

Eadem fabella mutato histrionis nomine a Gellio Critolao auctore refertur noct. att. XI, 9, 2 his verbis „— cum interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentum respondisset: „at ego plus, inquit, accepi, ut tacerem.“

Dictum illud, quod a Ps. Plutarcho et Critolao Demostheni tribuitur, teste Gellio (noct. att. XI, 10, 6) a C. Graccho non ad Demosthenem sed ad Demadem rhetorem referebatur in oratione „qua legem Aufejam dissuasit“, histrionis nomine non addito, ubi dicit: „quo in tempore Graecus tragoedus gloriae sibi ducebat, talentum magnum ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis suae Demades ei respondisse dicitur: . . .“

Gellius l. l. Demosthenis illud dictum adjungit iis quae eodem Critolao auctore parum probabiliter rettulit de Demosthene a Milesiorum legatis corrupto: Milesios, quum Alexander a. 334 urbem eorum oppugnaturus esset, legatos misisse, qui ab Atheniensibus auxilium contra hostem peterent; Demosthenem primo auxilium dissuasisse, postea a legatis, ut taceret, magna pecunia corruptum aegrum se esse simulasse neque quidquam contradixisse; quod Demosthenem non celantem sed ostentantem dicto illo in histrionem usum esse.

Quid de auctoritate fabulae illius sit judicandum, satis jam inde patet, quod ab alio scriptore Polus ab alio Aristodemus histrio nominatur, ab alio histrionis nomen omittitur; ab hoc ad Demosthenem ab illo ad Demadem refertur rhetoris dictum, ab hoc numerus talentorum, quae Demostheni tacendo obtigerint, additur, ab illo omittitur; hic histrionem per duos dies, ille per unum diem fabulas egisse memorat. Haud majore fide digna est haec narratio quam fabula illa de Demosthene a Milesiorum legatis argento corrupto relata; afficta est altera alteri et ita

quidem, ut clarissimorum et oratorum et histrionum nomina ea implicarentur.

Altero loco (anon. proll. rhet. 6, p. 35) Polus histrio Demosthenem actionem docuisse traditur; disputatur l. l. de actione in rhetoricam inducta, cujus „*πρῶτον λέγουσιν Ἀνδρόνικον εἰσηγητὴν γενέσθαι τὸν ὑποκριτήν, τοῦ Δημοσθένους περὶ τὴν τῶν λόγων ἐπίδειξιν ἀποτυγχάνοντος, καὶ ὅτι μέγιστον τὸ ὑποκρίνεσθαι καὶ ῥητορικὸν ὄφελος, μάρτυς αὐτὸς Δημοσθένης. Ἐρωτηθεὶς γοῦν ποτε, τί ἂν εἴη ῥητορική, ὑπόκρισις, ἔφη, ἣν δὴ καὶ τελεώτερον Πῶλος ὁ ὑποκριτὴς λέγεται αὐτὸν ἐκδιδάξαι.*“

Satis notum est, quanta assiduitate usus Demosthenes et quantis naturae impedimentis superatis summam dicendi artem expugnaverit; magnus exstat numerus fabellarum ad indefessam Demosthenis diligentiam illustrandam excogitatarum; quidquid autem de assiduis Demosthenis in dicendo studiis memoriae est traditum id quidem confirmat, oratorem nulli defuisse occasioni, ex qua ad dicendi artem augendam fructum capere posset neque dubito pro certo sumere, quod plus semel a scriptoribus memoratur, Demosthenem histriones nobiles adiisse et actione ab iis eruditum esse. Cujus potissimum histrionis doctrina Demosthenes sit usus, quum ab alio scriptore alius memoretur histrio, statui jam nequit. Polus uno hoc loco Demosthenem docuisse traditur, et ita quidem, ut primo Andronici tragici histrionis disciplina orator sit usus, postea Polus eruditionem ejus absolverit („*τελεώτερον — ἐκδιδάξαι*“): Polus igitur h. l. nominatus Andronico nobilior significatur.

Satyrum tragoediarum actorem de Demosthene bene meritum esse parum probabiliter Plutarchus refert Dem. VII: Oratorem quum primum in contionem prodiiset propter vitiosam verborum pronuntiationem tumultu a populo exceptum de rostris decedere coactum fuisse; primum Eunomum Thracem admodum senem adhortatum esse Demosthenem, ne animum demitteret; iterum exploso Satyrum histrionem ei obviam factum et fortunae iniquitatem querenti respondisse: „*Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Δημόσθενες, ἀλλ' ἐγὼ τὸ αἴτιον ἰάσομαι ταχέως, ἂν μοι τῶν Εὐριπίδου τινὰ ῥῆσεων ἢ Σοφοκλέους ἐθελήσῃς εἰπεῖν ἀπὸ στόματος.*“ *Εἰπόντος δὲ τοῦ Δημοσθένους μεταλαβόντα*

τὸν Σάτυρον οὕτω πλάσαι καὶ διεξελθεῖν ἐν ἤθει πρέποντι καὶ διαθέσει τὴν αὐτὴν ῥῆσιν, ὥσθ᾽ὅλως ἑτέραν τῷ Δημοσθένει φανῆναι." Aptus hic locus videtur, cui adjungatur quod de Satyro tragico histrione est traditum; quem recte Luedersius distinguit a Satyro comoediarum actore. Tragicum histrionem a Plutarcho l. l. significari statuendum est, quia Demosthenem versus Sophocleos et Euripideos pronuntiare jubet. Idem a Luciano duobus locis supra laudatis una cum tragicis histrionibus nominatur: Jov. trag. 41 — *Πῶλον καὶ Ἀριστόδημον καὶ Σάτυρον . . . οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνουσι τὴν τραγῳδίαν.* Menipp. 16 nominatur „*Θεογείτονος Μαραθώνιος*"; comicus teste Athen. XIII, p. 591ᵉ fuit Olynthius.

Narrationi Plutarcheae ne magnam fidem tribuamus eo impedimur quum quod parum verisimile videtur Demosthenem dicendi artis tam rudem in contionem prodire ausum esse tum quod ab Aeschine inimico nunquam hujus calamitatis ulla fit mentio, ne ibi quidem ubi quae dicuntur ad priorem Demosthenis aetatem pertinent. Aeschines, ut a Demosthene acerbissime illuditur, ipse libenter profert inimicoque exprobrat quae olim peccaverit; uberius e. c. „d. f. l. 34" describit quantopere Demosthenes legati munere fungens coram Philippo Macedone animo fuerit perturbatus; certe Aeschines illud si inimico in rostris accidisset memorare non omisisset.

Neoptolemus tragoediarum actor Demosthenem docuisse traditur in vit. X orr. p. 359ᵉ et ap. Photium 493ʰ, ubi quod memoriae proditur haud dubie fictum est: Demosthenem, ut integras sententias uno spiritu pronuntiare disceret, Neoptolemo histrioni decem milia drachmarum solvisse.

Andronicum actorem oratorem docuisse tradunt anon. proll. rhett. l. l., auct. vitt. X orr. p. 360, Photius p. 493, Quintil. i. or. XI, 3, 7. — Auct. vitt. et Photius eadem fere tradunt quae in Plut. Dem. c. 7 leguntur, nisi quod Andronico tribuunt quod Plutarchus de Satyro tragoedo refert. Quintiliani verba fabula quadam notissima ornata sunt haec „ideo ipse tam diligenter apud Andronicum hypocriten studuit, ut admirantibus ejus orationem Rhodiis non immerito Aeschines dixisse videatur: „Quid si ipsum audissetis."

Ut absolvatur hoc loco quod de Andronico tragoedo me-

moriae proditum est, fabella addenda est ab Athenaeo e Lyncei Samii *ἀπομνημονεύμασιν* tradita XIII, 584[d] „*Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ τραγῳδοῦ ἀπ' ἀγῶνος τινος, ἐν ᾧ τοὺς Ἐπιγόνους ὑποκρινόμενος εὐημερήκει, πίνειν μέλλοντος παρ' αὐτῇ (Γναθαίνῃ) καὶ τοῦ παιδὸς κελεύοντος τὴν Γνάθαιναν προαναλῶσαι*

„*Ὀλόμενε παίδων* (*ἔφη*) *ποῖον εἴρηκας λόγον.*"

Tribuenda sunt haec verba Eriphylae, Amphiarai uxori in Aeschyli aut Sophoclis Epigonis. De Andronico Gnathaenii meretricis amatore Athenaeus e Machonis „*χρείαις*" memoriae quaedam prodit XIII, 581[c—e]; ibidem Andronicum extra urbem fabulas egisse et Corinthi versatum esse traditum („*τότε δ' ὄντος ἐν ἀποδημίᾳ*" . . .); theatrum Corinthi fuit teste Xen. Hell. IV, 4, 3 jam a. 393.

Saepius quam quisquam ex reliquis quarti saeculi histrionibus a scriptioribus memoratur Theodorus tragoediarum actor, qui summo ingenio artem suam exercuisse videtur. Crebris laudibus effertur a Plutarcho Moralium locis partim jam supra laudatis: de glor. Athen. 6: „— *τραγικοὶ δ' αὐτοῖς ὑποκριταὶ καὶ Νικόστρατοι . . . καὶ Θεόδωροι καὶ Πῶλοι συνίτωσαν* . .", de se ips. citr. inv. 17: „. . *οἷον ὁ τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς, Θεόδωρος εἰπεῖν ποτε πρὸς τὸν κωμικὸν λέγεται Σάτυρον, ὡς οὐ θαυμαστόν ἐστι τὸ γελᾶν ποιεῖν τοὺς θεατὰς, ἀλλὰ τὸ δακρύειν καὶ κλαίειν* . . ." praec. ger. reip. 21: „*Ἄτοπον γάρ ἐστι, τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν, Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα, μισθωτῷ τῷ τὰ τρίτα λέγοντι πολλάκις ἕπεσθαι καὶ προσδιαλέγεσθαι.*"

Item, si recte se habent quae Aelianus (var. hist. XIV, 40) enarrat, ad Theodorum est referendum quod Plutarchus (de Alex. virt. II, 1 et Pelopid. vit. c. 29) profert histrionis nomine omisso. Quibus locis eadem exstat de Alexandro Pheraeorum tyranno narratio, quam Aelianus l. l. his edit verbis: „*Θεοδώρου δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτοῦ* (ms. *ποιητοῦ*) *ὑποκρινομένου τὴν Ἀερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς, ὁ δὲ εἰς δάκρυα ἐξέπεσεν, εἶτα ἐξανέστη τοῦ θεάτρου. Ἀπολογούμενος δὲ ἔλεγε τῷ Θεοδώρῳ, ὡς οὐ καταφρονήσας οὐδὲ ἀτιμάσας αὐτὸν ᾤχετο, ἀλλ' αἰδούμενος, εἰ τὰ μὲν τῶν ὑποκριτῶν πάθη οἷός τε ἦν ἐλεεῖν, τὰ δὲ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν οὐχί.*"

(Voce „τραγῳδὸς“ non recte intellecta Theodorum falso poetam dicunt praeter Aelianum Diogenes Laert. II, 104, ubi Theodoros enumerans l. 20 collocat „ποιητὴν τραγῳδίας“, Hesychis s. v. „Πελεθοβάψ: Θεόδωρος ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς οὕτως ἐπεκαλεῖτο· τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτόν φασι γεγονέναι.“) Plutarchus utroque loco Theodorum in Euripidis Troadibus Hecubae partes sustinuisse dicit. In Aeliani libris ms. legitur „Ἀερόπην“, quae est Atrei uxor et ab Euripide in Cressis aut, nisi eadem est fabula, in Thyeste (Eur. frgm. ed. Nauck. p. 121) in scenam producta. Apte fortasse nomen „Ἀερόπην“ Valckenarius „diatr. p. 182[a]“ mutavit in „Μερόπην“, ita ut Meropes partes in Euripidis Cresphonte Theodorus egerit. Quae facillima est conjectura et commendatur Plutarchi Moralium locis duobus, ubi mira Meropes verborum vis praedicatur: *de esu carn.* II, 5: „Σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην, ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν ὡς φονέα τοῦ υἱοῦ πέλεκυν ἀραμένην καὶ λέγουσαν

„Ὁσιαιτέραν δὴ τήνδ' ἐγὼ δίδωμί σοι πληγὴν“,

ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, συνεξορθιάζουσα φόβῳ καὶ δέος μὴ φθάσῃ τὸν ἐπιλαμβανόμενον γέροντα, καὶ τρώσῃ τὸ μειράκιον.“ *cons. ad Apoll.* XV: „— Ἡ δὲ Μερόπη λόγους ἀνδρώδεις προφερομένη κινεῖ τὰ θέατρα, λέγουσα τοιαῦτα . . .“ (cf. Arist. poet. c. 14: „κράτιστον δὲ τὸ τελευταῖον, λέγω δὲ οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν . . .“

Attamen Plutarcho et Aeliano inter se discrepantibus egisse Theodorum *Meropes* partes apud Alexandrum non magis evinci potest quam quinam tragoediarum actor Demosthenem docuerit pro certo dici potest. Schaefero non cogimur assentiri opinanti (l. l. I, p. 218) Theodorum eo tempore Pheris fabulas egisse quum Athenienses foedere conjuncti erant cum Alexandro Thessalo (a. 368 sq cf. Diod. 15, 71, Plut. Pel. c. 27). Constat enim actoribus Graecis, Philippi quidem Macedonis aetate, per artis speciem nullo periculo etiam ad hostes ire licuisse (Dem. d. pace 6 „— κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ' ἀδείας . . .“ cf. arg. Dem. or. de f. l. 335). — Adnotandum est iisdem in fabulis modo memoratis (Cressis — Thyeste —, Troadibus, Cres-

phonte) Aeschinem, qui Theodori fuit tritagonista (Dem. d. f. l. 246 (418) — *„Θεόδωρος καὶ Ἀριστόδημος, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν“* —), partes egisse: Dem. ib. 337 (449) — *„ὅτε μὲν τὰ Θυέστου καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο“*, de cor. 180 (288): — *„Κρεσφόντην ἢ Κρέοντα ἢ ὃν ἐν Κολλυτῷ ποτε Οἰνόμαον κακῶς ἐπέτριψας.“* cf. ib. 267 (315).

Fabulae Sophocleae a Theodoro actae significantur a Dem. d. f. l. 246 (418): — *„Ἀντιγόνην δὲ Σοφοκλέους πολλάκις μὲν Θεόδωρος πολλάκις δὲ Ἀριστόδημος ὑποκέκριται“* et a Plutarcho: quaestt. conv. IX, 6, ubi haec exstat fabella: Theodori uxorem certamine instante concubitum recusasse; victorem autem e certamine regressum his affatam esse verbis:

„Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι“ (Sophocl. Elect. v. 2).

Eximiam laudem Theodoro impertit Aristoteles duobus locis. Priore (rhet. III, 2, 4) oratores jubet simplici ac candido uti pronuntiandi genere, non quaesito et simulato; illud enim fidem facere hoc nulli persuadere: *„— οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν. ἡ μὲν γὰρ τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι, αἱ δ' ἀλλότριαι.“*

Cui loco Aristotelio Grysarus et Bernhardyus adjungunt Plut. moral. locum, de aud. poet. 3, ubi Theodorum actorem significari opinantur; sed mea quidem sententia in dubio remanet, num histriones intelligendi sint in verbis *„ὥσπερ γὰρ ὑὸς βοὴν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ πνευμάτων ῥοῖζον καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες ἐνοχλούμεθα καὶ δυσχεραίνομεν· ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων τὴν ὗν καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας, ἡδόμεθα“*, ubi Plutarchus nudis utitur nominibus, quamquam non solum Theodori sed etiam Parmenontis, comici histrionis, nomen exstat (Ps. Aristot. probl. 27, 3; Aeschin. Tim. 157; inscr. ap. Köhlerum l. l. III, p. 246).

Alterum locum Aristotelium, cujus sententia a viris doctis varie intellecta est, legis in Polit. VII, 15, 10: *„— Ἴσως γὰρ οὐ κακῶς ἔλεγε τὸ τοιοῦτον Θεόδωρος ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής· οὐδενὶ γὰρ πώποτε παρῆκεν ἑαυτοῦ προεισάγειν, οὐδὲ τῶν εὐτελῶν ὑποκριτῶν, ὡς οἰκειουμένων τῶν θεατῶν ταῖς πρώταις ἀκοαῖς.“*

Philosophi verbis statuere cogimur Theodorum in omnibus

quas egerit fabulis primum in scenam prodiisse, id quod male convenit iis fabulis, in quibus prima verba secundarum aut tertiarum partium actori sunt dicenda. Boettigerus (opp. p. 325) hunc locum obscurum ita explicat, ut Theodorum, cui partes quas ipsi libitum esset eligere licuerit, modo primas statuat modo secundas egisse. Quod in nonnullis fabulis fieri potuisse Schaeferus (l. l. I, 218) concedit, mavult autem rationem ab hoc actore adhibitam histrionum interpolationibus aequare saepiusque opinatur Theodorum, ut ceteris prior progrederetur, traditam fabularum formam ita immutasse, ut ipsius partes primo loco collocaret. — Sed equidem a me impetrare non possum, ut cum Schaefero ratione Theodorum usum esse statuam, quae omnino fabularum compositioni adversari mihi videtur. Id quidem nemo non videt, alias esse histrionum interpolationes, aliud quod Schaeferus Theodoro tribuit; histriones constat unum versum, duos, tres, plures addidisse, omisisse, mutasse, transposuisse; non constat et parum verisimile videtur, totas personarum partes ab histrione transpositas fuisse: Fieri hoc non potuit nisi maximis superatis difficultatibus. Quare subiisse Theodorum initio fabularum cujusque ordinis partes quamquam mirum tamen verisimilius mihi videtur quam quod Schaeferus proposuit. Probabiliorem loci hujus difficilis explicandi rationem eruere frustra conatus sum, dubitoque num tertiam explicandi viam verba tradita omnino admittant.

Apte denique Theodori laudes praedicat paucis verbis Pausanias, qui monumentum histrioni clarissimo positum ipse jam vidit, in d. Gr. I, 37, 3: „*Πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Κηφισὸν, Θεοδώρου μνῆμά ἐστι τραγῳδίαν ὑποκριναμένου τῶν καθ' αὐτὸν ἄριστα.*"

In dubio remanet num Theodorus histrio significetur ap. Athen. XI, p. 482[d], et Arist. rhet. III, 11 („— *τὸ Θεοδώρου εἰς Νίκωνα τὸν κιθαρῳδὸν* —).

Quarti saeculi, aetatis autem incertae, tragoediarum actor idemque coquus fuit *Simus* ab Athen. IV, p. 164[b] ex Alexidis quadam fabula memoratus: l. l. inter se colloquuntur Linus et Hercules:

„*Λ — φιλόσοφός τις εἶ,*
εὔδηλον, ὃς παρεὶς τοσαῦτα γράμματα

Σίμου τέχνην ἔλαβες. Ἡρ. ὁ Σῖμος δ'ἐστὶ τίς;
Λ. μάλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος· ἐπὶ τραγῳδίαν
ὥρμηκε νῦν, καὶ τῶν μὲν ὑποκριτῶν πολὺ
κράτιστός ἐστιν ὀψοποιός, ὡς δοκεῖ
τοῖς χρωμένοις, τῶν δ' ὀψοποιῶν ὑποκριτής."

Jam ad inferiorum ordinum descendo tragoediarum actores, ad *Aeschinem*, *Ischandrum*, *Simylum*, *Socratem*, Theodori aequales; ac primum quidem quaestionem instituam de Aeschine; Aeschinem oratorem nemo nescit adulescentem, priusquam ad rempublicam accederet, histrionis tragici munere aliquamdiu esse functum: Cic. de rep. IV, XI (ap. *Donat.* de com. et trag. p. LVII. Terent. — „etiam scaenicos actores — non parvo civitatis honore dignos existimarunt, siquidem, quod in eo quoque de republica libro commemoratur, „et Aeschines Atheniensis vir eloquentissimus, quom adulescens tragoedias actitavisset, rempublicam capessivit, et Aristodemum, tragicum item actorem, maxsumeis de rebus pacis et bellei legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt"; Quintil. i. or. II, 17: „— — Quo illud quoque excluditur, quod dicunt, non esse artis id, quod faciant qui non didicerint; dicere autem homines et qui non didicerint. Ad cujus rei confirmationem afferunt, Demaden remigem et Aeschinem hypocriten oratores fuisse. — —" Aschinem, quamquam parvum tantum aetatis spatium in fabulis agendis consumpsit, tamen ne quid desit in hac commentatione haud dubitavi histrionum numero inserere. Si qualis fuerit Aeschines in agendi arte circumspicere volumus, provocandum nobis est ad Demosthenis de f. l. et de cor. orationes, solum et uberrimum hujus quaestionis fontem. Identidem enim Demosthenes his in orationibus mentionem injicit temporis illius, quo Aeschines fabulis agendis operam dedit; ubicunque autem de Aeschine histrione verba facit, hoc non fit nisi inimici illudendi ac perstringendi causa; atqui histriones Graeci condicione utebantur minime inhonesta aut contempta (cf. Liv. XXIV, 24 „— Huic (*Aristoni* tragico actori Graeco a. 214 in Sicilia versanti) et genus et fortuna honesta erant; nec ars, quia nihil tale apud Graecos pudori est, ea deformabat."). Patet igitur Aeschinem a Demosthene illudi non potuisse quod aliquando in histrionum fuerit numero, sed irrideri eum videbimus et quod

locum haud nobilem inter eos obtinuerit neque multum valuerit in agendi arte et quod artem exercenti adversi aliquid ei acciderit. Demostheni ubi Aeschinem histrionem perstringit, quamquam multa exaggerat, tamen aliquam fidem esse habendam inde apparet, quod Aeschines ipse, quum alia Demosthenis convicia diligenter rejieiat, ejus temporis, quo artem agendi exercuit, nullam facit mentionem neque inimici sui maledicta quae huc pertinent avertit sed patienter fert.

Naturam quidem habuit fautricem Aeschines ad fabulas agendas: corpore fuit validus (Dem. d. cor. 129 (270): „*ὡς ἡ μήτηρ — τὸν καλὸν ἀνδριάντα καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον — ἐξέθρεψέν σε*“). Voce utebatur sonora et venusta. Saepissime Demosthenes ejus mentionem facit judicesque monet, ne vocis Aeschineae praestantia moveantur ac decipiantur neve quid dicat Aeschines quidque sentiat discernere obliviscantur: d. f. l. 337 (449) „*καίτοι καὶ περὶ τῆς φωνῆς ἴσως εἰπεῖν ἀνάγκη· πάνυ γὰρ μέγα καὶ ἐπὶ ταύτῃ φρονεῖν αὐτὸν ἀκούω, ὡς καθυποκρινούμενον ὑμᾶς· ἐμοὶ δὲ δοκεῖτε ἀτοπώτατον ἁπάντων ἂν ποιῆσαι, εἰ .... τηνικαῦθ' ὡς καλὸν φθεγγομένῳ προσέχοιτε*“ ib. 126 (380) „*... τηνικαῦτα ὁ σοφὸς καὶ δεινὸς οὗτος καὶ εὔφωνος ...*“ ib. 199 (403): „*... καὶ τὸν βεβιωμένον ἑαυτῷ βίον αὐτίκα δὴ μάλ' ἐρεῖ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ.*“ — ib. 206 (405): „*τίνα δὲ φθέγγεσθαι μέγιστον απάντων καὶ σαφέστατ' ἂν εἰπεῖν ὅ τι βούλοιτο τῇ φωνῇ; Αἰσχίνην οἶδ' ὅτι τουτονί.*“ ib. 216 (408): „*μηδέ γε εἰ καλὸν καὶ μέγα οὗτος φθέγξεται.*“ de cor. 280 (319): „*καί μοι δοκεῖς ἐκ τούτων, Αἰσχίνη, λόγων ἐπίδειξίν τινα καὶ φωνασκίας βουλόμενος — ποιήσασθαι τοῦτον προελέσθαι τὸν ἀγῶνα.*“ ib. 285: „*καίπερ εὔφωνον ὄντα*“, cf. 291, 309, 313.

Quibus corporis bonis instructus idoneus fuit Aeschines ad eas fabularum partes, quibus in agendis opus non erat totum animum atque omnem curam ponere in natura et moribus personarum imitando effingendis atque exprimendis sed splendidum ac magnificum referebat ostentare apparatum et magna uti voce; tritagonistarum dico partes, quae plerumque erant regum et principum (Dem. d. f. l. 246 (418): „*ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τοῖς τριταγωνισταῖς τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ

σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι" cf. schol. *λέγει ὁ τὰς θεατρικὰς ἱστορίας συγγράψας* (Juba) *διὰ τοῦτο τοῖς τριταγωνισταῖς τὰς ὑποκρίσεις τῶν δυναστευόντων παρέχεσθαι, ἐπειδὴ ἧττον ἐστὶ παθητικὰ καὶ ὑπέρογκα.*). Tritagonista autem in scena fere nullo erat numero primarumque actori auctoritate multum cedebat. Quo munere functus est Aeschines et iterum iterumque a Demosthene perstringitur, quod in arte histrionali gradum tam ignobilem tenuerit neque in altiorem ascenderit: d. cor. 129 (270) „— *τὸν καλὸν ἀνδριάντα καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον* —" ib. 209 (297): „*ἐμὲ δέ, ὦ τριταγωνιστά, περὶ τῶν πρωτείων* . . ." ib. 265, 267 (315): „*ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ' ἠκκλησίαζον, ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ' ἐθεώρουν — πονηρὸν ὄντα καὶ πολίτην καὶ τριταγωνιστήν*" cf. ib. 262 (314); d. f. l. 246 (418), 337 (449), 200 (403). — Operam navavit Aeschines, quamdiu fabulas egit, Theodoro et Aristodemo histrionibus (Dem. d. f. l. 246 (418): „*Θεόδωρος καὶ Ἀριστόδημος, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν* —." Notandum est, nullius tertiarum actoris nomen memoriae esse traditum nisi Aeschinis. Tragoediarum, in quibus Aeschines tertias egerit, personarumque ipsarum nonnulla a Demosthene commemorantur nomina: d. f. l. 246 (418) inimicum reprehendit, quod in oratione Timarchea locum quendam e Phoenice Euripidea desumptum recitaverit; hac enim in fabula, e qua versus suos prompserit, Aeschinem nunquam partes egisse, quippe quum a Theodoro et Aristodemo quibus Aeschines tertias egerit, numquam sit acta, „*Ἀντιγόνην δὲ Σοφοκλέους πολλάκις μὲν Θεόδωρος πολλάκις δὲ Ἀριστόδημος ὑποκέκριται, ἐν ᾗ πεποιημένα ἰαμβεῖα καλῶς καὶ συμφερόντως ὑμῖν πολλάκις αὐτὸς εἰρηκὼς καὶ ἀκριβῶς ἐξεπιστάμενος παρέλιπεν. — ταῦτα τοίνυν ἐν τῷ δράματι τούτῳ σκέψασθε, ὁ Κρέων Αἰσχίνης οἷα λέγων πεποίηται τῷ ποιητῇ* . . ." ib. 337 (449): „— *εἰ ὅτε μὲν τὰ Θυέστου καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο* —" d. cor. 180 (288) „— *σὲ δὲ μηδ' ἥρωα τὸν τυχόντα, ἀλλὰ τούτων τινὰ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς, Κρεσφόντην ἢ Κρέοντα ἢ ὃν ἐν Κολλυτῷ ποτε Οἰνόμαον κακῶς ἐπέτριψας* . . . ib. 267 (315): „— *τὰς ῥήσεις ἃς ἐλυμαίνου,*

„*Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας*" *καὶ*
„*Κακαγγελεῖν μὲν ἴσθι μὴ θέλοντά με·*"

καὶ κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειθ' οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν." Priore versu *Polydori umbra* in *Hecubae Euripideae* initio in scenam prodit. Alter versus e quanam fabula desumptus sit non constat; sequentibus quoque verbis tecte significat orator fabulae cujusdam nobis ignotae versum, qui exstat ap. Athen. IV, p. 150ᶜ:

„*κακὸν κακῶς σέ γ' ἀπολέσειαν οἱ θεοί*" (cf. Mein. exerc. in Athen. II, p. 7).

Quoniam de fabulis et partibus ab Aeschine actis verba facio calamitatem quandam commemoro quae Aeschini in scena accidit et qua commotus est, ut munere histrionali se abdicaret, teste Dem. d. f. l. 337 (449): „*ἐμοὶ δὲ δοκεῖτε ἀτοπώτατον ἁπάντων ἂν ποιῆσαι, εἰ ὅτε μὲν τὰ Θυέστου καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο, ἐξεβάλλετε αὐτὸν καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων καὶ μόνον οὐ κατελεύετε οὕτως, ὥστε τελευτῶντα τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι.* —" Tale aliquid quin Aeschini acciderit, etiamsi fortasse verbis nimis asperis a Demosthene sit expositum, quum ipsa nomina partium ab Aeschine male actarum addantur, non est cur dubitemus.

Aliam quandam calamitatem Demosthenes significat in oratione posteriore, d. cor. 180 (288): „— *ὃν ἐν Κολλυτῷ ποτε Οἰνόμαον κακῶς ἐπέτριψας*" — ib. 242 (307) „— *ἀρουραῖος Οἰνόμαος* —." Quid acciderit Aeschini Oenomai partes agenti audimus ex Apollonio in vit. Aesch. p. 13: „— *Αἰσχίνης — τριταγωνιστὴς ἐγένετο τραγῳδιῶν, καὶ ἐν Κολλυτῷ ποτε Οἰνόμαον ὑποκρινόμενος κατέπεσεν* —, et e Demochare ap. Anon. vit. Aesch.: — *Δημοχάρης δὲ ὁ ἀδελφιδοῦς Δημοσθένους, εἰ ἄρα πιστευτέον αὐτῷ λέγοντι περὶ Αἰσχίνου, φησὶν Ἰσχάνδρου τοῦ τραγῳδοῦ τριταγωνιστὴν γενέσθαι τὸν Αἰσχίνην καὶ ὑποκρινόμενον Οἰνόμαον διώκοντα Πέλοπα αἰσχρῶς πεσεῖν καὶ ἀναστῆναι ὑπὸ Σαννίωνος τοῦ χοροδιδασκάλου (ἐνθένδ' οὖν Δημοσθένης Οἰνόμαον αὐτὸν ὀνομάζει πρὸς εἰδότας τὸ πρᾶγμα ἐπισκώπτων)*· ex eodem ap. Harpocr. s. v. *Ἴσχανδρος — τραγικὸς ὑποκριτὴς ὁ Ἴσχνδρός ἐστι· δοκεῖ δ' αὐτῷ συνυποκρινόμενος Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν Κολλυτῷ καταπεσεῖν.*" Verbis „*ἀρουραῖος Οἰνόμαος*" Demosthenem eandem hanc calamitatem Collyteam spectare manifestum est; quare vox „*ἀρουραῖος*" in hoc sententiarum

conexu ad nihil aliud nisi pagum illum Collytum pertinet; minus recte igitur apteque haec vox explicari mihi videtur in Bekk. anecd. p. 211, 32: „Ἀρουραῖος Οἰνόμαος ὁ Αἰσχίνης, ὅτι τὸν Οἰνόμαον ὑποκρινόμενος ἔπεσεν· ἀρουραῖος δὲ, ὅτι ἐν τοῖς δήμοις ἐπεδείκνυτο, ἀνάξιος ὢν τῶν ἐν ἄστει ἀγώνων“ quasi numquam in urbe fabulas egisset. Quoniam Theodoro et Aristodemo tertias egit, haud dubie Athenis quoque partes suas sustinuit.

Fidem Democharis verbis derogare nolim, quum quod ut Demosthenis verba ad certam fabulam certumque theatrum pertineant tum quod apud Democharem exstant Ischandri histrionis et Sannionis chorodidascali nomina, quorum utriusque Demosthenes alibi mentionem facit: Sannionem Demosthenes (Mid. 58 (533) artis suae tam peritum fuisse narrat, ut, quum militiae tempore neglecto munera publica gerere non jam posset, tamen quominus munere suo fungi pergeret non impediretur.

Ischandrum Demosthenes d. f. l. 10 (344) deuteragonistam dicit Neoptolemi („Αἰσχίνης ἔχων Ἴσχανδρον τὸν Νεοπτολέμου δευτεραγωνιστὴν — “), histrionis tragici pernobilis, de quo mox disputabitur. Ischandrum ib. 303 (438) memorat ex Arcadia Athenas advenisse et ab Aeschine Atheniensibus commendatum, quippe qui ab iis Arcadibus, qui Atheniensium populo faverent, missus esset et mandata delaturus. — Errat Schottius: adn. ad Dion. Halic. Rhet. c. VIII, § 6, qui vocem „δευτεραγωνιστὴν“ l. l. non solum proprio sed tropico quoque sensu intelligi posse censeat, ita „ut Aeschinis „δευτεραγωνιστὴς“ Ischander eatenus vocetur, quatenus ille in rebus suis peragendis hujus opera ac ministerio uteretur et ad „Νεοπτολέμου“ subintelligatur „υἱὸν“. Quae ratio si probetur, Schottius opinatur patere non sine „εἰρωνεία“ eo alludi quod Aeschines ipse aliquamdiu histrio fuerit. Duabus de causis improbanda mihi videtur haec ratio: quum enim Demosthenes, si voci „δευτεραγωνιστὴς“ hoc loco tropicum quendam sensum tribuere voluisset, certe evitasset hanc verborum collocationem, qua vox „δευτεραγωνιστὴς“ juxta histrionis clarissimi nomen posita alio ac proprio sensu intelligi nequit nisi nimia arte; tum contra rationem illam repugnat quod Aeschines fuit tritagonista. A Demochare Aeschines inferior dicitur Ischandro, non Ischander Aeschine;

si primas egisset Aeschines, ferri fortasse posset hoc loco vocis „δευτεραγωνιστής" sensus tropicus ita ut Aeschines Ischandri quasi deuteragonistae opera in rebus suis agendis usus sit; quoniam autem ipse fuit tritagonista, ineptus efficitur ratione illa verborum sensus. Taylori rationem, quam laudat Schaeferus in appar. crit. ad Dem. II, p. 423, quum multo majore arte effecta sit, exponere supersedeo.

Grysarus, qui l. l. p. 29 Ischandrum, quum una cum Aeschine fabulas egit, non secundas sed primas egisse opinatur, accurate refellitur a Schaefero l. l. I, p. 222, Anm. 4 hisce verbis: „Demosthenes bezeichnet ihn als Deuteragonisten zu einer Zeit, wo Aeschines längst die Bühne verlassen hatte, und es liegt in der Sache, dass ein Schauspieler das Rollenfach, welches er einmal beherrschte, beibehielt. Dass in dem Drama des Sophokles Hippodameia die Hauptrolle war, möchte ich daraus schliessen, dass es auch nach dieser benannt wurde, Stob. anth. 27, 6." (cf. Demochar. ap. anon.).

Praeter Ischandri nomen nullius secundarum actoris memoriae est proditum.

Ceterum calamitas illa Collytea haud ita gravis fuisse videtur; ipse enim Demosthenes, quum in oratione de cor. Aeschinem histrionem conviciis salsissimis perstringat (139 [274]: „ὁ βάσκανος οὗτος ἰαμβειοφάγος", 267 [315]: „τὰς ῥήσεις ἃς ἐλυμαίνου", 242 [307]: „— αὐτοτραγικὸς πίθηκος" — cf. Harpocr. s. v. αὐτοτρ." — *Αἰσχίνου μιμουμένου μᾶλλον τραγῳδοὺς ἢ τραγῳδεῖν δυναμένου* —), quod inimico Collyti accidit non copiose illustrat sed paucis verbis absolvit; deinde Aeschines in orat. Tim. 157 [158] non dubitat, ludorum scenicorum olim Collyti actorum libere mentionem facere: „ὃς εὐπρεπὴς ὢν ἰδεῖν τοσοῦτον ἀπέχει τῶν αἰσχρῶν, ὥστε πρῴην ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολλυτῷ..."

Restat gravissimum Demosthenis in Aeschinem histrionem convicium, quod extat d. cor. 262 (314): „— ἀλλὰ μισθώσας αὑτὸν τοῖς βαρυστόνοις ἐπικαλουμένοις ἐκείνοις ὑποκριταῖς, Σιμύλῳ καὶ Σωκράτει, ἐτριταγωνίστεις, σῦκα καὶ βότρυς καὶ ἐλάας συλλέγων ὥςπερ ὀπωρώνης ἐκ τῶν ἀλλοτρίων χωρίων, πλείω λαμβάνων ἀπὸ τούτων ἢ τῶν ἀγώνων, οὓς

ὑμεῖς περὶ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζεσθε· ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ὑμῖν πρὸς τοὺς θεατὰς πόλεμος, ὑφ᾽ ὧν πολλὰ τραύματ᾽ εἰληφὼς εἰκότως τοὺς ἀπείρους τῶν τοιούτων κινδύνων ὡς δειλοὺς σκώπτεις." (cf. Democh. ap. anon. — *καὶ μετὰ Σωκράτους καὶ Σιμύλου τῶν κακῶν ὑποκριτῶν ἀλᾶσθαι κατ᾽ ἀγρούς* — Philostr. vit. Soph. s. *Αἰσχίνης* I, 18, 1: *Ἀ. — ἐδόκει πᾶν τὸ ἐπίχαρι ἐκ Διονύσου ἠρηκώς, καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς βαρυστόνοις ὑποκριταῖς τὸν ἐν μειρακίῳ χρόνον ὑπετραγῴδησεν* —).

De quo convicio ut recte judicemus, intuenda nobis est totius loci, quo haec verba exstant, natura; Demosthenes l. l. 257 sq. Aeschinis inde a prima infantia vitam singulaque ejus tempora circumspicit et ita quidem ut suae vivendi rationi opponat Aeschinis vitae condiciones, quas quocunque modo potest illudendo atque cavillando perstringit; tali orationis loco per se intelligitur tantum abesse, ut quae de inimico orator dicat quam proxime ad veritatem accedant, ut ad famam ejus corrumpendam res gestas orator studeat depravare atque in pejus mutare; primo obtutu jam eo offendimur, quod solis illis verbis l. l. absolvit tempus illud, quo Aeschines histrionis munere sit functus, quasi semper cum Simylo et Socrate semperque ruri versatus artem suam exercuerit. Eadem fere ratione Demosthenes utitur loco similiter comparato, d. f. l. 200 (403) „— *τὰ τελευταῖα δ᾽ ἔναγχος ἐν χορηγίοις ἀλλοτρίοις ἐπὶ τῷ τριταγωνιστεῖν ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον* —." Egisse Aeschinem fabulas extra urbem et rationem ei intercessisse cum Simylo et Socrate tragicis histrionibus, facere non poterimus quin Demostheni credamus, quoniam histriones ipsi, quibuscum conjunctus fuerit, nominantur. Modum ac veritatem egrediuntur infestoque oratoris animo tribuenda sunt cetera quae h. l. leguntur. Ceteroquin cum Schaefero facio, qui quae de Aeschine histrione disputavit hisce verbis concludit: „Sehen wir ab von diesen gehässigen Auslassungen, so werden wir doch nicht in Abrede stellen können, dass nicht Begeisterung für die Kunst sondern der Broderwerb Aeschines zur Bühne führte. Aber sein Talent machte sich doch soweit geltend, dass die ersten Schauspieler jener Tage ihn zu ihren dritten Rollen verwandten. Von ihnen angeleitet ward er mit den Meisterwerken der attischen Tragödie

vertraut und gewann volle Herrschaft über sein Organ. Diese Kunstübung mochte, so sehr sie auch später seiner rednerischen Wirksamkeit förderlich war, ihn doch manchmal zu einem allzu pathetischen und theatralischen Vortrage verleiten. Auch die würdevolle Haltung, welche Aeschines als Redner beobachtete, das absichtliche Vermeiden der lebhaften Handbewegungen möchte ich zurückführen auf die Schule, die er an seinen Herrscherrollen durchgemacht hatte" cf. Dem. d. f. l. 252 (420), 255 (421), 189 (400), 23 (348).

Jam ad illustriores accedo tragoediarum actores, *Aristodemum, Neoptolemum; Thessalum, Athenodorum, Aristocritum.* Quorum primus una cum optimis tragicis histrionibus commemoratur a Luciano: Jov. trag. 3, ib. 41, apol. 5, quos locos jam supra perscripsi; ejusdem supra mentionem feci, ubi fabellam a Gellio: n. a. XI, 9, 2 relatam enotavi. In Neoptolemum incidimus, ubi histriones, qui Demosthenem actionem docuisse traduntur, enumerati sunt. Uberiorem de utriusque histrionis vita et arte notitiam haurimus e Demosthenis Aeschinisque orationibus; e quibus non solum quales fuerint histriones illi duo nobiles intelligemus, sed etiam quibus in republica condicionibus quarto saeculo histrionum ordo usus sit.

Viguisse videntur Aristodemus Metapontinus et Neoptolemus eodem fere tempore, regnante Philippo Macedone; ad hoc quidem tempus pertinent quaecunque de iis audimus.

adn: cf. schol. Aeschin. II, 15 (30): *Οὗτος* (Aristodemus) *ἐπεκαλεῖτο μὲν Στεμφύλιος, Μεταποντῖνος δ' ἦν τὸ γένος, καὶ ἐνίκα δὶς ἐπὶ Ληναίων.*" Si verum est, quod scholiasta tradit, Metapontinum fuisse Aristodemum natu, statuere cogimur, civitatem atticam datam ei fuisse, quoniam legati Atheniensium munere functus est. Quod attinet ad verba „*ἐνίκα δὶς ἐπὶ Ληναίων*", fragmento didascalico, quod edidit Böckhius c. i. gr. n. 231 (... *ώνυμος ἐνίκα,* a. 355), et inscriptione nuper in lucem prolata (ap. Köhl. l. l. II, p. 112 s. 342—40) confirmatur, inde a medio quidem quarto saeculo et comicos et tragicos primarum actores de praemiis propositis certasse (cf. inscr. ad a. 235 pertinentem ap. Köhl. l. l. p. 257: „*Κράτης ἐνίκα*"). Quaeritur autem, id quod ad tragoedias attinet, utrum novis modo an poetarum aetate priorum quoque fabulis actis histriones

praemia tulerint; quarto saeculo praeter novas antiquas quoque tragoedias in scenam commissas esse idem ille titulus docet a Köhlero p. 112 editus et Theodorum, Aristodemum, Aeschinem, Andronicum fabulas Aeschyleas, Sophocleas, Euripideas egisse vidimus. Atque in titulo quidem illo poetarum aequalium fabulae notatae sunt, quibus vicerunt Neoptolemus et Thessalus; sed ne novis modo fabulis actis actoribus praemia proposita fuisse statuamus loco illo Plutarcheo (qu. conv. 9, 6) impedimur, ubi Theodorus Electrae Sophocleae partibus actis „vicisse" traditur („*ἐπεὶ δὲ νικήσας εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν* —"), et Alciphronis epistolarum loco, ep. III, 48, nisi tali epistolae ad talem quaestionem omnis auctoritas abjudicanda est, ubi Licymnius tragoediarum actor Aeschyli Propompis actis „vicisse" traditur „*τοὺς ἀντιτέχνους, Κριτίαν τὸν Κλεωναῖον καὶ Ἵππασον τὸν Ἀμβρακιώτην*", haud dubie post poetae mortem. (cf. Dindorf. poet. scen. p. 3, Anm. 73).

Utrumque tragoediarum actorem artissimo videbimus vinculo conjunctum fuisse cum Philippo Macedonum rege, quod mirum videtur recordanti bella a Graecis cum Philippo gesta. Constat autem, histrionibus Graecis permissum fuisse artem suam etiam hostium in terra exercere (Dem. de pace 6: „*κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ' ἀδείας . . .*" argum. or. d. f. l. 335 „(*Ἀρ. καὶ Νεοπτ.*) *διὰ τὴν οἰκείαν τέχνην ἄδειαν εἶχον ἀπιέναι ὅπου ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους*"). Qua opportunitate Aristodemus et Neoptolemus contra Atheniensium reipublicae salutem abutebantur ita, ut ad regis Macedonum voluntatem perducti largitioni ejus patriae libertatem postponerent. Scenicorum cujusque generis artificum favorem Philippum videmus appetentem ludis illis, quos Olyntho a. 348 capta sumptuose ac magnifice ibi egit (Dem. d. f. l. 192 (401): „*ἐπειδὴ γὰρ εἷλεν Ὄλυνθον Φίλιππος, Ὀλύμπια ἐποίει, εἰς δὲ τὴν θυσίαν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν πάντας τοὺς τεχνίτας συνήγαγεν· ἑστιῶν δ' αὐτοὺς καὶ στεφανῶν τοὺς νενικηκότας κ. τ. λ.*" cf. Diod. Sic. XVI, 55). Praecipuam regis gratiam sibi conciliaverant Aristodemus et Neoptolemus; qui dum inter Graecos et Macedones bellatur tuti neque impediti in Macedonia artem suam exercuerunt (arg. Dem. d. f. l. 335: *ἀπελθόντες οὖν οὗτοι*

εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπεδείξαντο τὴν οἰκείαν τέχνην, καὶ οὕτω φιλοφρόνως αὐτοὺς ἐδέξατο Φίλιππος, ὥστε πρὸς τοῖς ἄλλοις χρήμασι καὶ ἄλλα ἐκ τῶν οἰκείων παρεῖχεν αὐτοῖς). Quum arte sua in tantum Philippi favorem venisset, factum est ut plus semel Aristodemus legatus ad Philippum mitteretur: Cic. de rep. ap. Donat. l. l. „siquidem — Aristodemum, tragicum item actorem, maxsumeis de rebus pacis et bellei legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt.“ Recte Cicero solum Aristodemum commemorat; ad Neoptolemum idem munus delatum esse, non audimus. De prima Aristodemi legatione audiamus Aeschinem in or. d. f. l. 15 (200) referentem: Olyntho a Philippo expugnata magna vis Atheniensium, in quorum numero Jatrocles et Eucratus, a Macedonibus capti retinebantur; ad quos redimendos Athenienses „*πέμπουσι πρεσβευτὴν Ἀριστόδημον τὸν ὑποκριτὴν πρὸς Φίλιππον, διὰ τὴν γνῶσιν καὶ φιλανθρωπίαν τῆς τέχνης.*“ Captivis sine pretio (16 „— *ἄνευ λύτρων* —“) redemptis Aristodemus aliis quibusdam negotiis occupatus non extemplo legationem civibus Atheniensibus renuntiavit, sed Jatrocles, quem e captivitate solverat, eum praevenit. Multis Aristodemi tarditatem aegre ferentibus auctore Democrate Aphidnaeo Aristodemus legationem renuntiare jussus est; quo facto Aristodemus et in curia et in contione Philippum Atheniensibus benevolentissimum esse et foedere cum iis conjungi desiderare renuntiavit. Auctore Demosthene Aristodemo, si Aeschini fides est habenda, ob legationem bene administratam corona est decreta; ad hanc Aristodemi legationem Demosthenes respicit d. cor. 21 (232): „— *ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος εἰπὼν καὶ μνησθεὶς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Ἀριστόδημος ἦν ὁ ὑποκριτής* . . .“ Brevi post primam legationem tempore Aristodemum iterum legati munere functum videmus. Nuntio illo Aristodemi accepto Athenienses regis animum sibi amicum et a pace haud alienum esse opinati auctore Philocrate decem legatos ad Philippum mitti jusserunt, qui de pace componenda agerent; quorum in numerum delectus fuit Aristodemus (Aesch. II, 19 (30); 52 (231), arg. ad Dem. d. f. l. p. 336). Aesch. II, 52 (231) Aristodemus facie insignis praedicatur: „*ἐδόκει Κτησιφῶντι τὴν ὄψιν λαμπρὸς εἶναι· ἐμοὶ δ' οὐ χεῖρων Ἀριστόδημος ὁ ὑποκριτής*“). Quae legatio ut quam proxime ad regem

proficisceretur, Demosthenem Aeschines (II, 19 (202—3) tradit rogasse, ut, ne Aristodemus legatione sua quidquam detrimenti acciperet, eas in urbes, ubi fabulas acturum se esse recepisset, legati mitterentur, „*οἵτινες ὑπὲρ αὐτοῦ παραιτήσονται τὰς ζημίας*“, et effecturum se esse Demosthenem promisisse, ut praemia ea, quorum Aristodemus legatione jacturam facturus esset, a populo ei redderentur. Quali poena histriones Graeci diebus ludorum neglectis sint affecti, et quo consilio legati in urbes illas externas missi sint, a schol. ad Aesch. II, 19 ita explicatur: „*θέλει δὲ εἰπεῖν ὅτι ἀῤῥαβῶνας ἦν δεξάμενος ὁ Ἀριστόδημος ἀπό τινων πόλεων πρὸς τὸ ἀγωνίσασθαι ἐν αὐταῖς· ἦν γὰρ τραγῳδὸς καὶ ἔδει αὐτὸν ἢ ἀγωνίσασθαι ἢ διπλοῦν τὸν ἀῤῥαβῶνα καταβαλεῖν· ἔδει οὖν πρέσβεων τῶν πεισόντων τὰς πόλεις μὴ διπλοῦν τὸν ἀῤῥαβῶνα κομίσασθαι, ἀλλ' ἁπλοῦν.*“ Comparandum, quod Plut. vit. Alex. 29 de Athenodoro refert tragoedo, qui fabulas egit festis ab Alexandro ex Aegypto reverso a. 332 Tyri actis: „*ἐπεὶ δὲ Ἀθηνόδωρος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ζημιωθεὶς, ὅτι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῶν Διονυσίων οὐκ ἀπήντησεν, ἠξίου γράψαι περὶ αὐτοῦ τὸν βασιλέα, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, τὴν δὲ ζημίαν ἀπέστειλε παρ' ἑαυτοῦ.*“

Quomodo munere suo Aristodemus sit functus, neque e Demosthene neque ex Aeschine audimus; id quidem constare videtur, Aristodemum jam priore in legatione Philippi partes secutum esse et in altera potissimum cum Aeschine, qui quondam collega ejus fuerat et tritagonista (Dem. d. f. l. 246 (418), regis potius quam patriae saluti consuluisse: Demosthenem plus semel Aristodemo proditionem opprobrantem audiamus; sero Demosthenes intellexit, quantopere Philippus Aristodemi et Neoptolemi operam in suum usum convertisset et Aristodemus fide illa, quam Athenienses et maxime Demosthenes ei tribuerant, abusus esset; reprehendit eos, qui primi bonam regis erga populum Atheniensium voluntatem praedicaverint deque pace verba fecerint: d. cor. 21 (232): „*εἰ γὰρ εἶναι τι δοκοίη τὰ μάλιστα ἐν τούτοις ἀδίκημα, οὐδέν ἐστι δήπου πρὸς ἐμέ, ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος εἰπὼν καὶ μνησθεὶς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Ἀριστόδημος ἦν ὁ ὑποκριτὴς κ. τ. λ.*“; d. f. l. 12 (344): „*τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης πρέσβεις πέμπειν ὡς Φίλιππον ἐπείσθητε ὑπ' Ἀριστοδήμου καὶ Νεοπτολέμου καὶ Κτησιφῶντος καὶ τῶν*

ἄλλων τῶν ἐκεῖθεν ἀπαγγελλόντων οὐδ' ὁτιοῦν ὑγιές." ib. 18 (346): „— *καὶ ἀνηριθμησάμην ἀπὸ τῶν πρώτων ἐλπίδων ἐκείνων ὧν ὁ Κτησιφῶν καὶ ὁ Ἀριστόδημος ἀπήγγειλαν πρὸς ὑμᾶς* . . ." ib. 94 (371) „*τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τοῦ λόγου τυχεῖν Φίλιππον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Κτησιφῶν καὶ Ἀριστόδημος τὴν ἀρχὴν πρώτην ἔφερον τοῦ φενακισμοῦ* ." ib. 315 (442): „— *τοὺς τὰ φιλάνθρωπα λέγοντας ἐκείνους ἀπέστειλεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τὸν Νεοπτόλεμον, τὸν Ἀριστόδημον, τὸν Κτησιφῶντα· ἐπειδὴ δὲ ἤλθομεν ὡς αὐτὸν* (Philippum) *ἡμεῖς οἱ πρέσβεις* . ."

Vides autem, ut Aristodemum ita Neoptolemum quoque histrionem a Demosthene reprehendi, quod regis potius defensor fuerit atque amicus quam patriae libertatis vindex; d. f. l. 315 (442) expressis verbis orator dicit Neoptolemum jam ante legationem illam decem virorum una cum Aristodemo collega Philippi benevolentiam laudibus extulisse. Legati munus Athenienses ad eum detulisse, neque audimus neque verisimile est: Neoptolemi animum orator prius videtur perspexisse quam Aristodemi: ut Aristodemus post primam legationem coronaretur et alterius particeps esse ne prohiberetur, Demosthenis opera effectum est (Aesch. II, 17, 19); ergo postea demum proditionem ejus perspexit. Neoptolemum patriae nihil aliud nisi summa mala moliri ab initio se sensisse profitetur in or. d. pace 6, 7 (58): „*Πάλιν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ' ἀδείας, κακὰ δ' ἐργαζόμενον τὰ μέγιστα τὴν πόλιν καὶ τὰ παρ' ὑμῶν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα, παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς* . . ." Neoptolemum amicis caruisse subinde indicat „*καὶ οὐκέτ' ἐν τούτοις αἰτιάσομαι τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου λέγοντας (οὐδὲ εἷς γὰρ ἦν), ἀλλ' αὐτοὺς ὑμᾶς.*" Tragicum eum fuisse actorem e verbis subsequentibus intelligitur „*εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεάσασθε, ἀλλὰ μὴ περὶ σωτηρίας καὶ κοινῶν πραγμάτων ἦν ὁ λόγος, οὐκ ἂν οὕτως οὔτ' ἐκείνου πρὸς χάριν οὔτ' ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν ἠκούσατε.*" Eundem, ne propter nimiam cum Philippo consuetudinem in civium caderet suspicionem, Demosthenes subinde dicit causam interposuisse, coëgisse se aes alienum, quod hostium in terra sibi deberetur, ad munera

publica Athenis solvenda; pace autem facta Neoptolemum fundos suos quos in Attica habuisset vendidisse redactaque pecunia ad Philippum abiisse. Quod non ante annum 340 factum esse inscriptio docet nuper reperta (ap. Köhl. l. l. II, 112), qua constat Neoptolemum cum Thessalo et Athenodoro collegis annis 342—40 Athenis primas egisse in fabulis et poetarum aequalium et Euripidis in Iphigenia et Oreste.

Cum Philippo Neoptolemum postea quoque videmus usu conjunctum usque ad supremum regis diem; a. 336 teste Diod. Sic. XVI, 92 histrio ille („*πρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ*") interfuit sollemnibus nuptiarum a Philippo Aegis institutis, quibus rex Cleopatram filiam Alexandro Epirotae in matrimonium dedit et a Pausania interfectus est; regi in animo fuit festis illis actis ad bellum in Asiam proficisci. In convivio Neoptolemus a rege versus quosdam recitare jussus ad expeditionem instantem pertinentes hisce versibus declamare orsus est:

„*Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον*
„*καὶ μεγάλων πεδίων ἀρούρας,*
„*φρονεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι*
„*δόμων δόμους, ἀφροσύνᾳ*
„*πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι·*
„*ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπουν*
„*κέλευθον ἔργῳ σκοτίαν,*
„*ἄφνω δ' ἄφαντος προσέβα*
„*μακρὰς ἀφαιρούμενος ἐλπίδας*
„*θνατῶν πολύμοχθος Ἅιδας* . . . .

Philippum versibus ab histrione recitatis magnopere delectatum Diodorus tradit his verbis: „*ὁ δὲ Φίλιππος ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖς ἀπηγγελμένοις ὅλος ἦν, καὶ τελείως φερόμενος τῇ διανοίᾳ πρὸς τὴν τοῦ Περσῶν βασιλέως καταστροφήν.*"

Quod Philippus ad Persarum regis interitum retulerat, postea apte ad regem ipsum postridie a Pausania necatum revocabatur: cf. Stob. anthol. 98, 70 (III, p. 233 ed. Mein.): „*Νεοπτόλεμον τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἤρετό τις τί θαυμάζοι τῶν ὑπ' Αἰσχύλου λεχθέντων ἢ Σοφοκλέους ἢ Εὐριπίδου· ὃ δὲ οὐδὲν μὲν τούτων εἶπεν, ὃ δ' αὐτὸς ἐθεάσατο ἐπὶ μείζονος σκηνῆς, Φίλιππον ἐν τοῖς τῆς θυγατρὸς*

Κλεοπάτρας γάμοις πομπεύσαντα καὶ τρισκαιδέκατον θεὸν ἐπικληθέντα, τῇ ἑξῆς ἐπισφαγέντα ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐῤῥιμμένον."

Teste Suetonio (vit. Calig. 57) die illo, quo imperator Caligula interfectus est, „pantomimus Mnestor tragoediam saltavit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat." Quam fabulam fuisse „*Κινύραν*" Josephus memoriae prodit (Antiqu. XIX, 1, 13), ubi de Caligulae nece verba facit, his verbis: „*Ὁμολογεῖται δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθει* (Cinyram) *ἐν ᾗ Φίλιππον τὸν Ἀμύντου Μακεδόνων βασιλέα κτείνει Παυσανίας εἰς τῶν ἑταίρων εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντα.*"

Si Suetonii et Josephi inhaeremus verbis, non licet cum Petito et Wesselingio (cf. W. ad Diod. Sic. XVI, 92) statuere, fabulam, cujus Diodorus servavit nonnullos versus, eandem esse cum fabula a Josepho significata; quam Neoptolemus ipso die funesto egit in Aegarum theatro, quod ingressurus (Diod. XVI, 94) Philippus a Pausania occisus est; versus illos a Diodoro laudatos, quos unde desumpserit ignoramus, recitavit pridie ejus diei inter epulas (cf. Welcker l. l. p. 1226). Ut versibus illis Neoptolemus Persarum regis exitium spectavit, ita „*Κινύρας*" fabula quoque, in qua haud dubie Cinyras, fabulosus Assyriorum rex, ipse mortem sibi consciscens descriptus fuit (cf. Anton. Liber. 34; Apollodor. III, 14, 4; Ovid. Met. X, 298 — 502; Hygin. 242), electa videtur esse, qua hostium regis pernicies portenderetur.

Si fides habenda Tertulliano („de anima" 46) Neoptolemus ut cum Philippo ita cum filio Alexandro usu fuisse conjunctus et expeditionibus ejus contra Persas factis interfuisse videtur. Teste enim Tertulliano „Neoptolemus tragoedus apud Rhoiteum Trojae sepulcrum Ajacis monitus in somnis ab ipso ruina liberat, et cum lapidum senia deponit dives inde auro redit." (A. 335 Alexander heroum Trojanorum manibus sacra fecit). Quam narratiunculam Tertullianus affert, ubi ut exemplis confirmet „per quietem revelari honores et ingenia, praestari et medellas prodi et furta, conferri et thesauros", fabellas nonnullas enumerat, velut „Leonymum pycten ab Achille curatum esse in somnis, coronam auream cum ex arce Athenae perdidissent,

Sophoclem tragicum somniando redinvenisse." — Neoptolemum Alexandri bello illo comitem fuisse, alibi traditum non est; fuisse comites ejus constat Thessalum, Athenodorum, Aristocritum tragicos, Lyconem, Phormionem, Aristonem comicos actores (Plut. de Alex. fort. II, 2; vit. Alex. 10, 29; Athen. XII, p. 538 f.) — Fortasse quod Tertullianus histrioni tribuit de Neoptolemo quodam dicebatur, qui teste Arriano (*ἀν. Ἀλ.* II, 27, 9) in equestri Alexandri cohorte fuit („*Νεοπτόλεμος τῶν ἑταίρων*") et in urbe Gaza expugnanda fortitudine atque audacia praestitit; quem Arrianus adnotat genus suum ab Aeacidis repetiisse („*Ν. τῶν ἑταίρων τοῦ Αἰακιδῶν γένους*"), id quod melius convenit fabellae a Tertulliano traditae.

Ut Aristodemo et Neoptolemo favebat Philippus, ita Alexander *Thessalo, Athenodoro, Aristocrito.* In Thessalum et Athenodorum primum incidimus in inscriptione illa, in qua nomina eorum una cum Neoptolemi exstant (ap. Koehlerum l. l. II, p. 112), ad annos 442—40 pertinente, qua Thessalus septies, Athenodorus ter primas egisse, Thessalus semel praemium tulisse traditur. Thessalo Alexander, teste Plut. Alex. 10, patre etiamtum vivo (circa a. 338 cf. Schaefer l. l. III, p. 57) legato usus est hac de causa: Pixodarus, Cariae satrapes, id agebat ut filiam suam natu maximam Arrhidaeo, Philippi filio, in matrimonium daret. Quod ne fieret, Alexander ab amicis et a matre monitus „*πέμπει Θεσσαλὸν εἰς Καρίαν τὸν τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴν, Πιξοδάρῳ διαλεξόμενον, ὡς χρὴ τὸν νόθον ἐάσαντα καὶ οὐ φρενήρη μεθαρμόσασθαι τὸ κῆδος εἰς Ἀλέξανδρον.*" Quo Alexandri dolo perspecto Philippus partem filii amicorum in exilium misit, Thessalum actorem, qui legatione illa absoluta Corinthi fabulas egisse videtur, „*ἔγραψε Κορινθίοις, ὅπως ἀναπέμψωσιν ἐν πέδαις δεδεμένον.*"

Thessalus postea quoque in Alexandri expeditionibus praecipuo ejus favore gavisus est. Teste Plutarcho (de Alex. fort. II, 2; vit. Alex. 29) ludis illis magnificis ab Alexandro ex Aegypto reduce Tyri a. 332 factis Athenodorus et Thessalus inter se certaverunt, regesque Cyprii, Nicocreon et Pasicrates, qui regis gratiam appetiverunt, „*ἔλαχον τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑποκριταῖς χορηγεῖν, Πασικράτης μὲν Ἀθηνοδώρῳ, Νικοκρέων δὲ Θεσσαλῷ, περὶ ὃν ἐσπουδάκει καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος· οὐ*

μὴν διέφηνε τὴν σπουδὴν πρότερον ἢ ταῖς ψήφοις ἀναγορευθῆναι νικῶντα τὸν Ἀθηνόδωρον. Τότε δέ, ὡς ἔοικεν, ἀπιὼν ἔφη τοὺς μὲν κριτὰς (de Al. fort. II, 2: „ἔκρινον δὲ οἱ δοκιμώτατοι τῶν στρατηγῶν“) ἐπαινεῖν, αὐτὸς μέντοι μέρος ἂν ἡδέως προέσθαι τῆς βασιλείας ἐπὶ τῷ μὴ Θεσσαλὸν ἰδεῖν νενικημένον“ (vit. Alex. 29). Eodem loco legimus, quod jam supra memoratum, Athenodorum ab Atheniensibus multatum, quod diem ludorum neglexisset, a rege petivisse ut pro se ad Athenienses litteras mitteret; quod regem non fecisse, sed solvisse multam.

Ut Neoptolemus Philippi ita Thessalus et Athenodorus Alexandri comites videntur fuisse usque ad finem ejus vitae: Auctore Charete Mytilenaeo Athenaeus XII, p. 538 f. refert nuptiarum sollemnibus ab Alexandro ex India redeunte Susis a. 324 institutis Thessalum, Athenodorum, Aristocritum tragoedos fabulas egisse; post sollemnia illa histriones antea „Διονυσοκόλακας“ appellatos nominatos esse „Ἀλεξανδροκόλακας“ διὰ τὰς τῶν δώρων ὑπερβολάς, ἐφ᾽ οἷς καὶ ἥσθη ὁ Ἀλέξανδρος.“

De Aristocrito tragoedo, quem Chares Thessalo et Athenodoro aequavit, nihil amplius traditum repperi; num Aristocritus, quem teste Plut. Alex. X Pixodarus ille modo memoratus legatum misit ad Philippum, cujus cum filio suam filiam matrimonio jungere cupiebat, idem sit cum histrione, quum Plutarchus nudo nomine utatur, in dubio remanet.

Enumerasse mihi videor tragicos usque ad Alexandri Macedonis obitum actores, quorum nomina memoriae sunt prodita et quaecunque de unoquoque tradita sunt exposuisse; restat, ut addam quidquid de comicis quarti potissimum saeculi histrionibus e scriptoribus et titulis repetivi.

Ac primo quidem loco nominandus est *Philemo* comoediarum actor, quem in duabus Anaxandridae fabulis partes egisse Aristoteles tradit rhet. III, 12: „ἀνάγκη δὲ μεταβάλλειν τὸ αὐτὸ λέγοντας, ὅπερ ὥσπερ ὁδοποιεῖ τῷ ὑποκρίνεσθαι· „οὗτός ἐστιν ὁ κλέψας ὑμῶν, οὗτός ἐστιν ὁ ἐξαπατήσας, οὗτος ὁ τὸ ἔσχατον προδοῦναι ἐπιχειρήσας“· οἷον καὶ Φιλήμων ὁ ὑποκριτὴς ἐποίει ἔν τε τῇ Ἀναξανδρίδου Γεροντομανίᾳ, ὅτε λέγει „Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης“, καὶ ἐν τῷ προλόγῳ τῶν Εὐσεβῶν τὸ „ἐγώ“. — Quae e Gerontomania

fabula afferuntur verba exstant apud Athen. XIV, p. 614[c]: „*Ἀναξανδρίδης δ' ἐν Γεροντομανίᾳ καὶ εὑρετὰς τῶν γελοίων φησὶ γενέσθαι Ῥαδάμανθυν καὶ Παλαμήδην λέγων οὕτως: „καί τοι πολύγε πονοῦμεν τὸν ἀσύμβολον εὗρε γελοῖα λέγειν Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης.*" Ex altera fabula nihil exstat. Quamquam ratio, qua Philemo in pronuntiandis verbis „*Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης*" et „*ἐγώ*" usus sit, neque ex Aristotelis verbis neque ex Athenaei loco satis apparet, tamen et verba „*μεταβάλλειν τὸ αὐτὸ λέγοντας*" et vox „*οὗτος*" ter repetita indicare videntur, quae Meinekii quoque est sententia (l. l. III, 166), verba illa in pluribus deinceps versibus repetita et alio atque alio vocis flexu et sono a Philemone recitata fuisse, id quod fortasse etiam verba quae sequuntur confirmant: „*ἐὰν γάρ τις τὰ τοιαῦτα μὴ ὑποκρίνηται, γίγνεται ὁ τὴν δοκὸν φέρων*" (cf. Phot. lex. s. v. *ὁ τὴν δοκὸν φέρων - ἐπὶ τῶν ταὐτὰ ποιούντων καὶ μηδὲν περαινόντων*).

Idem Philemo histrio, quum tempora apte quadrent, significari videtur ab Aeschine (Tim. 132): Timarchus „*εἰληφὼς ἠλέγχθη παρὰ Λευκωνίδου, τοῦ Φιλωτάδου κηδεστοῦ, διὰ Φιλήμονος τοῦ ὑποκριτοῦ εἴκοσι μνᾶς.*"

Comicus histrio perclarus videtur fuisse *Satyrus Olynthius* (cf. Athen. XIII, p. 591[e] „*παρεσίτει δὲ τῇ Φρύνῃ Γρυλλίων εἷς ὢν τῶν ἀρεοπαγιτῶν, ὡς καὶ Σάτυρος ὁ Ὀλύνθιος ὑποκριτὴς Παμφίλῃ.*") Quem supra cum Luedersio discerni jussi a Satyro tragoedo Marathonio (Lucian. menipp. 16). Quamquam ap. Athen. de Olynthio histrione tantum verba fiunt ceterisque quos enumerabo locis, ubi de comico actore agitur, patriae nomen non exstat, tamen apparebit, quae e Demosthene et Aeschine de Satyro comico histrione audimus aptissime quadrare in hominem Olynthium. — Iam supra allatum Theodori illud in Satyrum comoedum dictum, quod exstat ap. Plut. d. se ips. XVII „— *ὡς οὐ θαυμαστόν ἐστι τὸ γελᾶν ποιεῖν τοὺς θεατάς, ἀλλὰ τὸ δακρύειν καὶ κλαίειν.*"

Plura Demosthenes de Satyro comoediarum actore tradidit in or. d. f. l. 192 (401)—198. Orator ostendere studet, Aeschinem in legatione peragenda non solum ipsum munus suum male gessisse sed etiam insolentia sua ignominiam in se convertisse maximam. Quem ad finem copiose illustrat, quantam contumeliam

in convivio quodam, ad quod Aeschines ejusque amici a Phaedimi tyranni filio invitati fuissent, mulieri cuidam Olynthiae captivae imposuerint. Quod Demosthenes non extemplo in medium profert sed, ut verbis suis majorem tribuat vim, figura „ἀντίθετον“ usus antea exponit, quali animi magnitudine Satyrus comoediarum actor praestiterit in convivio a Philippo Olyntho capta artificibus, quos ad ludos invitaverat, facto. Philippum, cum coronasset victores, interrogasse Satyrum, cur solus nihil a sese peteret; respondisse histrionem, opus sibi non esse ulla ex iis rebus, quas reliqui petivissent, suum autem desiderium non audere se proferre veritum ne repulsam ferret. Professum esse regem, cuique Satyri preci qualiscunque esset satisfacturum se esse; dixisse histrionem, Pydnae hospitem atque amicum sibi fuisse Apollophanem; quo caede sublato filias a necessariis Olynthi esse depositas, unde urbe expugnata a Macedonibus captae essent; quas, quum viris essent maturae, ut rex e captivitate liberaret sese petere simulque rogare, ut quale praeterea praeberet donum enuntiaret: Quod sibi non assumpturum se esse sed in virginum dotem collaturum. Gavisum de Satyri animi magnitudine Philippum utrumque concessisse. (Idem narratur a Diod. Sic. XVI, 55).

Comparare juvat locum illum quo Aeschines (d. f. leg. 156 [321]) respondet iis, quae Demosthenes l. l. exposuit: „*τὰς δ᾽ ἀνοσίους ταύτας τέχνας, ἃς οὗτος πρὸς τοὺς νέους ἐπαγγέλλεται καὶ κέχρηται νυνὶ κατ᾽ ἐμοῦ, ἆρα μέμνησθε, ὡς ἐπιδακρύσας καὶ τὴν Ἑλλάδα κατοδυράμενος καὶ Σάτυρον τὸν κωμικὸν ὑποκριτὴν προσεπαινέσας, ὅτι ξένους τινὰς αὐτοῦ αἰχμαλώτους σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργίῳ καὶ δεδεμένους παρὰ τὸν πότον ἐξῃτήσατο παρὰ τοῦ Φιλίππου, ταῦθ᾽ ὑποθεὶς ἐπεῖπεν ἐντεινόμενος ταύτην τὴν ὀξεῖαν καὶ ἀνόσιον φωνήν, ὡς δεινὸν εἴη εἰ ὁ μὲν τοὺς Καρίωνας καὶ Ξανθίας ὑποκρινόμενος οὕτως εὐγενὴς καὶ μεγαλόψυχος γένοιτο, ἐγὼ δ᾽ ὁ τῆς μεγίστης πόλεως σύμβουλος, ὁ τοὺς μυρίους Ἀρκάδων νουθετῶν οὐ κατάσχοιμι τὴν ὕβριν . . .*“

Vides, Aeschinem depravare studere inimici verba („— *ξένους τινὰς ἑαυτοῦ αἰχμαλώτους σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργίῳ* —“), quod non fugit Harpocrationem

s. v. „ὅτι ξένους“. Facinus illud praeclarum non est cur cum nonnullis scriptoribus Satyro abjudicemus et in Phocionem conferamus (cf. Suidam s. v. *Φωκίων: „— ὃ δὲ ἐπὶ Σατύρου φησὶν ὁ Δημοσθένης ἕνεκα τῶν Ἀπολλοφάνους θυγατέρων, τοῦτο εἰς Φωκίωνά τινες ἀναφέρουσι, καί φασιν ὅτι λαβὼν αὐτὰς εἰς Ἀθήνας ἤγαγε καὶ ἐξέδωκεν.*“), quia a Plutarcho, Cornelio Nepote, Diogene L. vit. Diog. Cyn. 76, Dione Chrys. orat. 73 Phocioni hoc facinus non tribuitur.

Satyrum nobilioris fuisse histrionum comicorum ordinis, i. e. primarum actorem, e loco illo Demosthenico et Plutarcheo (de se ips. XVII), ubi comparatur cum Theodoro tragico actore, colligendum esse mihi videtur.

Iam revertamur ad locum ex oratione Aeschinea desumptum, quo Satyrus dicitur „*ὁ μὲν τοὺς Καρίωνας καὶ Ξανθίας ὑποκρινόμενος*“, quibus verbis scholiasta ascripsit haec: „*τοὺς Καρ. καὶ Ξανθ.-ἀντὶ τοῦ δούλους· τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν δούλων πρόσωπα εἰσάγεται εἰς τὴν κωμῳδίαν, Ξανθίου καὶ Καρίωνος καὶ ἄλλων τινῶν.*“ *Καρίων* fuisse nomen servile, ex Aristophanis Pluto, Euphrone ap. Athen. IX, p. 377[d], Lucian. Catapl. 12 intelligitur; idem fuisse *Ξανθίας*, Aristophanis Ranae et Vespae docent. Ac singularem quidem dico locum illum Aeschineum, quippe quo certarum personarum partes ab histrione comico actae significentur, id quod nusquam praeter hunc locum, quod equidem sciam, factum est; attamen fieri nequit, ut inhaerentes oratoris verbis statuamus in aetatis Aeschineae comoediis servorum partes proprias fuisse primarum actorum. Vidimus Aeschinem hoc loco uti ratione deformandi; eadem ratione in ipsis his verbis uti mihi videtur, ita ut consilio Satyro ad auctoritatem ejus imminuendam servorum potissimum partes tribuerit, quo magis „*Καρίωνος* et *Ξανθίου*“ partes agenti ipse opponatur „*ὁ τῆς μεγίστης πόλεως σύμβουλος, ὁ τοὺς μυρίους Ἀρκάδων νουθετῶν*“. Quoniam non exstant mediae quae dicitur comoediae fabulae, quales fuerint tum temporis servorum in comoediis partes non constat; si in media comoedia natura earum atque condicio eadem mansit atque in fabulis Aristophaneis, servorum partes primarum actore aeque dignae fuisse mihi videntur atque aliarum personarum partes; in fabulis Aristophaneis partim sunt

inferioris ordinis, velut in Vespis, ubi Xanthias et Sosias cedunt Philocleoni et Bdelycleoni, partim amplioris et gravioris, velut in Ranis et Pluto, ubi equidem non video cur Xanthiae et Carionis partes primarum actori minus conveniant quam Bacchi et Chremyli. Servorum partes in graecis quae exstant comoediis majore quidem numero esse quam in communi vita, nemo non videt, neque negligendum in aliis partibus valere comici histrionis ingenium in aliis tragici. Conferre juvat comoediam Romanam, Terentii Phormionem, cujus primae Phormionis parasiti fuerunt partes (prol. v. 27 et 28). Quae cum ita sint, egisse Satyrum nonnunquam „*Καρίωνος*" et „*Ξανθίου*", i. e. servorum partes nihilo prohibemur credere; cavendum autem puto ne locum illum Aeschineum ita intelligamus, quasi Satyrus semper servorum partes egerit, servorum partes Satyri aetate primarum actorum fuerint propriae; quod cogitari posset, si omnino in media comoedia servorum partes ceterarum personarum partibus praevaluissent; stare autem malo in sententia illa probabiliore, oratorem ratione deformandi usum consilio Satyro tribuisse servorum potissimum partes.

Iam ad reliquos procedo usque ad Alexandri magni obitum comoediarum actores, *Parmenontem, Nausicratem, Aristonem, Phormionem, Lyconem.* Quorum primus quando fere vixerit, ex Aeschinis orat. Tim. 157 (188) intelligitur, loco jam supra laudato, ubi de Timarcho Orator haec profert: „*ὃς εὐπρεπὴς ὢν ἰδεῖν τοσοῦτον ἀπέχει τῶν αἰσχρῶν, ὥςτε πρῴην ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολλυτῷ, καὶ Παρμένοντος τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ εἰπόντος τι πρὸς τὸν χορὸν ἀνάπαιστον ἐν ᾧ ἦν εἶναί τινας πόρνους μεγάλους Τιμαρχώδεις, οὐδεὶς ὑπελάμβανεν εἰς τὸ μειράκιον, ἀλλ' εἰς σὲ πάντες . . .*"

Eundem novit problematum illorum, quae Aristotelis sub nomine exstant, auctor ac significat in probl. XXVII, 3, ubi quaerit, quomodo fiat, ut pars eadem corporis, ea nempe qua sitiamus, resiccetur utrique et metuenti et irascenti; metu sitim posse effici, confirmari militum fugatorum argumento; quos numquam alias tantopere sitire; item, pergit, trepidantes (*ἀγωνιῶντες*) admodum sitire: „*διὸ καὶ διακλύζονται καὶ ἐπιῤῥοφοῦσι, καθάπερ Παρμένων ὁ ὑποκριτής· ἢ τούτοις μὲν οὐκ*

ἔστι δίψος, ἀλλὰ ξηρότης πεφευγότος τοῦ αἵματος, ὅθεν καὶ ὠχροί;" — E voce *„ἀγωνιῶντες"* et e consuetudine illa oris colluendi et sorbendi eruendum esse mihi videtur, vehementi motu Parmenontem egisse fabulas. Qua de causa in dubio relinquendum sit, cogitetne Plutarchus (de aud. poët. III) de Parmenonte histrione, jam supra expositum.

In inscriptione nuper effossa (ap. Koehler. III, p. 246) Parmenontis nomen exstat una cum Lyconis, Nausicratis, aliorum nominibus; ad quemnam annum pertineat titulus, non constat.

. . . . *ων*
Πα(ρ)μένων
Λύκων
Ν(α)υσικ(ράτης)
(Αμ)φιχ(άρης)
. . *ρ* . . . .

Nausicrates comicus histrio item ab Aeschine memoratur, Tim. 98 (119), ubi orator quomodo Timarchus patrimonium suum profuderit illustrat, *„τὴν μὲν γὰρ οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει ἀπέδοθ' οὗτος Ναυσικράτει τῷ κωμικῷ ὑποκριτῇ, ὕστερον δ' αὐτὴν ἐπρίατο παρὰ τοῦ Ναυσικράτους εἴκοσι μνῶν Κλεαίνετος ὁ χοροδιδάσκαλος."*

Ceteri quos nominavi comoedi, Aristo, Phormio, Lyco teste Charete (ap. Athen. XII, p. 538 f.) iisdem nuptiarum sollemnibus ab Alexandro Susis a. 324 factis comicas egerunt fabulas, quibus Thessalus, Athenodorus, Aristocritus tragicas. Aristo et Phormio plane ignoti nobis sunt. Aristonis tragici actoris, qui teste Livio 24, 24 a. 214 in Sicilia versatus est, supra mentionem feci.

Arte sua insignis videtur fuisse *Lyco Scarphensis* (Plut. Alex. 29). Qui, si fides habenda Plutarcho (Alex. 29 et „de Alex. fort." II, 2), mirabili gavisus est Alexandri largitate. Ut cum Thessalo et Athenodoro interfuit nuptiis illis Susanis (a. 324), ita cum iisdem fabulas jam egit festis ab Alexandro Tyri actis (a. 332); ubi, ut priore loco traditur, rex *„τούτῳ δ' εἴς τινα κωμῳδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικὸν γελάσας ἔδωκε δέκα τάλαντα."* Altero loco histrio ipse hunc talentorum numerum a rege petivisse dicitur: *„Λύκωνος δὲ τοῦ Σκαρφέως εὐημεροῦντος ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ στίχον εἰς τὴν κωμῳδίαν*

ἐμβαλόντος αἴτησιν παρέχοντα δέκα ταλάντων, γελάσας ἔδωκεν.“ Parmenontis et Nausicratis aequalem eum fuisse, titulus quoque ille docet modo laudatus.

Ut Callippides et Nicostratus tragoediarum ita Lyco comoediarum actione egregius significatur a Philodemo loco supra laudato, rhet. p. 32.

Ad eundem pertinere videntur Antiphanis fabula „Λύκων“, ab Athenaeo VII, p. 299ᵉ memorata, et hoc Phalaeci epigramma (Brunck. anal. vet. poët. graec. I, p. 421):

„Τοῦτ' ἐγὼ τὸ περισσὸν εἰκόνισμα,
τοῦ κωμῳδογέλωτος εἰς θρίαμβον,
κισσῷ καὶ στεφάνοισιν ἀμπυκασθὲν,
ἔστασ', ὄφρα Λύκωνι σᾶμ' ἐπείη·
ὅσσα γὰρ κατέπραξε λαμπρὸς ἀνὴρ,
μνᾶμα τοῦ χαρίεντος ἔν τε λέσχᾳ
ἔν τ' οἴνῳ τόδε κὴπὶ τοῖς ἔπειτα
ἄγκειται, παράδειγμα τᾶς ὀπωπᾶς.“

E. LANGE:

QUID CUM DE INGENIO ET LITTERIS TUM DE POETIS GRAECORUM CICERO SENSERIT.

Quamquam paene innumerabiles videntur libri, quibus et priorum temporum et nostrae aetatis viri docti, quid de Ciceronis auctoritate et sententiis judicandum esset, in omnes fere partes accuratissime disputaverunt, tamen in eam rem, quam hoc libello tractaturus sum, nemo adhuc, quantum scio, ita quidem, ut mihi propositum est, diligentius inquisivit. Nam Drumannus quoque, etsi in notissimo illo libro[1]) de Ciceronis vita moribusque et studiis uberrime disseruit, pauca tantum attulit ad ejus de Graecorum ingenio et litteris judicium illustrandum. Praeterea autem, ut libros, quibus in universum aut de Cicerone aut de Romanorum litteris agitur, omittam, haec maxime scripta, quamquam non ad ipsam rem propositam spectant, nonnulla tamen memoria digna mihi praebuerunt:

van Heusde, Cicero φιλοπλάτων

Deuerling, Ciceros Bedeutung für die römische Litteratur

V. Clavel, de Cicerone Graecorum interprete;

quibus libris addendum est opusculum illud Petri van der Chys in annalibus academiae Gandavensis annorum h. s. XXIV. et XXV. in lucem editum, quo Ciceronis de Graecis judicia in quaestionem vocantur.[2]) De quo libello, cum propius, quam ceteri, quorum mentionem feci, ad meum consilium accedat, paucis liceat disserere. Ac primum quidem P. v. d. Chys permulta profert, quae ab hac quaestione prorsus aliena sunt et

---

[1]) Geschichte Roms Bd. 5 u. 6.

[2]) Ut accuratius hujus libelli argumentum cognoscatur, haud inutile videtur integrum titulum proferre.

P. O. van der Chys responsio ad quaestionem ab ordine philosophorum in Academia Gandavensi propositam:

Quaeritur, ut ex operibus Ciceronis non tantum omnia illa loca deinceps seligantur, quibus ipse quascumque tandem ob caussas aut aeque aut inique de Graecis judicasse censendus sit, verum etiam, ut illa judicii sive aequitas sive iniquitas argumentorum rationibus probetur.

plura etiam omittit, de quibus mihi accurate agendum erit: ita enim ex quaestione proposita rem instituit, ut omnes tractaret locos, quibus universe de Graecis sermo est, prorsus omitteret eos, ubi Cicero de singulis hujus populi viris judicat. Accedit, quod ratio disputandi ac judicandi illi probata minime mihi placet. Nam cum, ut plerique ante nostram aetatem, in eorum sit numero, qui ingenti oratoris Ciceronis admiratione commoti omnia paene in eo, si minus laudari possunt, certe ita defendenda et interpretanda esse arbitrantur, ut gloriae ejus quam minima detrahatur particula, multo lenius de iis locis judicat, ubi Ciceronem inique de Graecis disputasse negari non potest: dicit enim haud semel solam fere iniquitatis caussam fuisse illius nimium et paene caecum patriae amorem, quamquam, qui nunc sine ira et studio judicare vult, facere non poterit, quin concedat saepissime Ciceronem — ut hoc loco alias caussas omittam — ex consulto falsas dixisse sententias, ut superbiae Romanorum, quippe quorum favoris cupidissimus esset, blandiretur. Sane illum hoc non intellexisse vix mirum videtur, quoniam tanta in eo est Ciceronis admiratio, ut pag. 4 eum eximium philosophum appellare non dubitet et pag. 5 Crassi verbis (d. or. 1, 195) leviter mutatis ita dicere audeat: „Bibliothecas mehercule plurimorum librorum, recentiorum inprimis una mihi videntur Ciceronis opera et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare." Praeterea in judiciis Ciceronis examinandis fere prorsus id attendere neglexit, quod interdum haud levis momenti esse videbimus, utrum ipse Cicero sententiam aliquam proferret an alium hanc dicentem induceret. Quae cum ita sint, facile intellegitur, Petri v. d. Chys libellum non magno mihi fuisse usui. Atque cum alius, cujus argumento major cum meo intercedat similitudo, quod sciam, non exstet, operae pretium videtur, quid cum de ingenio et litteris, tum de poetis Graecorum Cicero senserit, ita exponere, ut etiam ea, quae de Latinis litteris protulit, quantum opus videtur, respiciam: quam quaestionem ad ingenium moresque et ad scripta Ciceronis recte aestimanda non prorsus inutilem esse futuram mihi persuasum est.[3])

[3]) Notandum videtur omnes Ciceronis locos ex editione altera Orellii a C. Halmio et G. Baitero ad finem perducta ita me prolaturum, ut paragraphos (non capita) singulorum librorum indicem.

Priusquam autem ad ipsam rem accedamus, aptum videtur quam brevissime nonnulla in universum disputare, quibus, quam rationem ac viam ad singula Ciceronis judicia ex singulorum locorum natura ac conditione aeque ac juste ponderanda ineundam esse putem, demonstretur. Ac primum quidem nemo, opinor, dubitabit concedere quas in epistulis Cicero proferat sententias maximam quidem partem digniores esse, quibus fidem habeamus, quam quae in libris rhetoricis et philosophis inveniantur, eas autem, quae in orationibus exstent, cum per se nullam fere auctoritatem habeant, parvi tantum esse momenti. Plerasque enim epistulas non eo consilio Cicero conscripsit, ut in publicum prodirent, easque potissimum, quae ad nostram quaestionem majoris momenti sunt, ad homines, quibuscum artissimis aut familiae aut amicitiae vinculis conjunctus erat, ut ad Quintum fratrem et Atticum dedit, quos cur veram suam de his rebus sententiam celavisse putandus sit, probabilis caussa inveniri non potest. Longe autem aliter judicandum est de libris rhetoricis et philosophis. Quamquam enim ne in his quidem ita ad populi judicium verba ei accommodanda erant, ut in orationibus, tamen, qui vel strictim illos libros perlegerit, intellecturum puto Ciceronem, ut erat hominum assensus cupidissimus, saepissime aliter, ac sentiebat, judicasse, ne superbam opinionem civium suorum, qui Graecos eorumque litteras aut parvi aestimabant aut prorsus despiciebant, laederet atque offenderet. Atque ad hanc caussam, qua monemur, ne omnibus sententiis de litterarum Graecarum dignitate et indole in his libris prolatis fidem habeamus, accedit alia ac ne haec quidem levis momenti, quod Cicero Platonem secutus — quamquam ejus artem aequare minime potuit — magnam illorum librorum partem in dialogorum formam redegit: quamobrem ne de Ciceronis ipsius sententia per errorem judicemus, saepe hoc quoque quaerendum est, quo tempore et a quibus in singulis libris hominibus disputatio habita esse fingatur. Nam etsi dubitari non potest, quin haud raro prioris maxime temporis homines, ut Scipionem, Laelium, Crassum, Antonium, talia disputantes induxerit, qualia et in personam, quam iidem aliis locis apud Ciceronem ipsum agunt, non quadrant et non solum ex ea aetate, qua erant, sed etiam ex indole et moribus illorum memoriae traditis ab iis

proferri potuisse haud credibile est[4]), tamen hoc quoque per se intellegitur non modo non omnes, qui disputationi alicui intersunt, Ciceronis sustentare posse sententiam, sed etiam eos, qui in universum ita inducti sunt, ut hoc facerent — ut in libris de oratore Crassus — tamen nonnulla non tam ex Ciceronis, quam ex sua ipsorum opinione proférre. Fortasse autem hac quoque re interdum permotus est, ut alios sermonis instituti partes suscipientes induceret, quia ita, cum a veritàte non recederet, superbiae ac vanitati Romanorum indulgere poterat. Ut autem jam ad eos progrediamur dialogos, in quibus Cicero ipse partem disputandi sibi sumpsit, per se apparet ea, quae ipse dicit, ad hanc quaestionem multo maximi esse momenti. Neque vero, quae ceteri proferunt, prorsus neglegenda videntur, cum saepius loci alicujus conditio atque universus sententiarum conexus nobis persuadeant, Ciceronem cum aliis de caussis, tum ne nimius sui ipsius videretur laudator, alios ea exponentes fecisse, quae ipse sentiebat.[5]) — Quae cum ita sint, facillime intellegitur permultos librorum rhetoricorum et philosophorum locos, antequam iis ad quaestionem dijudicandam uti liceat, eo consilio examinandos esse, ut, quantum fidei ex rerum conditione iis habendum sit, perspiciamus, quamquam minime negaverim nos ne ita quidem semper ad prorsus certum de vera Ciceronis sententia judicium esse perventuros. — Denique etiam illud, opinor, interdum spectandum erit, quo tempore Cicero singulos libros conscripserit, nam etsi omnes, qui ad hanc rem majorem habent vim, posterioribus aetatis annis ille edidit, tamen, si quid video, in iis, qui supremis vitae temporibus i. e. post pugnam Pharsalicam prodierunt, paullo sincerius et aequius de litteris Graecorum judicat, quam in prioribus libris. Quod cur miremur, nihil est. Nam illis temporibus jam longius in tractandis litteris profecerat easque tum magis, quam antea, solas idoneas existimavit, quae sibi consolationem afferrent.

Iam expositis, quae opus videbantur; ut, quam rationem in

---

[4]) cf. ad Att. 13, 19, 5: Haec Academica, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram. Sane in personas non cadebant; erant enim λογικώτερα, quam ut illi de iis somniasse unquam viderentur.

[5]) cf. de legg. 1, 5 sqq.; ibid. 1, 57; ibid. 3, 14 fin., de quibus locis infra erit disputandum.

universum ad rem propositam recte dijudicandam sequendam esse putarem, intellegeretur, ad ipsam quaestionem progredior. Quam ita instituere in animo est, ut priore parte, et quid in universum de ingenio et litteris Graecorum, praesertim si cum Romanis conferantur, Cicero senserit, exponam et ejus de singulis litterarum generibus praeter poesim judicium leviter attingam, posteriore, quid de poetis Graecis judicaverit, omnibus locis, quos ad hanc rem pertinere puto, allatis illustrem.

Primum igitur quaerendum est, quid de ingenio Graecorum Cicero proferat. Sunt autem loci, ubi pro certo affirmet eos hac re a Romanis esse superatos; sunt alii, ubi illos his aut pares esse aut nonnullis quidem rebus etiam praestare ei persuasum fuisse, quamquam vix semel aperte profitetur, tamen ex sententiarum conexu conicere liceat. Ut autem jam ad singula veniamus, omissis iis, quae iterum atque iterum de animorum Graecorum levitate disputat — nam haec ad mores magis, quam ad ingenium pertinent — primum ii loci examinandi sunt, quibus aut simpliciter aut dubitanter Romanorum ingeniis primas tribuit. Qua in re proficiscendum videtur a notissimo illo loco in prooemio primi Tusculanarum libri (Tusc. 1, 1 sqq.), quamquam in illo tractando nonnulla proferenda sunt, quae magis ad posteriorem partem pertinent. Extremis igitur paragraphi primae verbis Cicero aperte dicit, si qua in re Romani non satis pares videantur Graecis, hoc eo factum esse, quod nollent, non quia ingeniis inferiores non possent eos aequare. Quam sententiam a nostrae aetatis virorum doctorum judicio sane valde abhorrentem cum in iis, quae sequuntur argumentis probare studeat, ita res tractanda videtur, ut primum has ipsas in caussas paullo diligentius inquiramus, tum et ex hujus ipsius loci natura atque conditione et ex aliis locis dijudicare conemur, utrum Cicero hoc loco ex animi sententia locutus esse an consulto a veritate recessisse videatur. Atque tali argumentatione usus est (§ 3), quasi fieri non posset, ut Romani, si modo tanta, quantam dicit, in iis fuit litterarum indoles, etiam priusquam ad eos Graecae litterae permanarent, ex sui ipsorum ingenii viribus magna conderent in omni litterarum genere opera. Neglexit et hic et alias rem, ut ita dicam, primariam, de qua, quamquam minus arte cum quaestione dijudicanda cohaeret, pauca liceat addere:

nihili enim fecit id, quod nunc quidem viri docti ad ingenia singularum gentium recte aestimanda merito summi momenti esse putant, litteras Graecas quasi ex ipsa hujus populi natura et indole natas, Romanas fere totas aut a Graecis translatas aut certe ad eorum praecepta et exempla formatas esse: quam rem ceteri quoque veteres scriptores minoris fecisse videntur, quam debuerunt. Ac si quis dicat me in hac re injuste de Cicerone judicare, cum is ipso hoc loco, de quo sermo est, de initiis genuinae et domesticae poesis Romanae nonnulla proferat, errat sine dubio. Ex toto enim sententiarum conexu facile est ad intellegendum hanc solam ob caussam locum illum Originum a Cicerone allatum esse, ne veritatem nimis neglexisse videretur. At cum id efficere vellet valde sero Latinas litteras esse exortas, brevissime de earum primordiis dixit. Quamquam ne illa quidem, etiamsi Cicero prorsus recte judicasset, satis magna esset caussa, cur litterae Latinae tanto inferiores essent Graecis, nam propemodo duo saecula praeterierant, ex quo Livius Andronicus has Romam transtulerat. Quod ipse Cicero sensisse videtur, nam alteram affert caussam (§ 3 fin. §§ 4 et 5), quod Romae parum honoris sit habitum poetis. Sed ne haec quidem magni momenti est. Quamquam enim vix dubitari potest, quin honores in poetas et viros doctos collati aliquid valeant ad studia eorum augenda, tamen monendum est et Romanos, si magna in iis fuisset litterarum indoles, majore sine dubio honore illos affecturos fuisse et poetas vere ingeniosos, etiamsi minoris aestimentur, tamen hac re non impediri, quominus ad summum artis perveniant gradum. Quam rem possum permultis probare exemplis, sed per se satis certa videtur. Jam vero demonstrasse mihi videor nullius fere momenti esse argumenta, quibus judicium suum Cicero probare studeat. Priusquam autem illud alterum quaeramus, utrum hoc loco ita dixisse videatur, ut sentiebat, necne, alter locus proferendus est, quo multo brevius plane idem contendere audet. Nam postquam de summo dicendi studio Romae auditis Graecorum oratoribus cognitisque eorum litteris exorto disputavit, d. or. 1, 15 haec dicit: „Ingenia vero (ut multis rebus possumus judicare) nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt." Quem locum si quis solum respiciat, nihil habeat, cur dubitet, quin Ciceroni

de populi Romani ingeniorum praestantia plane persuasum fuerit. Neque enim satis ei visum est hoc dilucidis verbis dicere, sed auxit sententiae vim, cum affirmaret *multis* rebus posse judicari ingenia Romanorum *multum* praestitisse. Ne vero in errorem incidamus, primum hoc considerandum est libros de oratore ante omnia reliqua opera ad eloquentiam et ad philosophiam spectantia jam anno a. Chr. n. 55 a Cicerone esse compositos.[6]) Facile igitur potest putari eum et illo tempore, quo nondum ita diligenter in Graecorum litteris erat versatus, minus quam postea harum virtutem ac dignitatem novisse et quia usque ad illam aetatem solo oratoris munere functus verba accommodare audientium auribus assueverat, facilius etiam, quam postero tempore, a veritate recessisse. Equidem vero puto hac caussa secundo loco prolata fere sola commotum eum esse, ut ita judicaret, nam permultis ex locis luculentissime perspici potest et Ciceronem nunquam veritum esse contra veritatem dicere, quoties hoc utilius ei videretur, et plerosque Romanos etiam tum „ineptos Graeculos" eorumque litteras satis despexisse, quamquam doctrina illa externa jam longe manaverat. Qui Graecarum litterarum contemptus qualis et quantus fuerit, primum apparet ex crebris illis locis, ubi Cicero injuste se vituperari, quod tantum studium cum litteris tum philosophiae Graecorum tribuat, ita ostendere studet, ut concedat tum sane reprehensione se dignum fore, si his studiis prohibitus esset, ne reipublicae operam daret. Velut „Hortensium" hoc consilio ab eo conscriptum esse constat, ut studia philosophiae contra ejus, a quo liber inscribitur, impetus defenderet. Initio autem primi de finibus bonorum et malorum libri, ubi illum libellum memorat, hanc defensionem renovat, simul autem, ut vere Romanum se praestet, occasione oblata utitur, ut facetum illum Lucilii locum de Albucio plane Graeco valde sibi probari dicat[7]), quamquam ipse non dubitat ad Atticum scribere (1, 15, 1) „quoniam — praeter ceteros φιλέλληνες et sumus et habemur" et (10, 1, 2) „Ego vero Solonis, popularis tui, — ut puto etiam mei — legem neglegam." Per-

[6]) cf. ad Att. 4, 13, 2 — quae epistula hoc anno scripta est — „De libris oratoriis factum est a me diligenter."

[7]) cf. de fin. 1, 9.

multos autem alienos fuisse a Graeca doctrina apparet ex iis, quae Ac. pr. 2, 5 — 7 proferuntur, inprimis ex verbis § 5 „Sunt enim multi, qui omnino Graecas non ament litteras," et ex eo, quod, ut studia sua tueatur, ad Catonis et Scipionis exemplum provocat, ut saepissime, qua erat infirmitate animi, in talibus rebus clarorum pristinae aetatis hominum auctoritate nititur. Notabiliora etiam sunt haec verba (or. 132) „Uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses; uterer alienis, vel Latinis, si ulla reperirem, vel Graecis, si deceret." Nam P. v. d. Chys errasse mihi videtur, cum in libello suo pag. 30 ita de hoc loco disserit: „Quare autem non decuit? Credo, quia longas e Graecis oratoribus periodos in libro Latino Graece afferre ab ejus temporis consuetudine abhorrebat. Versus quidem Graecos interponebant, item breviores sententias, ut in epistulis ad Atticum, sed illud numquam a Romano videmus usurpatum esse. Dicat aliquis Ciceronem exempla quaedam ex iis orationibus Latine reddere potuisse; sed de eo ne cogitasse quidem videtur, si quidem ardens oratio, quam memorat, vel optima versione expressa, necessario restinguitur et de vi sua tantum amittit, ut exemplo quidem inservire nequeat." Atque equidem puto ita Ciceronem intellegi voluisse verba sua: „Timeo, ne Graecis exemplis superbiam Romanorum laedam", quamquam concedo alias eum talia proferre non dubitasse. Nam contra P. v. d. Chys sententiam hoc maxime monendum est Ciceronem saepius docere, quam bene Graecos libros non ad verbum, sed ad sensum ita vertere sciat, ut pristinam vim verba retineant.[8]) Ac si recte judico, ex iis quoque, quae in multis dialogis prioris temporis homines loquentes facit, suspicari licet, quam vehementer etiam Ciceronis temporibus multi Romani Graecis litteris se opposuerint. Ac dignissimi memoria videntur complures loci, e quibus intellegitur, quid Crassus et Antonius, longe optimi, si Ciceroni

[8]) cf. d. opt. g. or. 14: „Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias Aeschini et Demostheni; nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis; in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere."

credimus, prioris temporis oratores, de Graecarum litterarum studiis senserint. Primum enim ipso initio secundi de oratore libri Cicero Quinto fratri in memoriam revocat magnam ipsis pueris fuisse opinionem L. Crassum non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset, M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse, quia, ut postea docet, (d. or. 2, 4) „Fuit hoc in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quam illa despicere et nostrorum hominum in omni genere prudentiam Graecis anteferre; Antonius autem probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse nunquam putaretur; atque ita se uterque graviorem fore, si alter contemnere, alter ne nosse quidem Graecos videretur." Quibus cum verbis plane congruunt, quae ibid. 153 Antonium disserentem inducit: quamquam opus sit Graecas litteras attingere, tamen imprudentis esse hoc confiteri. Ejusdem autem generis sunt Crassi sententia (d. or. 1, 195), ex qua unus XII tabularum libellus praeferendus est bibliothecis omnium philosophorum, et ejusdem verba (d. or. 2, 21) „Saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt." Quem in modum etsi facile concedo Ciceronis temporibus paucos judicasse ex iis, qui ampliore loco nati et litteris imbuti erant, tamen rarius, opinor, Cicero haec et talia proferentes induxisset, nisi „doctrina aliunde petita" permultis fuisset odio. Atque idem eo probatur, quod saepius in libris rhetoricis et philosophis Graeci vel Graeculi inepti vocantur[9]) — Denique quam aliam ob caussam in actionis Verrinae secundae oratione IV. ita, ut fecit, de optimis Graecorum artificum operibus et de miro hujus populi talium rerum amore dixisse eum putemus, quam quia judices illa opera nihili aestimare ei persuasum erat? — Sed haec hactenus. Iam id quaerendum est, quid re vera de Graecorum ingenio senserit: qua de re, ut quid in universum dicendum putem, jam nunc indicem, ita fere judico. Persuasum mihi est ei in universum Graecos Romanosque comparanti hos

[9]) d. or. 1, 47; ib. 102; ib. 221; Tusc. 1, 86 cf. d. or. 2, 16—20, ubi falso contenditur Graecis deesse verbum Latino „ineptus" respondens, cum habeant ἄκαιρος.

illis praestare visos esse, praesertim cum eas animi atque ingenii facultates, quae cum ad usum, tum ad rempublicam spectant, majoris, ut erat homo Romanus, faceret, quam quae ad artes litterasque et ad rerum cognitionem usui sunt.[10]) Omnibus autem in rebus ingenia Romanorum Graecis praeferenda esse eum vere putasse nego, quamquam interdum nimia sui opinione ad hanc sententiam eum perductum esse credibile est. Ita rem se habere, ut omittam, quae or. 132 sine dubio non ex animi sententia de se ipso disseruit: „Nulla me ingenii, sed magna vis animi inflammat" luculenter probant haud pauci loci, quibus ingenia Graecorum magnis laudibus effert. Velut d. or. 1, 22 hos non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundare dicit et ibid. 3, 57 Crassum homines excellentissimis ingeniis ac paullo post doctissimos homines otio nimio et ingeniis uberrimis affluentes eos appellantem inducit. Hi duo loci ad Ciceronis Graecos laudandi rationem illustrandam aptissimi sunt. Ipsis enim laudibus otii Graecorum mentionem ita inseruit, ut tacite indicaret, hoc maxime facultatem praebuisse Graecis ad litterarum studia excolenda, cum Romani omnem operam ad rempublicam semper conferrent. Praeterea ea quoque re Graecorum in litteris praestantiam occulte concedere videtur, quod iterum atque iterum cum Romanis quoque opus esse Graecas litteras, tum se ipsum his maxime ad virtutem oratoriam consequendam adjutum esse diserte profitetur. Quod cum affirmare non dubitaret, si simpliciter integreque rem considerasset, ad hanc certe opinionem perductus esset — a qua interdum haud longe eum afuisse suspicari licet — litteras Graecas, praesertim cum permulti eas opprimere studerent, non tantam vim atque auctoritatem Romae assequi potuisse, nisi e gente valde ceteris litterarum indole praestante manassent. Atque ut ex locis huc pertinentibus nonnullos proferam, ad Q. fr. 1, 1, 27 Graecos — quamquam enim de iis proprie sermo est, qui Asiam provinciam tum a Quinto Cicerone administratam tenebant, tamen tota loci natura probatur ei omnes Graecos ob oculos versatos esse — appellat id genus hominum „non modo in quo ipso sit, sed

[10]) cf. quae Drumannus l. l. VI, p. 526 de singularum litterarum ex nostri sententia loco ac dignitate disserit.

etiam a quo ad alios pervenisse putetur humanitas" et ibid. 28 pergit: „Non enim me hoc jam dicere pudebit nos ea, quae consecuti sumus, iis studiis et artibus esse adeptos, quae sint nobis Graeciae monumentis et litteris traditae." Sed dixerit quispiam non sine quadam veri specie haec verba per se non multum valere ad probandum, quod affirmaveram, nam hoc loco id maxime agentem eum videri Graecos laudasse, ut fratrem, cujus iracundiam a plerisque vituperari audiverat [11]), ad majorem converteret lenitatem: id quod ipse modo ita concessi, ut conicerem magis Graeciae ipsius, quam illos Asiae incolas [12]) hoc loco eum in animo habuisse. Atque exstant alii loci, quibus in eundem fere modum disserit. Ut Brut. 167 affirmat C. Titium eo progressum esse, quo posset Latinus orator sine Graecis litteris et sine multo usu pervenire. Simillime autem Crassus d. or. 3, 135 ita loquitur: „Quid enim M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam defuit?" Huc autem accedit res maximi momenti, de qua infra uberius erit disputandum, eam dico, quod cum ceteris epistulis, tum iis, quas ad Quintum fratrem et ad Atticum dedit, permulta Graeca et enuntiata et verba et versus inseruit, cum contra Latini versus, quibus in ceteris libris saepissime usus est, hic rarius certe inveniantur, quam Graeci. Atque eodem pertinet, quod saepius, quantum Graeciae et maxime quidem Athenarum amorem atque admirationem conceperit, aperte profitetur. [13]) — Cicero igitur, ut jam brevissime sententiam meam de hac re complectar, nusquam apertis verbis dixit sibi de Graeci ingenii in litteris praestantia persuasum esse, sed ita de his loquitur tantumque ad eas contulit studium, ut illam, si non prorsus perspexerat, tamen sensisse videatur. Vere autem rem ita se habere infra accuratius ita demonstrabo, ut quales saepe caussae ad judiciorum suorum formam ac rationem multum valuisse videantur, melius possit perspici.

Jam enim, ut erat propositum, quid de Graecorum ad singula praeter poeticam litterarum genera indole senserit, ita adum-

[11]) cf. ad Q. fr. 1, 1, 37; ibid. 20 et 21.

[12]) Quos quam parvi aestimaverit, ut alia omittam, intellegitur ex ejusdem epistulae § 16.

[13]) cf. off. 1, 1; ibid. 3, 6; Brut. 332; d. fin. 5, 1—6; ad Att. 6, 1, 26.

brandum est, ut ad ea quoque spectemus, quae de Romanorum in iisdem rebus virtute protulit.

Priusquam autem ad ipsa doctrinae genera veniamus, aliam rem tractare licebit, quae arta quadam conjunctione cum illis cohaereat et ad Ciceronis de Graecis judicandi rationem illustrandam videatur aptissima. Eos dico locos, quibus linguarum Graecae et Latinae verborum copiam inter se comparat. Ac si quis ex majore locorum numero Ciceronis de hac re sententiam colligendam esse putet, facere non possit, quin dicat illum paternae linguae priorem locum tribuisse. Saepius enim apertis verbis impugnat sententiam contrariam, quam Romanorum quoque permultos professos esse ex ipsis ejus verbis colligi potest. Ac non solum universam linguam Latinam verborum copia aut praestare aut certe parem esse Graecae contendit, sed etiam haud semel exemplis hoc probare studet. At ut omittam haec fere omnia falso eum protulisse, minutiarum quoque studiosum his locis se praebet. Ac primum quidem apertissime illum in modum disputat duobus locis: d. fin. 1, 10 enim ita dicere audet: „Sed ita sentio et saepe disserui Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam" et ibid. 3, 5 simillime hoc modo disserit: „Quoniam saepe diximus et quidem cum aliqua querella non Graecorum modo, sed eorum etiam, qui se Graecos magis quam nostros haberi volunt, nos non modo non vinci a Graecis verborum copia, sed esse in ea etiam superiores." At quae posteriore loco proxime sequuntur satis probant gravissimam caussam, qua Cicero commoveretur, ut talem proferret sententiam, nimiam sui ipsius fuisse opinionem, qua in quot quantosque errores perductus sit, infra planius intellegetur. Nam cum dicat se id agere, ut libris suis de philosophia conscriptis hanc linguae Latinae praestantiam probet, sine dubio significare vult ante se hanc verborum Latinorum copiam non fuisse. Quo accedit, quod nusquam, quod sciam, priorum temporum homines de hac re disserentes facit et quod d. deor. nat. 1, 8 haec leguntur: „Complures enim Graecis institutionibus eruditi ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quae a Graecis accepissent, Latine dici posse diffiderent. Quo in genere tantum profecisse videmur,

ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur." Quibus verbis apertius, quam altero illo loco, Cicero profitetur sua opera factum esse, ut lingua Latina ne Graecae quidem cederet. Neque ita valde mirandum est Ciceronem, ut erat sui ipsius amantissimus, in hunc incidisse errorem, cum ne nos quidem negare possimus eum de augenda et excolenda Romanorum oratione optime meritum esse, quamquam Drumannus rectissime monet[14]) — id quod Cicero ipse quodammodo concedit[15]) — eum maxime Graecarum litterarum studiis hoc assecutum esse. Minoris autem momenti sunt ii loci supra brevissime commemorati, quibus vocem aliquam apud Romanos exstantem aut prorsus desiderari in lingua Graeca aut certe non satis aptam esse ad rem significandam probare studet. Sufficiet, opinor, nonnullos hujusmodi locos ad Ciceronis rationem illustrandam protulisse neque videtur opus esse uberius de singulis disputare; nam etiamsi interdum Graecorum voces minus aptae sint, hoc ad universam rem nihil fere valet. Sunt igitur hi maxime loci: Tusc. 3, 10; 11; 23; d. div. 1, 1; ad fam. 9, 24, 3. — Ceterum magnus quoque numerus vocum ex Graeco sermone a Cicerone ipso repetitarum argumento est, quam non recte de hac re judicaverit; velut paullo post illum locum supra allatum (d. fin. 3, 5) in ejusdem libri § 15 complures voces plane Graecas adhibuit. Atque unus quidem est locus, ubi non vereatur profiteri Latinam linguam, quamvis magnam ad eam augendam atque exornandam operam ipse contulerit, tamen copia verborum non parem esse Graecae, cum dicat (Tusc. 2, 35): „Graeci illi, quorum copiosior est lingua, quam nostra." Tamen facile credi potest interdum ei, ut ipsius verbis (ad Att. 13, 13, 1) utar, „communi φιλαυτίᾳ decepto" fuisse persuasum suis studiis et laboribus effectum esse, ut Romani Graecis, si minus praestarent, certe non cederent copia verborum. Neque enim considerasse videtur nullius opera ejusmodi res posse perfici, nisi quasi semina et initia hujus rei ipsa praeberet natura. Sed non ita firmam fuisse illam opinionem satis eo videtur probari, quod in epistulis ad Quintum fratrem et ad Atticum datis nus-

---

[14]) cf. l. l. V, pagg. 222, ibid. 226.
[15]) cf. ad Q. fr. 1, 1, 27 et 28.

quam de linguae Latinae praestantia disputat. Ac si quis putet eum hanc ob rem talia in his epistulis non protulisse, quod sciret Atticum linguae et litterarum Graecarum esse amantissimum, si quid video, erret, nam neque adeo Graecus factus erat Atticus, ut Latina contemneret[16]), et Cicero non solum alias res ad eum scripsit, quas hunc moleste tulisse suspicari licet[17]), sed etiam Graecos occasione oblata in his epistulis derisit[18]).

Sed jam satis superque, quid de linguis Graeca et Latina Cicero sentiret, exposuisse mihi videor. Progrediendum igitur est ad ipsa doctrinae genera atque ita res tractanda, ut eos maxime locos cum de universa Graecorum ad philosophiam, eloquentiam, historiam indole, tum de iis Graecis, qui quasi auctores et principes singulorum generum exstiterunt, proferam, ubi quodammodo Graecorum et Romanorum comparationem instituisse videtur.

Atque ut initium faciamus a nonnullis de philosophiae virtute ac dignitate locis, satis difficile est accuratius perspicere, quae vera Ciceronis fuerit opinio, cum de hac quoque re aliis locis aliter judicet. Hoc autem optime, si quid video, Drumannus affirmat[19]) ei, ut erat Romanus, multo majore gloria dignum esse visum, qui vel bello vel pace publicis muneribus functus vel orationibus habendis civibus utilem se praestaret, quam qui totum litteris ac philosophiae tractandis excolendisque se daret, eumque initio quidem hanc solam ob caussam ad philosophiae studia accessisse, quod ita ad majorem eloquentiae vim se progressurum ei persuasum esset; quin etiam supremis vitae annis eum non tam simplici veritatis desiderio incensum, quam quia, postquam omni spe magnum aliquid in republica agendi orbatus est, ex illa maxime se solatium petere posse

---

[16]) in eos, qui hoc fecerunt, saepius vehementer invehitur Cicero cf. d. fin. 1, 4 et 5; ibid. 10 in.

[17]) cf. ad. Att. 2, 1, 1, ubi opus suum de consulatu suo conscriptum praestare dicit illi, quod de eadem re Atticus composuerat.

[18]) cf. ad. Att. 6, 1, 15: Graeci vero exultant, quod peregrinis judicibus utuntur. Nugatoribus quidem, inquies. Quid refert? Tamen se αὐτονομίαν adeptos putant.

[19]) cf. locum jam supra allatum l. l. VI, 526; ibid. 650.

putaret, magis magisque his studiis se dedisse. Adde quod, etsi his extremis maxime vitae annis non dubitavit summis laudibus dignitatem ac virtutem philosophiae efferre[20]), tamen etiam ea re hominem Romanum se praebuit, quod fere solas eas tractavit philosophiae partes, quae quodammodo ad vitam moresque hominum spectare aut, ut dialectica, oratori opus esse videbantur[21]). Reliquae quantum non ei cordi fuerint, ex or. 118 satis perspicitur: quamquam enim hoc loco non veretur postulare, ut eloquens ille, quem sibi fingit, „habeat omnes philosophiae notos ac tractatos locos", tamen in his enumerandis nullos profert, nisi qui ad partes illas modo significatas pertinent[22]). Illud vero facile concedo Ciceronem, qua erat ingenii alacritate, posterioribus vitae annis studio philosophiae omnes, qui ante eum fuerunt, Romanos superasse et id certe effecisse, ut haec studia, quae usque ad hoc tempus Romae valde jacuerant, multo jam majoris aestimarentur: primus enim, si ei fidem habemus, res ad philosophiam spectantes elegantia quadam Latino sermone tractavit.

Sed jam paucis quaerendum est, quid de Graeca philosophia eorumque principibus senserit. Qua de re si quis accuratius agere sibi proposuerit, facere non possit, quin antea diligentissime perpendat — qua in re viri docti multam jam operam collocaverunt — quos libros antiquiorum Graeciae philosophorum Cicero ipse legisse et quas sententias ex posteriorum auctoritate temere prioribus illis tribuisse videatur. Sed cum haec quaestio non solum plus spatii postulet, quam mihi datum est, sed etiam tot tantaque studia, quanta me nunc quidem praestare posse nego, satis erit primum ex doctissimorum hominum sententiis monuisse Ciceronem ex operibus duorum illorum, quos saepissime laudat, philosophorum, Platonis et Aristotelis, ea fere sola accuratius novisse, quae non ita remota sunt a communi sensu ac judicio vel, ut accuratius dicam, ea, quae ad rempublicam vitamque humanam vel ad rationem disserendi et ad eloquentiam

[20]) cf., ut alios locos omittam, Tusc. 5, 5 et 6.

[21]) Ad theoreticam, quam dicunt, philosophiam sola Academica spectant, quibus de cognitionis rationibus agitur.

[22]) cf. praeterea Parad. § 2 et Tusc. 4, 82.

pertinent. Accedit, quod tanti fecit copiam ac venustatem dicendi, ut etiam in libris philosophis aestimandis plus saepe, quam par est, huic rei tribueret. Quae cum ita essent, fieri non poterat, quin propriam singulorum philosophiae Graecae principum vim ac gravitatem parum intellegeret, laudes autem, quas in eos contulit, nimis in universum diceret. Atque de fin. 1, 1 dicit: „Quae summis ingeniis exquisitaque doctrina philosophi Graeco sermone tractavissent"; ibid. 7 Platonem et Aristotelem nominat „divina illa ingenia", sed eodem modo Ac. pr. 2, 72 Anaxagorae „maximam et gravitatis et ingenii gloriam" tribuit et ibid. 73 de Democrito ita loquitur: „Quem cum eo conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi?" Platonem autem, ut jam dixi, iterum atque iterum summis laudibus effert. Cujus quanta fuerit in eo admiratio, ex nullo fere loco melius perspici potest, quam ex Tusc. 1, 39, ubi auditorem illum, quocum se disputare fingit, notissima illa verba, quae paene in proverbium abierunt, proferentem inducit: „Errare mehercule malo cum Platone, quam cum istis vera sentire." Ad quae, ut neque veritatem quodammodo contemnere videatur et, quanti faciat Platonem, ostendat, ita Cicero respondet (§ 40): „Macte virtute: ego enim ipse cum eodem isto non invitus erraverim."

Accedit, quod Platonem d. legg. 3, 1 „divinum illum virum" appellat. Quaerentes autem, quibus maxime caussis hoc mirum ac singulare Platonis studium excitatum esse videatur, facile intellegemus non solum hujus doctrina, quamquam hanc valde Ciceroni probatam esse satis constat, hoc factum esse, sed etiam mira illa, qua Plato utitur, copia ac venustate orationis. De qua, ut omittam alios locos, or. 62 ita disserit: „Longe omnium (sc. philosophorum), quicunque scripserunt aut locuti sunt, exstitit (et suavitate?) et gravitate princeps Plato." Contra Aristotelem alio quodam modo laudat idque non tam propter venustatem atque elegantiam verborum — quamquam nonnullis locis hanc quoque valde praedicat[23]) — quam propter ingenii

[23]) cf. Ac. pr. 2, 119: Veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles. Adnotandum est optime de hac re disseruisse Bernays, die Dialoge des Aristoteles p. 3 sq.

acumen et egregia de orationibus instituendis praecepta [24]). Ceterum exstat locus satis notabilis, ubi Cicero occulte significare videtur se in libris Aristotelis non ita valde versatum esse [25]). — Quibus duobus philosophis addendus est Socrates, quem, ut alios locos omittam, d. or. 3, 60 Crassus sine dubio ex Ciceronis sententia his effert laudibus: „Socrates — qui omnium eruditorum testimonio totiusque judicio Graeciae cum prudentia et acumine et venustate et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps." Quo in judicio hoc maxime vituperandum est, quod Cicero, ut omnibus et philosophi et oratoris virtutibus Socratem ornaret, nonnulla etiam protulit, quae in eum minus videntur cadere, velut valde equidem dubito, num recte „eloquentia et copia omnium facile princeps" possit appellari. Neque vero mirabimur, cur factum sit, ut tantis Cicero eum cumularet laudibus, nam contra sophistas disseruit et eam maxime philosophiae partem tractavit, quae ad vitam moresque hominum pertinet.

Sed haec hactenus. Progrediendum enim est ad eos locos, ubi Cicero Graecorum et Romanorum quodammodo inter se comparat philosophiae studia atque indolem. Qua in re iniquissimum eum se praebuisse judicem jam supra commemoravimus. Ac tanta profecto haud raro haec iniquitas videtur, ut vix comprehenderemus, quomodo ita judicare posset, nisi consideraremus, nimium in eo fuisse sui ipsius amorem. Quod vitium, quantum valuerit ad ejus sentiendi judicandique rationem, infra paullo accuratius exponemus: nunc de nonnullis judiciis ejus agendum est. Atque nullius fere momenti sunt ii loci, ubi ex ipso sententiarum conexu nimiae Romanorum laudis excusatio petenda est. Nam si Lael. 7 Fannius dicit Laelium parem esse Socrati et ibid. 10 huic Catonem anteponendum esse Laelius affirmat, haec judicia sine dubio non tam ad ipsam

[24]) cf. or. 172: Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior Aristotele fuit?

Tusc. 1, 7: Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, gloria.

[25]) cf. Top. 3: Minime sum admiratus eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis praeter admodum paucos ignoraretur.

philosophiam, quam ad vitam moresque et prudentiam horum virorum referenda sunt [26]). Atque in priore loco ne hoc quidem neglegendum est Fannium Laelio blandientem induci. Vel magis autem a re proposita alienum videtur contra ea dicere, quae non recte plerumque de antiquo sapientiae apud Romanos studio Cicero disseruit [27]). Ut autem proficiscar ab iis locis, qui nisi manifestiores ac certiores exstarent, fortasse quodammodo defendi possent, monendum videtur Ciceronem haud raro et in libris rhetoricis philosophisque et in epistulis dialogos suos cum Graecorum inprimis Platonis dialogis ita comparare, ut ne uno quidem verbo significet bene se scire, quantum hi illis praestent [28]). Accedit, quod non semel contendere audet se id effecturum, ut Romanis jam non opus sint Graecorum de philosophia scripta. Nam in Tusculanis quidem (2, 5) adhortatur populi sui viros doctos, ut philosophiae quoque gloriam Graecis eripiant, et extemplo addit (ibid. 6) hoc cum factum sit, tum ne bibliothecis quidem Graecis Romanos carituros esse, in libris autem de divinatione paullo post editis jam satis aperte profitetur se ipsum eum esse, qui hoc quoque sit assecuturus [29]). Dixerit quispiam Ciceronem hanc solam sibi sumpsisse laudem vertendis Graecis philosophis se perfecisse, ut hos ipsos Romani jam non desiderarent. At ejus ipsius verbis prohibemur, ne ita illos locos interpretemur. Nam d. off. 1, 3 non dubitat contendere: „Et id quidem nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere elaboraret sequereturque et illud forense dicendi et hoc quietum disputandi genus.“

Et quamquam statim addit Demetrio Phalereo fortasse eandem ac sibi ipsi laudem esse concedendam, tamen oratorem parum vehementem eum appellat, Platonem autem, Demosthenem, Aristotelem, Isocratem potuisse idem consequi ita confitetur

---

[26]) cf. quae in posteriore loco sequuntur: Hujus enim facta, illius dicta laudantur.

[27]) cf. Tusc. 4, 5; d. or. 2, 154 (Catulus loquitur).

[28]) cf. d. or. 3, 15; ad Att. 4, 16, 2 et 3; ibid. 13, 19, 3 — 5.

[29]) cf. d. div. 2, 5 et 6: Magnificum illud etiam Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant. Quod assequar profecto, si instituta perfecero.

(§ 4), ut tacite eos vituperet, quod non voluerint. Porro d. legg. 3, 14 Atticum similiter de illa re disserentem inducit neque ipse contra dicit. Neque desunt loci, ubi unum alterumve librum a se de philosophia conscriptum omnibus ejusdem argumenti Graecorum operibus aperte praeferat vel singulos philosophiae locos se melius, quam quemquam illorum, tractaturum promittat. Ut si in Topicorum § 3 librum Aristotelis eodem modo inscriptum obscurum esse judicat, hoc sine dubio intellegi vult se suo libello huic vitio medelam allaturum. Praeterea autem Tusc. 4, 10 auditor ille, quocum sermonem a se institutum esse Cicero fingit, haec prófert. „Tu tamen, ut soles, dices ista ipsa obscura planius, quam dicuntur a Graecis." Ad quae cum ipse respondeat: „Enitar equidem", suspicari licet eum huic muneri parem se existimasse. Tum de Academicis suis ad Atticum (13, 13, 1) audacissime scribit in tali genere ne apud Graecos quidem simile quidquam esse. Haec igitur et talia ejus profecto sunt, qui non interpretem solum externorum philosophorum, sed etiam ipsum verum philosophum se putet. Quamquam idem non dubitat Attico multitudinem, ut videtur, librorum suorum admirato cum simplicitate quadam raro apud eum occurrente respondere (12, 52, 3): „Dices, qui talia conscribis. Ἀπόγραφα sunt; minore labore fiunt, verba tantum affero, quibus abundo." Qui locus ita non convenit cum ceteris, ut nulla alia relinquatur explicandi ratio, nisi ut putemus Ciceronem plerumque non dubitasse, quin nova quaedam haud levia ad cognitionem philosopham attulisset, interdum autem, cum amicos mirari videret, ad tempus ab hac nimia sui opinione esse revocatum. Haec habui, quae de Cicerone philosopho proferenda putarem.

Proximum est, ut doceam, quid de eloquentia Graeca senserit, de qua aequius eum judicasse jam per se verisimile est. Nam primum in illa, quippe quae tot tamque artis cum vita publica conjuncta esset vinculis, Romanos summam posuisse operam et permagna consecutos esse constat; tum Cicero, ut erat magnus orator et eloquentiae praeceptorum peritissimus, hac in re ex parte quidem suo judicio stare poterat; postremo cum illa consuetudo, ex qua semper formam majoris aestimavit, quam par est, fere non impedivit, quominus recte de singulis

oratoribus judicaret; concedendum enim est in dicendo formam maximi esse momenti.

Ac de dignitate quidem eloquentiae ita sensit, ut oratorem publicum ceteris, qui aut reipublicae administrandae aut litteris tractandis operam darent, praeferret. Quod ne iis quidem locis redarguitur, quibus in philosophiam summas contulit laudes, nam vere eloquentem eum intellegit, qui magnam cum in omnibus litterarum generibus, tum in philosophia, historia, poetica cognitionem perceperit et propter ipsam hanc scientiae copiam principem omnium teneat locum.

Quibus in universum disputatis jam ad singulos locos accedendum est, quorum eos, ubi antiquioris temporis homines disputantes inducit, ab iis, ubi ipse cum aequalibus colloquitur, accuratissime disjungendos esse facillime intellegitur; nam prioribus Romanorum oratoribus Graecos superiores esse negare nec potuit nec voluit, praesertim cum merita ejus in expolienda eloquentia Romana eo majora viderentur, quo longius priores oratores a praestantia Graecorum recedere confessus est. Omitto in Ciceronis de rhetoribus Graecis judicia, quibus valde se hos contempsisse probatur, accuratius inquirere: sola capita rerum attingam. Jam igitur de prioribus illis locis quaerendum est, quibus Ciceronem Graecos praestare Romanis fateri diximus. Quamquam enim sunt loci, qui cum hac opinione quodammodo pugnare videantur, tamen accuratius quaerentibus facile fiet perspicuum nihil eos probare. Interdum enim urbanitati ac blanditiis multum est tribuendum, ut d. or. 1, 76, ubi Scaevola Crassum summis oratoris laudibus ornat[30]); nonnunquam sine dubio ad Romanos solos oratio spectat, ut de or. 3, 189, ubi Antonius de Crasso praedicat: „Inveni jam, quem negaram in eo, quem scripsi, libello me invenisse, eloquentem.“ — Adde, quod ibid. 1, 79 et 80 Crassus et Antonius de majore quodam posteri temporis oratore — Ciceronem dicunt — inter se colloquentes inducuntur.[31]) Ut autem omnis deleatur dubitatio, ibid. 260 — ut alios locos omittam — aperte profitetur Antonius Demostheni sine dubio summam dicendi vim concedi.

[30]) cf. etiam ibid. 106.

[31]) cf. praeterea ibid. 95.

His autem, quae ipse Cicero Brut. 138 dicere ausus est: in Crasso et Antonio primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copiam aequatam esse, de vera ejus sententia nihil probari luce clarius est. Nam primum universe dicit neque cum certo aliquo Graecorum oratore, ut cum Demosthene, illos comparat, tum — id quod summi ponderis est — or. 23 — loco vel aptissimo ex quo, quam caute judiciis ejus fides sit habenda, intellegamus — dicit se in illo, de quo agitur, Bruti loco multum — i. e. nimis — tribuisse Latinis et jam recordari longe omnibus unum anteferre Demosthenem. — Qui locus jam ad illam alteram nos perducit quaestionem eamque gravissimam, ut videamus, utrum Cicero ei quoque eloquentiae, ad quam ipsius temporibus Romani pervenerant, optimos Graecorum oratores anteposuerit necne, vel, ut accuratius rem circumscribam, utrum se ipsum Demostheni, quem sine dubio principem Graeciae oratorum putavit [32]), imparem an parem esse an praestare existimaverit. Et quamquam ne in hac quidem re judicanda sibi constat, tamen diligentius investigando satis accurate reperiri posse puto, quid fere senserit. Primum igitur ex locis in universum spectantibus sunt, qui Graecis principem locum tribuere videantur. At in his Cicero aut satis dubitanter dixit [33]) aut non tam meliores quam plures oratores in Graecia exstitisse affirmavit [34]) aut id solum professus est exercitationes oratorias Graece institutas etiam praeferendas esse Latinis [35]). Adde, quod, etsi Demosthenes iterum atque iterum omnibus oratoriis laudibus ornatur [36]), tamen ex aliis locis colligi potest Ciceronem ipsi

---

[32]) d. opt. g. or. 17 in editione Orelliana sine dubio falso sic legitur: „A me autem — ut cum maximis minima conferam — gladiatorum par nobilissimum inducitur, Aeschines, tanquam Aeserninus, ut ait Lucilius, non „spurcus homo“ sed acer et doctus, „cum Pacidejano“ hic „componitur — — optimu' longe Post homines natos“; — Nam secundum hanc lectionem Aeschines Demostheni praeferretur, id quod nusquam alias Cicero fecit. Itaque aut punctis post verbum „natos“ ponendis significandum est, supplendum esse ex Lucilio: „gladiator qui fuit unus“ aut ex Beieri conjectura cum Jahnio „optimo“ pro „optimu'“ in textum recipiendum.

[33]) cf. d. or. 1, 13; Brut. 26.

[34]) cf. Brut. 36. [35]) cf. Brut. 310.

[36]) cf. Brut. 35; or. 23; 26 sq.; 110 sq.; 133—36.

Demostheni se praetulisse[37]). Ipsi illi, quos supra commemoravimus, d. or. 1, 79 et 80; ibid. 95 quodammodo huc referri possunt; multo autem clarius idem videtur perspici ex Brut. 254, ubi Brutus non repugnante Cicerone contendere audet ab hoc eloquentiae gloriam Graecis ereptam aut certe cum iis communicatam esse. Nam equidem puto Ciceroni illud prius magis esse probatum: quae sententia etiam firmari videtur or. 103 et 104, loco vel maxime memoria digno. Nam quamquam non nego hic, si verba spectamus, Demostheni principem locum tribui, tamen Cicero quodammodo significasse videtur se aliter sentire. Nam et confitetur ne illum quidem semper sibi placere et quae paullo antea disserit (§ 103): „Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio“ ita, si quid video, intellegi vult se id quod voluisset assecutum esse. Quantam enim de sua eloquentia conceperit opinionem, etiam ex ea re intellegi potest, quod tam saepe orationum suarum locos cum alias, tum in „oratore“ ad praecepta sua illustranda affert.[38]) Quibus autem de caussis falsa sit existimanda haec Ciceronis sententia, non opus est hoc loco exponere.

Relinquitur, ut paucis quaeramus de ea re, quam postremam in hac priore opusculi mei parte tractandam mihi proposui: indagandum enim est, quid de Graecorum ad historiam conscribendam indole et de gravissimis hujus populi rerum scriptoribus cum Romanis et maxime secum comparatis senserit. Ac primum quidem, quibus maxime virtutibus ad hoc munus bene suscipiendum opus esset, parum sine dubio intellexit. Nam ut erat orator, saepe non tam quid, sed quomodo singuli rerum scriptores dicerent, in judicando spectavit. Veritatem autem et summam verum falsumque discernendi facultatem principales esse historici virtutes quamquam non prorsus ignoravit[39]), tamen in judiciis faciendis valde neglexit. Hoc ex eo ipso satis

[37]) Nullius momenti esse locum illum Brut. 123, ubi — sane ita, ut neminem fugere possit se non ex animi judicio loqui — se priorum orationes suis anteponere contendit, per se apparet.

[38]) cf. or. 165; 167; 223 sqq.; 232.

[39]) cf. de legg. 1, 5 in.: cum in illa (historia) ad veritatem cuncta referantur; d. or. 2, 62.

perspicitur, quod non dubitat dicere historiam generi demonstrativo dicendi una cum laudationibus aut plane attribuendam aut proximam esse. Affirmat enim or. 66: „Huic generi“ — ei, quo sophistae utuntur — „historia finitima est“ et ibid. 207: „Ergo in aliis, id est in historia et in eo, quod appellamus *ἐπιδεικτικόν*, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more.“ [40]) Omnem autem dubitationem removet locus ille de legg. 1, 5, ubi Atticus cum Cicerone colloquens aperte dicit: „Quippe cum (historia) sit opus, ut tibi quidem videri solet unum hoc oratorium maxime.“ Quid? quod, quamquam nescivit summam historiae legem esse veritatem, tamen non dubitat Luccejo hoc scribere (ad fam. 5, 12, 3): „Te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea“ (facta sua dicit) „vehementius etiam, quam fortasse sentis, ... amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare.“ [41]) Et quamquam d. or. 2, 62 et 63 Antonium nonnulla haud inepte de veri rerum scriptoris officiis proferentem inducit, tamen neque hoc loco neque altero illo, quo de hac re agitur (de legg. 1, 6 sqq.), expressis verbis indicat se haud ignorasse, quantam operam is, qui optime historiam scribere vellet, cum in rebus diligenter quaerendis, tum in eorum, qui antea de iisdem rebus scripserunt, fide atque auctoritate accurate perpendendis collocare deberet, vel — ut paucis hoc concludam — nihil profert de artis criticae, quam nos dicimus, in genere historico eximia vi atque gravitate: id quod vituperandum est, quamquam veteres omnino hanc rem non tanti fecisse, quanti nostrae aetatis viros doctos, satis scio.

Cum igitur, quibus maxime in rebus veri historici officium positum esset, parum intellegeret, fieri non potuit, quin minus recte de singulis rerum scriptoribus judicaret. Ac veteribus quidem Romanorum scriptoribus Graecos prorsus superiores esse quominus intellegeret, falsa illa de propria historiae natura ac vi opinio non impedivit, nam illi annalium scriptores, ut in re-

---

[40]) cf. etiam or. 37; ad Att. 2, 1, 1; 2, 6, 2.

[41]) Ex Brut. 42: „quoniam quidem concessum est rhetoribus ementiri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius“ non licet, ut Teuffelius (Römische Litteraturgeschichte 36, 7) fecit, de Ciceronis sententia judicare, nam, ut omittam Atticum haec dicere, sine dubio facete atque ironice prolata sunt.

liquis, quae ad historiam pertinent, haud ita magnos se praestiterunt, ita minime excellebant elegantia illa ac venustate dicendi quibus ipse vel maxime delectabatur. Quorum orationis inopia in Ciceronis libris saepius vituperatur idque semper ita, ut ceterorum quibus laborant vitiorum vix mentio fiat.[42]) — His igitur praeferendos esse magnos illos Graecos rerum scriptores plane concessit, at cum falsis uteretur judicandi rationibus, suum cuique locum tribuere non potuit. Atque Thucydidis — ab hoc enim proficiscendum videtur — magnam in Cicerone fuisse admirationem inter omnes constat. Nam et saepe magnis eum effert laudibus[43]) et interdum locos ex ejus libris profert.[44]) Sed ut omittam has laudes et valde in universum dictas esse et fere magis, quantus orator, quam quantus rerum scriptor exstiterit, premere — posterius illud hanc excusationem, sane non sufficientem, habet, quod ad eloquentiam spectant ii libri, ubi Thucydides memoratur — certe ex iis, quae d. or. 2, 56—58 Antonium[45]) disserentem facit, luculenter apparet, quam non cum aliorum, tum Thucydidis propriam virtutem perspexerit. Nam non solum non diserte dicitur Thucydidem longe praeferendum esse posterioribus illis, qui simul memorantur, historicis, sed etiam Timaeus, quem, ut alios omittam, Polybius acerbius fortasse, sed non sine gravi caussa ut vitiosissimum rerum scriptorem exagitat, „horum omnium“ — ii intellegi videntur, qui inde ab initio § 57 in medium prolati sunt — „longe eruditissimus et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus et ipsa compositione non impolitus“ vocatur i. e. aeque fere magnis ac paullo antea (§ 56) Thucydides effertur laudibus. — Neque magis ea, quae et hoc loco et alias de ceteris Graeciae rerum

[42]) cf. quae d. or. 2, 53 et 54 Antonius et Catulus proferunt — quamquam Cicero Brut. 66 „Originum“ Catonis dicendi genus valde laudat — et quae de legg. 1, 6 et 7 Atticus disserit.

[43]) cf. Brut. 287; or. 30; ibid. 39.

[44]) cf. ad Att. 7, 1, 6; ibid. 10, 8, 7; Brut. 47.

[45]) Quamquam plerumque Crassus Ciceronis partes agit, tamen nihil invenire possum, quo significetur ea, quae hoc loco ab Antonio proferuntur, ab ipsius Ciceronis sententia recedere, praesertim cum (§ 59) ea, quae Antonius protulit, a Catulo et Caesare Strabone vehementer laudari fingat.

scriptoribus inveniuntur, argumento esse possunt eum singulorum in historia conscribenda et virtutes et vitia satis perspexisse. Nam Xenophontis quidem admirationem potissimum ex ejus orationis venustate profluxisse ex judiciis ipsis satis intellegitur.[46]) Ceterum quanti eum fecerit, eo quoque probatur, quod „Oeconomicum“ in Latinum vertit et non semel locos ex ejus libris protulit.[47]) — Ea autem, quae de div. 2, 116 perverse dicere audet: „Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Croeso, quam de Pyrrho fingere Ennius?“ satis ostendunt eum non solum hujus ingenium atque naturam — potest enim is quoque, apud quem innumerabiles sunt fabulae[48]), verax esse — sed etiam ingens illud historiae et poesis discrimen parum perspexisse. — Denique ex ceteris de Polybio fere solo, opinor, pauca ejusmodi affert, quae ad veri rerum scriptoris virtutem majoris momenti sint[49]); quae de Philisto[50]), Theopompo[51]), Ephoro[52]), aliis praeter illum in libro secundo de oratore locum apud nostrum inveniuntur, potissimum ad eorum dicendi genus pertinent.

Quoniam autem vidimus historiam oratorium maxime munus ei visam esse, jam non valde mirabimur, quod sibi persuaserat eum se esse, qui in hoc quoque litterarum genere Graecis parem se praestaret. In libris enim de legg. 1, 5 sqq. a Quinto fratre et Attico se moneri facit, ut historiam conscribat, quippe qui hanc quoque laudem Graecis possit eripere; ipse autem (§ 8) eam solam ob caussam hunc laborem recusat, quod nullum tempus vacuum sibi sit. Temere autem eum tali muneri se parem putasse ex iis, quae exposui, satis apparere videtur. Ac ne ille quidem ejus liber, qui „Brutus“ inscribitur, ad hanc sententiam infirmandam quidquam valet. Primum enim oratorum historiam in qua vehementi studio versatus erat, Cicero hoc opusculo ex-

---

[46]) cf. Brut. 132; or. 32; ibid 62.
[47]) cf. d. deor. nat. 2, 18; Cat. 79.
[48]) cf. d. legg. 1, 5.
[49]) cf. d. rep. 2, 27; d. off. 3, 113.
[50]) Brut. 66; d. div. 1, 39; ad Q. fr. 2, 13, 4.
[51]) Brut. 66; ibid. 204; d. legg. 1, 5; ad Att. 2, 6, 2.
[52]) Brut. 204; or. 191 sqq.

posuit, tum magis judicis, quam rerum scriptoris munere functus est. Sed haec hactenus.

Relinquitur, ut quae hac priore parte disputata sunt, breviter complectar. Atque haec fere, si recte judico, invenimus. Dubitari non potest, quin Cicero ingenium et opera Graecorum prae Romanis in omnibus illis doctrinae generibus multo minoris aestimaverit, quam aequitas postulat, idque non solum in iis libris, in quibus legentium animos respicere ei opus videbatur, sed etiam in epistulis. Caussas autem, quibus Cicero ad hanc judicandi rationem perductus est, tres maxime invenimus. Primum enim haud raro ne vult quidem vera loqui, nam permultum ejus interest populi animos sibi favere. Deinde quamquam magno cum studio in litteris Graecis versatus est atque, si minus, ut Drumannus l. l. VI, pag. 420 contendere audet, ex natura et indole plane Graecus erat, certe multis in rebus propius ad horum, quam ad hominum vere Romanorum accessit similitudinem, tamen plerumque facere non potuit, ut ab usitata ac vulgari Romanorum judicandi ratione recederet. Quae res non mirum videbitur iis, qui considerant veteres multo minus etiam, quam nostrae aetatis homines, patrum moribus ac disciplinis neglectis quasi ex altiore loco judicium facere potuisse. Quae cum ita essent, fieri non poterat, quin a falsis rationibus profectus ad minus rectum perveniret judicium. Huc illud quoque pertinet, de quo jam supra dictum est, quod quanto majoris ingenii esset magnum aliquod opus litterarium ipsum fingere atque formare, ut Graeci solebant, quam ex plerorumque Romanorum consuetudine externa in hac re exempla sequi, parum intellexit. Eademque de caussa factum est, ut nimis ad usum omnia referret utque, qua erat oratoria indole, etiam in his litteris, in quibus, ut in philosophia et historia, minime hoc debuit, non tam quid, quam quomodo quis diceret, spectaret. Quibus duabus caussis addenda erat tertia eaque maxima. Nam nimius ille ac paene stultus sui amor facillime ac saepissime eum commovit, ut in diversis litterarum generibus se parem esse iis, qui principes eorum apud Graecos exstitissent, temere profiteretur. Hoc locos si quis premat, facillime efficere possit eam in Cicerone fuisse opinionem, ut putaret se, cum et orator et historicus et philosophus Graecorum principibus aut superior

aut par esset, propter tot tantasque facultates doctissimo cuique et ingeniosissimo Graecorum praeferendum esse. Quamquam vix mihi possum persuadere eum, cum de hac re interrogatus esset, principatum horum trium generum distinctis verbis sibi tribuere ausurum fuisse. Sed quamvis inique de Graecis judicaverit, equidem minime negaverim vere φιλέλληνα Ciceronem fuisse neque ignorasse, quantum ipse Graecis deberet. Quin etiam hoc puto atque existimo eum quodammodo sensisse non solum in litteris ipsis, sed etiam in earum indole Graecis palmam esse tribuendam. Sed ut in vita publica non sibi constitit, ita etiam de rebus ad litteras spectantibus nunquam firmam quandam sententiam sustinere potuit.[53])

Jam ad finem perductis, quae priore parte me tractaturum pollicitus eram, sequitur, ut adhibitis omnibus locis, qui ad rem disceptandam aliquid valere videantur, exponam, quid de arte poetica singulisque poetis Graecorum Cicero senserit. Quibus de rebus paullo aequius, quam de reliquis litterarum generibus, eum judicasse jam per se verisimillimum est, cum hic nimia sui ipsius opinione fere non prohiberetur. Poetam enim vere magnum eum ne sibi ipsi quidem visum esse eo ipso videtur probari, quod Quinto fratri (3, 4, 4) scribit: „Simul et illud — sine ulla mehercule εἰρωνείᾳ loquor — tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi.“[54]) Quamquam valde erret, qui parvi eum carmina sua aestimasse putet. Hoc enim si fecisset, non tam saepe libris, quos scripsit, versus suos inseruisset[55]), ut horum longe plurimos praeter magnum illud Φαινομένων fragmentum codice Harlejano num. 647 nobis servatum ex iis solum etiam nunc noverimus. Quam autem superbam de „Mario“ suo habuerit opinionem, ex prooemio librorum de legibus cognosci potest, ubi (§ 1) Quintum fratrem de quercu quadam, quae carmine illo celebrata erat, ita loquentem inducit: „Manet vero, Attice noster, sata est enim ingenio“, paullo autem post (§ 2) eundem Scaevolae dictum de illo carmine: „Canescet

---

[53]) Ad totam hanc priorem partem conferre licet, quae A. Deuerling l. l. cum alias, tum pagg. 22 et 93 exposuit, quamquam ex aliqua parte lenius, quam res postulat, mihi judicasse videtur.

[54]) cf. etiam ad Q. fr. 3, 5 (al. 6) 4.

[55]) cf. Orelli, Cic. op. IV, pagg. 1014—16; 1036—37; 1048—52.

saeclis innumerabilibus“ proferentem facit. Sed ne unus quidem locus invenitur, ubi cum magnis Graecorum aut Romanorum poetis se comparare audeat, quamquam haud sine ostentatione Quinto fratri narrat (2, 16, 5) Caesari prima sua carmina ita esse probata, ut scriberet se ne Graeca quidem meliora novisse.[56])

Sed jam satis de hac re dictum est; sequitur, ut quaeratur, quid de dignitate poesis senserit. De qua quamquam non semper prorsus eodem modo judicavit, tamen ita sunt loci, qui ad quaestionem dijudicandam plurimum valent, comparati, ut satis facile vera ejus sententia possit perspici. Nam ut omittam locum illum d. or. 2, 61, ubi Antonium dicentem fecit: „Poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere“ — luce enim clarius est haec verba non ex Ciceronis sententia dicta esse, sed ad naturam moresque illius veterum temporum oratoris describenda pertinere —, in eo certe prorsus Romanum noster se praebuit, quod in leviorum artium numero poesim habere nunquam dubitavit.[57]) At ex hac re nihil aliud apparet, nisi hanc ei vix dignam esse visam, in qua sola homo vere Romanus omnem operam collocaret, neque vero id potest effici parvi eum poetas duxisse. Notum enim est a Romanis eas solas res graviores appellari esse solitas, quae non tam ad delectationem, quam ad utilitatem vel reipublicae vel singulorum aliquantum valerent. Denique sunt sane etiam pauci alii loci, quibus poetarum gloriam nimis detrectare videtur. At facile, opinor, est ad intellegendum hos quoque minoris esse momenti. Cicero enim persaepe non tam ut artium judex sententiam dixit, quam ex philosophorum consuetudine, quorum plerique etiam apud Graecos — et inprimis quidem Plato — cum sapientiam fere unam hominibus petendam esse putarent, poetas quodammodo despiciebant. Ex eadem igitur sententia judicia illa Ciceronis, de quibus jam paucis agendum est, manavisse videntur. Nam Tusc. 4, 70 ita disserit: „Sed poetas ludere sinamus“ et paullo post (§ 71) in poesim amatoriam Graecorum vehementer invehitur. At prioribus verbis videtur id solum voluisse

[56]) Ex iis, quae sequuntur, colligere licet Caesarem re vera non valde carminibus illis delectatum esse judiciumque a Cicerone memoratum per blanditias fecisse.

[57]) cf. Brut. 3; ibid. 70 et 71; d. or. 1, 212.

significare poetarum fabellas ad veritatem illam, quam philosophi quaererent, nullius esse momenti; posterioribus autem non totam poesim, sed certam quandam unius generis maculam non sine jure reprehendit. Ac ne id quidem, quod Tusc. 2, 27 a poetis animos molliri affirmat, ita premendum est, praesertim cum etiam philosophis nonnullis idem opprobrio vertat. Apertissime autem, ne nimiam vim ad cognoscendam Ciceronis de poetarum dignitate sententiam his et talibus locis tribuamus, eo monemur, quod saepe illos magna laude dignos esse profitetur satisque studiose in carminibus legendis versatus est. Atque ut omittam eas laudes, sane minoris ad veritatem momenti, quas in oratione pro Archia habita[58]) in poesim contulit, Catonem in libri, qui ab hoc inscribitur, § 24 illam ceterasque litteras divina studia appellantem facit, ipse autem Quinto fratri (3, 4, 4) scribit ei, qui verus poeta existere velit, divinum quoddam ingenium vel, ut ipsius verbo utar, ἐνθουσιασμὸν opus esse neque disci posse poeticam.[59]) Adde, quod non solum jam anno a. Chr. n. 59 Attico scribit (2, 5, 2) sibi statutum esse cum omnibus musis rationem habere et anno 45 eidem narrat (12, 20, 1) se, ut dolorem e reipublicae conditione conceptum minuat, totos dies in litteris consumere, sed etiam d. or. 1, 2, quem librum omnes legere poterant, libere confitetur se a pueris litteris tractandis operam dedisse. Atque quamquam vix dubium est, quin non tam poetices amore, quam orationis excolendae studio commotus admodum juvenis Arati aliorumque carmina in linguam paternam transtulerit, tamen cum etiam posterioribus vitae annis interdum talibus exercitationibus se dedisse videatur[60]), conjicere licet eum haud levem quandam delectationem ex iis percepisse. Melius autem eum satis multum in carminibus legendis versatum esse eo probatur, quod tot multorum poetarum versus in libris suis protulit. Statuendum igitur est poetica

[58]) cf. §§ 12—14; 18 et 19; alios.

[59]) cf. etiam or. 109: „Sed quid poetas divino ingenio profero?" et quae Antonius profert d. or. 2, 194: „Saepe enim audivi poetam bonum neminem .... sine inflammatione animorum existere posse et sine quodam afflatu quasi furoris."

[60]) cf. d. div. 2, 63: „ut nos otiosi convertimus"; Jordan, Kritische Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache pagg. 299 sqq.

elegantia ac venustate vehementer Ciceronem gavisum esse, quamquam de carminibus quoque eum saepe non ut artium judicem, sed ut oratorem vel philosophum sententiam fecisse videbimus.

Sequitur, ut, priusquam in Ciceronis de singulis Graecorum poetis sententiam diligentius inquiramus, paucis demonstretur, quomodo de Graecis Romanisque poetis inter se comparatis judicaverit. Quod quodammodo ex iis ipsis potest intellegi, quae initio fere prioris partis de Tusculanarum disputationum prooemio disseruimus. Quibus hoc addendum videtur etiam illo loco Ciceronem, quamquam a falsa sententia proficiscatur, per ambages certam quandam in hac re Graecis praestantiam esse tribuendam concedere. Qua enim alia caussa eum commotum esse putemus, ut satis dubitanter et contorte diceret (§ 3 extr.) „Nec tamen, si qui magnis ingeniis in eo genere exstiterunt, non satis Graecorum gloriae responderunt“ Neque vero ullus invenitur locus, quo poetico ingenio Graecos Romanis superiores esse aperte confiteatur. Cum autem vel minus in contrariam partem de hac re disseruerit, pro certo affirmari potest ipsi quodammodo de Graecorum praestantia persuasum fuisse, quamquam non satis, quanta illa esset et quibus maxime in rebus posita, intellexit. Ac scenicos quidem Graecorum poetas maximos nonnullis locis una cum Romanis ita nominat, ut, etsi disertum judicium non facit, tamen toto sententiarum conexu eo perducamur, ut Graecorum praestantiam eum sensisse statuamus. Ac primum quidem ex hoc genere sunt ea, quae in libris de finibus (1, 4) de hac re inveniuntur: „Quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat, quod se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat?“ [61]) Quod autem Tusc. 2, 5, postquam monuit homines Romanos, ut philosophiae quoque laudem languenti jam Graeciae eriperent, pergere audet: „Sicut omnes reliquas, quae qui-

[61]) Idem locus (§ 5) aptissimus est, ex quo cognoscamus, quantum Cicero superbiae Romanorum tribuere sit solitus. Dicit enim: „A quibus“ — i. e. ab iis, qui Latinas litteras oderunt — „tantum dissentio, ut, cum Sophocles vel optime scripserit Electram, tamen male conversam Atilii mihi legendam putem.“ Ad rem ipsam cf. etiam d. opt. g. or. 18; Ac. post. 1, 10.

dem erant expetendae, studio atque industria sua majores transtulerunt“ non tam in universum, quam de sua ipsius aetate dixisse videtur. Neque magis alio quodam loco (Tusc. 2, 48 et 49) probatur Romanorum poetas scenicos ei majores Graecis visos esse. Dicit enim certos quosdam Pacuvii versus magis sibi placere, quam ea Sophoclis verba, quae ille vertit. Sed primum etiam minus bono poetae contingere potest, ut nonnulla aptius meliore proferat, tum non tam pulchriores, quam viro forti digniores, Pacuvii versus esse Cicero affirmat ac vix dubitari potest, quin nostrae quoque aetatis poetae in hac quidem re Latinum potius, quam Graecum poetam imitandum sibi propositurі sint. Quin etiam hoc vere potest affirmari ex hac ipsa re, quod Cicero ita premat nonnullorum versuum — sunt enim alii loci sane perpauci similes ei, quem attuli — Latinorum praestantiam, satis luculenter apparere universe eum in contrariam partem sensisse. Quae sententia etiam nonnullis aliis locis confirmatur, e quibus — si quis accuratius rem quaerit — satis perspicitur, quantum Graecis tribuerit poetis. Nam de fin. 2, 115, ubi nonnullos ex optimorum poetarum numero ei proferre in animo est, tres Graecos — Homerum, Archilochum, Pindarum — neminem Romanum nominat. Deinde or. 4 poetarum principes appellat Homerum, Sophoclem, Archilochum, Pindarum, quamquam ne Graecorum nimis studiosus videatur, addit „ut de Graecis loquar.“ Accedit quod d. deor. nat. 1, 107 ex clarissimorum hominum numero Romulo et Numae, Pythagorae et Platoni Homerum et Archilochum adjecit, nullum Latinum poetam. Praeterea sunt multi loci, qui quamquam non ad ipsos poetas pertinent, tamen non parvi videntur momenti. E quibus sunt verba illa Crassi (d. or. 3, 137): „Ut virtutis a nostris, sic doctrinae sunt ab illis exempla repetenda.“ [62]) Idemque Crassus d. or. 1, 196, sine dubio ex Ciceronis sententia, tacite profitetur doctrina Romanos inferiores fuisse Graecis, nam summis laudibus Romam cumulans nihil de doctrinae in hac urbe cultu atque praestantia profert.

[62]) In doctorum numero Romani poetas quoque habuerunt cf. Tusc. 1, 3: „Nam cum apud Graecos antiquissimum e doctis genus sit poetarum“ et notissimum illud Horatii (carm. 1, 1, 29 et 30):

„Me doctarum hederae praemia frontium
Dis miscent superis“.

Accedit autem argumentum gravissimum. Nam ut omittam permultos versus Graecos Latine conversos in libris rhetoricis et philosophis inveniri, nonne eximia Graecorum admiratione factum est, ut in epistulis, in quibus verissime profitetur, quid sentiat, Graecis versibus etiam saepius, quam Latinis uteretur? Quamquam enim vix dubitari potest, quin ex parte ostentationis studio commotus eos attulerit, tamen id ipsum facere non potuit, nisi satis magnum poetis Graecis tribuisset studium.

His in universum disputatis jam quaerendum est, quid de singulis poetis Graecorum senserit. Hoc ut intellegamus, non satis erit eos respicere locos, ubi de his diserta fert judicia, praesertim cum pauca inveniantur eaque fere omnia nimis universe prolata: addenda est primum magna pars eorum locorum, quibus de Romanorum poetis agitur, nam cum alii, tum scenici aut plane aut magna ex parte e Graecis pendent: tum videndum est, quorum maxime poetarum versus vel Graece vel Latine in medium proferre soleat. Ac ne ita quidem quaestione instituta semper ad finem prorsus certum ac definitum perveniemus: pro certo enim affirmare licet eum nonnullos poetas, e quorum carminibus unum alterumve scriptis inseruit versum, parum novisse, versus autem ex iis sumpsisse libris, quibus in scriptis rhetoricis vel philosophis elaborandis ad scientiam de Graecorum doctrina et litteris augendam uti solebat: id quod de iis maxime versibus suspicari possumus, qui proverbii aut sententiae speciem prae se ferunt. Praeterea Cicero ex tota animi sui natura ac conditione et facilius, quam alii, eo potuit pervenire, ut non tam ex sua ipsius sententia, quam ex usitata eorum, quorum in his rebus valebat auctoritas, opinione judicaret, neque, cum magis degustasset, quam perdidicisset, poetas, satis firmam de his rebus sententiam concepisse videtur. — Ea autem quaestio, utrum veteres illos Graecorum poetas, quos classicos vocare solemus, magis amaverit, an recentiores, qui Alexandriae maxime floruerunt et quos inde a Catullo poetae Latini magna elegantia et venustate solebant imitari, hoc loco in medio est relinquenda, nam cum quid de singulis poetis senserit, intellexerimus, ea quoque res erit dijudicata. Accedendum igitur jam est ad hanc rem gravissimam. Vidimus autem principes locos in diversis carminum generibus eum tribuere videri Homero, Archilocho,

Sophocli, Pindaro. Sed ex ejus operibus satis intellegi potest in Homero et Sophocle multum eum collocasse studium, Archilochi autem et Pindari carmina vix novisse.

Ac primum quidem quam diligenter legerit quantoque amore complexus sit Homerum, ex omnibus ejus libris facillime potest intellegi. Saepissime enim eum nominat et Iliadis vel Odysseae versus vel Graecos vel in Latinum a se ipso conversos profert; exempla e veterrimis temporibus petita si ei opus sunt, persaepe Homeri heroes commemorat. Neque mirumhoc est; nam eum apud veteres singularem quendam auctoritatis locum obtinuisse atque etiam Romanis non tam Graecorum, quam omnium gentium poetam visum esse constat, quamquam postea, cum Vergilius exstitisset, erant, qui hunc aut parem Homero aut etiam majorem esse affirmarent. Ingenti autem illa Homeri admiratione factum est, ut Top. 55 affirmet illum propter excellentiam commune poetarum nomen efficere apud Graecos suum. Quid autem ipse de hoc senserit, d. div. 2, 97 ita in medium protulit: „At certe similis nemo Homeri". Omitto locos bis jam allatos, ubi inter singulorum poesis generum principes hunc primo loco nominat. Dubitari non potest, opinor, quin poeta omnium summus etiam a Cicerone Homerus sit existimatus. Tamen vix inveniuntur loci, ubi accuratius, quibus maxime in rebus magnitudo et pulchritudo illius sibi positae esse videantur, exponat. Minime enim judicii de poeta Homero vice fungi possunt, quae anno a. Chr. n. XLV. (ad fam. 13, 15, 2) Julio Caesari scribit: „Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta *Εὐριπίδου*", nam ex sententiarum conexu perspicuum est non tam ad artem poeticam, quam ad justam agendi rationem haec verba esse referenda. Hoc enim illo loco Cicero agit, ut doceat se ad Caesaris partes transgredientem nihil contra virtutis leges facere: affirmat igitur magniloquentius Achillem apud Homerum (Il. 22, 304 et 305) optare:

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Unus vero exstat locus, quo rectissime atque optime eum laudat, quod ita describat omnia, ut quasi oculis ipsis subjici

videantur[63]). Nonnullis autem locis, qui quodammodo huc pertinent, magis ut orator, quam ut venustatis poeticae judex dicit sententiam, velut Brut. 40: „ornatum in dicendo ac plane oratorem“ Homerum appellat: perverse, si quid video. Apparet enim hunc minus ex artis praeceptis, quam ex sensu quodam naturali ita narrasse, ut summam legentibus praebeat delectationem. Ciceronem autem, quamquam sine dubio Homerum vehementer admirabatur, hoc parum intellexisse nec perspexisse hunc ea maxime re a ceteris differre poetis, quod naturam fere solam ducem sequeretur, aliis quoque ex locis luculenter cognoscitur. Interdum enim ejusmodi ei tribuit cogitationes, quae quin ab ejus animo sensuque longissime disjuncta fuerint, dubitari vix possit. An quisquam negaverit perverse eum judicare, cum, postquam exposuit sine dubio consulto Homerum ita rem instituisse, ut Ulixes non tam pulcherrimis Sirenum cantibus, quam spe cognitionis augendae alliceretur, ita pergere non dubitet (d. fin. 5, 49): „Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur: scientiam pollicentur, quam non erat mirum sapientiae cupido patriae cariorem esse. Atque omnia quidem scire, cujuscumque modi sint, cupere curiosorum, duci vero majorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiae summorum virorum est putandum.“ Verum enim si quaerimus, et cantus Sirenum pulchritudine vehementissime commotum esse et satis fuisse curiosum Ulixem luculenter Homerus dicit[64]). Sunt quoque alii loci, ubi in eundem judicii errorem Cicero incidit. Nam d. div. 2, 25 ita disserit: „Si . . . nihil fit extra fatum, nihil levari re divina potest. Hoc sentit Homerus, cum querentem Jovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset.“ (cf. Il. 16, 431—38). — Neque aliter judicandum est de iis, quae

[63]) cf. Tusc. 5, 114: Traditum est etiam Homerum caecum fuisse. At ejus picturam, non poesin videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, ut quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit?

[64]) Credibile est eam quoque ob caussam, ut ab omni curiositatis suspicione Ulixem removeret, Ciceronem verba πολλὰ εἰδὼς l. l. minus accurate verbo „doctior“ vertisse.

d. div. 2, 63—65 de Calchantis ex numero passerum vaticinatione disputat, aut de his verbis (Tusc. 1, 65): „Fingebat haec“ (Ganymedem propter formam a dis raptum esse) „Homerus et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos.“ Ne vero inique de Cicerone judicemus, considerandum est plerosque veteres scriptores eandem de Homero sententiam amplexos esse: maxime autem plurimos Graecorum philosophos, quos in suis de philosophia libris Cicero sequebatur, solitos esse veterum poetarum fabulas aut argumentis a ratione petitis refellere aut, si ullo modo fieri poterat, ad suam doctrinam firmandam adhibere. Velut d. deor. nat. 1, 41 C. Vellejus, qui Epicuri doctrinam defendens inducitur, Chrysippum acerrime exagitat, quod secundo suo de natura deorum libro Orphei, Musei, Hesiodi, Homeri fabellas accommodare voluerit ad ea, quae ipse primo libro de dis immortalibus dixisset. Itaque Cicero, cum ipse quoque tales cogitationes Homero tribuit, nihil fecit, quam ut doctissimorum Graecorum consuetudinem sequeretur[65]). Quanta autem in eo fuerit Homeri admiratio, melius, quam ex judiciis, cognosci potest ex eo, quod, ut jam supra dictum est, permultos ex omnibus fere Iliadis et Odysseae partibus versus aut Graece aut Latine protulit[66]). Qua ex re

[65]) Ad ea, quae de Homero exposui, cf. H. Walther, de scriptorum Romanorum usque ad Vergilium studiis Homericis. 1867.

[66]) Equidem hos inveni:

I. Graece afferuntur

(interdum leviter mutati aut memoriae lapsu aut propter enuntiati formam)

1. Ex Iliade.

1) 1, 174 et 175 — ad fam. 3, 7, 6.
2) 2, 298 — ad Att. 6, 5, 2.
3) 2, 674 (= 17, 280; Od. 11, 470; ibid. 551) — ad Att. 16, 5, 5.
4) 4, 182 (= 8, 150) — ad Q. fr. 3, 9, 1; ad Att. 9, 9, 3.
5) 5, 428 et 429 — ad Att. 14, 13, 2.
6) 6, 181 — ad Att. 2, 16, 4.
7) 6, 208 — ad fam. 13, 15, 2; ad Q. fr. 3, 5 (al. 6), 4.
8) 6, 236 — ad Att. 6, 1, 22.
9) 6, 442 (= 22, 105) — ad Att. 2, 5, 1; 7, 1, 4; 7, 12, 3; 8, 16, 2; 13, 13, 2; 13, 24.
10) 7, 93 — ad Att. 6, 1, 23; 16, 11, 6.
11) 9, 228—30 — ad Att. 14, 13, 1.
12) 9, 524 — ad Att. 7, 11, 3.

et ex loco illo supra allato (d. div. 2, 63): „Sic apud Homerum, ut nos otiosi convertimus, loquitur Agamemnon“ licet colligere

13) 10, 93 et 94 — ad Att. 9, 6, 4.
14) 10, 224 — ad fam. 9, 7, 1; ad Att. 9, 6, 6.
15) 11, 654 — ad Att. 13, 25, 3.
16) 12, 243 — ad Att. 2, 3, 3.
17) 16, 112 et 113 — ad Att. 1, 16, 5.
18) 16, 385—88 — ad Q. fr. 3, 7, 1.
19) 18, 22 (= Od. 24, 315) — ad fam. 13, 15, 1.
20) 18, 96, 98, 99 — ad Att. 9, 5, 3.
21) 18, 112 (= 19, 65) — ad Att. 7, 1, 9; 10, 12, 4.
22) 18, 309 — ad Att. 7, 8, 4.
23) 22, 100 — ad Att. 2, 5, 1; 7, 1, 4.
24) 22, 159 — ad Att. 1, 1, 4.
25) 22, 268 — ad Att. 1, 15, 1.
26) 22, 304 et 305 — ad fam. 13, 15, 2; ad Att. 10, 1, 1.
27) 24, 369 (= Od. 16, 72; 21, 133) — ad Att. 2, 9, 3.

2. Ex Odyssea.

1) 1, 271 (= ibid. 305) — ad Att. 4, 7, 3.
2) 1, 302 — ad fam. 13, 15, 1.
3) 3, 22 — ad Att. 9, 8, 2.
4) 3, 26 et 27 — ad Att. 9, 15, 4.
5) 3, 169 — ad Att. 16, 6, 1; ibid. 13a, 1.
6) 3, 171 et 172 — ad Att. 16, 13a, 2.
7) 7, 258 — ad fam. 13, 15, 1.
8) 9, 27 et 28 — ad Att. 2, 11, 2.
9) 9, 33 et 34 — ad Att. 7, 1, 2.
10) 9, 350 — ad Q. fr. 3, 9, 2.
11) 9, 513 — ad Q. fr. 1, 2, 1.
12) 11, 634 — ad Att. 9, 7, 3.
13) 12, 209 — ad Att. 7, 6, 2.
14) 20, 18 — ad Att. 9, 15, 3.
15) 22, 412 — ad Att. 4, 7, 2.

II. Latine afferuntur hi loci.

1. Ex Iliade.

a) *Versibus inclusi.*

1) 2, 299—330 — d. div. 2, 63 et 64.
2) 6, 201 et 202 — Tusc. 3, 63.
3) 7, 89—91 — d. glor. lib. II. fr. 1.
4) 9, 236 et 237 — d. div. 2, 82.
5) 9, 363 — d. div. 1, 52.
6) 9, 646—48 — Tusc. 3, 18.
7) 19, 226—29 — Tusc. 3, 65.

etiam posterioribus vitae annis studiose eum in his carminibus legendis versatum esse. Itaque cum constet Homerum a Cicerone non solum valde laudatum, sed etiam magno cum studio lectum esse, nihil est, cur dubitemus, quin hic summam ei tribuerit admirationem, quamvis non propriam ejus virtutem perspiceret. [67])

Ex reliquis autem Graecorum epicis carminibus aut perpauca aut omnino nullum legisse videtur. Primum enim, etsi Brut. 191 Antimachi, quem clarum poetam nominat, Thebaida — titulum non profert, neque vero dubium est, quin hoc carmen significare voluerit — cum aliis colloquens „magnum illud, *quod novistis* volumen“ appellat, tamen mihi persuadere non possum eum illud carmen accuratius cognitum habuisse. Nam cum sine dubio libenter faciat, ut poetarum nominibus versibusque afferendis, quam multa legerit, ostendat, ex eo, quod nullo loco versum Antimachi affert, satis dilucide apparere mihi videtur parum eum illi carmini studuisse. Quod autem illius dictum „*εἷς ἐμοὶ μύριοι*“ ad Att. 16, 11, 1 protulit et Brut. 191 Latine expressit, nihil ad rem; nam haec verba non ex illius carmine sumpta sunt, sed ab eo, ut ipsa Ciceronis verba docent, de Platone prolata erant. Nihil igitur est praeter priora illa verba satis incerta, cur putemus eum Antimachi carmen lectione

---

b) *Pedestri oratione.*

8) 1, 249—52 — Cat. 31.
9) 3, 213—15 — d. rep. 5, 11.
10) 7, 211 sqq. — Tusc. 4, 49.
11) 9, 442 et 443 — d. or. 3, 57.
12) 16, 432—38 — d. div. 2, 25.
13) 20, 232—35 — Tusc. 1, 65.

2. Ex Odyssea.

a) *Versibus inclusi.*

1) 12, 184—91 — d. fin. 5, 49.
2) 18, 136 et 137 — d. fat. rell. 3.

b) *Pedestri oratione.*

3) 6, 162 et 163 — d. legg. 1, 2.
4) 10, 494 et 495 — d. div. 1, 88.

[67]) De ejus vertendi arte quid judicandum sit, hoc loco non opus est quaerere. Ceterum conferre licet, quae de hac re V. Clavel l. l. passim disseruit.

tractasse. — Jam Hesiodum quamquam paullo saepius memorat, tamen hoc ita facit, ut mihi persuasum sit eum carmina illius, cui Graeci secundum inter veterrimos poetas tribuebant locum, aut omnino non inspexisse aut certe parum novisse.[68]) Ut enim omittam ne unum quidem locum de illius poetica arte aut dicendi genere apud Ciceronem inveniri, ex omnibus Hesiodi carminibus solam Theogoniam memorat idque ita, ut ex his locis minime colligi possit eum hoc carmen legendo attigisse. Nam cum in illis (d. deor. nat. 1, 36 et 41), quorum alterum jam supra attuli, a C. Vellejo Epicureo Zeno et Chrysippus Stoici vehementer vituperentur, quod Hesiodi fabellis ad suam ipsius doctrinam defendendam uti conati sint, dubium non est, quin Ciceroni hunc locum scribenti libri philosophorum ante oculos versati sint, non Theogonia ipsa. Atque duo illi versus Hesiodei ex carmine illo, quod „Ἔργα καὶ ἡμέραι“ inscribitur, in ejus operibus exstantes proverbiorum speciem prae se ferunt omniumque notissimi sunt, ita ut minime argumento esse possint Ciceroni illud carmen notum fuisse. Primum enim haud semel[69]) aut Graece aut Latine profert praeceptum illud:

(εὖ δ' ἀποδοῦναι)
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι

tum ad fam. 6, 18, 5 ita dicit: „Lepta suavissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα[70])

Quae verba quamquam argumento esse videntur illo tempore pueros Romanorum numerum quendam sententiarum ex Hesiodo sumptarum ediscere solitos esse — nam de integris ejus carminibus vix cogitari posse per se apparet — tamen minime probant Ciceronem „Opera et Dies“ accuratius cognita habuisse. — Denique ea, quae ad Att. 7, 18, 4 profert: „Ego autem,

[68]) cf. Bergk, Griechische Litteraturgeschichte I, pag. 1024: „Bei den Römern hat Hesiod nur geringe Beachtung gefunden; nur Virgil hat nicht nur in seinem Gedicht über den Landbau, wie er kaum anders konnte, hier und da seinen Vorgänger vor Augen, sondern scheint auch die genealogischen Gedichte gekannt zu haben.“

[69]) cf. ad Att. 13, 12, 3; Brut. 15; d. off. 1, 48.

[70]) Hunc versum, ut alios locos omittam, Plat. d. rep. 2, 7 (p. 364 D) affert.

etsi illud *ψευδησιόδειον* . . . observo: *μηδὲ δίκην*“ (sc. *δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς*) argumento esse eum in Hesiodi carminibus legendis operam collocasse nemo, opinor, putabit. — Atque jam omnes attuli Ciceronis locos, qui ad Hesiodum ejusque carmina pertinent. Ejusmodi profecto sunt, ut recte dixisse mihi videar illum haec carmina aut parum aut omnino non novisse. Haec habui, quae de epicorum Graecorum studiis Ciceronianis dicenda putarem.

Sed quoniam de Hesiodi „Operibus et Diebus“ jam exposui, locus idoneus videtur, ubi nonnulla addam de philosophis Graecorum antiquioris temporis carminibus, quorum Cicero mentionem fecit. Quam rem brevissime absolvere licet, cum Empedoclis, Parmenidis, Xenophanis hujusmodi carmina nonnisi raro memoraverit. Novit autem, si quidem iis, quae dixit, fidem habere licet, illorum de rerum natura poemata maximeque delectatus est Empedoclis versibus. Nam d. or. 1, 217 Antonium, quem ipsum carmen illud cognitum habuisse vix credibile est[71]), dicentem inducit illum egregium poema fecisse et Ac. pr. 2, 74 ipse Lucullo ita respondet: „Furere tibi Empedocles videtur[72]), at mihi dignissimum rebus iis, de quibus loquitur, sonum fundere.“ Quas laudes vix in eum conferre potuit, nisi partem certe carminis ejus legisset. Parmenidem autem et Xenophanem eodem loco minus bonos versus, quam illum, fecisse dicit. Aliud vero de poetica horum facultate judicium cum apud eum non exstet, nihil jam habeo, quae huic parti adjiciam.

Sequitur, ut quam accuratissime quaeramus, quid de lyricis qui vocantur poetis, Cicero senserit. Ac primum quidem ut nonnulla in universum disputem, vix dubitari potest, quin hoc carminum genere minus quam ceteris delectatus ac minore studio in eo versatus sit. Primum enim lyrica carmina per se minus idonea sunt, quae exercitationum materiam et exempla oratori praebeant; deinde quia minus sententias, quam sensus pingunt, in libris de philosophia conscriptis ad opiniones vel firmandas vel infringendas vix his versibus uti poterat Cicero; tum non is erat,

---

71) cf. cum reliqua, quae d. or. 2, 59—61 disserit, tum haec (§ 61): „Poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere.“

72) cf. Luculli verba ibid. 14.

qui magnam ex sensuum descriptione perciperet delectationem neque unquam lyrica carmina pangere videtur conatus esse sed ea praeter cetera ei probabantur carmina, quae aut grandi et quasi oratorio dicendi genere aut sententiarum copia ceteris praestabant; postremo illo vitae tempore, quo sine dubio et plurima copia et acerrimum studium carminum legendorum ei erant, non multa exstabant carmina Latina lyrica, Graecis autem hujusmodi poematis legendis perpauci Romani videntur operam dedisse. Jam vero ut ad singula veniamus, ita quaestionem instituere in animo mihi est, ut primo loco de iis disputem poetis lyricis, quibus primas Cicero tribuit, tum de ceteris omnibus. Itaque jam agendum est de Archilocho et Pindaro, quos principes in suo quemque genere a Cicerone appellari jam vidimus.[73]) Tamen tantum abest, ut ex libris ejus libenter eum ac studiose in horum carminibus legendis versatum esse appareat, ut equidem valde dubitem, num vel pauca horum poemata noverit. Primum enim pauci illi loci, qui quodammodo ad Archilochum spectant, ejusmodi sunt, ut vix quidquam certi ex iis possimus colligere. Nam ex eo, quod d. deor. nat. 3, 91 dicit: „Neque enim, quem Hipponactis jambus laeserat aut qui erat Archilochi versu volneratus, a deo immissum dolorem, non conceptum a se ipso continebat“ hoc solum apparet, quod argumento vix eget, eum scivisse acerbissimos et mordacissimos Archilochi jambos esse. Idemque significare videtur Attico scribens (2, 20, 6): „Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV. Kal. Nov. distulit“ atque eidem de eadem re (2, 21, 4): „Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt jucunda ...“ Postremus autem, qui de hac re exstat, locus vix dignus videtur, de quo plura loquar: scribit enim haec ad Atticum (16, 11, 2): „Quod vereris, ne ἀδόλεσχος mihi tu: quis minus? cui, ut Aristophani Archilochi jambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur.“ Accedit, quod ne unus quidem versus in ejus libris invenitur, quem Archilochi esse constet. Sane Th. Bergk, poet. lyr. Gr. p. 1326 ed. III. ad versus:

πολλὰ δ᾽ ἐν μεταιχμίῳ
Νότος κυλίνδει κύματ᾽ εὐρείης ἁλός,

[73]) cf. or. 4; d. fin. 2, 115; d. deor. nat. 1, 107.

qui sunt ad Att. 6, 3, 1, haec adnotat: „Archilochi videntur versus, quo poeta saepius utitur Cicero." At vereor, ne audacius, quam verius, hoc dixerit. Eae enim caussae, quas in indice lectt. Marburg. sem. hib. 1845/46 pagg. 9 et 10 ad confirmandam suam sententiam profert, non magni sunt momenti. Atque in hoc quoque nescio an erraverit, quod affirmat L. Dindorfium recte vidisse in verbis illis ad Att. 5, 12, 1: „Inde Gyarum saevo vento, non adverso: . . . jam nosti ἄφρακτα Rhodiorum; . . . itaque erat in animo nihil festinare, nec Delo movere, nisi omnia ἀκρωτηρίων οὖρια vidissem", delitescere Archilochi fragm. 54: Ἀμφὶ δ' ἄκρα Γυρέϊον (Th. Bergk vult: Γυρέων)
ἄκρον ἵσταται νέφος
Σῆμα χειμῶνος . . .

Nam et Ciceronis verba modo prolata et ea, quae alias de Archilocho eum dixisse vidimus, parum apta sunt ad hanc sententiam confirmandam. — Quae cum ita sint, contendere audeo Ciceronem in Archilochi carminibus aut parvum aut nullum collocasse studium, tam eximium autem in poetarum numero locum magis ex eorum, quos sequi solebat, auctoritate, quam ex sua ipsius cognitione ei dedisse. Quamquam enim concedo Archilochi versus parum idoneos fuisse, quibus ita uteretur, ut in libris philosophis et rhetoricis plerisque uti solebat poetarum locis, tamen aptissime, opinor, hunc et illum ejus jambum in epistulis ad Atticum datis in suos inimicos transferre potuit, si accuratius haec carmina maledica habuisset cognita.

Sed jam ad Pindarum, quem una cum Archilocho a nostro in poetarum principibus numerari vidimus, procedat oratio. Ac ne in hujus quidem carminibus Cicero studiosius videtur versatus esse. Neque enim quidquam de arte ejus poetica et genere dicendi profert, tres autem illos locos Pindaricos, qui apud eum inveniuntur, num ex ipsis illius carminibus sumpserit, non satis constat. Primi enim (fr. 197 Bergk) qui ad Att. 13, 38, 2 legitur, altera pars:

πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον
ἢ σκολιαῖς ἀπάταις

etiam a Platone d. rep. 2, 8 (pag. 365 B.) in medium profertur,

ita ut possit cogitari ab eo Ciceronem haec verba esse mutuatum [74]), altera:

δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν

quodammodo sententiae prae se fert speciem; secundus autem locus (ad Att. 12, 5, 1)

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ,

cum sit initium primi Nemeaeorum carminum fortasse in aliquo ex iis libris Graecis erat memoratus, quibus ad litterarum Graecarum scientiam amplificandam Cicero usus esse videtur denique Cobetus, var. lectt. p. 476 ed. II. recte vidisse mihi videtur verba sic tradita (ad Att. 10, 10, 3):

σὺν θεῷ τοι λέγω

facillima conjectura mutanda esse in

σύνες ὅ τοι λέγω.

Sunt autem haec verba Pindari (fr. 82 Bergk), at Cobetus rectissime judicat Ciceronem ea non ex hujus ipsius carminibus, sed ex Platonis Phaedro (p. 236 D) sumpsisse; minime igitur probant illum haec carmina legendo tractasse. Ac sine dubio, quoniam magnus in Pindari carminibus inest sententiarum numerus, harum compluribus, si eas satis cognitas habuisset, ad illustrandas opiniones suas usus esset. Recte autem, si quid video, affirmare licet Ciceroni, ut erat Romanus, universum Pindari dicendi genus non valde esse probatum: praebet enim non solum fere nimiam verborum granditatem, sed etiam magnas ad intellegendum difficultates.

Sequitur, ut proferam perpauca illa, quae de ceteris Graecorum lyricis poetis apud Ciceronem exstant. Ac primum quidem quaerendum est, num quid certi appareat ex his verbis (Tusc. 4, 71): „Quid denique homines doctissimi et summi poetae de se ipsis et carminibus edunt et cantibus? Fortis vir in sua republica cognitus quae de juvenum amore scribit Alcaeus! nam Anacreontis quidem tota poesis est amatoria; maxume vero

[74]) Ex iisdem libris Platonis etiam alios locos sumpsisse videtur. Conferatur, si libet, locus supra laudatus d. rep. 2, 7 (p. 364 D) cum ep. ad fam. 6, 18, 5 et ejusdem operis 8, 14 (p. 563 C) cum ep. ad Att. 5, 11, 5: οἵαπερ ἡ δέσποινα.

flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis." Significare enim hoc loco Cicero videtur se Alcaei, Anacreontis, Ibyci carmina legendo tractasse neque quidquam per se impedimento est, quominus hoc credamus. At sunt quoque caussae, quae moneant, ne nimiam Ciceroni fidem habeamus. Primum enim nullus omnino ex illorum carminibus in Ciceronis libris exstat versus, tum Anacreontis et Ibyci nusquam praeterea mentionem facit, Alcaei semel, sed ita, ut eadem atque antea remaneat dubitatio [75]); denique, cum satis constet Ciceronem saepius ita dicere, ac si ipsius conditoris sectae alicujus philosophorum in medium proferat doctrinam, re vera autem e posteriorum sententia disserere [76]), satis credibile est etiam ex Alcaei, Anacreontis, Ibyci carminibus perpauca eum novisse ac magis aliorum, quam sui ipsius loco supra laudato protulisse opinionem. Quae cum ita sint, in medio relinquenda est quaestio. — Ex reliquis autem Graecorum poetis melicis et jambicis neminem legisse videtur: ei enim loci, ubi Hipponactem jambographum illum acerbissimum et Stesichorum Himeraeum carminum melicorum scriptorem memorat, minime probant in horum carminibus legendis eum versatum esse. Atque de illo quidem duo exstant loci, quorum alterum jam supra attuli, altero carminum illius acerbitas alio quodam modo significatur, cum Cicero dicat (ad fam. 7, 24, 1): „Eumque" (Tigellium) „addictum jam tum puto esse Calvi Licinii Hipponacteo praeconio." De Stesichoro autem Verr. 2, 2, 87, cum in statuam ejus oratio inciderit, haec profert: „Qui fuit Himerae, sed et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine", quae sine dubio dicere potuit, etiamsi nullum ejus versum legerat. Praeterea idem una cum aliis Cat. 23 hanc ob caussam memoratur, quia senectus

[75]) Legimus enim d. deor. nat. 1, 79 haec: „Naevus in articulo pueri delectat Alcaeum". Quae verba cum Cicero scriberet, quamquam fortasse certum quendam hujus poetae versum spectavit, tamen hoc quoque cogitari potest apud aliquem scriptorem Graecum eum haec invenisse.

[76]) cf., ut alia omittam, Deuerling l. l. p. 50: „Cicero kannte von Plato und Aristoteles nur die populären Schriften. Was er sonst über ihre Lehren sagt, entlehnt er stets späteren Quellen und Gleiches gilt sogar von Epicur, den er nach Phaedrus darstellt, obgleich er sich den Schein giebt, sich aufs Original zu stützen."

eum non coegerit in studiis suis obmutescere; denique versum ejus (ad Att. 9, 13, 1):

οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος,

quem *Παλινῳδίας εἰς Ἑλέναν* initium fuisse Plato testatur, mox solemnem inter doctos homines retractandi formulam factum esse iure censet Ernestius in Orellii Onom. Cic. III, p. 71 s. v. De Simonide paullo post videbimus. Ceterorum autem lyricorum, ut Alcmanis, Terpandri, Sapphus, aliorum ne nomina quidem apud Ciceronem exstant.[77])

Relinquitur, ut de iis poetis nonnulla addam, qui elegis maxime et epigrammatis poeticam sibi pepererunt gloriam. Ac primum quidem e Solonis carminibus — illi enim loci, ubi hujus in legibus condendis aut in republica administranda virtutem laudibus effert, minime huc pertinent — duorum locorum facit mentionem, alterius et Tusc. 1, 117 et Cat. 73, utroque loco cum Graecis verbis locum quendam ex Ennii elogio comparans, quem meliorem esse affirmat — quamquam hoc sine dubio non tam ad poeticam venustatem, quam ad cogitandi rationem referendum est — alterius Cat. 26 et 50. At cum illi versus sint notissimi, posterior autem praeterea sententiae prae se ferat speciem, argumento esse non possunt Solonis carmina eum perlegisse magnamque ex iis percepisse voluptatem, quamquam per se haud incredibile est Ciceronem, ut accuratius perspiceret illius de re publica administranda sententiam, etiam carminibus ejus legendis operam dedisse. — Simonidis vero, qui non solum propter carminum melicorum suavitatem, sed etiam propter epigrammatum elegantiam summa floruit inter Graecos laude, poemata vel minus cognita habuisse videtur. Quamquam enim haud raro ejus mentionem facit, tamen omnes fere hi loci ad solam vitam[78]), maxime autem ad eximiam memoriam[79]) ejus pertinent; de poetica vero ejus facultate unus exstat locus (d. deor. nat. 1, 60) isque tam universe dictus, ut nullius fere sit momenti. Cotta enim ex sententia sine dubio Ciceronis — Simonidem non poetam solum suavem, verum etiam ceteroqui doctum sapien-

[77]) Nam quod Verr. 2, 4, 125 et 126 de statua Sapphus Silanionis opere verba facit, nihil ad rem.

[78]) cf. d. rep. 2, 20; Cat. 23; d. div. 1, 56.

[79]) cf. d. or. 2, 351—53; ibid. 357; d. fin. 2, 104.

temque tradi dicit. Maxime autem Ciceronem Simonidis carmina parum novisse ex eo videtur perspici posse, quod nullus alius apud eum invenitur hujus versus, nisi notissimum illud epigramma in Spartiatas, qui apud Thermopylas pro patria morti se dederunt. Nam ex eo, quod loco jam supra allato (d. or. 2, 352) carmen illud in Scopam a Simonide factum memorat, non sequitur id ei notum fuisse. Apparet enim totam narrationem illo loco prolatam ex Graeco aliquo scriptore sumptam esse. Tyrtaei autem et Theognidis, ut alios omittam, ne nomina quidem profert. Sed haec hactenus: jam enim perspicuum esse puto Ciceronem parum legisse carmina lyrica Graecorum neque ita magnam ex his percepisse delectationem: quibus autem de caussis hoc factum esse videretur, initio hujus partis exponere conatus sum.

Quae cum ita sint, jam licebit ostendere, quid de poetis scenicis Graecorum senserit. Cui poetarum generi illum magis, quam ceteris, studuisse nemo nescit neque mirum id est, quia non solum ceteri quoque illius aetatis Romani fere omnes fabulas, quippe quae ad hujus populi naturam atque indolem aptissimae essent, summo amplectebantur studio, sed etiam maximus quisque usque ad illud tempus Romanorum poeta fabulis inprimis ad exemplum Graecorum conscribendis haud infeliciter operam dederat. Quamquam, si quis Ciceronis libros accuratius perlegerit, facile eum arbitror concessurum ne hujus quidem poetarum Graecorum generis omnes, qui eximia quadam laude digni videntur, illi satis notos fuisse, nam, si quid video, ex tragicis ad solos illos tres principes Aeschylum, Sophoclem, Euripidem; ex comicis ad unum Menandrum majore accessit studio.

Ac primum quidem de comoediae Graecae principibus Cicero aliter judicasse, quam nos solemus, vix negari potest: Aristophanes enim, quem omnes hujus aetatis viri docti omnium maximum poetam comoediae Graecae sine ulla dubitatione appellant, haud ita saepe apud Ciceronem memoratur. Qua ex re jure colligere possumus ab eo non plurimi illum poetam esse aestimatum. Cui opinioni non obstat locus ille d. legg. 2, 37, ubi is facetissimus veteris comoediae poeta appellatur, quoniam hic non de universa Graecorum comoedia sermo est. Cum autem

Aristophanis aemulos Cratinum et Eupolin vel minus novisse videatur, per se verisimillimum est eum hoc judicium non tam ex sua ipsius sententia, quam ex eorum Graecorum, quos in his rebus secutus est, auctoritate fecisse. Quae opinio profecto non infirmatur hoc loco (ad Q. fr. 3, 1, 19): „Dedit mihi epistolam legendam tuam, quam paullo ante acceperat, Aristophaneo modo, valde mehercule et suavem et gravem: qua sum admodum delectatus." Nam facillime cogitari potest scivisse eum, quo fere modo Aristophanes scribere soleret, etiamsi aut nullam aut perpaucas ejus fabulas ipse legerat. Atque ii quoque loci, quibus certos quosdam Aristophanis versus significare videtur, omnes ejusmodi sunt, ut non satis probent eum nonnullas hujus fabulas legisse neque potius alium scriptorem Graecum secutum esse. Ita judicandum est de loco jam allato d. legg. 2, 37, qui ad comoediam Horarum nomine inscriptam spectare videtur[80]), neque minus de verbis his (or. 29) „Pericles si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset", quae Latine redduut Acharnensium versus 530 et 531

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὑλύμπιος
ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Neque minus parum versatum fuisse Ciceronem in Aristophanis comoediis eo probatur, quod ad Att. 12, 6, 3 confitetur se initio hunc locum falso Eupolidi tribuisse. Deinde versus illi ad Att. 8, 8, 2, quamquam simillimi sunt Acharnensium versibus 659—61, tamen ex fabula aliqua Euripidea sunt sumpti, ab Aristophane autem parodia expressi.[81]) Tum is versus, quem Tusc. 1, 41 affert:

„Quam quisque norit artem, in hac se exereat",

quamquam etiam in Vesparum versu 1431 ita invenitur:

Ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην,

tamen, ut videtur, vetus erat proverbium ab Aristophane in comoediam illam receptum atque hoc quidem constat eum Ciceroni non ex Aristophane solo notum fuisse; dicit enim loco prolato: „Bene illo Graecorum proverbio praecipitur"; eodemque modo accipienda sunt verba (ad Att. 5, 10, 3): „O illud verum:

[80]) cf. Th. Bergk apud Meineke fragm. com. Gr. II, p. 1173.
[81]) cf. Nauck, fr. trag. Graec. Eurip. fr. 910.

Ἔρδοι τις... „Iam vero omnes loci prolati sunt, quibus Cicero aut de Aristophane judicat aut versus ex ejus comoediis profert. Qui quam pauci et quales sint, si quis consideraverit, non dubitabit concedere verisimillimum esse aut omnino nullam aut perpaucas comoedias hujus poetae ei notas fuisse. Adde, quod etiam aliis ex rebus satis cognoscitur Aristophanis comoedias parum eum tractasse. Nam duo tantum, quod sciam, exstant loci, quibus consuetudo illa veterum comicorum, ex qua homines in civitate potentes, praesertim si ipsi a contraria parte stabant, exagitare atque irridere solebant, in memoriam vocatur.[82]) — Ex his locis minime colligi posse Ciceronem veteres illas comoedias legisse perspicuum est. Contra autem, quam parvam operam ad eas cognoscendas contulerit, eo videtur probari, quod ne uno quidem loco memorat — ut alios omittam — Aspasiam, Lamachum, Niciam, Demosthenem, Socratem, Euripidem ab Aristophane ceterisque veteribus comicis saepissime esse acerbis facetiis irrisos et quod ex multis illis personis ab Aristophane fictis, e quibus Dicaeopolin, Pithetaerum, Euelpidem memorasse sufficit, ne unius quidem fecit mentionem. Quod ille, quippe qui libentissime, quantum legeret, significaret, sine dubio non omisisset, si veteres Atticorum comicos paullo accuratius cognitos habuisset. Quorum magnitudinem quam non perspexerit, etiam ex eo colligitur, quod non sine quadam assensionis significatione or. 67 eorum profert opinionem, quibus Platonis et Democriti locutio potius videbatur poema, quam comicorum poetarum, „apud quos“, ut ipsius verbis utar, „nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.“ Hoc enim judicium quamquam in recentis comoediae poetas haud male quadrat, tamen in veterem maximeque in Aristophaneam comoediam

---

[82]) cf. d. rep. 4, 11: Quem illa (comoedia) non attigit vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Esto: populares homines improbos, in re publica seditiosos Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum laesit. Patiamur, etsi ejusmodi cives a censore melius est, quam a poeta, notari: sed Periclem, cum jam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et exagitari in scaena non plus decuit, quam ... (Cleon praeterea turbulentus civis appellatur Brut. 28); Brut. 224: Saturninus ... simillimus Atheniensis Hyperboli, cujus improbitatem veteres Atticorum comoediae notaverunt.

minime cadit. Quae cum ita sint, fere pro certo affirmaverim Ciceronem non tam ex sua ipsius cognitione, quam ex eorum, quos secutus est, auctoritate Aristophani laudem tribuisse. Ac facillime explicari potest, qui factum sit, ut parvum studium in hujus comoediis collocaret et haud ita magnam ex iis perciperet delectationem. Neque enim quisquam, quantum scimus, ex poetis scenicis Romanorum comoediam ullam Aristophanis in linguam Latinam converterat, ita ut hac re Cicero permoveri posset, ut ipsius Graeci fabulas legeret; praeterea illae etiam Graece doctis illorum temporum viris multas ad intellegendum praebuerunt difficultates, postremo ob ingentem audaciam, qua potentissimi viri et gravissima reipublicae instituta in his exagitabantur, ab universa ingenii Romanorum indole alienae erant.[83]) — Quae si quis consideraverit, vix mirabitur Cratinum ne semel quidem apud Ciceronem memorari, Eupolin duobus locis, sed ita, ut ex hac re minime colligere liceat ullam ei hujus comici fabulam notam fuisse. Nam Brut. 38 haec inveniuntur: „Non, quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.“ et ibid. 59 haec: (*Πειθὼ*) „quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis sessitavisse“. Primum vero monendum est duos locos ad eosdem poetae illius versus esse referendos. Quo accedit, quod hi versus notissimi facillime ab aliquo rerum scriptore ad genus dicendi Periclis describendum prolati esse poterant.

Iam vero absolutis, quae ad Ciceronis de vetere Atticorum comoedia sententiam cognoscendam opus videbantur[84]), priusquam ad recentem, quae dicitur, progrediamur, haud ineptum videtur pauca addere, ex quibus appareat, quid de Epicharmo, antiquissimo, ut videtur, Graecorum comico, senserit. Quae etiam antea proferre poteram; nam verisimillimum est eum carmen philosophum, quod *περὶ φύσεως* inscribebatur, composuisse; cum autem eam, quam apud veteres habuit gloriam, maximam partem ex comoediis ei redundasse constet, hic locus aptior videbatur, ubi pauca de eo disputarem. Concedendum

[83]) cf. l. l. d. rep. 4, 11.

[84]) cf. praeterea d. off. 1, 104, de quo loco postea disputabimus.

autem est, quae de hoc apud Ciceronem inveniuntur, ita in universum esse dicta, ut suspicari tantum liceat, non scire ejus sententiam. Appellatur enim Epicharmus Tusc. 1, 15 „acutus nec insulsus homo, ut Siculus" et ad Att. 1, 19, 8 „vafer ille Siculus". Atque etiam pauci illi Epicharmi versus, qui aut proferuntur aut significantur apud Ciceronem, ejusmodi sunt, ut, praesertim cum ne hoc quidem satis constet, quibus ejus operibus sint tribuendi, ex iis quoque minime possit disceptari, utrum omnino Epicharmum ipsum legerit necne. Sententiarum enim, quibus poetam illum Siculum abundasse inter omnes constat, cuncti prae se ferunt speciem[85]). Itaque cum Lorenz l. l. p. 69 passim sine dubio recte contendat sententias Epicharmi mox ex libris ejus excerptas et collectas esse, haud improbabile videtur ex hujusmodi libro Ciceronem quoque eas, quas profert, esse mutuatum. Attamen sunt etiam caussae, quibus, ut ad ipsa Epicharmi opera legenda accederet, Ciceronem commotum esse facile possit cogitari. Nam primum totum hujus poetae scribendi genus, quamquam multo ante Aristophanem erat, tamen magis ad Romanorum et ipsius Ciceronis sensum atque intellegentiam erat accommodatum; tum Plato, quem quasi deum veneratus est, valde Siculum illum videtur admiratus esse; denique verisimile est Ennium hujus ipsius de rerum natura carmen in „Epicharmo" [86]) conscribendo secutum esse. Haec habui, quae de hac re dicerem; certum autem judicium proferre non audeo.

Sed quoniam vidimus veteribus Atticorum comoediis haud

[85]) cf. Tusc. 1, 15:

Emori nolo, sed me esse mortuum nihil aestimo

quibus verbis expressit versum sine dubio corruptum apud, Lorenz in libro qui inscribitur „Leben und Schriften des Koers Epicharmus" fragm. B (ἄδηλα) 10 sic exstantem:

ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει·

Tusc. 1, 46: animum et videre et audire cf. B 2:

Νόος ὁρῇ καὶ νόος ἀκούει·

ad Att. 1, 19, 8 = B 17:

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν·

ad Q. fr. 3, 1, 23 = B 18:

Γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται.

[86]) Ex hoc carmine Cicero Ac. pr. 2, 51 hunc servavit versum:

Nam videbar somniare med ego esse mortuum.

ita valde delectatum esse Ciceronem, mediae autem comoediae poetarum mentio apud eum non fit, licebit progredi ad recentis quam dicunt comoediae Atticae poetas. Quos quanti aestimaverit, ex satis multis locis licet perspicere, quamquam saepius hanc ob rem difficile est justum facere judicium, quod non de ipsis Graecorum comoediis, sed de fabulis Latinis ex illis conversis profert sententiam. Nam etsi facile apparet ejusmodi quoque locos haud parvi interdum momenti esse ad rem propositam recte dijudicandam, tamen cavendum est, ne omnia, quae de comoedia aliqua Latina profert, plane ac prorsus ad eam Graecam fabulam, ex qua illam conversam esse scimus, referamus, quia satis constat poetas Latinos non solum liberius ac neglegentius vertere solitos esse, sed ne dubitasse quidem saepius totas scenas alterius comoediae Graecae inserere.

Ut autem jam ad singula veniamus, primum hoc videtur valde memoria dignum a Cicerone ex permagno illo recentioris comoediae Atticae poetarum numero solum Menandrum, principem illum ex omnium consensu hujus generis, nominari[87]), Philemonem autem et Diphilum et Apollodorum, ut omittam alios, alto praetermitti silentio, quamquam nullo modo dubitari potest, quin poetae Romani haud paucas eorum fabulas converterint. Quae cum ita sint, non vereor dicere solius Menandri comoedias Graece lectas esse a Cicerone. Novum igitur jam habemus argumentum, ex quo conicere liceat erraturum, qui putet permagnum fuisse numerum Graecorum librorum, quos Cicero lectione tractaverit. Etsi autem ne de Menandro quidem certum facit judicium, tamen ex eo ipso, quod eum saepius nominat, si quid video, cognoscere possumus hunc Ciceroni, a quo ipsum Aristophanem veteris tantum comoediae facetissimum poetam appellari vidimus, non solum recentiorum, sed omnium comicorum Graecorum principem esse visum. Ac nihil profecto

---

[87]) Satis scio versum illum (Tusc. 5, 25):

„Vitam regit fortuna, non sapientia"

in Chaeremonis *Κενταύρῳ*, quam fabulam alteri tragoediam, alteri comoediam fuisse credunt, ita inveniri:

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

At ex Ciceronis ipsius verbis satis apparet eum versum illum ex Theophrasti Callisthene sumpsisse.

est, cur miremur Ciceronem ita judicasse; negari enim non potest Menandri fabulas facilius a Romanis potuisse intellegi, ita ut majorem iis praeberent delectationem. Et quamquam nullus apud Ciceronem invenitur locus, ubi apertis verbis comicorum principatum tribuat Menandro, tamen quid aliud sibi vult illud (d. opt. g. or. 6): „At Menander Homeri noluit" (similis esse) „genus enim erat aliud", quam illi eundem fere in suo genere concedere locum, quem in poetarum epicorum existimatione omnes tribuebant Homero? Accedit, quod vix cogitari potest casu, non consilio factum esse, ut, quotiescunque de comoediis Latinis e Graecis conversis Cicero disputat, ex his semper Menandri proferat fabulas[88]). — Praeterea notissimum illud Ciceronis in Terentium carmen:

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medium nobis sedatis vocibus ecfers
Quidquid come loquens atque omnia dulcia dicens,

satis, opinor, probat maximi Menandrum a Cicerone esse aestimatum neque metuo, ne nimiae audaciae crimen in me contraham, cum dico extremo maxime versu quodammodo Ciceronis de Menandri comoediis judicium contineri, quamquam occasione oblata futurum fuisse, ut hic paullo etiam magis ab illo laudaretur, suspicari licet. Neque ineptum videtur nonnullos alios Ciceronis afferre locos, qui, quamquam ad Latinas pertinent comoedias, tamen idonei videntur ad illius de Menandro aliisque recentioris comoediae poetis judicium illustrandum. Ac primum quidem d. or. 2, 326 Antonius — ex sententia certe Ciceronis —, ut doceat saepe longam et quodammodo fusam narrationem praeferendam esse brevi et concisae, provocat ad Terentii Andr. vv. 51 sqq. ibidemque 327 ita hos laudat: „Quam longa est narratio! mores adolescentis ipsius et servilis percontatio, mors Chrysidis, vultus et forma et lamentatio sororis, reliqua pervarie jucundeque narrantur." Hoc igitur judicium, quo nullum, quod sciam, in universis Ciceronis operibus uberius et magis ad solam poeticam, ut ita dicam, pulchritudinem spectans de ullo poetae alicujus loco invenitur, ex mea

88) cf. d. opt. g. or. 18; d. fin. 1, 4; ibid. 1, 7.

opinione recte ad Menandrum potest referri; nam primum memoriae traditum est Terentium accuratius, quam ceteri solebant, fabulas Graecorum expressisse, tum d. fin. 1, 4 in fabellis Latinis ad verbum e Graecis expressis etiam Andria numeratur, ita ut, quamquam haud ignoro hoc non nimis premendum esse, tamen contendere liceat locum quendam ei, quem e Terentio Cicero citat, simillimum etiam apud Menandrum fuisse. Ac si fratrum in illius „Adelphis" morum notatio Cat. 65 ita laudatur: „Quanta in altero diritas, in altero comitas!" quis dubitat, quin haec laus in Menandri quoque comoediam cadat? De Caecilio autem nullum ejusmodi apud Ciceronem invenitur judicium, ex quo planius possit intellegi, quid de Graecorum poetis, quos ille secutus est, senserit; nam, quae Cat. 25 de nonnullis illius poetae locis proferuntur judicia, non ad poeticam pulchritudinem, sed ad veritatem sententiarum prolatarum pertinere nemo non intellegit neque magis ad artem poeticam referendum est, quod Cicero Tusc. 4, 69, postquam versus nonnullos Caecilii protulit, ironice dicit: „O praeclaram emendatricem vitae poeticam! quae amorem, flagitii et levitatis auctorem, in concilio deorum collocandum putet." — Ex iis denique locis, quibus de Plauto agitur, unus quodammodo ad rem propositam pertinet. Dicit enim Cicero d. off. 1, 104: „Duplex omnino est jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo Plautus et Atticorum antiqua comoedia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt." Atque quamquam concedo eum hoc loco haud prorsus recte judicasse — vix enim dici potest Plautum veteresque Atticorum comicos priore illo, quod statuit, genere jocandi abstinuisse — tamen hanc ob rem hunc locum non silentio praetereundum esse putavi, quia ex eo apparet Ciceronem, si minus sciret, tamen quodammodo sensisse Plautum propius ad veteris comoediae Atticae accedere similitudinem, quam Caecilium aut Terentium.

Accedit, quod multo saepius, quam ceterorum comicorum Latinorum, Terentii, quem Julius Caesar aptissime „dimidiatum Menandrum" appellavit, locos Cicero affert, ita ut novum jam habeamus argumentum, ex quo, quantum in eo fuerit Menandri studium, appareat. Fere triginta enim loci ex illius comoediis

apud eum inveniuntur, quamquam sex tantum scripsit fabulas. Ac quamquam non nego hoc aliqua ex parte propterea factum esse, quod ille propius, quam Plautus et Caecilius, a Ciceronis ipsius aetate aberat, tamen haec caussa levior est, quam ex qua sola explicari possit, quod dimidio circiter pauciores Caecilii, cujus etiam nunc quadraginta fere exstant tituli, loci in Ciceronis libris insunt et tres tantum Plauti. Itaque hoc pro certo affirmaverim Terentium, quem iis quidem rebus, quas maxime aestimasse videtur Cicero, sermonis suavitate et subtili morum notatione [89]), proxime ad Menandri similitudinem accessisse vix negari potest, principem comicorum Romanorum Ciceroni visum esse. [90]) Accedit, quod ne hoc quidem fortasse solo casu factum est, quod — ut omittam ex Hecyra ne unum quidem locum apud Ciceronem inveniri — ex triginta fere locis Terentianis tres tantum ex Phormione, quae comoedia ad Apollodori conscripta est exemplum, sumpsit; ceteros ex quatuor illis, in quibus condendis ille Menandrum secutus est. — Ac si quaerimus, quales maxime locos e Caecilii comoediis Cicero proferre soleat, iterum cognoscemus, quam fuerit Menandri studiosus. Primum enim, ne quis miretur pro numero comoediarum ex magna parte ad Menandri, ut videtur, exemplum compositarum paucos illius locos a Cicerone proferri, monendum est Ritschelium (parerga p. 145) magnis caussis allatis affirmare Caecilium posterioribus demum vitae annis coepisse eas Graecorum fabulas, quas sequebatur, accuratius exprimere. Huc accedit, quod eam fortasse ob caussam, quod malus erat auctor Latinitatis — ita enim eum appellat ad Att. 7, 3, 10 [91]) —

[89]) cf. Varro p. 303 Bip.: Terentius in ethesi poscit palmam.

[90]) Dixerit quispiam me neglegere, quae Cicero ipse d. opt. g. or. 2 hac de re professus sit: „Itaque licet dicere et Ennium summum epicum poetam, si cui ita videtur, et Pacuvium tragicum et Caecilium fortasse comicum.“ Ut vero omittam ex sententiarum conexu satis apparere hoc loco eum non tam suam ipsius opinionem, quam eorum, qui in his rebus summum obtinebant auctoritatis locum, sententiam proferre, id ipsum, quod „fortasse“ addidit, argumento est hunc locum non multum de Ciceronis judicio probare. Adde, quod infra videbimus ne id quidem pro certo posse affirmari hunc Pacuvio primum inter tragicos Romanos tribuisse locum.

[91]) cf. praeterea Brut. 258: Caecilium et Pacuvium male locutos videmus.

minus libenter Cicero ejus usus est versibus, quam Terentii, de quo loco modo prolato dicit: „Cujus fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi.“ Praeterea ex quatuor Caecilii comoediis, ex quibus, si O. Ribbeck credimus, versus apud nostrum inveniri pro certo affirmari potest, Synephebos et Plocium fabulas a Menandro translatas esse constat, de Ephesio (Ephesione?) autem et Hymnide, cum comoedias eodem modo inscriptas ab illo compositas esse memoriae traditum sit, idem suspicari licet. — Denique locus ille p. Rosc. Am. 46 prolatus, ut Joannem Vahlen demonstrantem audivi, sumptus est ex ea comoedia, quae a nonnullis ὑποβολιμαῖος Chaerestratus inscripta esse dicitur et ad Menandri ὑποβολιμαίου ἀγροικοῦ exemplum facta est. — Extremum est, ut de tribus Plauti locis, qui apud Ciceronem inveniuntur[92]), pauca addam. Satis scio eos non ex iis comoediis, in quibus ille Menandrum secutus est, sumptos esse; minor vero est locorum numerus, quam ex quo certi quidquam possit colligi, et Plautus saepe tam libere vertisse videtur, ut minus colorem et habitum fabulae Graecae servaret, quam suum ipsius inferret. Quin etiam contendere audeo id ipsum, quod Cicero tam paucos illius versus attulerit, quodammodo argumento esse, quanti Menandri scribendi genus aestimaverit. Quis enim est, quin concedat Plautum multo longius ab eo afuisse, quam Terentium et Caecilium?[93]) — Omnia igitur, quae vel de Menandro ipso vel de comicis Romanis eum imitantibus in Ciceronis libris inveniuntur, probant summam illius poetae in hoc fuisse admirationem. Facile igitur credi potest nonnullas quidem ejus comoedias eum legisse,

[92]) cf. d. inv. 1, 95; d. or. 2, 39; d. div. 1, 65.

[93]) Sunt sane loci apud Ciceronem, quibus valde laudat Plautum. At equidem facere non possum, quin putem has laudes magis eo consilio ab illo prolatas esse, ut ita quoque, quantum homines vere Romanos veterum temporum admiraretur, ostenderet, quam quia re vera magnam ex illius comoediis cepit delectationem. Plautus enim iis ipsis virtutibus, quas in Terentio Cicero admirabatur, valde caruit, et quamquam loco supra allato (d. off. 1, 104) urbanitas ei tribuitur, tamen jure contendi potest hanc quidem, quam Cicero intellegere solebat, ei defuisse. Quae cum ita sint, assentior iis, quae Lorenz in editione Mostellariae Plautinae p. 45 prooemii, adn. 42 de hac re disserit.

quamquam nullus exstat locus, ubi apertis verbis hoc confitetur, neque usquam Menandri ipsius versus ab eo proferuntur.[94])

Sed haec hactenus. Nunc argumenti ipsius ratio postulat, ut, quid de tragicis Graecis Cicero senserit, eodem modo exponam. Ut autem modo docui vix principum comoediae Graecae opera ei nota fuisse videri, ita ex tragoediarum Graecarum magno numero nihil eum legisse, nisi Aeschyli, Sophoclis, Euripidis fabulas dicere non dubito; nam ne nomen quidem ullius alius tragici profert. Quid autem de illis judicaverit, ita examinare in animo est, ut primum neglecto Aeschylo, cujus tragoediis legendis minorem eum dedisse operam postea videbimus, quaeramus, utrum Sophocle an Euripide magis videatur delectatus esse. Sunt enim caussae, quibus hoc, sunt, quibus illud videatur probari, et ex viris doctis alii aliter de hac re judicaverunt. J. van Heusde enim l. l., postquam pag. 28 in universum sic judicavit: „(Cicero) Aeschylum, Sophoclem, Euripidem assidua lectione tractavit", pag. 30 ita pergit: „Quamvis autem Cicero in Aeschylo vim tragicam admirabatur eumque ad imitandum sibi proponebat, tamen Euripidi, de scena philosopho, propter majorem ingenii similitudinem, quae ipsi cum illo, ut antea Platoni intercedebat, praeclaram operam navavit . . . tanti eum fecisse putandus est, ut ad Tironem scribens affirmaret singulos Euripidis versus singula testimonia se existimare." (cf. ad fam. 16, 8, 2). Quo loco etsi Aeschylum tantum et Euripidem quodammodo inter se comparat, de Sophocle autem, nescio qua de caussa, nihil profert, tamen talis est totius loci conditio ac natura, ut dubitari non possit, quin J. van Heusde putaverit Euripidem omnium tragicorum summum a Cicerone esse judicatum. Idemque de hac re Drumann sensisse videtur, dicit enim l. l. V, p. 223 brevissime ita: „Daneben" (neben Homer) „wurden die griechischen Tragiker nicht vergessen, er bediente sich oft ihrer Worte, Euripides scheint ihn vorzüglich angesprochen zu

---

[94]) Ne quid temere omisisse videar, hoc addam Rhintonis quoque locum apud Ciceronem exstare. Dicit enim ad Att. 1, 20, 3: „Nam, ut ait Rhinton, ut opinor:

Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει:

quae verba non solum non ostendunt eum hujus poetae fabulas legisse, sed magis ad contrariam sententiam perducunt.

haben." — V. Clavel autem prorsus aliam, si quid video, de hac re amplexus est opinionem. Affirmat enim l. l. pag. 60 Sophoclem Ciceroni multo meliorem ad vertendum praebuisse materiam, quam Euripidem, nec minus pag. 107[95]) et pag. 119[96]) ejus in illius poetae locis vertendis artem magnis cumulat laudibus. Ex quibus verbis cum hoc appareat Sophoclem ex V. Clavel opinione omnium tragicorum maxime Ciceronis respondisse ingenio, quis dubitat, quin is putet illum ei principem in hoc genere locum tenere visum esse? Quam ob rem operae pretium videtur accuratius quaerere, utra sententia vera habenda sit, praesertim cum Sophocles et Euripides sine dubio inter se dissimillimi sint. Sunt autem apud Ciceronem loci, ex quibus apparere videatur, illum ab eo principem tragicorum esse judicatum. Qui loci cum jam supra prolati sint, satis erit unum eumque gravissimum in memoriam revocasse. Or. 4 enim ita disserit: „Nam in poetis non Homero soli locus est — ut de Graecis loquar — aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum vel secundis vel infra secundos." Neque vero omnem his talibusque locis amoveri dubitationem jam ex iis colligere possumus, quae d. or. 3, 27 Crassus affirmat, Aeschylo, Sophocli, Euripidi parem paene laudem in dissimili scribendi genere tribui; nam ne minima quidem caussa est, cur putemus eum hoc loco non e Ciceronis dicere sententia. — Illis autem locis, quorum supra mentionem feci, adiciendi sunt nonnulli alii, ubi Sophocli summae tribuuntur laudes, ut d. div. 1, 54 ita praedicatur: „Adjungamus philosophis doctissimum hominem, poetam quidem divinum, Sophoclem." Neque ea neglegenda sunt, quae d. fin. 5, 3 Q. Cicero disputans inducitur. Cum enim in eos homines illustres inciderit sermo, quorum memoria Athenarum aspectu excitaretur, ille de Sophocle hoc dicit: „Quem scis quam admirer quamque eo delecter" idemque paullo post Oedipodis Colonei prooemium mollissimum appellat carmen. Neque vero dubitari potest, quin

[95]) „Dum vero, ut singulas verborum rerumque varietates exprimat, enititur, si magnum Homerum, tum copia, tum brevitate mirabilem, convertit, enervatus languet, si Sophoclem, vere poeta, Grajae camenae afflatus spiritu .... merito judicatur."

[96]) „In jambeis melior tantam adeptus est facultatem, ut incredibili quadam diligentia Herculis Sophoclei lamentationes expresserit."

Marcus eandem fere, quam frater, de Sophocle ejusque fabulis habuerit sententiam. Denique d. fin. 1, 5 ipse dicit ab illo Electram vel optime scriptam esse. — Quibus Sophoclis laudibus accedit aliud argumentum idque maximi momenti. Ipsis enim Ciceronis libris probatur in eorum, quos interdum vertere solebat, numero illum eximium quendam tenuisse locum, quamquam duo tantum nunc apud eum exstant loci Sophoclei Latine expressi, quorum alter versus nonnullos ex Teucro, si Th. Welcker fidem habemus, translatos continet (cf. Tusc. 3, 71), alter Trachiniarum versus 1046—1102 (cf. Tusc. 2, 20—22). — Sed non solum verisimillimum est haud paucos praeterea Sophoclis locos a Cicerone juvene in Latinum esse conversos, sed etiam is maxime, quem secundo loco protuli, cum longissimus sit omnium, qui apud Ciceronem inveniuntur, satis perspicue, opinor, docet, quanta in eo fuerit illius admiratio. Cujus fabulis etiam posterioribus vitae annis valde eum delectatum esse ex eo cognoscitur, quod epistulis interdum versus Sophocleos inseruit, quos infra enumerare in animo est.

Iam ut quaestionem propositam ad finem perducamus, transgrediendum est ad Euripidem. Atque si ita illa recte dijudicetur, ut videamus, utrum hujus an illius Cicero plures respiciat locos sine ulla dubitatione dicendum erit Euripidi tragicorum principatum a nostro esse tributum. Octo enim hujus tragoedias ita commemorat, ut vix dubitari possit, quin ipse eas legerit. Quod me vere dixisse ut melius posset intellegi, haud ineptum esse puto has una cum locis Ciceronianis ad eas spectantibus ita enumerare ut primum hos locos proferam, qui maximam habent probandi vim, tum lineola interposita ceteros addam.

1. Andromacha cf. d. opt. g. or. 18. — Ex eadem tragoedia sumpta sunt verba ad Att. 2, 25, 1 prolata *ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν* = v. 447 edit. Kirchhoff.
2. Antiopa cf. d. opt. g. or. 18 et d. fin. 1, 4. — Quibus locis addendi sunt d. inv. 1, 94 et ex probabili F. W. Schneidewin conjectura versus d. deor. nat. 2, 65 Latine a Cicerone expressi = Nauck fragm. Eur. 935 [97]).
3. Cresphontes cf. Tusc. 1, 115 = fr. 452 N.

[97]) cf. Nauck trag. Graec. fragm. p. 521 et 339.

4. Hercules cf. Ac. pr. 2, 89.
5. Medea cf. d. fin. 1, 4.
6. Phoenissae cf. d. off. 3, 82 = vv. 525 et 526 K.; ad Att. 2, 25, 1 = v. 394 K.; ibid. 7, 11, 1 = v. 507 K.
7. Phrixus cf. Tusc. 3, 67 = fr. 818 N.[98])
8. Theseus cf. Tusc. 3, 29 = fr. 392 N. — ibid. 3, 58 (initium ejusdem fragmenti).

Accedunt haud paucae tragoediae, ex quibus ita profert locos, ut, num illas noverit, non satis appareat, quamquam de nonnullis quidem, ut de Hippolyto, Hypsipyla, Oreste, hoc suspicari licet:

1. Andromeda cf. d. fin. 2, 105 = fr. 131 N.
2. Chrysippus cf. Tusc. 4, 71 vid. Nauck. l. l. p. 497.
3. Hippolytus cf. ad Q. fr. 3, 1, 18 = v. 438 K.; d. off. 3, 108 = v. 607 K.
4. Hypsipyla cf. Tusc. 3, 59 = fr. 757 N.[99])
5. Jon cf. ad Att. 13, 11, 1 = fr. 585 N.
6. Orestes cf. Tusc. 4, 63 = vv. 1—5 K.
7. Supplices cf. ad Q. fr. 2, 15, 5 = v. 121 K.
8. Telephus cf. ad Att. 4, 6, 2 = fr. 722 N.; ad Att. 1, 20, 3.

Cui numero ex hominum doctorum sententia addendae sunt hae fabulae:

9. Alexander cf. d. fin. 3, 64 = inc. inc. 430 N.: huic tragoediae versum tribuendum esse conjecit Musgrave, cf. Nauck. l. l.
10. Erechtheus cf. ad fam. 12, 14, 7 = inc. inc. 339 N.: huic tragoediae versum adscripsit R. Porson cf. Nauck l. l.
11. Philocteta cf. d. or. 3, 141; ad Att. 6, 8, 5 = inc. inc. fr. 8 N.: huic fabulae versum tribuit satis probabili conjectura, A. Nauck l. l.

Denique exstant apud Ciceronem nonnulli versus Euripidei, qui ad quam pertinuerint fabulam, non constat.

1. inc. inc. 897 N. cf. ad fam. 13, 15, 2.
2. ibid. 898 N. cf. ad fam. 16, 8, 2.

---

[98]) cf. A. Nauck adnotationem ad hunc locum et ad fragm. 816.

[99]) Hanc fabulam priori generi adicere non dubitarem, nisi versus illi, qui proferuntur, ex Antiochi libro quodam ducti esse viderentur.

3. ibid. 910 N. cf. ad Att. 6, 8, 1; 8, 8, 2.
4. ibid. 950 N. cf. ad Att. 9, 2[a], 2.
5. ibid. 963 N. cf. d. div. 2, 12; ad Att. 7, 13[a], 6.
6. ibid. 1007 N. cf. Tusc. 1, 65.

Ex Sophoclis autem fabulis has Ciceroni notas fuisse satis constare videtur:

1. Electra cf. d. fin. 1, 5.
2. Epigoni cf. d. opt. g. or. 18 vid. Nauck. l. l. p. 137. — Fortasse addenda sunt verba Tusc. 2, 60 prolata = inc. inc. 2 N.
3. Niptra cf. Tusc. 2, 48 vid. Nauck p. 182.
4. Oedipus Coloneus cf. d. fin. 5, 3.
5. Trachiniae cf. Tusc. 2, 20—22.

His fortasse addendae sunt:

1. Tereus aut Tyro cf. ad Att. 4, 8[a], 1 = fr. 596 N. (codices praebent *Τυροῖ*, edit. princ. ex conjectura, ut videtur *Τηρεῖ*, vid. A. Nauck l. l.).
2. Teucer ex Th. Welcker conjectura cf. Tusc. 3, 71 = inc. inc. 662 N. — Ex eadem fabula fortasse sumpta sunt verba Tusc. 5, 108 prolata.
3. Tympanistae cf. ad Att. 2, 7, 4 = fr. 574 N. Denique prorsus nescimus, ex qua fabula sumpti sint versus, qui ad Att. 2, 16, 2 inveniuntur = fr. 697 N.

Apparet igitur recte me dixisse multo plures Euripideos, quam Sophocleos apud Ciceronem exstare locos. Diligentius vero in illos priores inquirentes facile inveniemus eorum longe maximam partem vel proverbiorum vel sententiarum prae se ferre speciem vel omnino ad philosophiam quodammodo pertinere. Duos enim tantum locos inveni (cf. ad Att. 7, 11, 1 et ad Q. fr. 2, 15, 5), qui vix his generibus possunt addi. Quod casu ac temere factum esse quoniam incredibile videtur, jam invenimus rem, si quid video, aptissimam ad quaestionem propositam recte dijudicandam. Perspicuum enim mihi videtur non tam poetica pulchritudine, quam multitudine sententiarum ad omnes fere philosophiae partes pertinentium factum esse, ut magnam ex fabulis Euripideis perciperet delectationem. Ac nihil profecto est, cur miremur rem ita se habere. Nam iterum atque iterum vidimus rarissime Ciceronem eo progredi, ut de

sola venustate aut carminis aut loci alicujus judicium ferat, sed fere semper alias admiscere res ad artem poeticam parum pertinentes. Quomodo igitur fieri potuit, ut hanc consuetudinem ex ipsa ingenii ejus natura exortam in eo desereret, qui philosophus inter poetas appellari potest cujusque philosophandi ratio non ita valde aberat ab ea, quam ex nova academiae doctrina ipse sequi solebat? Praeterea autem judicia, quae de Euripide profert, optime quadrant in sententiam modo prolatam. Nam, ut omittam notissimum illum locum plus semel commemoratum (d. or. 3, 27), ubi Euripides una cum Aeschylo et Sophocle in summorum Graeciae tragicorum numero refertur, nullum in universis Ciceronis operibus reperire potui judicium, quod ad solas poeticas ejus laudes pertineat. Primum enim ad fam. 13, 15, 2 Caesari scribit: „Confero me ad *vera* praecepta *Εὐρυπίδου*·

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός·

quem versum senex Praecilius egregie laudat.“ Deinde d. fin. 2, 105 Lucilium Balcum dicentem facit: „Nec male“ — quod verbum sine dubio non ad venustatem, sed ad veritatem versus allati referendum est — „Euripides“, tum sententiarum conexu probatur Tusc. 3, 29: „Itaque apud Euripiden a Theseo dicta laudantur“ non magis, quam priora illa verba, ad artem poeticam pertinere. Post eodem modo judicandum est de iis, quae Tusc. 4, 62 et 63 inveniuntur, et de hoc loco jam supra commemorato (ad fam. 16, 8, 2): „Ego certe singulos ejus“ (Euripidis) „versus singula ejus (*ἀληθείας*? Orelli) testimonia puto.“ Postremo hoc quoque (Tusc. 1, 65): „Ergo animus, ut ego dico, divinus est, ut Euripides dicere audet, deus“ magis de doctrina, quam de arte Euripidis dictum est, quamquam verbo audendi significatur poetica quadam audacia hunc locutum esse. Atque quamquam haud ignoro hoc philosophandi studium et hanc sententiarum ubertatem ab omnibus esse respicienda, qui aequum ac solidum de Euripide tragico judicium facere sibi proposuerint, tamen alia ejus vel vitia vel virtutes exstant, quae non minus memoria digna sunt. E quibus hoc, quod saepe magis oratorie, quam poetice dixit, sine dubio majore etiam ejus studio Ciceronem inflammavit; quod autem nunquam hac de re verba fecit, ex eo fortasse explicandum est, quod hoc dicendi genus omnium

ei erat usitatissimum. Sed quamquam concedendum est eum nec voluisse nec debuisse de singulorum Graeciae tragicorum scribendi genere ita judicare, ut in Bruto fecit de oratoribus, jure tamen miramur ne de eximia quidem Euripidis arte animi humani perturbationes pingendi quidquam apud Ciceronem inveniri. — Iam vero eo res perducta videtur, ut dijudicari possit, utrum Sophoclem an Euripidem pluris aestimaverit. Qua de re equidem hoc dicendum existimo: Illum majorem poetam fuisse ei persuasum fuisse videtur; nam qua alia de caussa factum esse putemus, ut summis eum efferret laudibus et non plures, at multo longiores ex hujus, quam ex Euripidis fabulis, Latine exprimeret versus? Vera ejus humanitate et eximia moderatione, quam nos quoque in Sophocle valde admiramur, vehementer eum delectatum esse satis credibile est. Attamen Euripides, ut ingeniis plerorumque illius aetatis hominum magis respondebat, eam ipsam ob caussam, quod saepe magis ut philosophus et orator, quam ut poeta locutus est, Ciceroni tantam sui injecit admirationem, ut hic in eo legendo majore etiam, quam in Sophocle, studio et delectatione versatus esse videatur.

Relinquitur, ut paucis exponamus, quid de Aeschylo senserit, quantumque ad ejus fabulas legendas contulerit studium. Quem a Cicerone non tam studiose lectum esse, quam duos illos, de quibus egimus, tragicos, qui ejus libros vel obiter percucurrerit, facile concessurum puto. Cum enim satis constet Aeschyli scribendi genus plerisque illius aetatis hominibus non valde probatum esse, dubitari non potest, quin Cicero quoque, quippe qui cum in ceteris rebus, tum in litteris aestimandis valde ex aliorum penderet judiciis, similem conceperit sententiam. Adde, quod etiam a suo ipsius ingenio oratio illius grandis sane, at interdum obscura et quodammodo vetustior totaque cogitandi et sentiendi ratio, ex antiqua illa de natura deorum opinione maxime pendens, satis aliena erat. Tamen statuendum est eum admodum juvenem ad Aeschyli tragoedias legendas accessisse maximeque ad eas, quae de Prometheo erant. Qua ex re id quidem colligi potest magnificentiam, quae in illis erat verborum, ei, ut erat orator, satis magnae fuisse delectationi. Inveniuntur enim duo Aeschyli loci apud eum Latine expressi, quorum alter satis longus ex Prometheo soluto, fabula nunc

deperdita, sumptus Tusc. 2, 23—25 affertur; alter, qui Promethei vincti vv. 377—80 continet ibid. 3, 76. Valde autem dolendum est, quod Cicero nusquam aperte dixit, quid de Aeschyli arte sentiret. Nam quae priori illi loco (Tusc. 2, 23) praemisit: „Veniat Aeschylus, non poeta solum sed etiam Pythagoreus, sic enim accepimus. Quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium!“ vix judicii vice fungi posse per se apparet. — Reliqui autem Aeschyli versus, quos protulit, ejusmodi sunt, ut nihil de ejus studiis Aeschyleis probent. Nam quae verba ad Q. fr. 1, 2, 13 memorat „ἅπαξ θανεῖν“ petita videntur ex Promethei vincti vv. 750 et 751:

Κρεῖσσον γὰρ εἱςάπαξ θανεῖν,
ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς,

quam fabulam Ciceroni notam fuisse jam vidimus. Atque vel minoris momenti est, quod Quinto fratri (3, 4, 6) haec scripsit: „Sed minantur tamen in primisque *Ἄρη πνέων* Q. Scaevola“; quamquam enim in Aeschyli Agamemnonis vv. 375 et 376 Dind. invenitur

Ἄρη
πνεόντων,

tamen per se apparet ex hac re non colligi posse hanc fabulam Ciceroni notam fuisse. Denique versum illum ex Epigonis fortasse Aeschyleum, quem Tusc. 2, 60 Latine expressum legimus:

„Audisne haec, Amphiarae, sub terram abdite?“

e fonte, quem in hoc loco conscribendo secutus est, non ex Aeschylo ipso Ciceronem sumpsisse ipsis ejus verbis satis probatur. Iure igitur dubitari potest, num Cicero posterioribus vitae annis ullam Aeschyli tragoediam diligentius legerit, quamquam juvenis, ut ceterorum tragicorum, ita Aeschyli quoque complures fabulas vel legendo vel vertendo tractavit.

Iam vero omnia attulisse mihi videor, quae de tragicis Graecis apud Ciceronem exstant. Invenimus autem, nisi fallor, haec fere: Cicero satis magno studio in tragoediis Graecis legendis versatus est ac ne reconditioris quidem venustatis sensum prorsus ei defuisse maxime e nonnullis de Sophocle judiciis perspicuum fit. At idem, quamquam dissimilia fuisse trium tragicorum Graecorum scribendi genera ipse confitetur (d. or. 3, 27),

tamen non satis perspexit, et quibus maxime rebus illi inter se differrent et quanti momenti ad hanc differentiam singulorum aetas esset. Neque vero obliviscendum est Ciceronem non artium judicem, sed oratorem ac philosophum se haberi voluisse neque veteres aeque ac nos intellexisse eum, qui recte judicare vellet, nunquam id neglegere debere, qua quisque esset aetate.

Restat, ut paucis quaeramus, quid ex iis Ciceronis locis, qui ad Latinos pertinent tragicos, de re proposita possit colligi. Hoc ut intellegamus, satis videtur Ennium, Pacuvium, Accium respicere, quos principes tragicorum Romanorum fuisse inter omnes constat. Atque ex Ennii tragoediis octoginta fere loci apud Ciceronem inveniuntur, quamquam hic longius, quam duo reliqui a Ciceronis aetate aberat; Pacuvii autem fere triginta, Accii circiter quadraginta exstant: id quod eo notabilius est, quod Ennii, si O. Ribbeck fidem habemus, viginti et unus, Pacuvii duodecim, Accii fere quadraginta tituli servati sunt. Longum autem est atque a re proposita alienum accuratius in singulos tragicorum Latinorum apud Ciceronem locos inquirere; hoc unum certe ex iis, quae protuli, colligi posse videtur Ennii tragoediis omnium maxime eum delectatum esse. Quaerentibus autem nobis, quibusnam rebus eximium illud poetae vetusti studium excitatum esse videatur, primum considerandum est Ennium, quamquam re vera studiosissime Graecorum cum de vita humana, tum de dis opiniones Romam transferre studuit[100]), annalibus, quod carmen quanti Cicero aestimaverit ex eo, quod permultos ejus locos affert, satis cognoscitur, componendis nomen ac gloriam poetae vere Romani sibi comparasse. Sed ne hoc quidem omittendum est eum omnium, qui Romae exstiterunt, tragicorum et ingenio et scribendi genere sine dubio proxime ad Euripidis accessisse similitudinem et in plerisque fabulis condendis illum secutum esse. Quam ad rem accedit, quod omnes fere Ennii loci, qui apud Ciceronem exstant, ex iis fabulis petitos esse aut constat aut verisimile est, quas ab Euripide ille transtulit. Novum igitur jam habemus argumentum, ex quo quantum hujus studium in nostro fuerit, suspicari possimus. Praeterea, si quo-

---

[100]) cf. ut alia omittam, quae Th. Mommsen, Roem. Gesch. I, p. 921 (edit. III) de hac re disserit.

modo de singulis aut poetis aut fabulis Cicero judicaverit, spectamus, ad eandem fere perducimur sententiam. Sane permulta ex his judiciis nullius ad rem propositam esse momenti per se apparet. Saepius enim aut nescimus, cui fabulae locus, de quo sermo est, tribuendus sit, aut ex ipsa loci natura apparet ad solum Latinum poetam sententiam prolatam esse referendam, ut si Pacuvium (d. opt. g. or. 2) summum tragicum appellat[101]) aut Accium (p. Planc. 59) gravem et ingeniosum nominat poetam.[102]) Attamen nonnulli quidem exstant loci, quos ut proferam, res ipsa postulare videtur. Velut id judicium, quod d. div. 1, 66 et 67 de Ennii „Alexandro" a Q. Cicerone, ex fratris sine dubio sententia, profertur: „O poema tenerum et moratum atque molle! . . . deus inclusus corpore humano jam non Cassandra loquitur", recte ad ejus fabulae Euripideae, quam poeta Romanus secutus est, laudem referri potest. Eodemque modo judicandum est de laude illa, quam in „Ardromacham" Ennii contulit (Tusc. 3, 46): „Praeclarum carmen, est enim et rebus et verbis et modis lugubre." Praeterea, quae ad Att. 16, 2, 3 de Accii Tereo inveniuntur: (Brutus) „Delectari mihi Tereo videbatur et habere majorem Accio, quam Antonio, gratiam" per se in laudem Sophoclis, a quo ille hanc fabulam transtulisse videtur, possunt accipi; sed cum ex sententiarum conexu facillime appareat haec verba — ut omittam ea nimis in universum dicta esse — ironice in Antonium esse prolata, nulla fere in hac re iis tribuenda est auctoritas. — Iam nihil habeo, quod huic parti addendum esse putem. Persuasum autem mihi est ea ipsa, quae de studio a Cicerone in tragicos Latinos collato exposui, idonea esse, quibus sententia nostra de tragicorum Graecorum studiis Ciceronianis aliis ex rebus concepta non modo non refutetur, sed etiam quodammodo firmetur.

Sequitur, ut videamus, qualem fere de iis Cicero habuerit

---

[101]) Ceterum hoc loco eum non tam ex sua ipsius opinione, quam ex aliorum auctoritate dixisse et ex dubia judicandi ratione et ex aliis locis apparet. De qua re jam supra diximus.

[102]) Hoc loco licebit addere in orationibus Ciceronis vel plures versus ex Accii, quam ex Ennii, fabulis inveniri ea fortasse de caussa, quod hominibus grandioribus natu ipse poeta notus fuerat.

sententiam, qui inde ab Alexandri magni temporibus Alexandriae potissimum carmina Graeca condiderunt. Quam rem paucis absolvere possumus, quia ex libris ejus intellegitur parvum studium eum in hos poetas contulisse. Qua autem de caussa hoc factum sit, facile potest explicari. Nam cum Romani magis magisque poetas Alexandrinos legere atque imitari inciperent, jam ad posteriores vitae annos Cicero pervenerat neque tam studiose, quam juvenis, in carminibus legendis versabatur. Adde, quod vidimus Homerum et poetas scenicos fere solos — quantum judicare possumus — ei delectationem praebuisse, ea autem carminum genera, quae Alexandriae praeter cetera colebantur, multo minus ei probata esse.

Ut autem jam ad singula progrediamur, initium faciendum est ab Arato, quem ex omnibus his poetis longe accuratissime Ciceroni notum fuisse pro certo licet affirmare. Cujus carminum, quae *Φαινόμενα* et *Προγνωστικὰ* inscribuntur, cum illud juvenis exercitationis caussa, ut videtur, hoc posterioribus vitae annis (44 a. Chr.) Latinis hexametris expresserit[103]), non mirum est saepius illum ejusque carmina ab eo memorari. Sed ne de his quidem quid senserit, satis constat, cum duobus illis locis, quibus alios, qui num omnino Aratum noverint, jure dubitari potest, de his carminibus disputantes induxit, nimis universa proferantur judicia. Nam d. or. 1, 69 Crassus sic verba facit: „Etenim si constat inter doctos hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse", et d. rep. 1, 22 Philus de sphaera aliqua Archimedis narrat, „cujus omnem ornatum" — ut ejus verbis utar — „non astrologiae scientia, sed poetica quadam facultate Aratum extulisse" Gallus dixerat.

Ceteri autem loci, quibus Arati mentio fit, de carminum ejus virtute nihil omnino continent, nisi quis his Lucilii Balbi verbis uti vult (d. deor. nat. 2, 104): „Utar ... carminibus Arateis, quae a te admodum adolescentulo conversa ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex iis memoria teneam." Ac ne ea quidem re, quod Cicero iterum ac saepius versus

---

[103]) cf. p. 249 adn. 60.

Arateos a se conversos in medium profert[104]), satis probatur ei hujus poeticam facultatem valde admirabilem esse visam: vix enim dubitari potest, quin illud eo maxime consilio fecerit, ut sua ipsius carmina magis innotescerent.

Sed haec hactenus. E ceteris autem poetis Alexandrinis vix unum legisse videtur. Hoc ut perspicuum fiat, considerandum est, quomodo de singulis loquatur. Callimachus igitur ter, quod sciam, memoratur, sed ita semper, ut nihil ex his locis colligi possit. Primum enim Tusc. 1, 93 haec inveniuntur: „Quamquam non male ait Callimachus multo saepius lacrimasse Priamum, quam Troilum", tum ibid. 84 epigramma ejusdem poetae in Ambraciotam Cleombrotum factum Cicero memorat. Quos duos locos ut ex ipsis illius carminibus, non ex iis, quos Cicero secutus est libris sumptos esse putemus, neque illorum ipsorum natura ac conditio neque sententiarum conexus ullo modo nos cogit. Tertium denique locum nullius esse momenti ut intellegatur, satis est eum attulisse (d. or. 3, 132): „An tu existimas .... ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretür?" Tum, ut omittamus Nicandrum Colophonium, quem hominem ab agro remotissimum d. or. 1, 69 Crassus poetica quadam facultate, non rustica de rebus rusticis scripsisse dicit — nulla enim caussa est, cur putemus vel Crassum vel ipsum Ciceronem in hoc libro legendo esse versatos — et Alexandrum Ephesium, qui vix poetae nomine dignus ei visus est[105]): de Euphorione illo, qui majore doctrina, quam poetica facultate, carmina epica conscripsit, ita judicat, ut non sine quadam veri specie pauca ex ejus operibus Ciceroni nota fuisse possit contendi, quamquam equidem facere non possum, quin valde de hac re dubitem. Hoc autem ut in medio relinquamus, illud alterum sine dubio ex his locis, quos allaturus sum, satis perspicitur Ciceronem ita non ab eorum partibus stetisse, qui Euphorionis ejusque similium carmina scribendi rationem imitari solebant, ut apertis

---

[104]) cf. Orelli, Cic. op. IV, pagg. 1014—16; 1036 et 1037.

[105]) Cicero de eo ad Att. 2, 20, 6 sic disputat: „Poeta ineptus, nec tamen scit nihil et est non inutilis" et simillime ibid. 22, 7 haec profert: „Libros Alexandri, neglegentis hominis et non boni poetae, sed tamen non inutilis, tibi remisi."

verbis, quantum antiquiores poetas recentioribus illis praeferret, profiteri non dubitaret. Dicit enim d. div. 2, 132: „Ille vero nimis etiam obscurus Euphorion, at non Homerus: uter igitur melior?" Tum Tusc. 3, 45 Ennium ita laudat: „O poetam egregium, quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur." Denique Attico ironice scribit (7, 2, 1):

'Flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites',

hunc *σπονδειάζοντα,* si cui voles, *τῶν νεωτέρων* pro tuo vendita."[106])

Quem in modum cum de novis poetis, qui tum Romae exstiterant, judicet, non mirum est vix unum vestigium, ex quo eum horum carmina legisse appareat, apud eum exstare. De qua re memoria satis digna pauca addere in animo est, quia hunc in modum Ciceronis de Alexandrinis qui dicuntur poetis judicium paullo magis illustrari posse confido. Atque ut silentio praetermittam Lucretium, cujus scribendi genus a ceteris illius aetatis poetis valde differt, Catulli ejusque aequalium carmina, quae prorsus ignota fuisse Ciceroni nemo putabit, haud magni tamen ab eo aestimata esse videntur. Illius enim neque nomen neque ullum versum affert; nam verba illa ad Q. fr. 2, 15, 4: „auricula infima molliorem", ut F. Buecheler conjecit, (cf. ind. lect. Gryphisw. 1868 pagg. 15—17) referenda esse ad Catulli versum (c. 25, 2): „mollior — imula auricilla" vix credibile est, quoniam, ut alias res omittam, duo loci non accurate inter se consentiunt et proverbii quodammodo prae se ferunt speciem. Neque recte ex alia caussa Drumann efficere posse sibi videtur[107]) Ciceroni ex iis, qui tum erant poetis, praeter Accium et Archiam Catullum maxime placuisse. Provocat enim ad hujus carmen 49, in quo sic Ciceronem alloquitur: „Disertissime Romuli nepotum" e. q. s. Sed, si quid video, hoc ironice accipiendum est, nam quamquam ex carmine ipso nihil certi effici potest, tamen constare videtur Ciceronem et Licinium Calvum Catullo amicissimum inter se inimicitias egisse satis acerbas.

---

[106]) Graeca illa verba ad fam. 16, 23, 2: *„γόνυ κνήμης"* (sc. *ἐγγύτερον*) sine dubio proverbii locum tenuerunt: nulla igitur caussa est, cur putemus Theocriti versum (Id. 16, 18) *„ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνάμα"* Ciceroni illud scribenti ob oculos esse versatum.

[107]) cf. l. l. VI, pag. 683.

De Calvi autem carminibus unus apud nostrum exstat locus, qui acerbitatem epigrammatum ejus apte significat[108]) neque tamen ejusmodi est, ut hunc permagni a Cicerone aestimatum esse contendere liceat. Ceterorum autem, qui cum Catullo et Calvo familiaritate atque usu conjuncti erant, poetarum, ut Helvii Cinnae, ne mentionem quidem Cicero facit. Iam vero omnia memorasse mihi videor, quae de poetis novis, ut ipsius verbis (or. 161), utar ita protulit, ut ad ejus de Alexandrinis poetis judicium illustrandum apta sint, atque me consecutum esse arbitror, ut magis etiam appareat eum ab his satis alienum fuisse. Sed ut nihil omisisse videar, pauca addam. Ac primum quidem Antipater Sidonius, quem d. fat. 5 Cicero simpliciter poetam appellat, Crassus autem (d. or. 3, 194) solitum esse versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore' dicit, in versificatorum magis, quam verorum poetarum numero mihi habendus esse videtur; tum eas laudes sane maximas (cf. §§ 4, 18, 31 alias), quibus in oratione pro Archia habita hunc cumulavit, nihil fere de Ciceronis vera sententia probare contendo eoque magis esse neglegendas puto, quia, si quid video, Archias quoque ex eorum hominum erat numero, qui non tam ingenii ardore, quam praemiorum spe incitati potentissimorum et opulentissimorum Romanorum res gestas carminibus celebrare solebant[109]).

Postremo autem haud ineptum videtur eos versus Graecos apud Ciceronem prolatos, qui aut certo cuidam poetae jam non tribui possunt aut in proverbiorum numero habendi sunt, enumerare. Exstant autem omnes in epistulis. Atque illius quidem generis versus his locis inveni:

1) ad Q. fr. 2, 10, 2
2) ad Att. 1, 19, 10
3) — 4, 8^b, 2
4) — 4, 11, 2
5) — 4, 16, 12
6) — 6, 3, 1

[108]) cf. ad fam. 7, 24, 1: (quem locum jam supra attuli) „Eumque" (Tigellium) „addictum jam tum puto esse Calvi Licinii Hipponacteo praeconio".

[109]) cf. p. Arch. 19; ibid. 21; ad Att. 1, 16, 15.

7) ad Att. 7, 3, 5
8) — 8, 5, 1
9) — 14, 22, 2
10) — 15, 11, 3 = 16, 6, 2

Proverbia autem his locis in medium Cicero protulit:

1) ad fam. 6, 3, 4 = ad Q. fr. 2, 16, 4
2) — 9, 3, 2
3) — 9, 7, 2
4) ad Q. fr. 1, 2, 13
5) — 3, 6, 7
6) ad Att. 2, 12, 3
7) — 5, 11, 5
8) — 6, 5, 2 = 15, 17, 1
9) — 6, 9, 3
10) — 9, 9, 1
11) — 10, 5, 2
12) — 12, 51, 2
13) — 13, 21, 4
14) — 15, 4, 1
15) — 15, 16b.[110])

Quaestione jam ad finem perducta hoc unum relinquitur, ut, quae posteriore parte exposuimus, brevissime complectamur. Vidimus igitur Ciceronem neque poetae nomine dignum esse neque tali poeticae venustatis sensu a natura fuisse praeditum, quali opus est, ut intellegas, quibus maxime in rebus singulorum poetarum virtutes et inter se discrimina posita sint, utque suum cuique tribuas locum. Sed ne parum ei demus, concedendum est eum a puero, ut ceteris plerisque litterarum generibus, ita carminibus legendis satis acre tribuisse studium. Neque dubium est, quin non solum, ut melior existeret orator, ad poetarum libros accesserit, sed etiam delectationem magnam ex iis perceperit; nam libri ejus documento sunt eum posterioribus quoque vitae annis, cum rerum publicarum conditione permotus ab eloquentiae studiis ad philosophiam se convertisset, libenter in carminum lectione versatum esse. Praeterea autem satis

[110]) Omisi ea proverbia, suis locis jam commemorata, quae apud certum aliquem poetam inveniuntur.

constat de Graecorum in hoc genere litterarum praestantia ei satis persuasum fuisse, quamquam, qualis et quanta haec esset, parum et intellexit et profiteri ausus est. Recte denique, etsi dubium est, num posteriores poetas, qui Alexandriae maxime floruerunt, satis noverit, hoc vidit hos multo minoris, quam antiquiores Graecorum poetas, esse aestimandos. Atque ex singulis poetarum generibus diversis de caussis minimum studium tribuit lyricis; maxime autem, ut plerique illius aetatis Romani, ipse quoque praeter Homerum poetis scenicis delectabatur atque ex his quidem Euripidem et Sophoclem Menandrumque praeter ceteros admirabatur. Accuratius autem vix dici potest, quid de singulorum poetarum virtute senserit; plerumque enim — id quod alii quoque ex veterum scriptoribus saepe fecerunt — non ut artis et venustatis poeticae judex — harum enim rationes parum perspexerat — sed ex singulorum locorum natura aut ut philosophus aut ut orator sententiam dixit.

Ex universa autem, quam institui, quaestione luce clarius apparet ne in his quidem rebus unquam eo pervenisse Ciceronem, ut certam et destinatam conciperet opinionem eamque fideliter ac constanter defenderet. Sensit igitur, ut jam dixi, Graecorum in omnibus fere litteris praestantiam, non plane ac dilucide perspexit.

J. SEGEBADE:

OBSERVATIONES GRAMMATICAE ET CRITICAE IN PETRONIUM.

Suo iure Wehlius in initio perbonae dissertationis (Observatt. critt. in Petronium. Bonnae 1861.) queritur studium libri Petroniani, qui egregium ac plane unicum locum in litteris Latinis sibi vindicet, nimis neglegi et usque ad illud tempus id eo excusari poterat, quod nulla exstitit editio, quae librorum manu scriptorum satis accuratam praeberet cognitionem. sed etiam postquam Buecheleri editio a. 1862 publici iuris facta est, quae certe omnium spem superavit, res non valde mutata est. nam praeter paucos parvosque libellos, quos Huebnerus (Grundr. zu Vorles. ueb. roem. Litt. Gesch.⁴ p. 140 seqq.) enumerat, perpaucis locis de Petronii libro aliquid disputatum inveni [1]. maxime autem dolendum est, quod alterum editionis Buechelerianae volumen, quo commentarium indicesque se comprehensurum esse promisit (cf. praef. p. XXXXIII), nondum editum est.

Atque id, quod dixi, Petronii studium vehementer neglegi, eo minus potest explicari, quia hic liber et propter res et propter elocutionem summi est momenti. de formatione quidem verborum uni sermoni plebeio usitata bis accuratissime disputatum est (a Ludwigio : de Petronii serm. pleb. diss. Lips. 1870 et ab A. a Guericke: de ling. vulg. reliq. apud Petron. et in inscript. parietar. Pompeian. diss. Regim. 1875), de syntaxi autem uterque pauca tantum adiecit. quare haud ineptum videtur in hanc

[1] Praeter paucas adnotationes a Luciano Mueller, J. Vahlen et aliis editas in Fleckeiseni annal. v. 119 a. 1879 p. 629 seqq. et p. 833 seqq. A. Strelitz, p. 845 seqq. E. Rohde nonnullas protulerunt coniecturas. praeterea H. Merkens a. 1876 cenam Trimalchionis in vernaculam linguam vertit, ita tamen, ut totus libellus in unaquaque fere pagina gravissimis erroribus scateat. denique allatum inveni opusculum C. Morawski, e quo tamen, quia lingua polnica conscriptum est, fructum capere non potui.

quoque rem paulo accuratius inquirere, praesertim cum adhuc nec commentarius nec index exstet, qui ad has res satis respiciat. vastus enim editionis Burmannianae commentarius quam pauca atque quam falsa de his rebus doceat nemo nescit. qua de causa consilium cepi pauca conscribere de nonnullis syntaxis Petronianae partibus maximeque de vulgaris sermonis usu loquendi. initium quidem cepi studiorum ab observando usu quarundam particularum. sed simul nonnullae mihi occurrerunt observationes de plebeio sermone in universum, quas breviter praemittam. de aliis autem sermonis Petroniani proprietatibus, quas ego omisi, cf. imprimis disputationem Studeri in Rhein. Mus. II, 1843 p. 50 seqq. et p. 202 seqq. et dissertationes Ludwigii et A. a Guericke.

Caput primum.

§ 1. De proverbiis et quibusdam comparandi formis.

Homines plebeios in sermonibus non minus manibus quam voce quid sentiant exprimere notissimum est. omnia enim, quae dicunt, simul vehementioribus motibus gestibusque explicant atque illustrant. sed haec maior dicendi alacritas etiam verbis ipsis diversissimo modo indicatur. popularis enim oratio *vult turbam et inconsultas aures impetu rapere, tractandam se non praebet, aufertur* (Sen. ep. 40, 4).

Ac primum quidem homines minus eruditi id maxime operam dant, ut perspicue ac dilucide loquantur. quare saepissime verba exemplis illustrare student, ideoque proverbiis et proverbialibus dictionibus sermones explicant et ornant. (cf. Schefferi dissert. de fragm. Tragur. in edit. Burm.[2] II 396). itaque mirandum non est in iis libri Petroniani partibus, quibus auctor libertinos aliosque homines rusticos loquentes facit, saepissime inveniri proverbia sententiasque communes. quae tamen hic enumerare non opus erit, praesertim cum Studerus l. c. multa collegerit, quanquam eis non pauca addi possunt. haec tanta proverbiorum copia etiam in aliis scriptis invenitur, in quibus cotidianus vel vulgaris dicendi usus adhibetur, velut apud poetas comicos et in Varronis satiris Menippeis (cf. quae Buechelerus collegit in minore edit. Petron. a. 1871 p. 239) et in Senecae Apocolocynthosi (l. c. p. 242). sunt enim proverbia, ut Beckius (in libro suo accurato quidem, sed nimis verboso: The age of Petronius Arbiter. Cambridge 1856 p. 131) recte dicit, *the vehicles of popular feeling, experience and wisdom.*

Sed omissis proverbiis aliis quoque locis homines rustici non contenti sunt omnia definite proprieque appellare, sed plerumque comparationibus, quae in omnium usu ideoque omnibus notae sunt, et formulis quibusdam res ipsas pluribus verbis explicantibus narrationes illustrant. qui tamen usus a ratione eorum, qui nimia arte scribere solebant (ut Apuleius, quocum Petronius saepe perperam comparatus est), prorsus alienus est. nam vulgaris sermonis ornamenta semper ab humillima quaque re deprompta sunt.

Et comparationum quidem variae sunt formae. ubi duae res vel personae inter se comparandae sunt, longe saepissime Petronius utitur particula *tanquam*. quoniam Studerus (p. 83) paucos tantum locos collegit, aptissimum videtur ex iis partibus, in quibus homines rustici vulgari sermone colloquuntur, omnia adscribere. cf. c. 39: *orbis vertitur tanquam mola* et *terra omnia bona in se habet t. favus*, c. 41: *revertitur t. libertus*, c. 43: *crevit t. favus*, c. 76: *crescebat t. favus*, c. 43: *niger t. corvus*, c. 44: *vox crescebat t. tuba* et *colonia retroversus crescit t. coda vituli* et *nomina reddere t. unus de nobis* et *udi t. mures*, c. 51: *collisa erat t. vasum aeneum*, c. 57: *stupes t. hircus in ervilia*, c. 58: *satagis t. mus in matella*, c. 62: *fortis t. Orcus* et *stabam t. mortuus* et *fugi t. copo compilatus* et *iacebat miles in lecto t. bovis*, c. 71: *ut sic me amet t. mortuum*, c. 72: *calet t. furnus*, c. 74: *inflat se t. rana*, c. 78: *spero futurum ut aeque me mortuum iuvet t. vivum.*[2])

Omnibus his locis duo singula nomina ita in comparationem vocantur, ut idem de eis praedicetur. plane ergo *tanquam* respondet nostro wie. sed etiam ubi duae enuntiationes inter se comparantur, simplex *tanquam* ponitur, pro quo apud alios scriptores plerumque invenitur *tanquam si*. ita c. 52: *tanquam ego tibi molestus sim*, c. 62: *luna lucebat t. meridie.*[3]) etiam in aliis libri Petroniani partibus *tanquam* saepissime invenitur utroque quem notavi modo usurpatum (cf. Schefferi adn. ad c. 106 p. 635 Burm.). uno loco etiam *sicut* pari modo usur-

---

[2]) Ubi fortasse legendum est: *tanquam vinum vivum.*

[3]) Quomodo intellegendum sit *tanquam* c. 63 (ed. Buech. a. 1862 p. 74, 5), 63 (75, 6), 76 (90, 13) certo diiudicari nequit.

patur, c. 68: *sicut Venus spectat,* itemque *quasi* c. 39: *terra corrotundata quasi ovum* et fragm. 34, 1: *uxor legitimus debet quasi census amari.*[4])

Alia comparandi ratio non videtur nisi ab hominibus minus cultis usurpata fuisse. nam si quis cum aliquo, vel homine vel bestia vel re comparandus est, dicitur non is esse, qui re vera est, sed id, quocum comparatur. ita c. 38: *phantasia, non homo,* c. 43: *discordia, non homo,* c. 44: *piper, non homo,* c. 58: *mufrius, non magister,* c. 74: *codex, non mulier,* c. 134: *lorum in aqua, non inguina.* nonnullos ex aliis scriptoribus locos congessit R. Ellis ad Catull. 115, 8, quibus addi possunt: Apul. met. VIII 25, Ammian. Marcell. XVII 11, 1, Cic. in Pis. apud Serv. ad Verg. Aen. VIII 139; Cic. ad Att. VII 13, 6.

Atque haec hactenus de comparationibus. nec minus saepe plebei in colloquendo imaginibus et translationibus utuntur, ac maxime quidem in quibusdam certis formulis. quas cum Studerus (p. 84) accuratissime collegerit, repetere non opus est. unum tamen adnotare liceat. multae enim harum formularum ita compositae sunt, ut plura verba ab eadem littera incipiant. ita nonnunquam oritur allitteratio quam vocamus. notissimum est hanc formam inde ab antiquissimis temporibus apud scriptores Romanos inveniri, ita tamen, ut posteriore aetate magis magisque evanescat. (cf. imprimis Naekium in Rhein. Mus. III 1829 p. 324 seqq. Maehlyum in N. schweizer. Mus. a. 1864 p. 207 seqq. E. Loch: de usu allitt. apud poet. lat. diss. Regim. 1865.) erat autem uni sermoni cotidiano familiaris, ab oratione sollemni fere omnino aliena. ita in Varronis satiris Menippeis saepissime invenitur, non solum in proverbiis, quae titulorum loco satiris superscripta sunt, sed etiam in ipsis satirarum verbis. tum etiam in carmine Publilii Syri, quod Trimalchio c. 55 laudat, in unoquoque fere versu itemque in omnibus comicorum latinorum fragmentis saepissime invenitur. e Petronii libro haec afferre satis erit, quanquam non semper diiudicare ausim, utrum consulto scriptor hunc sonorum concentum petiverit necne: c. 34:

---

[4]) Indicabo fragmenta sicut in edit. Buech. a. 1862 in ordinem redacta sunt, quanquam multa Buechelero iure ita suspecta erant, ut in edit. recentiore a. 1871 aliquot prorsus omitteret.

vita vinum est, c. 37: *nec quid nec quare* et *sicca sobria*,[5]) c. 42: *minoris quam muscae* et *mulier milvinum genus*, c. 43: *parram pilare* et *cui datum est non cui destinatum*, c. 57: *nec mu nec ma*,[6]) c. 58: *caepa cirrata* et *corvorum cibaria* et *terrae tuber* et *mus in matella* et *mufrius non magister*, c. 62: *copo compilatus*, c. 63, ubi Trimalchio strigarum stridorem imitatur: *subito strigae stridere* (quod verbum Jacobsius rectissime addidit) *coeperunt*, c. 76: *factum, non fabula* et *ab acia et acu*.

§ 2. De pleonasmis et ellipsibus.

Et pleonasmus et ellipsis plerumque inveniuntur in oratione concitata. nam is, qui maiore ardore loquitur, semper id unum spectat, quod gravissimum est ideoque operam dat, ut hoc quam dilucidissime indicet. quo fit, ut saepius vel unum vocabulum bis ponat vel totam enuntiationem paulo immutatam repetat. eadem autem de causa ea, quae levioris momenti inter duas res intercedunt, sive sententia tota sive verbum vel coniunctio, omittuntur. quoniam autem, ut iam supra dixi, de plebe homines multo acrius ac vehementius loqui solent, saepe fit, ut ad augendam verborum vim hoc liberiore usu dicendi utantur. ac primum quidem unum verbum saepius bis ponitur, qui usus etiam apud alios scriptores, ubi sermo est paulo concitatior, invenitur (cf. quae Heinsius affert in edit. Burm. p. 257), sed apud nullum tam saepe quam apud Petronium. notavi autem c. 29: *cave, cave canem* (Buechelerus unum *cave* eiecit, fortasse recte, quanquam ne insolita quidem imperativi iteratio a Trimalchionis ingenio aliena est), c. 37 et 42 et 46: *modo, modo*, c. 45: *Glyco, Glyco*, c. 49: *quid? quid?* et *voca, voca*, c. 72: *vero, vero*. etiam interiectiones saepius repetuntur, velut c. 37: *babae, babae*, c. 42 et 44 et 64: *heu, heu*, c. 67: *au, au*. — eandem ob causam pro simplici enuntiatione saepe ponitur exclamatio. cf. c. 34: *quam totus homuncio nil est!*, c. 38: *sed liberti scelerati, qui omnia ad se*

[5]) Haec verba ad unam notionem coniungere solitos esse veteres docent exempla a Goesio ad h. l. allata in edit. Burm. p. 217.

[6]) Cf. Charis. inst. gramm. II p. 240, 3, 8, 28 Keil. Lucil. fr. ed. Lachm. v. 1138.

fecerunt !, c. 44: *quam benignus resalutare!* alia (cf. etiam quae de hoc usu disserit Woelfflinus in Philol. XXXIV 1876 p. 139).

Ut oratio magis dilucida fiat, saepe idem verbum mutata forma in una sententia bis ponitur. quae neglegentia certe alienissima est a sollemni loquendi usu et ab artificioso illo ludo, quo Apuleius in libris suis uti solet (cf. Kretschmanni diligentissimam ac sagacissimam diss. de latinitate L. Apulei. Regim. 1865 p. 15). ita legimus c. 38: *in imo imus recumbit*, c. 39 et 57 et 74: *homo inter homines*, c. 43 et 44: *amicus amico*, c. 37: *nummorum nummos*, c. 45: *mortuus pro mortuo*, c. 37: *quem amat, amat, quem non amat, non amat*, c. 43: *itaque crevit, quidquid crevit* et *longe fugit, quisquis suos fugit*, c. 46: *tu, qui potes loqui, non loquere* et *quidquid discis, tibi discis*, c. 77: *assem habeas, assem valeas, habes habeberis.*

Similis pleonasmus etiam in aliis loquendi rationibus reperitur. primum enim plures negationes inter se coniunguntur, ita tamen, ut vis negativa non tollatur, verum e more sermonis Graeci augeatur. ita habemus c. 42: *neminem nihil boni facere oportet*, c. 58: *nec sursum nec deorsum non cresco*, c. 76: *nemini nihil satis est.*[7]) hic usus, quo complures negationes ad augendam vim copulantur, familiari sermoni proprius fuit, nam etiam apud Plautum, Terentium, Apuleium alios haud raro invenitur (cf. quae collegerunt Handius: Tursell. IV 110 seqq. Kuehnerus: Ausfuehrl. Gramm. d. lat. Spr. II § 149, 8 n. 8. Draegerus: Histor. Synt. § 318, 3. Ritschelius: opusc. II 335. Brixius ad Plaut. Men. v. 371. Beckius p. 117. A. a Guericke p. 59).

Tum etiam duae particulae coniunguntur, quae idem vel fere idem significant, ut c. 51: *quia enim*, c. 50 et 63: *quia scilicet*, c. 15 e coniectura Buecheleri: *quod . . scilicet; et etiam, et quoque* multis locis, de quo infra agemus. sed hoc etiam in aliis huius libri partibus et apud alios scriptores, imprimis apud comicos haud raro invenitur. cf. *nihilominus tamen* c. 108 (cf. etiam Ludwig. p. 39. A. a Guericke p. 59. Lorenz. ad Plauti Most. v. 1023. Hildebr. ad Apul. met. I 5 p. 30 et

[7]) In cod. etiam c. 58 legitur: *nisi dominum tuum in rutae folium non coniecero.* sed hoc loco iam Buechelerus recte *non* eiecit.

IX 11 p. 776. Kretschmann. p. 101 seqq. Koziol: der Stil des Apuleius p. 145. Kuehnast.: Livian. Synt. p. 273 seqq. Kuehner. II § 242, 7).

Saepe pronomina personalia prorsus supervacuo adduntur. nonnullis locis videntur enclitice, ut ita dicam, addita esse ad augendam vim praecedentis verbi et ad gratum quendam totius enuntiati numerum efficiendum. ita, ut pauca afferam exempla, legimus c. 74: *scis tu me non mentiri*, c. 48: *narra tu mihi*, c. 78: *vide tu, ne ista mures tangant*, c. 62: *nactus ego occasionem* et in ceteris libri partibus c. 9: *perturbatus ego*, c. 25: *obstupui ego*, c. 41: *damnavi ego stuporem meum*, c. 82: *quid tu, inquit, commilito, ex qua legione es?*, c. 92: *interrogo ego*. — etiam pronomina possessiva saepius abundanter adduntur. cf. A. a Guericke p. 53. Kretschmann. p. 88.

Denique huc pertinent nonnullae sententiae, ut c. 63: *redimus iterum ad officium* aliae.

Saepissime deinde aut singula sententiae verba (ut *esse*) aut partes sententiarum aut sententiae totae omittuntur, ita ut ab altera re ad alteram transeatur omissis quae intercedunt. sed de hac re uberius infra dicemus, ubi de asyndeto et de quibusdam particulis agemus.

§ 3. De asseverandi quibusdam formulis.

Sermoni familiari usitatissimae sunt certae quaedam affirmandi formulae, quibus saepius res etiam levissimi momenti asseverantur. qua de causa saepissime inveniuntur apud poetas comicos nec raro in inscriptionibus. hunc usum esse rudioris ingenii iam veteres observasse docet Theophrastus charact. c. VI p. 128, 12 seqq. ed. Petersen. *ἡ δὲ ἀπόνοιά ἐστιν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων, ὁ δὲ ἀπονενοημένος τοιοῦτός τις, οἷος ὀμόσαι ταχύ* e. q. s. ceterum pleraque, quae Theophrastus collegit signa diversorum characterum, in personis Petronianis reperimus. ac saepissime quidem in Petronii libro invenimus additum *mehercules*. cf. c. 33 (35, 6), 38 (42, 5), 43 (47, 8), 63 (74, 20), 65 (78, 8), 69 (81, 22), 95 (115, 2), 107 (129, 19). saepius etiam negativam invenimus formam *non mehercules*. cf. c. 37 (40, 9), 43 (48, 6), 44 (48, 11), 45 (50, 10), 49 (56, 12 et 22), 57 (66, 15), 61 (72, 22), 76 (90, 12),

117 (149, 1) et *nec mehercules* c. 38 (42, 5).[7]) tribus deinde locis notavi asseverationis formulam *medius fidius.* Charisius (p. 198, 17 Keil.) de hoc verbo docet: „edio fidio, per Jovem vel fidem filiumve Jovis Herculem. quae iuratio propria virorum est, ut feminarum *edepol, ecastor, eiuno*“. sed Petronius personas libri sui etiam in hoc usu a sermone urbano abhorrentes facit, bis enim *medius fidius* a muliere usurpatur, c. 17 Quartilla meretrix dicit: *misereor medius fidius vestri* et c. 129 Circe Encolpio scribit: *medius fidius iam peristi.* semel vir ita loquitur, c. 104: *ergo illi qui*[8]) *sunt, qui nocte ad lunam radebantur pessimo medius fidius exemplo?*

Aliis locis usurpantur notae illae formulae ab *ita* vel *sic* incipientes sequente vel *ut* vel imperativo aliquo. cf. c. 44: *ita meos fruniscar, ut puto*; c. 57: *ita tutelam huius loci habeam propitiam, ut duxissem,* c. 58: *ita satur pane fiam, ut dono* et *ita lucrum faciam et ita bene moriar, ut iuret* (ita cum Jahnio legendum videtur), c. 70: *ita crescam patrimonio, ut fecit,* c. 74: *ita genium meum propitium habeam, curabo;* c. 61: *oro te, sic me felicem videas, narra,* c. 69: *sic me salvum habeatis, ut solebam,* c. 72: *sic vos felices videam, coniciamus,* c. 75: *rogo, sic peculium tuum fruniscaris, inspue.* paulo aliae asseverandi formulae inveniuntur c. 58: *nec sursum nec deorsum non cresco* et *aut ego non me novi aut,* c. 61: *omne me lucrum transeat,* c. 62: *ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio.*

Saepius denique, si quis vehementissime aliquid affirmare studet, genium invocat. notissimum enim est unicuique homini, posterioribus quidem temporibus etiam locis, genios a veteribus attributos fuisse. quare inde ab Augusti aetate, ut videtur,

---

[7]) Duobus locis invenitur forma *hercule,* c. 10 (12, 17: *multo me turpior es tu hercule*) et c. 114 (144, 9: *itaque hercules postquam manifesta convaluit, Lichas .. porrigit*). posterior locus certe corruptus est et *hercules* eo magis in dubium vocatur, quod *mehercules* semper ibi tantum legitur, ubi Encolpius verba alius cuiusdam refert. c. 10 facillimam Buecheleri mutationem probaverim: *multo mehercules turpior es tu,* ita ut forma *hercules* Petronio certe prorsus abiudicanda sit.

[8]) Illud *qui* quid sibi velit non video. editores et interpretes tacent, ac si omnia plana essent. fortasse errore ex posteriore *qui* natum et eiciendum est.

mos exstitit obsecrandi ac rogandi per genios aliorum hominum, primum fortasse imperatorum, deinde etiam aliorum, quos ceteri pluris aestimabant ac venerabantur. ita Tibullus (IV 5, 8) Cerinthum puerum per genium implorat ac parasiti dominum saepissime *genium* appellant. sed hic mos mox ab hominibus magis eruditis neglectus et apud rusticos tantum usitatus videtur fuisse. nam Petronius libertinos tantum per genium implorantes atque obtestantes facit, ut c. 62: *genios vestros iratos habeam*, c. 74: *ita genium meum propitium habeam*, c. 37: *ignoscet mihi genius tuus*, c. 75 Scintilla Trimalchionem *per genium eius Gaium appellando rogare coepit.* etiam aliis locis, quibus genius alicuius commemoratur, et non quidem a deierantibus aut rogantibus, semper fit ab hominibus minus eruditis. ita c. 21 dicit Quartilla meretrix: *etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio pervigilium deberi?*, c. 53 Trimalchionis actuarius recitat: *Mithridates servus in crucem actus est, quia Gai nostri genio maledixerat*, c. 57 Hermeros libertus genio domini gratias agit. etiam aliorum scriptorum loci, quotcunque inveni, ab hac observatione non videntur abhorrere. ita, ut pauca afferam exempla, Caligula *multos honesti ordinis condemnavit, quod nunquam per genium suum deierassent* (Suet. Cal. 27), Seneca (ep. 12, 2) villicum per genium domini iurantem facit, apud Iuvenalem (II 98) minister iurat *per Junonem* domini. etiam lex in Ulpiani dig. XII 2, 13, 6 (*si quis iuraverit in re pecuniaria per genium principis dare se non oportere et peieraverit . . imperator noster cum patre rescripsit fustibus eum castigandum dimittere*) certe non ad homines *honesti* sed inferioris ordinis spectat. alios locos omitto.

§ 4. De quibusdam verbis singulari modo usurpatis.

Pauca iam addam de nonnullorum singularium verborum usu, qui Petronii proprius est, sed in omnibus libri partibus, non tantum in iis, quae rusticum sermonem prae se ferunt, invenitur. sed id repeto minime mihi in animo esse omnia enumerare, quae in structura sententiarum ab usu optimorum scriptorum abhorrent, quoniam Studerus, Ludwigius, A. a Guericke de multis partibus satis iam quaesiverunt. pauca

tantum liceat mihi hoc loco breviter attingere, quae a viris doctis nondum satis accurate observata videntur.

Ac primum quidem pauca de formula *ad summam*, quam in libro Petroniano saepius inveniri, quam apud ceteros auctores iam dudum intellectum est (cf. Studer. p. 87. Buechel.: symb. philol. Bonn. p. 61). haec formula in sermonibus libertinorum decies, in ceteris libri partibus quinquies legitur, sed semper iis tantum locis, quibus Encolpius aut sua ipsius (ut c. 2) aut alius cuiusdam verba refert, non in mera Encolpii narratione. [9]) haec quoque verba e numero eorum sunt, quae non adhibebantur nisi in sermone familiari, quod etiam iis locis confirmatur, quibus apud alios scriptores inveniuntur. saepissime autem locum habet, ubi nonnullis rebus enumeratis oratio transgreditur ad gravissimam, ita ut sit: ut uno verbo dicam. cf. c. 37 (41, 1), 45 (52, 4), 58 (69, 2), 71 (84, 9), 134 (189, 11), 140 (202, 15). clarius etiam vis intendendi, quae primitiva inest in *ad summam*, intellegitur, ubi non complures res antea enumeratae sunt. cf. c. 38 (41, 4), 57 (66, 14), 105 (127, 5). aliis autem locis sine omni peculiari vi videtur usurpata esse formula. sententia enim generali praemissa per *ad summam* ita transit oratio ad rem singularem, ut exemplo afferendo inservire videatur. cf. c. 2 (5, 4: *eloquentia stetit et obmutuit. ad summam, quis postea Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit?* ita enim recte transposuit Haasius: misc. philol. III p. 16 a. 1861, qui etiam locos utriusque Senecae et Horatii affert, quibus *ad summam* legitur), 37 (40, 1), 31 (32, 19), 57 (67, 15), 75 (89, 23), 77 (91, 17).

In unaquaque fere libri Petroniani pagina occurrit verbum *coepisse*, plerumque cum infinitivo alius verbi coniunctum. (*coepi* non addito infinitivo duobus tantum locis inveni, cum omnino 95 exempla huius verbi notaverim, c. 58: *vix me teneo, nec sum natura caldicerebrius, sed cum coepi, matrem meam dupondii non facio* et c. 94: *erras, si putas contingere posse, ut ante me moriaris. prior coepi.*) sine ullo discrimine modo infinitivus activi modo passivi cum *coepi* coniungitur, ac ple-

---

[9]) In c. 31 (32, 19) *ad summam* certe verbis servi addenda sunt, ut iam Buechelerus dubitanter monuit.

rumque in infinitivo adiecto inest significatio movendi, vel eundi vel videndi vel quo affectus animi depinguntur. in libertinorum colloquiis hoc verbum octies invenitur ita usurpatum, ut a communi usu non recedat. et omnino non modo non puto hunc frequentissimum verbi *coepisse* usum vulgaris aut familiaris esse sermonis, sed Petronium hac re sermonem elegantiorem atque urbaniorem reddere voluisse crediderim, praesertim cum saepissime adiecto *coepi* verborum vis quodammodo mutetur, ita ut nos haud raro illam significationis variationem reddere non possimus. Strelitzius (l. c. p. 633) hunc usum cum aoristo graeco comparat. aptius Kuehnerus (II § 242, 3) videtur sic explicasse, ut sit: eine Umschreibung des beschreibenden Imperfects mit Ruecksicht auf den Anfang der Handlung. illud autem nobis fere inauditum videtur, quod apud Petronium, sicut etiam apud nonnullos alios scriptores (ut Ciceronem et Senecam), nonnunquam legitur *coepi velle* cum infinitivo alius verbi coniunctum. cf. c. 9: *coepit mihi velle pudorem extorquere* et c. 70: *iam coeperat Fortunata velle saltare* (et similiter c. 98: *incipe velle servare.*). quod si nos accuratius reddere volumus, longis verborum ambagibus opus est. [10])

Saepius deinde invenimus verbum *notare* a Petronio usurpatum pro *animadvertere*. omissis tribus locis, quibus notum reddere significat, quattuordecim inveni, quibus aut *notare* aut *sibi notare* (cf. c. 6 [9, 10], 103 [126, 3], 111 [138, 3]) pro *animadvertere* positum est. sed hic usus etiam apud alios scriptores, quanquam rarius, invenitur. (cf. Reinesii adn. ad c. 67 p. 437 Burm., qui locos affert e Cicerone, Valerio Flacco, Gellio. cf. etiam Beck. p. 139.)

Denique, ut id uno verbo tangam, Petronius quoque, sicut

[10]) Haud alienum erit hac occasione oblata adnotare hunc pleonasticum, ut ita dicam, verbi *coepisse* usum ne ab anglica quidem et a theodisca medii aevi linguis alienum esse. in carminibus enim epicis XIII. et XIV. saec. similes formulae non ita raro inveniuntur et magis etiam id observavi in carmine anglico quodam saeculi XIII., quod inscribitur Sir Tristrem. (cf. Gottfrieds von Strassburg Werke herausg. v. v. d. Hagen. II 123 seqq.) in hoc carmine verbum *gan* saepissime eodem modo usurpatur atque *coepit* a Petronio. cf. 1 9, 7; 10, 3; 15, 4; 17, 2 multos alios locos.

omnes scriptores, qui sermonem plebeium vel cotidianum imitantur, saepissime deminutivis utitur. hic usus ex motu quodam animi explicandus est eius, qui loquitur, non quidem semper hilari, ut falso contendit Muellerus (de ling. lat. deminut. diss. Regim. a. 1865 p. 19), sed etiam haud raro e misericordia quadam.

§ 5. De parataxi pro hypotaxi posita.

Homines minus eruditi, sicut infantes, in loquendo sententias paratactice solent adnectere, non alteram alteri subiungere. plerumque praeterea temporalem tantum, non causalem respiciunt rationem, quae intercedit inter duas sententias. quo fit, ut multo rarius in eorum sermonibus particulae sententias coniungentes inveniantur, quam in hominum eruditiorum sermonibus. et, quae inveniuntur, sunt plurimae aut copulativae aut adversativae, multo rarius autem causales eaeque plerumque liberiore modo usurpatae.

In parataxi quam dixi consideranda Draegerum (§ 368 seqq.) secutus initium capiam ab iis verbis, quae, cum vulgo ita usurpentur, ut sequens sententia ab illis pendeat, apud Petronium saepissime dissolute in initio enuntiati ponuntur.

Credere. c. 52: *credo dixerit,* c. 63: *oportet credatis, sunt mulieres plussciae,* c. 92: *eques Romanus .. errantem .. abduxit, credo, ut .. uteretur,* c. 113: *accedebat huc, quoa .. Giton .. vocabat, credo, veritus ne,* c. 138: *forsitan resipiscerent partes veneficio, credo, sopitae.* saepius etiam imperativus ita ponitur. cf. c. 46: *crede mihi, quidquid discis, tibi discis,* c. 69: *crede mihi, et vos novimus,* c. 129: *crede mihi, non intellego,* c. 47: *credite mihi, anathymiasis in cerebrum it,* c. 52: *credite mihi, cordacem nemo melius ducit,* c. 77: *credite mihi, assem habeas, assem valeas; habes habeberis.* (cf. Draegerum § 369, 1, qui vereor ne nimis acute inter *crede mihi* et *mihi crede* distinxerit, nam a Petronio *mihi* saepius ante, quam post *crede* ponitur. Kuehnerus II § 178, 4a de eadem re quaerens adnotavit Ciceronem formulam *mihi crede* magis amasse, quam *crede mihi* ad evitandam clausulam pentametri. sed num tale discrimen statui possit, valde dubito, praesertim cum loci illi in Cicer. orat. in Verr. IV 59, 132 et 133 apertissime videantur

demonstrare, Ciceronem tantum ut formulam variaret, collocationem verborum mutasse.) ceterum omnes locos, quibus verbo *credere* structura sententiae non mutatur, supra enumeravi. per se tamen apparet non omnes esse eiusdem generis, nam ubi sententia pendet e prima pers. sing. aut ex imperativo, non minus facile statui potest has formas quasi in parenthesi vel absolute additas esse ideoque omnino nullam intercedere rationem inter eas et structuram sententiae. tamen etiam in ceteris verbis enumerandis omnia exempla promiscue dedi, ne in unoquoque verbo iterum iterumque eadem dicere opus sit. indicabo autem omnes locos, quo facilius diversa huius usus genera discerni possint.

Draegerus (§ 369, 5) verbum *reri* semel ita usurpari docet, utrum apud omnes scriptores Latinos an apud unum Ciceronem, non satis elucet. certe etiam apud Petronium ita invenitur in carmine de bello civili c. 122 v. 167: *at reor haud impune* (scil. vetant). in prioribus editionibus hoc loco *ut* pro *at* legebatur, quod plerique codd. habent, sed tamen non dubitandum est, quin cum cod. P et cum Heinsio *at* legendum sit. nam omissis aliis causis *ut reor* certe nimis ieiunum esset pro loci et verborum magnificentia.

Ne longus sim, in ceteris verbis afferendis satis habebo locos tantum indicare, quibus hic usus invenitur, non verba ipsa exscribam. cf. *putare* c. 65 (78, 10), 77 (91, 7), 86 (101, 14), 106 (128, 25); *scire* c. 38 (42, 7), 76 (90, 15); *sperare* c. 47 (54, 1), 57 (67, 9); *fateri* c. 91 (110, 17); *videre* c. 87 (102, 14); *orare* c. 45 (50, 8), 61 (72, 12);[11] *quaeso* c. 91 (110, 16), 128 (177, 9); *dicere* c. 2 (4, 3), 128 (177, 11). aliis locis verba non tam arte cohaerent cum sententia insequente, sed praemissa sunt quasi ad id quod sequitur, introducendum. ita praemittitur *tibi dico* c. 64 (76, 4), *quaeso* c. 24 (25, 12).

Haec sunt e verbis, quae Draegerus enumerat, ea, quae apud Petronium inveniuntur. potuit tamen etiam alia addere,

---

[11]) Draeg. § 369, 15 falso putat hunc usum non inveniri nisi apud Plautum et Silium. cf. etiam Ov. met. XIII 376 seqq. Suet. Caes. 39.

ac primum quidem id, quod omnium saepissime ita a Petronio usurpatur, verbum:

Rogare. hoc verbum interrogatio directa sequitur c. 7 (10, 6), 39 (42, 19), 48 (56, 1), 55 (63, 6), 58 (68, 2), 86 (102, 2), 90 (109, 5), 95 (114, 20), 126 (173, 11). — aliis locis verbum *rogare* sequitur imperativus, ita ut idem sit ac nostrum bitte mediam in orationem insertum. cf. c. 20 (21, 18), 67 (79, 12), 132 (185, 4), 137 (197, 14). — denique eodem modo usurpatur, quem supra notavi. praemittitur *rogo*, ut eo magis auditores animum intendant. cf. c. 63 (75, 14), 75 (89, 8), 77 (91, 6). — verbum *rogare* num eodem vel simili modo apud alios quoque scriptores usurpatum inveniatur nescio. certe exempla, quae Beckius (p. 123) e Plauto (Bacch. II 2, 28) et Terentio (Phorm. IV 1, 8. Andr. I 2, 13) affert, omnia ad hanc rem non quadrant.

Narrare saepius interrogationi directae praemittitur. cf. c. 48 (55, 15), 67 (79, 12), 133 (186, 13). in c. 129 imperativus sequitur verbum *narrare: narrabo tibi, paralysin cave.* Beckius (p. 150) ad hunc locum affert Cic. ad Att. II 11, 1: *narro tibi, plane relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum.*

Precor semel ita usurpatur in fragm. 50, 14 (quod tamen Buechelerus obelo signavit), ubi legimus:

me si manet exitus, idem
hic, precor, inveniar.

Denique addendum videtur nonnunquam in mediam orationem ad augendam vim verborum inseri *inquam.* ita c. 66: *et si, inquam, ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse?*, c. 88: *quis, inquam, venit in templum?*, c. 130: *habes, inquam, confitentem reum.*

§ 6. De asyndeto.

Iam verba, de quibus in § 5 locutus sum, saepius nulla addita coniunctione in initio sententiae posita esse vidimus, sed alia quaedam in certis verborum complexibus semper *ἀσυνδέτως* enuntiato praemittuntur. horum pauca nunc commemorabo, quae aut saepius reperiuntur aut non videntur usurpata fuisse nisi ab hominibus plebeis.

Primum verbum *curabo* saepius cum coniunctivo coniunctum legitur in initio sententiae, rarius mediae insertum, ac semper quidem in sermonibus libertinorum. cf. c. 58: *curabo, iam tibi Jovis iratus sit* et *curabo, longe tibi sit comula ista bessalis* et *Athana tibi irata sit curabo*, c. 74: *curabo, domata sit Cassandra caligaria* et *recte, curabo, me unguibus quaeras*, c. 75: *iam curabo, fatum tuum plores.* particula *at* praemittitur c. 69: *at curabo, stigmam habeat.* perpauca huius rarae structurae exempla ex aliis scriptoribus desumpta collegit Draegerus (§ 409, 1 et 2 d). — ceterum etiam nonnulla alia verba Petronius solet cum mero coniunctivo coniungere omisso *ut: suadeo, cave, oportet, rogo, dico, volo, nolo, malo, faxo, licet*, cuius usus nonnulla exempla collegit A. a Guericke p. 63.

Tum etiam a *putares* vel *putes* vel *putasses* nonnunquam sententiae omissis coniunctionibus incipiunt, ut c. 7: *putares ab eadem anicula esse deductum*, c. 45: *putares eos gallos gallinaceos*, in c. 63: *putares canem leporem persequi*, c. 76: *putares me hoc iussisse*, c. 123: *iussa putares;* c. 47: *putes taurum*, c. 49: *putes illum piper non coniecisse*, c. 104: *putes una nos dormiisse;* c. 76: *putasses illum semper mecum habitasse.*

Deinde accuratior alicuius rei explicatio saepe indicatur praemisso *vides*, plerumque cum accusativo substantivi vel pronominis coniuncto. cf. c. 36: *vides illum, qui obsonium carpit*, c. 38: *vides illum, qui in imo imus recumbit* et *vides tot culcitas*, c. 46: *vides Phileronem causidicum*, c. 67: *videtis mulieris compedes*, c. 126: *vides me*, c. 131: *vides, quod excitavi.* [12])

Sicut *vides*, ita etiam nonnullae formae verbi *scire* interdum sententiis dissolute praemittuntur. cf. *scias oportet* c. 45, *scimus* c. 46, *scis* c. 74, *scimus* c. 75 bis.

[12]) In c. 134 post lacunam legitur: *o, inquit, Oenothea, hunc adolescentem, quem vides: malo astro natus est.* Buechelerus recte adnotat illud *inquit* ab excerptore immissum videri, ut saepius factum est. cf. c. 118 (150, 18). tum accusativus *hunc adolescentem* per attractionem explicandus est. Buechelerus talem attractionem in tam arta compactaque oratione artem prae se ferre, non naturam sermonis communis iudicat. sed eam ne a sermone cotidiano quidem alienam esse demonstrare mihi videntur nonnulli veterum comicorum loci, ut Ter. Eun. IV 3, 11. Plaut. mil. glor. v. 140 Ritsch. alios locos ad h. v. adscripsit Lorenzius, qui tamen illum Plauti locum non recte explicat.

Denique haud raro sententia dissolute incipit ab imperativo. praeter *crede* ac talia, quae iam supra commemoravi, in libertinorum sermonibus haec notavi: *nolite* c. 62 (74, 12), *vide* c. 51 (58, 9), *faciatur* c. 71 (85, 3), *facias* c. 71 (85, 4), *voca* c. 49 (56, 13), *abite* c. 74 (87, 19).

Atque haec hactenus de singularibus asyndeti generibus, quae certis quibusdam verbis indicantur. sunt autem praeterea certae formae, quae pro diversa significatione diversis generibus adscribi possunt. in quibus describendis Naegelsbachium (Lat. Stil. §§ 197—202) secutus ea tantum considerabo, quae in libertinorum dialogis inveniuntur, quia haec omnium sunt gravissimi momenti.

Naegelsbachius discernit ea, quae revera asyndeta sint (aecht), ab iis, quae videantur tantum asyndeta esse (unaecht). nam ubi inter duas sententias iam re ipsa conexus intercedit, non opus est particulam, qua ratio significetur, addere, ideoque ibi non verum asyndeton statuendum est. primum multae sententiae dissolute antecedentibus adduntur, quibus id, quod praecedit, explicatur. hoc explicativum asyndeton omnium saepissime in dialogis libertinorum invenitur, quippe qui, ut iam supra dixi, particulas causales plerumque omittant. pauca ex multis exemplis haec sunt: c. 30: *non tam iactura me movet, quam neglegentia nequissimi servi. vestimenta mea cubitoria perdidit*; c. 38: *reliquos autem collibertos eius cave contemnas. valde succossi sunt*; c. 39: *quod autem in medio caespitem videtis, nihil sine ratione facio. terra mater est in medio quasi ovum corrotundata et omnia bona in se habet tanquam favus.* — nonnunquam id, quod in universum dictum est, postea singulis exemplis sine ulla coniunctione additis explicatur. cf. c. 38: *ceteri eius colliberti . . valde succossi sunt. vides illum, qui in imo imus recumbit,* c. 44: *sic istos* (scil. aediles) *percolopabant, ut illis Iupiter iratus esset. memini Safinium.* — huc etiam parentheses explicativae pertinent. cf. c. 38: *sed quomodo dicunt — ego nihil scio, sed audivi — thesaurum invenit,* c. 42 (46, 15), 77 (91, 6). — denique proverbia quoque ac sententiae, quae paene in proverbium abierunt et quae plerumque explicationis causa addita sunt, ἀσυνδέτως ponuntur. exempla, quae in dialogis libertinorum notavi, sunt haec: c. 34: *vita vi-*

num est, c. 39: *pisces natare oportet,* c. 42: *aqua dentes habet,* c. 43: *longe fugit, quisquis suos fugit,* 45 (50, 8 et 9), 45 (51, 12), 46 (52, 7), 63 (74, 18), 64 (76, 6), 66 (79, 10), 76 (90, 19). — eodem pertinent aliae quaedam loquendi formulae, ut c. 42: *utres inflati ambulamus. minoris quam muscae sumus* et *neminem nihil boni facere oportet,* c. 46: *habet haec res panem* et *litterae thesaurum est,* c. 47: *nemo nostrum solide natus est,* c. 59: *semper in hac re, qui vincitur, vincit,* c. 61: *satius est rideri, quam derideri,* c. 75: *corcillum est, quod homines facit.*

Tum particula saepius omittitur, si duae sententiae inter se opponendae sunt. cf. c. 37: *quem amat, amat; quem non amat, non amat,* c. 39: *strabones, qui holera spectant, lardum tollunt,* c. 44: *nunc populus est domi leones, foras vulpes* et *nemo Iovem pili facit, sed omnes opertis oculis bona sua computant. antea stolatae ibant.* — saepe tales sententiae incipiunt a prenominibus personalibus *ego, tu, nos* aliis, saepe etiam a verbo *non,* ubi aut persona aut negatio maxime premenda est.

Aliis locis particula omissa est, propterea quod, si adderetur, vim verborum minueret, ut in enumerationibus. cf. c. 38: *solebat sic cenare quomodo rex: apros gausapatos, opera pistoria, avis, cocos, pistores,* c. 39: *itaque quisquis nascitur illo signo, multa pecora habet, multum lanae, caput praeterea durum, frontem expudoratam, cornum acutum* multa alia.

Saepe porro id, quod e nonnullis sententiis concludendum est, dissolute additur. sed huius usus exempla afferre vix opus erit, unum locum exscribam, quo verbo *omnia* praemisso postea singulae res enumerantur, c. 38: *omnia domi nascuntur: lana, cerae, piper, lacte gallinaceum si quaesieris, invenies.*

Contra Naegelsbachius id verum asyndeton esse dicit, quo coniunctio omittitur eo consilio, ut res, quae dissolutis sententiis narrantur, celerius inter se subsecutae esse videantur. cf. c. 62: *apoculamus nos circa gallicinia. luna lucebat tanquam meridie. venimus intra monimenta. homo meus coepit ad stellas facere, sedeo ego* (haec Schefferi et Iahnii mutatio magis placet propter abruptam totius loci rationem narrandi, quam Heinsii,

quem Buechelerus secutus est) *cantabundus et stellas numero. deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. mihi anima in naso esse. stabam tanquam mortuus* et *ut larva intravi, paene animam ebullivi. sudor mihi per bifurcam volabat, oculi mortui, vix unquam refectus sum.*

Draegerus § 362 agit de asyndeto disiunctivo, cuius exemplis e Petronio haec addi possunt: *plus minus* c. 52 (59, 2), *hac illac* c. 57 (67, 20), *velit nolit* c. 71 (85, 9). cf. etiam quae affert Buechelerus: symb. phil. Bonn. p. 41.

Medius inter asyndeton et sententias coniunctionibus adnexas is usus est, cum posteriore sententia id, quod priore dictum est, confirmetur, plerumque addita particula quadam, ut *ita, vero* (cf. Naegelsb. § 197). quare hoc usu dicendi apte transducimur ad coniunctiones ipsas.

Saepius ab *ita* incipit oratio, qua id, quod interrogatum est, confirmatur. quare hanc particulam apte per *recte* circumscribere possumus. cf. c. 24: „*Ascyltos in hoc triclinio solus ferias agit?*" — „*ita*", *inquit Quartilla,* „*et Ascylto embasicoetas detur*", c. 25: „*ita, ita*", *inquit Quartilla,* „*bene admonuisti*", c. 53: „*ita*", *inquit Trimalchio,* „*non oportet transire*". — „affirmationem, quam in recta oratione *ita* occupat, etiam in interrogatione obtinet. *itane* igitur instantius interrogat, an sit res, quae incredibilis aut dubia est visa, sed ab aliis affirmata" (cf. Hand. III 495, 24. Kuehner. II § 230, 5). ita legimus c. 20: „*itane est?*" *inquit Quartilla,* c. 21: „*itane est?*" *inquit Quartilla,* c. 105: „*itane,*" *inquit,* „*capillos aliquis in nave praecidit?*" Handius (l. c.) dubitat, num etiam *ita* simplex in hoc usu fuerit. sed in Petronio certa exempla inveniuntur. Handius ipse affert c. 25, ubi codd. A F G L et editio Plantina habent: „*itaque*", *inquit Quartilla,* „*minor est ista?*" Patissonius autem adnotavit in aliis codd. legi *itane,* quod Heinsius et Handius non recte comprobaverunt, melius enim cum Buechelero *ita* (cum vi causali pro *itaque*) scribitur, quod ille eruit e lectione aliorum codd. *ista.* Heinsius etiam c. 127 (176, 1) *itane* scribere maluit, quanquam ibi in uno tantum cod. *itaque* legitur, ceteri autem praebent: „*ita*", *inquit,* „*non dixit tibi*

ancilla mea Circen me vocari?" [13]) sed hic lectionem plurimorum codd. retinere possumus, itemque c. 75, ubi sic interpungendum videtur: *ita? tibi videtur, fulcipedia?* et c. 102: *„ita vero", inquam ego, „tanquam solidos alligaturus?"*

Usitatissima denique est adnexio affirmativa, quae per *plane* fit. loci autem, quibus *plane* sententiis praemissum inveni, ita ut per wahrhaftig vertendum sit, sunt hi: c. 12 (14, 11), 49 (56, 20), 63 (75, 8), 67 (80, 9), 69 (81, 19). — interdum etiam responsiones a *plane* incipiunt. cf. c. 41 (45, 1). — saepius verbo cuidam praemittitur ad vim eius augendam atque confirmandam. cf. c. 43: *plane fortunae filius,* c. 45: *plane fugae merae,* c. 58: *plane qualis dominus, talis et servus.*

Transeamus iam ad examinandum usum particularum, quibus sententiae inter se coniunguntur, ac primum copulativarum, adversativarum, disiunctivarum. in commemorandis libris, in quibus de hac re agitur, brevitatis causa plerumque satis habebo Handii Tursellinum, Draegeri Hist. Synt. d. lat. Spr., Kuehneri Ausf. Gramm. d. lat. Spr. citare, quoniam hi libros priorum virorum doctorum indicant. in explicando autem usu particularum operam dedi, ne nimis argute singulis locis singularem significatum attribuerem, quod quidem periculosum sane ac lubricum est. ac ne Handius quidem hoc periculum plane videtur effugisse. omnibus locis simplicissimam, quam reperire potui, explicationem secutus sum, atque, ubi dubitari potest, num peculiaris quaedam notio statuenda sit, cunctos, quantum potui, collegi, ut qui similibus studiis operam darent, explicationes meas facillime examinare possent. nullum certe locum difficiliorem consulto omisi.

[13]) B et p exhibent: *ancilla mea me Circen vocari,* quod Buechelerus in editione recentiore a. 1871 in textum recepit. sed ex hac varietate id mihi videtur elucere, illud molestum *mea* eiciendum esse.

Caput secundum.

§ 1. Et.

Usus particulae *et* in facili et neglegenti dicendi genere, quo Petronius utitur, latissime patet. sed quoniam de vario huius particulae usu Handius (II 467—540), Draegerus (§ 311), Kuehnerus (II § 151 a) uberrime ac scitissime disputaverunt, satis erit omissis eis locis, qui a vulgari usu non recedunt eos tantum considerare, quibus aut paulo insolentius videtur usurpata esse, aut qui ad usum accuratius definiendum aliquam vim habent, aut quibus de scriptura verborum dubitari potest.

Repetitae saepius particulae memorabile exemplum est c. 66 (79, 7: *in summo habuimus caseum mollem et sapam et cochleas singulas et cordae frusta et hepatia in catillis et ova pilleata et rapam et senape et catillum concacatum, pax palademes*). — tum singularem quandam artem in eo exhibuit Petronius, quod duo verba ab eadem littera incipientia interposita *et* particula coniunxit. c. 14 (16, 8): *scissam et sordidam,* c. 15 (16, 15): *reddant et recipiant,* c. 25 (26, 10): *plaudentibus et postulantibus,* c. 39 (43, 7): *bigae et boves,* c. 39 (43, 16): *copones et cucurbitae,* c. 45 (51, 16): *mihi et meis,* c. 46 (52, 11): *venias et videas,* c. 56 (66, 1): *porri et persica,* c. 76 (91, 4): *ab acia et acu,* c. 87 (102, 12): *deceptum et derisum,* c. 88 (104, 5): *docemus et discimus,* c. 91 (110, 17): *fateor et prae me fero,* c. 98 (118, 20): *reduc et redde,* c. 101 (122, 16): *confusus et consilii egens,* c. 117 (150, 2): *aurum et argentum,* c. 141 (205, 8): *corrumpitur et conciliatur,* c. 18 (20, 2): *et misericordia et metu.* cf. quae de eodem usu apud Ciceronem disputavit F. Hoppe in progr. gymn. Gumbinn. a. 1875. p. 8.

Tribus vel pluribus verbis vel sententiis positis ultimo

membro *et* addit, ita ut eo, quod postremo loco particula *et* adiungitur, aut omnia, quae antea dicta ac praeterea dicenda erant, complectantur aut addita particula vis postremi membri augeatur. cf. c. 47 (54, 9), 47 (55, 1), 63 (75, 15), 126 (174, 8), 139 (201, 13), 58 (68, 16, quem locum Burmannus supervacanea transpositione sanare studuit).

Aliis locis per *et* ad notionem generalem propria quaedam res additur, ut nonnunquam idem valeat atque: id est. cf. c. 74 (88, 2), 95 (115, 13), 102 (123, 10), 106 (128, 20), 46 (53, 3, ubi particula *et* explicandi causa exemplum adiungitur. nam ad *alias naenias* additur: *et libentissime pingit.*)

Saepius porro in *et* videtur inesse quaedam augendi vis, ubi a minore re ad graviorem transitur. cf. c. 2 (5, 1: *ventosa istaec et enormis loquacitas*), 4 (6, 10), 4 (7, 3), 19 (21, 16), 22 (24, 7) multa alia. cf. Draeger. § 311, 7 b.

Invenitur *et* etiam ante verba negativa, ut ante *non* c. 47 (55, 3), 55 (62, 22), 91 (110, 10), 96 (116, 13), 101 (122, 9), 101 (123, 5), 102 (125, 2) et in fragm. 40, 4; 47, 6; 50, 7. omnibus autem his locis hic usus facile explicatur partim maiore vi negationis, partim eo, quod *non* non ad universam sententiam pertinet, sed cum uno verbo artius coniunctum est. uno loco, c. 86 (101, 12), sententiae ab *et* . . *non* incipienti alia praemissa est condicionalis per *si*, ita ut illa notio corrigatur vel potius artioribus limitibus circumscribatur. magis offendit locus, quo *et non* ponitur in sententia ab *ut* incipiente, ita ut pro *ut non* exspectemus *ne*. cf. c. 15 (17, 4: *ut* . . *vestis* . . *strangularetur et nos* . . *non veniremus*). simillimus est locus c. 75 (89, 14: *suadeo bonum tuum concoquas, milva, et me non facias ringentem.* sed hoc loco scriptor Trimalchionem loquentem facit ideoque maior dicendi libertas non mira est.) bis invenimus *et iam non*. cf. c. 27 (29, 9) et 87 (102, 19). denique recte a Reiskio in textum repositum esse *et non* puto c. 74 (88, 12: *et in sinum suum non spuit* ubi cod. exhibet: *suum conspuit.*) — ante *nihil* invenimus *et* duobus locis, c. 41 (45, 5) et 62 (74, 8). cf. Hand. II 497, 6. Draeger. § 311, 4, cuius de raritate huius usus sententiam correxit Harre in Jahresber. d. philol. Ver. a. 1877, p. 399.

Multo rarius autem *et* locum habet in sententia negativa.

et in Petronii quidem libro unum tantum locum inveni. cf. c. 113 (143, 16: *me nihil magis pungebat, quam ne Eumolpus sensisset, quicquid illud fuerat, et homo dicacissimus carminibus vindicaret*). cf. Hand. II 499, 10. Draeger. § 311, 3.

Post imperativos nonnunquam invenitur *et*, quo pro certo affirmatur aliquid statim secuturum esse, si id factum fuerit, quod imperativo significatur. sed huius usus apud scriptores optimae aetatis nullum invenitur exemplum (cf. Madvig. ad Cic. de fin. II 30 et opusc. II 161 seqq.). in Petronii libro hos notavi locos: c. 15 (16, 15: *reddant . . et recipiant*), 45 (52, 6), 101 (123, 7 et 8), 137 (199, 2). cf. Hand. II 485, 21. Draeger. § 311, 15. Kuehner. II § 151, 6.[14]) — in coniungendis duobus imperativis *et* non poni nisi a poetis comicis non satis recte Draegerus (§ 311, 17) docet. nam Petronius certe saepius posuit quam omisit *et* vel *que*. *et* legitur c. 79 (94, 6), 91 (110, 1), 93 (112, 13), 99 (120, 4), 101 (122, 2), 101 (122, 20), 115 (147, 1 et 2), 107 (129, 13), 122 (164, 3), 122 (164, 9), 124 (170, 15), 127 (175, 6), 133 (187, 6), 141 (205, 5) et fragm. 50, 12; *que* legitur c. 108 (132, 12), 116 (148, 6), 120 (159, 12), 121 (161, 5), 124 (170, 18), 133 (187, 12), 124 (171, 5), 129 (180, 2) et fragm. 37, 1. non addita coniunctione imperrativi positi sunt his locis: c. 78 (92, 15), 80 (94, 17), 94 (113, 12), 121 (161, 1), 23 (25, 4 seqq.), quibus omnibus locis oratio aut concitatior est aut poetica. quare rectissime *et* restitutum est c. 114 (145, 4).[15])

Saepius *et* etiam ibi ponitur, ubi particulam adversativam exspectamus. ita *et* idem fere valet ac *tamen* vel *sed* c. 33 (36, 13), 44 (48, 5), 45 (51, 3), 58 (69, 5 et 6), 91 (110, 10), 77 (91, 18), 57 (67, 1), 63 (75, 7, ubi Buechelerus et Jahnius

---

[14]) Duos locos notavi, quibus *et* in tali sententia omissum est, c. 16 (17, 19): *cum et ipsi ergo pallidi rogaremus, quis esset, „aperi" inquit „iam scies")*, et c. 44 (48, 13: *serva me, servabo te,* quae tamen formula proverbium sapit).

[15]) Neque aliena est haec ratio dicendi ab aliis eiusdem ac posterioris aetatis scriptoribus. in Iuvenale enim legenti mihi occurrerunt hi loci: II 45 et 131, IV 306, X 310. fortasse etiam in Sen. Apoc. c. 13 hoc restituendum est: *celerius i, inquit Mercurius, et venire nos nuntia.* hic enim scriptor plerumque *i* et sequentem imperativum per *et* coniungit. (cf. Draeger. § 359, 1 b γ.)

et non recte id *sed* mutaverunt, Schefferus more suo *at* scripsit.) cf. Hand. II 496, 4. Draeger. § 311, 10. Kuehner. II § 151, 8. — haud ita dissimilis huic usui est is, quem Handius (II 488, 3) ita describit: *voculationis modus, quem cum anacrusi metrica comparavimus, etiam ibi locum obtinet, ubi in altera vel contraria parte aliquid est designandum, quod aequali submittatur rationi.* Handius duo affert exempla, alterum Vergilii (ecl. III 62), alterum Calpurnii, ex quo apparet hunc usum esse rarissimum. accedit etiam, quod Calpurnius hoc loco (ecl. II 32, ubi Glaeserus quidem contra plerosque codd. *at* scribit) Vergilium, Vergilius autem Theocritum (V 80 seqq.), imitatus est. eodem modo Petronius *et* duobus locis usurpat, c. 45 (52, 6: *munus tamen, inquit, tibi dedi. — et ego tibi plodo.*) et 57 (66, 17: *eques Romanus es. et ego regis filius.* Schefferus *at* pro *et* scripsit.) adnotandum autem est Petronium in libertinorum tantum sermonibus hac libertate uti. — notissimum est multo rarius a scriptoribus Latinis, *et . . etiam* in una sententia coniungi, quam nostrum und . . auch a nostratibus. tamen apud Petronium haud raro legitur. cf. *et . . etiam* c. 21 (23, 15), 40 (44, 3), 81 (96, 4), 86 (101, 26), 94 (113, 3), 109 (133, 10), 79 (92, 25), 135 (191, 12); *et . . quoque* c. 81 (96, 9), 83 (98, 17), 88 (105, 2), 126 (172, 19). cf. Hand. II 251, 18. Draeger. § 313. Kuehner. II § 151, 14. dubitari potest, num huc pertineat c. 102 (124, 10), ubi legimus: *„quidni" inquit Giton, „etiam circumcide nos, ut Iudaei videamur, et pertunde aures, ut imitemur Arabes, et increta facies, ut suos Gallia cives putet: tanquam hic solus color figuram possit pervertere . . puta infectam medicamine faciem diutius durare posse; finge nec aquae asperginem impossituram aliquam corpori maculam . . age, nunquid et labra possumus tumore taeterrimo implere?* cod. L, sicut saepius (cf. notas ad pp. 121, 1; 125, 9; 198, 3; 200, 16) exhibet *etiam pertunde* pro *et pertunde* et *etiam labra* pro *et labra*. sed quanquam in his rebus codici L magna fides habenda non est, quoniam *etiam* pro *et* habet etiam ubi certe *et* scribendum est (ut in formula *et ipse,* pro qua L *etiam ipse* falso habet in pp. 131, 11 et 128, 5), tamen hoc loco melius cum meliore codice *etiam pertunde* scribitur, quia in posteriore quoque enuntiato imperativi nulla addita coniunctione positi sunt. — uno autem loco, c. 77 (91, 9),

bis positum *et* in una sententia reperitur, priore adnectitur enuntiatum, posterior significat *etiam*. Trimalchio enim narrans, quid mathematicus Graecus dixerit, postquam nonnulla enumeravit, sic pergit: *et, quod vobis non dixerim, et nunc mi restare vitae annos triginta et menses quattuor et dies duos.* sed primum Trimalchioni hic liberior dicendi usus concedendus est, tum offensio etiam intermissa sententia relativa imminuitur.

Haud raro totae sententiae ab *et* incipiunt, ac plerumque quidem in libertinorum sermonibus, qui hac dicendi ratione vario modo utuntur. primum *et* saepissime ponitur, ubi ad rem diligentius tractandam transitur, ita ut idem sit atque *et quidem* (cf. Hand. II 490, 7). cf. c. 39 (43, 1), 43 (47, 12). tum locum habet, ubi aliquid magis affirmandum est. cf. c. 41 (45, 19), 57 (67, 3). compluribus locis talis notionis vis etiam augetur eo, quod verbum finitum particulam *et* subsequitur. cf. c. 45 (51, 1), 52 (60, 11), 57 (67, 19), 65 (78, 10), 67 (79, 16). aliis locis *certe* vel *revera* vel *mehercules* additum est. cf. c. 19 (21, 12), 45 (51, 17), 65 (78, 8),[16] 69 (81, 22), 2 (4, 9), 33 (35, 6). cf. Kuehner. II § 151, 7. hic usus ita explicandus est, ut is, qui loquitur, ea tantum commemoret, quae maximi sunt momenti neque accuratius explicet, quae ratio inter duas res intercedat. (cf. egregiam dissertationem Ph. Spitta de Taciti in componendis enuntiatis ratione. Gotting. 1869 p. 9.)

Saepius porro sententiae incipiunt a formula *et .. quidem* uno vocabulo interiecto. ac plerumque quidem huic sententiae alia opposita est particula *autem*, ut c. 74 (87, 20: *et illi quidem — hi autem*), 92 (111, 11: *et me q. — illum autem*), 114 (144, 13: *et illum q. — Tryphaenam autem*), aut particula *ceterum*, ut c. 40 (44, 9: *et hi q. — ceterum Carpus*), 72 (86, 4: *et Giton q. — ceterum algentes*), 105 (127, 20: *et ego q. — cet. Giton*). secundum haec exempla bene correxit

---

[16]) Buechelerus hoc loco mavult *sed* quam *et*, quia tota sententia praecedenti quodammodo opposita est. sed hac mutatione non opus est. sicut enim *et* pro particula adversativa nonnunquam usurpatur, ita etiam *et mehercules* pro *sed mehercules*, cf. c. 33 (35, 6) et 69 (81, 22) et *nec mehercules* c. 38 (42, 5), ubi *sed non mehercules* exspectamus.

Buechelerus locos c. 29 (30, 13: *et collegae q. — ego autem*), 96 (116, 6: *et ille q. — ego autem*), 106 (121, 7: *et haec q. — ceterum mulier*). alio modo oppositio indicata est c. 69 (82, 14: *et haec q. tolerabilia erant, si non*) et 99 (120, 8: *et Eumolpus q. — ego*). omnes hi loci ita comparati sunt, ut vocabulum, quod inter *et* et *quidem* inseritur, accuratissime respondeat illi, quod particula *autem* et aliis ei opponitur. semper utriusque verbi idem casus positus est. huic observationi tres loci obstare videntur. primum c. 115 (147, 17) legimus: *et Licham quidem rogus inimicis collatus manibus adolebat. Eumolpus autem dum epigramma mortuo facit, oculos ad arcessendos sensus longius mittit,* tum lacuna sequitur. sed iam Buechelerus inconcinnitatem huius sententiae rectissime sensit et aliis, puto, de causis enuntiatum in dubium vocavit, suspicans post *facit* excidisse *et.* et recte id Buechelerus videtur perspexisse. facillime autem intellegitur, quomodo error ortus sit. librarius enim clausulam sententiae completam esse ratus, ut sermonis contextum quodammodo restitueret, *et* eiecit et *Eumolpum* in *Eumolpus* mutavit. ideoque ego quoque cum Buechelero *et* excidisse et sententiam esse lacunosam puto. quare de hoc loco quaestio in medio relinquenda est. — tum c. 97 (117, 19) legimus: *interim Ascyltos, ut pererravit omnes cum viatore cellas, venit ad meam. et hoc quidem pleniorem spem concepit, quo diligentius oppessulatas invenit fores. publicus vero servus .. laxavit.* in codd. videtur *hoc* legi, cum in adnotatione critica nulla discrepantia adnotata sit. in editione autem Burmanniana *hic* pro *hoc* scriptum est, itemque nec a Burmanno nec ab alio quidquam additum est. sed etiamsi in codd. *hoc* scriptum est, tamen accuratae responsionis causa *hic* legendum esse censuerim. — denique c. 47 (55, 8) cod. habet: *et quidem cocum potentiae admonitum in culinam obsonium duxit, Trimalchio autem miti ad nos vultu respexit.* primum recte Buechelerus verba transposuit: *et cocum quidem,* sed restat tamen inconcinnitas et praeterea ineptia, nam cocus obsonium, non obsonium cocum in culinam ducit. recte hunc locum iam Burmannus partim coniectura Tilebomeni usus mutavit ita: *cocus potentiae admonitus.* ita omnes hi loci optime inter se congruunt. — ab hac formula *et .. quidem* segreganda

est alia, qua *et quidem* nulla vocula interposita ponuntur, quae ibi locum habet, ubi ad aliquam rem descriptio accuratior additur, ut c. 40 (44, 6: *aper, et quidem pilleatus*) et c. 59 (71, 2: *vitulus, et quidem galeatus*). quare etiam c. 27 (29, 8) sine dubio cum Buechelero scribendum est: *et quidem iam principium cenae videtis.*

Deinde etiam in interrogationibus et exclamationibus mirantibus vel indignantibus *et* saepe usurpatur. cf. c. 37 (39, 18), 43 (48, 3), 81 (96, 8), 96 (116, 13), 66 (79, 6); 38 (42, 8), 42 (46, 10), 44 (48, 11), 44 (49, 8), 56 (65, 7), 74 (88, 15). cf. Hand. II 492, 13 et 493, 15. Draeger. § 311, 11. Kuehner. II § 151, 8. — nonnunquam parentheses quoque ab hac particula incipiunt. cf. c. 76 (90, 9), 64 (76, 5, ubi Schefferus perperam *at* se praeferre dicit. recte iam explicavit Hadrianides per *nam, quia.* cf. ed. Burm. p. 420), 50 (57, 14). cf. Hand. II 492, 12. Draeger. § 311, 8.

Handius (II 493, 16) docet antiquiores et recentiores scriptores, sicut Apuleium, dicere solitos esse *et ecce.* dubitat tamen, num etiam meliores scriptores mediae aetatis ita locuti sint. apud Petronium haec formula quater legitur, c. 40 (44, 3), 45 (50, 13), 66 (79, 1), 76 (90, 6), sed excepto eo loco, quem primum commemoravi, omnes in libertinorum dialogis leguntur. invenitur autem haec formula etiam apud Varronem.

Denique, ut hoc uno verbo tangam, Petronius saepissime verba alicuius adnectit ad priorem sententiam per *et .. inquit* alia huiusmodi. ita 83 locis notavi *et .. inquit*, 3 *et .. ait* vel *aiebat*, 4 *et .. conclamabat* vel *proclamabat.*[17])

[17]) Quae cum ita sint, minime dubito, quin etiam c. 9 (12, 10) corrigendum sit: *clamavit et: „non taces“ inquit*, et c. 41 (45, 12: *Trimalchio rursus adiecit et: „non negabitis me“ inquit „habere Liberum patrem“*), cf. c. 68 (81, 10: *lassus tamen cum aliquando decisset, adiecit Habinnas et: „nunquam“ inquit, „didicit“*). nam quin cum Buechelero *nunquam inquit* pro *numquid* scribendum sit, non dubito, quae autem praeterea Buechelerus et Strelitzius (p. 631) mutaverunt, supervacanea sunt. *inquit* enim saepius abundanter additur, cf. c. 116 (148, 17). ceterum etiam Seneca hanc formulam saepe videtur usurpasse, in apocoloc. enim 6 locis notavi *et ait* vel *aiebat*, semel *et . . inquit.* sed Seneca *ait* vel *aiebat* semper ante initium verborum

§ 2. Que.

De usu particulae *que* primum id maxime notandum est nusquam eam inveniri in rusticis libri Petroniani partibus. quod quidem casu non potest accidisse, quoniam in aliis libri partibus in unaquaque pagina saepissime invenitur. ex quo certe concludi potest *que* particulam Petronii temporibus ab hominibus humiliore loco natis omnino non usurpatam fuisse.[18]) cum hac observatione optime videtur congruere, quod *que* in antiquissimis legibus aliisque Romanorum publicis documentis, ut in decem tabulis, in columna rostrata, in Scipionum titulo sepulcrali multo saepius invenitur, quam *et* vel *ac*. videtur igitur *que* posterioribus temporibus rarius adhibitum, semper autem nobiliori tantum dicendi generi usurpatum fuisse. idemque inde quoque videtur concludi posse, quod in plerisque certis, haud raro sollemnibus formulis, in quibus duae notiones inter se coniunguntur, *que* particula, multo rarius autem aliae coniunctiones usurpantur. quarum formularum multas afferunt Draegerus (§ 314, 8) et Kuehnerus (II § 152, 2), quibus ex Petronio nonnulla addere liceat: *rogo quaesoque* c. 99 (119, 15), *intra*

---

ipsorum ponit, Petronius semper *ait* vel *aiebat* ponit post prima verba insequentis sermonis.

[18]) Quam observationem qui videntur refutare loci aliter explicandi sunt. primum enim sententiam abruptam, quae legitur c. 55 (63, 4: *diuque summa carminis penes Mopsum Thracem commorata est*) Buechelerus in editione recentiore a. 1871 p. 34, 15 recte cum prioribus editoribus (cf. ed. Burm. p. 349) Encolpio, non, ut in editione a. 1862, Trimalchioni vel libertino cuidam tribuit. — deinde Trimalchio Scylacem canem adduci iubet, *praesidium domus familiaeque*. quae verba, quanquam scriptor nihil de hac re addit neque in praecedentibus ipsius Trimalchionis verba affert, certe Trimalchioni tribuenda sunt, ut recte Buechelerus adnotat, sed haec est certa formula saepius adhibita, ut docet locus Theophrast. char. c. 4 *περὶ ἀγροικίας* p. 126, 11 ed. Petersen: „*καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους εἰπεῖν· Οὗτος φυλάττει τὸ χωρίον καὶ τὴν οἰκίαν.*“ — tertius denique locus certe corruptus est, in capite enim 65 (77, 24) cod. ita habet: *Habinnas sevir est idemque lapidarius, qui videretur monumenta optime facere.* posterior enuntiati pars, quin gravissime corrupta sit, nulla potest esse dubitatio ideoque eo verisimilius est corruptelam paulo latius patere et *que* quoque non recte se habere, nisi forte *idemque* certa quaedam formula est.

forisque c. 22 (24, 4), *diu multumque* c. 23 (25, 9), *magis magisque* c. 49 (56, 11) et 125 (172, 7), *vir liberque* c. 81 (96, 18), *vino scortisque* c. 88 (104, 4), *recti bonique* c. 88 (105, 1), *interdiu noctuque* c. 102 (123, 21), *noctibus diebusque* c. 111 (137, 6), *contra fas legemque* c. 108 (131, 1), *unus alterque* c. 108 (131, 3), *fide data acceptaque* c. 108 (132, 2), *uri vinciri verberari ferroque necari* c. 117 (149, 10), *bene feliciterque* c. 117 (150, 8), *omnia dicta factaque* c. 1 (3, 13), *semel iterumque* c. 34 (37, 3), 94 (114, 10), 115 (146, 20), 135 (191, 10), 140 (203, 10). — aliis locis *que* particula coniunguntur duae notiones, quae paene aut prorsus idem significant, ita ut nonnullis locis pleonasmus oriatur aut certe duobus verbis una notio exprimatur. huiuscemodi in Petronii libro notavi: *risu plausuque* c. 17 (19, 14), *regiones incultae asperaeque* c. 99 (119, 20), *liberalitas indulgentiaque* c. 47 (54, 11), *bonam mentem bonamque valetudinem* c. 61 (72, 10), *purgamentum dedecusque* c. 74 (88, 3), *derisum traductumque* c. 87 (102, 12), *anhelitus sudoresque* c. 87 (102, 20), *tristem confusumque* c. 91 (109, 17), *moderatio verecundiaque* c. 93 (112, 17), *vox rabiosa barbaraque* c. 96 (116, 11), *saevi implacabilesque* c. 107 (129, 14), *ingenuos honestosque* c. 107 (130, 6), *vox clara liberaque* c. 108 (131, 5), *monstro infernisque imaginibus* c. 111 (138, 7), *obliquis trucibusque oculis* c. 113 (142, 16), *frugalitas sanctique mores* c. 116 (148, 9), *vidua pudicaque nocte* c. 133 (186, 15), *proprium convenientemque cibum* c. 35 (37, 11). — nonnunquam eiusdem vocabuli formae masculina et feminina per *que* coniunguntur, velut: *filium filiamque* c. 140 (202, 11), *di deaeque* c. 79 (93, 11), 101 (122, 5), 115 (147, 5), 125 (172, 15). cf. Draeger. § 314, 9. — similes formulae sunt denique: *di hominesque* c. 88 (105, 4), 103 (125, 13), 140 (203, 23) et *res humanae divinaeque* c. 120 (158, 14).

Geislerus (Philol. X p. 112) observavit per *que* saepius participia et ablativos absolutos copulari, ut homoeoteleuton evitaretur. atque hoc quidem minus ad Petronium pertinet, sed tamen, ubi duae sententiae vel duae notiones adnectendae sunt, *que* ad participium perfecti passivi vel ad partic. perf. verborum deponentium adserere solet. cf. *reclusaeque* c. 16 (18, 1), *iussaque* c. 17 (19, 8), *vocatumque* c. 24 (26, 1); 26 (27, 10),

32 (34, 2), 33 (35, 4), 64 (76, 18), 64 (77, 3), 65 (77, 21), 65 (78, 3), 67 (79, 21), 70 (83, 8), 78 (92, 14), 79 (93, 18), 87 (102, 15), 94 (114, 11), 95 (114, 19), 98 (119, 7), 102 (124, 2), 103 (124, 6), 109 (132, 14), 110 (136, 3), 111 (137, 4), 111 (138, 15), 113 (142, 10), 114 (144, 13), 117 (149, 13), 119 (154, 6), 119 (155, 1), 119 (156, 4), 119 (157, 7), 121 (161, 5), 122 (161, 8), 123 (165, 16), 123 (167, 4 et 7), 124 (169, 9), 124 (170, 4 et 18), 127 (176, 8), 128 (178, 4), 132 (184, 4), 135 (193, 3), 136 (196, 7 et 9). — etiam ubi ablativus absolutus ad praecedentem sententiam adnectitur, *que* plerumque ad participium adseritur. cf. *prolatoque peculio* c. 8 (11, 8), *discussisque claustris* c. 11 (13, 15); 15 (17, 11), 40 (44, 12), 59 (71, 3), 73 (86, 12), 91 (110, 3), 92 (111, 4), 95 (115, 11), 111 (138, 6), 119 (156, 8), 131 (181, 19), 133 (187, 1), 135 (191, 9), 136 (196, 12 et 15 et 17), 137 (197, 17), 138 (200, 5), 140 (203, 5).

Apud optimos scriptores plerumque *que* ad praepositiones ibi tantum additur, ubi eadem praepositio iam in eadem sententia antecessit (cf. Draeger. § 314, 1). sed apud recentiores scriptores haec lex non tam accurate observata est. ita in Petronii libro invenimus: *extraque* c. 90 (109, 3) et 133 (188, 5); *contraque* c. 89 (108, 22), *superque* c. 29 (30, 13) et 54 (62, 6); *circaque* c. 32 (34, 4) et 69 (82, 17); *interque* c. 59 (71, 1) et 64 (77, 10); *perque* c. 97 (118, 1) et 123 (166, 13).

Quia in *que* plane eadem inest significatio atque in *et*, multi sunt loci, in quibus eadem notione una alterave particula usurpatur. ita *et* nonnunquam ponitur, ubi res dicitur celeriter consecuta esse (cf. Hand. II 482, 15. Draeger. § 311, 16). saepe praemittuntur verba, ut *idem*, *simul*, *vix* similia, quibus talis notio iam in initio sententiae indicatur. sed ubi haec desunt, hic usus non tam certe cognosci potest. ita etiam *que* saepius usurpatur. cf. c. 7 (10, 8), 72 (85, 22) alia. plerumque autem *que* cum verbis coniungitur, quibus talis consecutio expressis verbis significatur. cf. *statimque* c. 55 (62, 21) et 136 (195, 14), *continuoque* c. 25 (26, 8), 47 (55, 2), 65 (78, 5), *raptimque* c. 78 (92, 22), 91 (110, 5), 105 (128, 4), 128 (177, 16), *simulque* c. 88 (103, 2), 93 (112, 15), 95 (115, 5), 101 (122, 15), 111 (137, 10), 135 (192, 1), *momentoque temporis* c. 97 (117, 14).

Nonnunquam in eadem sententia, quae per *que* adnexa est, particula *etiam* ponitur. cf. c. 74 (87, 9), 80 (95, 1), 60 (71, 19), 105 (128, 1), 132 (185, 15), 137 (199, 11). cf. Draeger. § 319. Kuehner. II § 159, 2 n. 2.

Handius (II 480, 12) docet: *singulis rei partibus antea enumeratis additur per* e t *id, quod universum genus complectitur.* idem valet de *que*, cuius usus exempla notavi haec: c. 98 (118, 10: *servus publicus .. harundinem subter lectum mittit, omniaque, etiam foramina parietum, scrutatur.* nam sic interpungendum est. neque enim servus publicus omnia foramina parietum, sed omnia, etiam foramina parietum, scrutatur.), 64 (76, 3: *et sane iam lucernae mihi plures videbantur ardere totumque triclinium esse mutatum*), 123 (166, 11: *arma, cruor, caedes, incendia totaque bella ante oculos volitant*).[19])

Denique particula *que* etiam locum habet in sententiis negativis. ac partim quidem, ubi *nec* vel *non* praecedit, per *que* negatio excipitur, ita ut *nec* pro *que* exspectemus. cf. c. 121 (160, 7) et 124 (171, 3). sed hic usus nisi in poeticis libri partibus non invenitur. aliis autem locis praecedente negatione *que* habet vim adversativam. cf. c. 108 (132, 12), 112 (140, 11), 119 (156, 4), 123 (165, 1), 125 (172, 5), 132 (185, 10), 140 (202, 18). apparet igitur hunc usum non statim post Livii tempora evanuisse, ut putat Draegerus (§ 314, 10).

§ 3. Ac. Atque.

Quoniam diu disputatum est, num *ac* locum habeat ante vocales et litteram h, id breviter praemittam in Petronii libro *ac* nunquam poni ante vocales vel ante consonas h c g q. *atque* autem non ponitur nisi ante vocales et ante consonas c et h.[20])

---

[19]) Quod Draegerus (§ 311, 5) huc pertinere putat locum c. 2 (4, 8: *Pindarus novemque lyrici*) falsum videtur, quia Pindarus non unus e novem illis lyricis est, sed novum praeter eum fuerunt. spectant autem verba *Pindarus novem que lyrici* ad verba *Sophocles aut Euripides* in praecedente sententia, de quo usu cf. Spitta l. c. p. 32, 3.

[20]) Per se apparet excipiendos esse locos poeticos, ubi scriptor metri causa *atque* etiam ante consonas admisit. cf. c. 119 (155, 10), 124 (168, 13), 124 (169, 7). in pedestri oratione unum tantum locum

Quod attinet ad usum huius particulae, *atque* nusquam invenitur in libertinorum sermonibus.[21]) neque *ac* saepius, quam uno loco invenitur in iis partibus libelli, in quibus scriptor vulgarem adhibet usum dicendi. et hoc quidem loco *ac* non est particula copulativa, sed comparativa. cf. c. 42 (47, 3: *neminem nihil boni facere oportet, aeque est enim ac si in puteum conicias*). apparet igitur particulam *ac* vel *atque* ab hominibus rusticis illius aetatis rarissime usurpatas, sed magis nobiliori dicendi generi aptas fuisse, id quod etiam eo confirmatur, quod in iis nostri libri partibus, quae poetice scriptae sunt, certe non ita magnis *ac* vel *atque* tricies invenitur.

Notissimum est, per *ac* cum vi quadam transitum fieri ab altera re ad alteram. ac primum quidem in uno enuntiato per *ac* duae notiones inter se coniunguntur, quarum posterior gravior est, quam prior (cf. Hand. I 466, 8. Draeger. § 315, 3. Kuehner. II § 153, 4). cf. c. 2 (4, 4), 7 (10, 15, ubi inter *aeque* et *ac* nulla intercedit ratio), 24 (25, 14), 81 (96, 2), 74 (88, 9), 75 (89, 6), 111 (137, 5 et 6), 138 (201, 1), 112 (140, 12), 93 (112, 1), 126 (173, 17). clarissime autem haec gradatio indicatur c. 136 (195, 8), ubi Encolpius narrat: *tres anseres sacri .. impetum in me faciunt foedoque ac veluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem.* videmus enim Encolpium ad vim verbi *rabioso* deleniendam *veluti* addere.[22])

---

inveni, quo *atque* positum est ante l consonam: c. 70 (83, 21). sed hic locus etiam aliis de causis mihi suspectus est.

[21]) In c. 59 (70, 10) Trimalchio dicit: „et tu, cum esses capo coco coco atque cor non habeas.“ sic enim codex exhibet. sed haec verba tam graviter corrupta sunt, ut maxime sit dubitandum, num *atque* hoc loco recte scriptum sit.

[22]) Ita illud quoque explicandum puto, quod legimus c. 29 (31, 6), ubi atriensis Encolpio interroganti, quas in medio habeat picturas Trimalchio, respondet: *Iliada et Odyssian ac Laenatis gladiatorium munus*, ex quo apparet *Laenatis gladiatorium munus* multi maioris momenti esse atriensi videri, quam *Iliada et Odyssian.* post illa verba in codd. sequuntur: *non licebat multaciam considerare nos iam ad triclinium perveneramus,* quae sic scribenda esse arbitor: *non licebat multa considerare nos, iam ad triclinium perveneramus.* saepius enim *iam* nulla addita coniunctione ponitur a Petronio, ubi causam alicuius rei indicat, pro *nam iam.* cf. c. 28 (29, 14) et c. 60

Aliis locis tota enuntiata cum maiore vi ad priora adnexa a particula *atque* incipiunt. cf. c. 52 (60, 10), 17 (19, 4), 123 (167, 13), 134 (188, 12), 119 (154, 7), 131 (181, 13), 127 (175 9). cf. Hand. I 484, 9. Draeger. § 315, 3 c. Kuehner. II § 153, 9.

Eadem gradatio nonnunquam exprimitur verbis *atque etiam*. Handius quidem (I 506, 13) hanc vim semper inesse in hac formula recte negat. sed tamen talem gradationem minime abesse a ratione utriusque particulae manifestum est. haec vis in *atque etiam* inest c. 35 (38, 7), 116 (148, 16), 134 (188, 14).

Neque tamen semper eam vim inesse in hac particula eo demonstratur, quod nonnunquam complures sententiae modo per *ac*, modo aliis particulis inter se coniunguntur, nullo intercedente discrimine. cf. c. 59 (71, 3: *que-ac-que*), 64 (76, 16: *que-atque*), 124 (168, 16: *et-ac*), 124 (170, 1: *et-ac*).

Etiam verba synonyma saepius per *atque* copulantur. cf. c. 54 (62, 9: *miseram atque infelicem*), 85 (101, 1), 89 (106, 8), 111 (138, 12), 114 (145, 15), 124 (168, 11), 134 (190, 6), 136 (195, 11). cf. Draeger. § 315, 7. [23])

Tum per *atque* etiam notiones inter se oppositae coniunguntur, ut *albis ac nigris* c. 33 (34, 15), *terras atque litora* c. 124 (170, 11), *hinc atque illinc* c. 32 (34, 5) et 49 (57, 4), *huc atque illuc* c. 37 (39, 16) et 101 (122, 14).

(71, 14, quanquam de hoc loco dubitari potest propter praecedentem lacunam) et in sermonibus libertinorum c. 44 (48, 12), 44 (49, 15), 45 (51, 4), 46 (52, 14). ceterum ne *nam iam* quidem scribere in loco certe corrupto nimis audax esset medela, nam hanc cacophoniam Petronium non semper fugisse docet c. 31 (33, 10) et 39 (42, 15).

[23]) Ita etiam locus videtur explicandus esse c. 137 (199, 6: *nec me fallebat inanes scilicet ac sine medulla ventosas nuces in summo humore consistere, graves autem et plenas integro fructu ad ima deferri.* iam Buechel. hac structura offendit, sed tamen mutare non vult, cum adnotet: *tripertito dividitur inanitas, tripertito statim plenitudo.* sed omissa intolerabili, ut mihi quidem videtur, tautologia structura tam inconcinna est, ut tale enuntiatum Petronio vix tribuerim. quare *scilicet sine medulla* et *integro fructu* pro glossematibus habenda et eicienda esse puto. *scilicet sine medulla* superscriptum erat ad explicandum verbum *inanes* et *integro fructu* ad explicandum verbum *plenas*.

Rarissime *atque* locum habet, ubi ad duas sententiae partes, quae nulla particula coniunctae sunt, tertia additur (cf. Draeger. § 315, 10. Kuehner. II § 156, 2). in Petronii libro unum tantum locum notavi eumque poeticum. cf. c. 124 (170, 7: *stabant irati scabra rubigine dentes, tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora, atque inter torto laceratam pectore vestem sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.*) — nec saepius invenitur *atque* coniunctum cum negationibus. (cf. Draeger. § 311, 4 b.) huius usus exemplum notavi c. 111 (138, 12: *ac nihil.*) — contra Petronius videtur amasse formulam *ac ne — quidem,* quae invenitur c. 2 (5, 5), 12 (14, 9), 17 (18, 10), 20 (22, 14), 26 (27, 12), 31 (33, 5), 73 (86, 15), 88 (104, 9), 108 (131, 12).

Saepius per *atque* adnectitur sententia, qua prior accuratius explicatur, ac plerumque quidem talis ratio inter eas intercedit, ut prior magis in universum dicta sit, posterior eam accuratius describat. cf. c. 12 (14, 4), 22 (24, 4), 112 (140, 7), 116 (147, 20), 136 (195, 9).

Sicut *et* et *que*, ita etiam *atque* locum habet inter duos imperativos. cf. c. 120 (159, 12), 121 (161, 2), 137 (198, 15), qui tamen loci cuncti in poeticis libri partibus inveniuntur.

Paucis deinde locis *atque* ponitur post *aeque* vel *pariter* vel *aliter*. cf. *aeque ac* c. 42 (47, 3, quo loco, quoniam comparatio intercedit non inter res revera factas, sed fictas, coniunctivus sequitur. de quo usu cf. Kuehner. II § 224, 5.), *pariter ac* c. 135 (192, 7), *aliter ac* c. 140 (202, 18).[24])

Duobus denique locis invenitur *simul atque*, sed utroque loco significat *ac simul* und zugleich. cf. c. 117 (150, 16) et 136 (196, 10).

Quae de usu particulae *nec* conscripseram, retinui et postea data occasione publici iuris faciam.

---

[24]) Eadem notio certe inest in *ac*, quod legitur c. 112 (141, 10: *commendaret ergo illa perituro locum et fatale conditorium familiari ac viro faceret.* Buechelerus inter *conditorium* et *familiari* putat *commune* intercidisse, et in edit. a. 1871 p. 77 adnotat: *contubernium flagitatur, nisi periit vocabulum.* sed de corruptela non cogitandum videtur. potest enim etiam *ac* solum cum vi comparativa poni pro *aeque ac,* cuius usus exempla attulerunt Hand. I 472, 16, Kuehner. II § 153, 6 n. 3.

§ 4. Sed.

Quod Handius (I 425, 8) docet *at* indicare rem contrariam aut contra oppositam, *sed* non opponere, sed secernere et apponere id, quod distinguendum videatur, in universum certe recte observatum est, sed id, quod maximum inter has duas particulas intercedit discrimen, distinctius indicavit Keilius (Observatt. critt. in Propert. diss. Bonn. 1843 p. 41 seqq.) docens in *sed* plerumque inesse vim corrigendi, ita quidem, ut, quod in praecedente sententia dictum sit, non prorsus tollatur, sed accuratius definiatur. ex hac primitiva particulae vi pleraque, quanquam non omnia, usus genera explicari possunt. restant enim nonnulla, ubi liberior usus statuendus et primitiva vis tam occulta est, ut nisi violenta et artificiosa interpretatione eam elicere nequeas. ut primum pauca simplicis corrigendi et accuratius definiendi usus exempla afferam, cf. c. 128 (177, 11: *dic, Chrysis, sed verum*), 133 (186 13: *narra mihi, frater, sed tua fide*), 30 (32 15: *vestimenta . . Tyria sine dubio, sed iam semel lota*), 32 (34, 8), 83 (99, 5).

Per se autem apparet saepius notionem aut sententiam, qua alteram corrigimus, huic quodammodo oppositam esse. primum saepius, postquam diutius de aliqua re dictum est, per *sed* haec res iam omittitur et ad aliam transitur. (cf. Draeger. § 333, 4. Kuehner. II § 162, 2) cf. c. 17 (19, 9), 89 (105, 5), 91 (110, 13), 115 (147, 6). similes sunt loci c. 81 (96, 18: *amatores . . derident solitudinem meam. sed non impune. nam* etc.) et c. 95 (115, 3: *fugere voluistis. sed non impune. iam enim faxo sciatis* etc. hunc locum Apuleius videtur in mente habuisse, cum in metam. I 25 scribat: *sed non impune. iam enim faxo scias*). — hic transitus saepe ita fit, ut, qui loquitur, se aliquid facturum aut dicturum esse indicet. cf. c. 4 (7, 4: *sed . . effingam*). nonnunquam autem is, qui loquitur, enuntiato a *sed* incipiente vel se ipsum vel alium quendam aliquid facere iubet. cf. c. 48 (55, 15: *sed narra tu mihi*), 67 (79, 12: *sed narra mihi*), 69 (82, 4: *sed tace, lingua*), 75 (89, 16: *sed vivorum meminerimus*), 101 (123, 4: *sed finge*), 102 (124, 10: *sed finge*).

Aliis locis a *sed* incipit parenthesis. cf. c. 61 (72, 22, ubi

omnia usque ad p. 73, 4 in parenthesi dicuntur vel potius, si vis, ordo sententiarum paucis enuntiatis intermissis interrumpitur. nam verbis *huius contubernalis* redit oratio ad *Melissam Tarentinam*). aut per *sed* parenthesi intermissa redit is, qui loquitur, ad id, quod antea dixerat. cf. c. 62 (73, 16: *sed, quod coeperam dicere*), 65 (78, 11: *sed tamen suaviter fuit*) 75 (89, 21: *sed, ut coeperam dicere*). cf. Kuehner. II § 162, 2.

Notissimum est *at* saepe in initio eorum poni, quae contra ea, quae praecedunt, dicuntur, ita ut ab collocutore aliquo dicta videantur. eodem modo, quanquam multo rarius, etiam *sed* usurpatur. cf. Draeger. § 333, 3. Kuehner. II § 162, 3.[25]) cf. c. 75 (89, 13), 114 (145, 1).

Nonnunquam per *sed* iis, quae dicta sunt, additur dictum generale, quod fere in proverbium abiit, ut causam, cur aliquid factum sit, addat. cf. c. 45 (51, 10), 45, (51, 14), 42 (47, 1), 42 (47, 3), 108 (132, 9). omnes hi loci partim in partibus rusticis, partim in poeticis occurrunt.

Manifestum est omnibus his locis vim corrigendi inesse in *sed*, aliis autem haec significatio non tam clare intellegitur. usurpatur enim ad duas res inter se opponendas, quae significatio posterioribus temporibus magis magisque in usu esse coepit. ita vel sententia sententiae, vel pars parti, vel persona personae opponuntur, cuius usus exempla afferre non opus est.[26]) clarius etiam haec opponendi vis elucet, si in praecedente sententia *quidem* praemissum est, cui *sed* respondet. nec

---

[25]) Cur illi tamen Seyfferti (schol. lat. I 138, 2) artifiosam explicationem secuti sint, non intellego. haud raro enim, imprimis apud scriptores recentioris aevi, *sed* et *at* plane eodem modo usurpantur, quod optime demonstratur certis quibusdam formulis, in quibus *sed* et *at* aeque locum obtinent. ita *in colloquiis, in quibus aliquid concessum erat, per at condicio adicitur, quae rem maioris momenti indicat, aut id, quod diligentius animadverti aut instantius mandari volumus.* cf. Hand. I 436, 9. eodem modo *sed* usurpari intellegitur locis iam supra allatis, c. 129: *dic, sed verum* et c. 133: *narra, sed tua fide.* itemque et èxclamationes et minationes a *sed* et ab *at* incipiunt, cuius usus infra exempla dabimus.

[26]) *Sed* ita usurpatum nonnunquam nostrum trotzdem proxime attingit. cf. c. 43 (48, 4), 44 (49, 3). respiciendum tamen est omnes hos locos in iis partibus inveniri, in quibus libertini colloquuntur.

minus saepe praemissa negativa sententia, qua id, quod non factum est, indicatur, per *sed* sequitur id, quod re vera factum est, ita ut aptissime nostro sondern respondeat. sed hic quoque particulae usus apud omnes omnium temporum scriptores tam saepe invenitur, ut non opus sit exempla colligere. id tantum adnotabo, quod iam Draegerus (§ 333, 1 a) commemorat, negativa sententia praemissa *sed* c. 1 (3, 9 seqq.) quater anaphorice repetitum esse, de quo usu Madvigius ad Cic. de fin. II 14, 45 p. 223 ed. II haec adnotat: *rara apud Ciceronem haec particulae sed anaphora .. non solum apud poetas, Ovidium maxime, sed etiam apud Tacitum, Senecam eiusdem aetatis alios, qui vehementem et, ut ita dicam, motoriam orationem sectabantur, frequens est.* Petronius Encolpium contra Agamemnonem rhetorem ita declamantem facit.

Sicut *at*, ita etiam *sed* locum habet in exclamationibus et interrogationibus, quae vim exclamationum habent. cf. c. 38 (42, 6) et 44 (49, 13).

Liceat mihi hoc loco addere *ceterum*, quod cum adversativa significatione usurpari dudum intellectum est, etiam a Petronio saepius pro *sed* vel similibus particulis adversativis poni. ac primum transitus fit particula *ceterum* ad aliam eamque oppositam rem, plerumque tamen ita, ut ea res, quae additur, paulo minoris momenti et quasi in parenthesi addita esse videatur. vertitur his locis aptissime nostro uebrigens aber. cf. c. 15 (17, 8), 30 (32, 6), 46 (53, 4), 53 (61, 21), 71 (84, 27), 90 (109, 12), 112 (140, 3). saepius etiam ponitur, ubi ab una persona, de qua antea narratum est, ad aliam transgreditur oratio, ac semper persona ipsa statim post *ceterum* legitur. cf. c. 29 (30, 10: *ceterum ego*), 52 (60, 7: *cet. laudatus Trimalchio*), 57 (66, 7: *cet. Ascyltos*), 104 (126, 15: *cet. Lichas*), 110 (136, 6: *cet. Eumolpos*), 112 (141, 2: *cet. delectatus miles*), 113 (142, 13: *cet. Tryphaena*), 125 (172, 6: *cet. ego*). — deinde locum habet, ubi oratio digressione facta redit ad propositum. cf. c. 31 (33, 12), 40 (44, 10), 63 (75, 16), 72 (86, 7), 76 (90, 5), 100 (121, 8). — denique etiam si in praecedente sententia *quidem* praemissum est, *ceterum* pro *sed* ponitur. cf. c. 105 (127, 20) et 118 (151, 6, ubi tamen *quidem* cogitatione supplendum est, nisi in corrupto capitis 118 initio excidit).

§ 5. At.

Quod primum attinet ad formam particulae *at*, semel invenitur *ast*, c. 99 (119, 20: *incultis asperisque regionibus diutius nives haerent, ast ubi aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur*). neque dubitandum est de scriptura (quanquam Draegerus § 334 in. hanc formam apud prosaicos scriptores recentioris aevi inveniri negat), quia haec forma aptissima est tumidae orationi illius loci (cf. Buecheleri adn. ad h. l.). recte H. Jordan (Krit. Beitr. z. Gesch. d. latein. Spr. p. 290 seqq.) de usu particulae *ast* disputans demonstrat inde ab aevo Augusteo eam non inveniri nisi in sollemni poetarum sermone et apud eos scriptores, qui hunc sermonem imitentur. ita noster quoque locus recordatione alicuius loci poetici videtur ortus esse, praesertim cum formula *ast ubi* saepius talibus locis usurpetur. (cf. Jordan p. 297. Senec. trag. ed. Leo I 214 seqq.)

Primum particula *at* inservit gravi oppositioni duarum rerum aut sententiarum. cf. c. 93 (112, 2), 99 (119, 20), 135 (193. 4). interdum vis coniunctionis adiecta particula *contra* etiam augetur. cf. c. 124 (168, 17. cf. Hand. I 424, 7. Draeger. § 334, 2). multo levior est oppositio, si duae personae contra potius ponuntur, quam opponuntur (cf. Hand. I 420, 1. Draeger. § 334, 3. Kuehner. II § 163, 2). in tali ratione saepissime occurrit formula *at ille* vel *at illa*. cf. c. 51 (58, 5), 62 (73, 14), 90 (109, 2), 111 (138, 14), 135 (192, 6), 140 (203, 20).[27]) — rarius *at* particulam sequuntur prononina personalia, ut *at ego* c. 83 (99, 1) et 92 (111, 18); *at nos* c. 88 (104, 4). aut sequuntur substantiva appellativa, ut c. 112 (141, 6). ter Petronius in tali condicione usurpat formulam *at non*, quam Burmannus (p. 602) appellat *sollemnis elegantiae formulam*. sed etsi non ita sollemnis est, tamen non sine vi quadam hanc negationis formulam usurpatam esse manifestum est. cf. c. 49 (57, 1), 98 (118, 8), 113 (142, 7).

---

[27]) In c. 72 (86, 6) legimus: *et Giton quidem iam dudum se ratione acutissima redemerat a cane. quidquid enim a nobis acceperat de cena, latranti sparserat. at ille avocatus cibo furorem suppresserat.* hoc loco *at* ineptum esse iam Heinsius vidit et bene correxit: *ita* i. e. dadurch, quod miror Wehlio et Buechelero minus placuisse.

Saepius etiam per *at ille* introducitur id, quod alter alteri respondet. (cf. Hand. I 424, 6. Draeger. § 334, 4. Kuehner. II § 163, 3. Draegerus falso videtur putavisse omnino non plura huius dicendi usus exempla inveniri, quam ea, quae Handius l. l. affert, sed in uno Petronio decies invenitur.) cf. *at ille — inquit* c. 8 (11, 4), 9 (12, 1), 36 (39, 11), 52 (60, 1), 86 (102, 1), 87 (102, 11), 131 (182, 1), 137 (197, 7); *at ille* omisso verbo dicendi c. 41 (45, 1). paulo aliter autem res se habet c. 80 (94, 8) et 115 (146, 3), ubi noster more suo dicit: *at ille .. gladium strinxit et .. inquit* et *at ille .. excanduit et .. inquit.*

Handius (I 431) docet: *at dicitur, ut sententia antea proposita reprimatur, alia contraria sententia obiecta. significat igitur contra, immo, im Gegentheil: et saepe ponitur pro simplici negationis formula nein, qua lingua latina caret.* ita Petronius scribit c. 74 (88, 10: *ambubaia non meminit? .. at inflat se tanquam rana*). — etiam in exclamationibus et minationibus *at* locum habet. cf. c. 58 (68, 7, siquidem hoc loco Buechelerus corruptam scripturam recte intellexit et emendavit scribens: *bene nos habemus; at istic euge! qui tibi non imperat*) et 69 (81, 20: *at curabo, stigmam habeat*). cf. Kuehner, II § 163, 11.

Restant denique nonnulli loci, quibus *at* cum alio vocabulo ad unam certam formulam coniunctum est, ut *at reor* c. 122 (164, 1), quam Handius formulis *at credo* et *at puto*, de quibus I 437, 10 exponit, addere potuit. deinde *at nunc* c. 109 (135, 3). cf. Hand. I 448. porro *at enim* c. 107 (130, 8) et 115 (147, 10), a qua formula id incipit, quod contra aliam sententiam dicitur, ita tamen, ut altera sententia non prorsus tollatur, sed id unum contenditur concessa alia re hoc contra dici posse. quare facillime explicatur vis enuntiati additis verbis *dicat quis*. cf. Hand. I 432, 3 et 446, 2. Draeger § 334, 10. Kuehner. II § 163, 9. Beck p. 145.

§ 6. Autem.

Quod iam supra in aliarum particularum usu describendo saepius dixi recentioris aevi scriptores, et inter eos Petronium, in usu quarundam particularum, quibus similis inest significatus, non ita accurate observare discrimina, idem etiam de particula

autem monendum est. initio enim *autem* vim habebat distinctivam, ita tamen, ut discrimen indicando non separaret et removeret (ut *sed*), sed componeret et continuaret (cf. Hand. I 558—560). quod quidem recentiores scriptores saepius neglexerunt. ita nonnunquam, postquam in praecedente sententia *quidem* positum est, sequitur *autem*, ubi *sed* exspectares. cf. c. 79 (94, 4), 19 (21, 9), 140 (203, 4). ac plerumque in praecedente sententia legitur formula *et* .. *quidem*. cf. c. 29 (30, 14), 48 (55, 9), 74 (87, 21), 92 (111, 12), 96 (116, 7), 114 (144, 15), 115 (147, 18). rariores sunt loci, quibus in praecedente sententia *quidem* supplendum est. cf. c. 10 (13, 5: *hodie* .. *non perdamus noctem, cras autem* .. *et habitationem mihi prospiciam et alium fratrem*) et 137 (199, 6: *nec me fallebat inanes ac ventosas nuces in summo humore consistere, graves autem et plenas ad ima deferri*). cf. Hand. I 580. Draeger. § 335, 3.

Saepissime *autem* locum habet, ubi duae personae leviore vi sibi opponuntur. cf. *ille autem* c. 65 (78, 2), *Giton autem* c. 96 (116, 3), *alii autem* c. 73 (86, 21), *ego autem* c. 95 (115, 10). cf. Hand. I 561 et 574. Kuehner. II § 165, 3. — imprimis formula *tu autem* saepius usurpatur, si is, qui loquitur, ab alia ad aliam personam se convertit, sequitur autem aut interrogatio aut iussum. cf. c. 57 (67, 9), 58 (68, 1), 69 (82, 1), 75 (89, 20). cf. Hand. I 561.

Vis distinctiva prorsus fere sublata est, ubi per *autem* transitus fit ab alia ad aliam rem. cf. c. 17 (18, 7), 38 (41, 11), 39 (43, 7), 39 (43, 19), 44 (49, 5), 53 (61, 17), 60 (72, 7), 63 (75, 8), 98 (118, 13), 129 (179, 1), 64 (76, 13). cf. Hand. I 564. Draeger. § 335, 7. Kuehner. II § 165, 6. — ab hoc usu non semper acute segregari possunt ii loci, quibus particula *autem* adnectitur sententia, qua res quaedam describitur. cf. c. 16 (18, 1), 29 (30, 15), 28 (30, 7 et 9), 40 (44, 7), 62 (73, 18. cf. Hand. I 566). nonnunquam etiam pluribus partibus enumeratis ultimum idque gravissimum adnectitur particula *autem*. cf. c. 35 (38, 4. cf. Draeger. § 335, 6).

Nec minus saepe *autem* locum habet in parenthesi.[28]) cf.

---

[28]) Adnotandum videtur me notione *parenthesis* paulo magis in universum uti. nam non solum, ubi sententia in mediam aliam sen-

Hand. I 570, 10. Draeger. § 335, 8. Kuehner. II § 165, 6. et hanc quidem formam Petronius paulo liberius usurpat. uno enim loco excepto (c. 53 [60, 13]) ubique in parenthesibus explicatur, cur id, quod ante dictum est, factum sit, ita ut *autem* pro *enim* dictum esse videatur. qua re Schefferus permotus est, ut c. 48 (ed. Burm. p. 323) hanc causalem significationem particulae vindicet. quod quin falsum sit, nulla potest esse dubitatio, quoniam notiones harum particularum nullo modo inter se similes sunt, quanquam Handius (I 573, 15) videtur dubitasse. omnes loci, quibus *autem* pro *enim* videtur positum esse, in libertinorum dialogis inveniuntur, ita ut non tam acute singula verba premenda sint. sed tamen omnes facile explicantur, si in parenthesi ea dicta esse putes. sunt autem c. 43 (48, 2), 52 (60, 13), 56 (65, 10), 62 (73, 8), 43 (47, 18).[29]) porro in c. 38 (42, 7) parenthesi inserendae praemittitur formula: *scito autem.*[30]) denique etiam post parenthesin oratio

---

tentiam inseritur, *parenthesis* nomen aptum est, sed etiam, ubi una vel plures sententiae obiter et quasi in transcursu adduntur, post quas ad narrationem supra inchoatam redit oratio, brevitatis causa de *parenthesi* loquar.

[29]) Neque aliter res se habet c. 48 (55, 16), ubi Trimalchio Maecenatianus Agamemnonem rhetorem interrogat: *narra tu mihi, quam controversiam hodie declamasti? ego autem si causas non ago, in domusionem tamen litteras didici.* in parenthesi postremam sententiam dictam esse iam inde apparet, quod infra, postquam de duabus suis *bubliothecis* gloriatus est, per *ergo* ad eandem interrogationem redit. quare Handii explicatio huius loci, qui dicit opponi: *narra tu mihi — ego autem* (I 573) non minus falsam esse puto quam Schefferi. Buechelerus pro *autem si* scripsit *etiamsi* praeeuntibus Heinsio (*etsi*) et Wehlio (*etiamsi* p. 21). quae tamen coniecturae supervacaneae sunt, primum enim *autem* in parenthesi apte ponitur, tum *si* saepius usurpatur pro *etiamsi.* cf. c. 19 (21, 12), 62 (74, 12), 100 (121, 18), 107 (129, 19), 111 (139, 5), 114 (145, 7).

[30]) In c. 61 (73, 4) legitur: *itaque per scutum per ocream ego aginavi* (sic Buech. in ed. a. 1871 p. 39, 8 correxit. cod. habet *egiaginavi*, videtur tale quid scriptum fuisse, quale est illud Terenti [Hec. 686]: *egi atque oravi*) *quemadmodum ad illam pervenirem: autem in angustiis amici apparent. forte dominus Capuam exierat ad scruta scita expedienda.* certe ante *autem* vocabulum excidit, nam *autem* primo loco positum Petronius ne libertinis quidem tribuerit. quare Buechelerus (in ed. a. 1871) scripsit: *veri autem* etc. nonne

per *autem* ad id, quod ante dictum est, redit. cf. c. 45 (51, 7) et 43 (47, 17). cf. Hand. I 569, 9. Draeger. § 335, 9. Kuehner. II § 165, 6.

Variae sunt significationes particulae *autem* in interrogationibus usurpatae, quas egregie distinxit Handius (I 574 seqq.) et eum sequens Draegerus (§ 335, 10). Burmannus ad c. 58 (p. 379) adnotat: *inservit haec particula aliquoties apud comicos graviori et concitatae orationi.* sed hanc vim non apud comicos tantum inesse in hac particula exempla docent, quae Handius l. c. attulit. ac primum quidem *autem* indicat interrogantis impetum et vehementiam, sive ea ab admiratione proficiscitur, sive ab indignatione et iracundia, maxime in reprehensione. cf. c. 45 (51, 10) et 95 (114, 20). idem fere est sensus in eis interrogationibus, quibus is, qui interrogat, vel alium vel se ipsum reprehendit. cf. c. 100 (120, 12). tum haec interrogandi forma usurpatur, si quis accuratiorem rei considerationem postulat. cf. c. 50 (57, 13), 56 (65, 1), 101 (122, 8), 132 (185, 13), 140 (204, 6).

Restat, ut breviter commemorem eos locos, quibus *autem* cum alio vocabulo in unam quasi notionem coniunctum est. ita c. 50 (58, 1) *nunc autem* legitur, praemisso enuntiato condicionali (*si*), ita ut eadem forma oriatur atque Graecum εἰ μὲν-νῦν δέ. (Hand. I 582, 5). duobus locis invenimus formulam *ecce autem*, quibus res improvisae narrantur. cf. c. 60 (71, 10) et 83 (99, 3).

De collocatione particulae pauca addenda sunt. plerumque secundo enuntiati loco ponitur, sed tamen apud omnes fere scriptores etiam tertio sententiae loco invenitur, si inter duas primas voculas artior intercedit ratio, ita ut diiungi nequeant. velut primum ubi sententia incipit a nomine cum praepositione coniuncto, *autem* etiam a Petronio haud raro tertio loco ponitur. cf. c. 28 (30, 7), 35 (38, 4), 39 (43, 7), 44 (49, 5). aliter res se habet c. 43 (48, 2: *facile est autem*) et 50 (57, 13: *quid est a.*). quoniam enim verbum *est* a Romanis, imprimis si

excidit: *scito* ante *autem*? quod quidem facile fieri potuit propter praeeuntia et sequentia verba *scutum, scruta, scita.* cf. c. 38: *scito autem, sociorum olla male fervet* etc. c. 76: *scitis, magna navis magnum fortitudinem habet.*

vocabulum antecedens in vocali aut littera m desinebat, *st* pronuntiatum est, his locis *autem* re vera secundo loco positum est. — restat unus locus, ubi etiam in Encolpii sermone *autem* tertio loco ponitur, c. 140 (204, 6). sed ibi ad orationem tumidam ac sollemnem potius, quam ad liberiorem ac neglegentiorem referendum est. eo enim, quod *autem* tertio loco ponitur, accuratissima oritur singulorum membrorum responsio totiusque enuntiati concinnitas, quam scriptor hoc loco aperte affectavit. legimus enim: *unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos aut sonantes aere saccellos* e. q. s.

§ 7. Tamen.

Tamen particulam Petronius persaepe usurpat (70 locos notavi), et omnino apud scriptores recentioris aevi, ut Quintilianum, Senecam, Tacitum, saepius videtur inveniri, quam in prioribus. ponitur enim a Petronio ut infra videbimus, etiam, ubi ab aliis scriptoribus plerumque aliae coniunctiones adhibentur. ac primum quidem saepissime indicat graviorem duarum sententiarum oppositionem, ita tamen, ut prior vim habeat concessivam, posterior adversativam. cf. c. 33 (35, 7), 42 (46, 12) multa alia. haud raro notio concessiva in sententia antecedente particulis concessivis indicata est, velut particula *etsi* c. 15 (16, 17) et 125 (172, 9); vel *etiamsi* c. 71 (84, 9, ubi sic interpungendum videtur: *et servi homines sunt et aeque unum lactem biberunt. etiamsi illos malus fatus oppressit, tamen me salvo cito aquam liberam gustabunt*), 110 (136, 1), 126 (173, 16), 129 (179, 10); vel *si* pro *etsi* c. 48 (55, 17) et 107 (129, 19); vel *cum* c. 71 (85, 12). aut sententiae vel notiones particulis *quidem-tamen* diiunctae sunt, ut c. 20 (22, 10, ubi Buechelerus cum Heinsio in edit. a. 1871 scribit: *solus tantum medicamentum ebibisti?* sed tum insequens interrogatio parum apte per *itane est?* adnecteretur, quae formula ibi tantum apta est, ubi quid antea affirmatum, non, ubi interrogatum est.) et 127 (176, 3), et particulis *non quidem-sed tamen* c. 12 (14, 1). vis adversativa, quae iam per se magna inest in *tamen,* etiam adaugeri potest addita particula *sed,* ut c. 12 (14, 1), 65 (78, 11), 83 (98, 14), vel *nihilominus,* ut c. 108 (131, 15). cf. Hand. II 201, 5. — negativae formulae inveniuntur hae: *non tamen*

c. 111 (139, 1), *nec tamen* c. 47 (54, 6), 62 (74, 5), 81 (95, 11), 107 (130, 17), 107 (131, 18), 113 (143, 2).

Aliis locis, postquam res maioris momenti concessa est, particula *tamen* transducimur ad minorem rem, ita ut nostrum doch wenigstens sit. cf. c. 33 (34, 13), 35 (37, 9), 42 (46, 9 et 14), 45 (52, 5). sed non omittendum est omnes hos locos in sermone vulgari inveniri.

Persaepe autem *tamen* non tam vehementer opponit sententias, sed leviore tantum vi usurpatur, ita ut nostro indessen respondeat. cf. c. 49 (56, 17: *non fit mora, despoliatur cocus atque inter duos tortores maestus consistit. deprecari tamen omnes coeperunt*), 47 (53, 22), 72 (86, 3), 86 (101, 21), 115 (147, 13, ubi id indicat, quod ab alio contra dici potest. similis sententia brevi ante particulis usitatis *at enim* indicatur.) alia. — saepius porro per *tamen* is, qui loquitur, rem omittit, de qua antea dixit, et iam ad aliam transit, ita ut pari modo usurpetur atque *autem*. cf. 66 (78, 13: *dicam, si potuero; nam tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum obliviscar. habuimus tamen in primo porcum*), 41 (46, 1), 43 (47, 9), 51 (58, 1, ubi Trimalchio historiolam, quam orationi includit, per *tamen* incipit), 66 (78, 15), 66 (79, 1), 68 (81, 11), 76 (90, 8), 129 (179, 4), 130 (180, 15 et 16), 57 (67, 18). clarius etiam haec transducendi ad aliam rem vis intellegitur c. 31 (33, 10, ubi, postquam narratum est omnes Trimalchionis servos cantantes iussa facere, ita pergitur: *allata est tamen gustatio valde lauta.*)[31]) et c. 75 (90, 2). quibus locis de adversativa vi certe cogitari nequit. similes sunt loci c. 66 (78, 13. Trimalchio ex Habinna quaerit, quomodo a Scissa *acceptus sit* i. e. quales fuerint cibi. tum Habinnas de aliis rebus incipit dicere, Trimalchio autem, cuius id unum interest, loquentem interrumpit

---

[31]) Hanc enim codicis H scripturam Buechelerus in edit. a. 1871 p. 20. 4 recte restituit, postquam in priore edit. Heinsii coniecturam secutus *tandem* scripsit. Boschius (in ed. Burm. p. 166) hoc loco *tamen* esse *tandem* contendit afferens locos, qui nihil valent. neque Nonii nugae, qui idem docet (p. 406. p. 471 ed. Quicherat.), maioris sunt momenti. sed non solum Nonius et Boschius tam mirum in modum erraverunt, etiam Goldastus (in edit. Burm. p. 849) idem docet.

quaerens: *tamen, quid habuistis in cena?*)[32]) et videmus igitur illis temporibus hanc particulam saepissime sine ulla speciali vi usurpatam esse solum ad sententias inter se adnectendas.

Quinquagies *tamen* secundo sententiae loco ponitur, a qua collocatione ibi tantum recedit scriptor, ubi aliis de causis prohibetur. ita tertio loco legitur post nomen cum praepositione coniunctum c. 43 (47, 9), 48 (55, 17), 86 (101, 21), 100 (120, 15), 126 (173, 2); aut ubi aliis de causis duo prima enuntiati vocabula diiungi nequeunt. cf. c. 47 (53, 22), 72 (86, 3), 81 (101, 21), 111 (139, 1), 31 (33, 10). primo autem loco *tamen* novies legitur, sed semper in sermone vulgari. cf. c. 41 (46, 1), 42 (46, 12 et 14), 43 (47, 19), 57 (67, 20), 66 (78, 13), 71 (84, 9), 71 (85, 12), 75 (90, 2). praeterea Buechelerus c. 125 (172, 9) secundum editiones Patissonii et Tornaesii ita scripsit: *ceterum ego, etsi .. impleveram putabamque .., tamen saepius tam consuetudinem meam cogitabam quam causam.* sed quoniam diversam illam collocationem casu factam esse non verisimile est, minime dubito, quin cum optimo cod. L *tum* pro *tamen* restituendum sit.

§ 8. Atqui. Verum. Vero.

Atqui bis in Petronii libro legimus: c. 67 (79, 15: *„atqui" respondit Habinnas „nisi illa discumbit, ego me apoculo"*) aperte ita usurpatum est, ut exponit Handius (I 519, 9): *in colloquiis utuntur hac formula ii, qui alterius sententiam arripiunt et per eam concessam ad aliam suam transgrediuntur. quare vis particulae saepe explicari potest per wohl denn, gut.* alter locus est c. 117 (149, 2). sed hic tam corruptus est, ut certo de eo iudicari non possit.

Verum ter invenitur apud Petronium. primum c. 88 (104, 1: *verum ut ad plastas revertar*), ubi hac particula reditus fit ad rem propositam. deinde c. 80 (94, 24: *qui ne deliberavit quidem, ut videretur cunctatus, verum statim .. consurrexit*), ubi oppositio fit sententia negativa praemissa. tertius denique locus, c. 43 (47, 19), corruptus est.

---

[32]) Cf. etiam quae similia exempla Schefferus et Burmannus ad h. l. adnotaverunt, in ed. Burm. p. 428.

Vero particulam sedecim locis notavi. principalis significatio est affirmativa, cuius exempla sunt c. 97 (118, 6), 87 (102, 15), 72 (85, 21). deinde nonnunquam vim verbi praecedentis auget, ut c. 100 (120, 16: *immo vero*), et c. 19 (21, 16) et 123 (165, 8), ubi legimus *tunc vero* i. e. damals erst recht. (cf. Nipperd. ad. Tac. ann. IV 17. p. 270 ed. VI.), et c. 83 (98, 6: *iam vero.*) — interdum in *vero* inest etiam vis levioris oppositionis. cf. c. 29 (30, 19), 32 (34, 6), 47 (54, 16), 97 (117, 20), 116 (148, 14). quae vis adversativa saepius tam levis est, ut *vero* fere nihil aliud sit quam particula transeundi ab alia ad aliam rem. cf. c. 37 (40, 8). vis autem adversativa etiam ibi statuenda est, ubi *vero* cum temporali coniunctione *ut* coniunctum est. cf. 17 (18, 11, ubi *ut vero* certe multo aptius est, quam *ut ergo*, quod in aliis codd. legitur et a Buechelero acceptum est), 62 (74, 10), 108 (130, 26).

§ 9. Aut. Aut-aut.

Quod Handius (I 521 seqq.) docet per *aut* rem ipsam contrariam et diversam ante oculos poni et significari, qualis ipsa sit, per *vel* ea, quae cogitatione tantum diversa essent, opponi, tam generaliter non recte dictum videtur. *aut* enim etiam usurpatur in exemplis afferendis, ut Handius ipse demonstrat (I 540, 7), quae tamen certe cogitatione tantum ponuntur. ita etiam in Petronii libro c. 2 (4, 6), 123 (166, 2), 126 (173, 8), 140 (203, 19); fortasse etiam c. 98 (119, 10: *utinam me solum inimicus ignis hauriret aut hibernum invaderet mare,* quanquam pro *aut* libentius *utinam* scripserim, quod ex codd. discrepantiis videtur eruendum esse. praeterea talis anaphora optime cum sermone pathetico et cum insequentis sententiae anaphora congruit.) et c. 109 (135, 2: *infelix, modo crinibus nitebas Phoebo pulchrior et sorore Phoebi,* ubi cod. L. exhibet *aut* pro *et*).

Primum *aut* ibi locum habet, ubi duae res ita inter se opponuntur, ut altera ab altera excludatur. cf. c. 116 (148, 19). quibusdam talibus locis sententia ab *aut* incipiente id indicatur, quod fiet, si aliud quid non factum erit, ita ut nostro sonst vel widrigenfalls respondeat (cf. Hand. I 538, 4. Draeger. § 343, 1a. Kuehner. II § 168, 2). cf. c. 109 (133, 8: *ut . . Encolpion nec . . insequeris, neque quaeres, ubi nocte dormiat, aut si quae-*

sieris, . . numerabis, ubi explicandi causa *si quaesieris* additur, supervacaneum certe, sed tolerandum, quia totum foederis documentum sollemniore modo narratur.[33])

Plerumque autem particula *aut* non oppositio, sed tantum diversitas quaedam exprimitur. cf. c. 111 (137, 3). ita hac particula interdum transitus fit a minore ad maiorem rem, quod non recte Handius (I 537, 3) negavit. cf. c. 1 (3, 12) et 118 (151, 7). saepius autem descendit oratio a maiore ad minorem rem. cf. c. 97 (117, 7). in tali verborum nexu nonnunquam *aut certe* invenitur. cf. c. 69 (82, 21) et 46 (53, 12).[34]) cf. Hand. I 535 et 537. Draeger. § 343, 1 c α.

---

[33]) Eadem significatio mihi videtur statuenda esse in loco corruptissimo ac vexatissimo, c. 58 (70, 2). sed paulo longius repetendum est. Hermeros libertus narrat ludimagistrum a discipulis quaesivisse, num id, quod imperavisset, fecissent. legitur in codice: *sunt vestra salva recta: domum cave. circumspicias. cave maiorem maledicas. aut numera mappalia. nemo dupondii evadit.* (cf. Wehlium p. 30) Buechelerus (ut priorum virorum doctorum coniecturas omittam) in edit. a. 1871 in universum recte ita scripsit: *sunt vestra salva? recta domum; cave circumspicias; cave maiorem maledicas. aut munera mapalia: nemo dupondii evadet.* sed quid est: *aut numera mappalia?* multae explicationes tentatae sunt, quarum alia artificiosior est, quam alia, neque ulla satisfacit. omnes explicationes id unum mihi videntur demonstrasse vocabulum *mappalia* hoc loco omnino explicari non posse. postulatur minatio vel mali quid, ut *evadit* habeat, quo referatur. quare scribendum esse puto: *aut numero vapula.* adverbium *numero* cum primum sit: nach dem Takte, eadem fere est sententia, ac nostra vulgaris: sonst kriegst du Pruegel nach Noten. cf. imprimis Fest. ed. Mueller. p. 372, 22 et Lorenz. ad Plauti Mil. v. 1400 R. p. 237. quod autem et *numero* et *vapula* nisi in antiquioribus scriptoribus non leguntur, minime offendere potest, quoniam in sermone plebeio saepissime antiquissimum quodque vocabulum per omnia tempora retinetur. tum Hermeros ipse pergit: *nemo dupondii evasit,* ut Wehlius recte coniecit pro *evadit.*

[34]) Legitur l. c.: *quod si resilierit, destinavi illum artificii docere, aut tonstreinum aut praeconem aut certe causidicum, quod illi auferre non possit nisi Orcus.* intellegitur hoc loco, qua auctoritate tum *causidici* fructi sint, cum *artificium tonstreinum et praeconium* maioris pretii libertino videtur esse, quam causidicum. sagacissime Studerus (p. 222) etiam ex hoc loco vidit concludi posse, quo tempore Petronius vixerit. nam ex Sen. apocol. c. 7 et 12 apparet causidicos Claudii temporibus maxime floruisse. (cf. etiam locos ex aliis

Perraro *minuitur et paene tollitur prorsus illa inaequalitas. quare componit saepe etiam ea, quae aequalia et unius generis sunt, et ea, quae synonyma esse videantur.* (Hand. I 540, 8). ita etiam in Petronio in carmine c. 14 (15, 8) legimus: *quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat, aut ubi paupertas vincere nulla potest?,* ubi iam in cod. E *atque ubi* pro *aut ubi* scriptum est. sed hac mutatione non opus est.

Saepe invenitur *aut* in sententiis negativis, ita ut *aut* plerumque non negationem excipiat, sed ei quasi subordinatum sit. tamen inveniuntur nonnulli loci, quibus negatio per *aut* excipiatur, ita ut *nec* pro eo poni possit. sed hic usus est poetarum et eorum, qui sermonem poeticum imitantur. (Hand. I 543, 9) id etiam in locos Petronianos cadit. ita *non* praemisso legitur *aut* c. 61 (72, 22), 82 (97, 13), 114 (145, 14), 120 (158, 6), 124 (170, 17); post *ne* c. 78 (92, 6); post *ne-quidem* c. 88 (104, 9); post *nec* (i. e. et non) c. 110 (136, 11), 112 (140, 6), 123 (165, 13). cf. Kuehner. II § 168, 6.

Deinde *aut* in interrogationibus saepe ponitur. ac primum quidem duae sententiae interrogativae directae particula *aut* inter se coniunguntur, plerumque ita, ut in posteriore sententia accuratius interrogatio repetatur. cf. c. 13 (14, 20), 14 (15, 3), 17 (18, 14), 95 (115, 1), 100 (121, 14), 101 (122, 8), 107 (129, 16), 132 (185, 14), 134 (188, 7), 136 (197, 1), 122 (163, 18). indirectae sententiae interrogativae particula *aut* coniunguntur

---

scriptoribus desumptos, quos contulit Buechelerus in symb. phil. Bonn. p. 52 et 63). Studerus inde consequi putat Petronium hunc locum scribentem Claudii tempora spectasse, sed quomodo inter se congruunt, quod modo causidici artificium non tam bonum esse dicitur, quam tonstreinum et praeconium, modo puero Phileros causidicus ostenditur, quem aemuletur? in verbis *certe causidicum* corruptelam latere puto, quae fortasse tolli potest, si utimur fragm. VIII (p. 208) a Fulgentio asservato, qui scribit: *Tricerberi autem fabulam iam superius exposuimus in modum iurgii forensisque litigii positam, unde et Petronius in Euscion ait: Cerberus forensis erat causidicus. Euscion* personam esse debere Petronianam Buechelerus optime vidit, fortasse autem *Euscion* ex *Echion*, qui nostro loco loquitur, corruptum est nomen, et pro *certe causidicum*, quod glossematis loco superscriptum fuisse putaverim, *cerberum forensem* vestigium est genuinae scripturae. sed vereor, ne iam ludere magis videar, quam explicare, gauderem tamen, si quis difficultatem leviore remedio tolleret.

c. 105 (128, 14), 124 (171, 11), 124 (171, 13), 136 (197, 7). tum etiam singulae interrogationis partes vel membra per *aut* coniunguntur in forma directa c. 134 (188, 8), 48 (56, 2), 111 (139, 8), 117 (150, 13), 132 (185, 15), 82 (97, 6), in indirecta c. 111 (138, 5).

Falso legi *aut* puto c. 115 (146, 14), ubi codd. habent: *hunc forsitan in aliqua parte terrarum secura exspectat uxor, forsitan ignarus tempestatis filius, aut patrem utique reliquit aliquem, cui proficiscens osculum dedit.* quin *patrem . . aliquem* corruptum sit, nulla est dubitatio. Buechelerus in ed. a. 1871 p. 79, 26 scripsit: *filius aut pater.* sed num illud *ignarus tempestatis* aptum sit verbo *pater* vehementer dubito. fortasse *aut* errore librarii natum est, qui coepit scribere *utique* ante *patrem,* verbo *aut* enim omisso omnia plana sunt: *forsitan ignarus tempestatis filius patrem, utique* e. q. s.

Quod denique attinet ad locum, quem *aut* obtinet in ordine verborum, unum notavi locum eumque poeticum, quo secundo loco positum est, c. 82 (97, 13).

De *aut-aut* pauca dicenda sunt. usurpatur haec formula, ubi inter duas res aut absoluta intercedit disiunctio aut diversitas quaedam, cuius usus exempla afferre non opus est. ter repetitur *aut* c. 46 (53, 12). notione negativa praemissa *aut-aut* idem valet ac *nec-nec.* ita post *nihil* positum est c. 1 (3, 9); post *ne* c. 99 (119, 17), 117 (149, 15), 132 (184, 2). formula *neque-nec aut-aut* semel legitur c. 113 (143, 7). c. 114 (145, 8) legimus *vel-aut-aut,* ita tamen, ut disiunctio per *aut-aut* facta illi *vel* subordinata sit.

§ 10. Vel. Sive. Seu. Ve.

Vel primum ibi locum habet, ubi duae res levissima distinctione ponuntur, ita ut alteram ex iis eligere liceat, quare saepius sequitur *si* cum verbis *velle, malle.* cf. c. 47 (54, 8), 114 (145, 8), 109 (135, 3). eadem est significatio, si duplex forma ponitur, ut c. 99 (120, 5). plerumque autem *vel* alicui verbo maxime premendo additur, ita ut vim eius augeat, sicut nostrum sogar. cf. c. 18 (20, 6), 69 (82, 16), 79 (94, 10), 94 (113, 10), 98 (118, 20 et 23), 102 (123, 16), 117 (149, 21), 138 (200, 11) cf. de hoc usu C. F. W. Mueller in Fleckeiseni

annal. 1861 p. 262 seqq. — contra alio loco *vel* ad notionem minuendam adhibetur, ita ut nostro auch nur respondeat. cf. c. 13 (16, 3. cf. Kretschmann. p. 17).

Sive in duplici forma inter se respondente significat sei es dass — sei es dass. cf. c. 68 (81, 13), 79 (93, 19), 82 (97, 5), 126 (173, 3), 130 (180, 9), 137 (199, 5). sed Petronius hanc legitimam responsionis formam nonnunquam paulo insolentius commutat. ita legimus c. 5 (8, 7): *sive-seu-ve* et fragm. 50 (fortasse spurio) v. 8: *sive-seu-aut*. sed hae formulae non leguntur nisi in carminibus. Draegerus (§ 345, 3 b) nonnullos affert locos, ubi *sive-seu-ve* legitur, contra *sive-seu-aut* apud nullum alium scriptorem notatum inveni. — uno tantum loco *sive* semel ponitur inter duas eiusdem personae significationes, e quibus is, qui appellatur, aptiorem vel accuratiorem eligere potest. (cf. Kuehner. II § 220, 4 n. 7) cf. c. 9 (12, 3: *frater seu comes*).

Ve semel positum est c. 116 (148, 4) et 132 (185, 8). c. 109 (133, 3) *ve* et *aut* coordinata sunt, quanquam non inter se respondent (cf. Draeger. § 345, 3 a).

Sed iam finem faciam reliquamque observationum partem alia oblata occasione edam. intelleximus igitur, si quid video, Petronianum dicendi usum ne in partibus vulgaribus quidem tam vehementer a communi genere loquendi abhorrere, quam saepe et maxime prioribus temporibus viri docti putabant. iam Beckius et A. a Guericke diligentissime omnes vel voculas vel plebeias dicendi formulas, quibus alii offendebant, exemplis ex aliis scriptoribus allatis confirmaverunt. nec multo aliter res se habet in particulis et coniunctionibus. haud ita saepe enim quaedam usus genera notavi, quorum exempla ex aliis scriptoribus in libris, quibus usus sum, allata non erant, ac plerumque quidem talia in partibus vulgaribus leguntur. id autem maxime operam dedi, ut, quae varietates casu evenire poterant, ab iis seiungerem, quas consilio appetivisse videatur scriptor.

Iam liceat mihi in epimetro critico addere pauca coniectanea, quae in prioribus dissertatiunculae partibus proferre non potui.

In c. 41 (45, 3) codex exhibet: *hic aper, cum heri summa cenam vindicasset, a convivis dimissus.* primum, ut grammaticae rationi satisfiat, obiectum, quod vocatur, verbi *vindicasset* postulatur, quod quidem Buechelerus ingeniose restituit scribens: *cena eum.* tum post *dimissus* addenda est copula *est*, quod item iam a Buechelero factum est. idem adnotat: *cena eum scripsi, ut manumissionis metaphoram servarem; vindicaverat aprum summa cena, hoc est in extrema cena appositus erat.* si recte intellego hanc explicationem, haec est: *ordo cenae hesternae ita dispositus erat, ut in extrema cena etiam aper apponeretur. sed convivae iam saturi eum dimiserunt*, ita ut *vindicasset* ambigue dictum sit, cum significet *postulare* ac simul de manumissione cogitetur. sed hic lusus verborum nimis acute excogitatus et ab ingenio liberti inculti abhorrere videtur. fortasse, ut taceam de improbabilibus Schefferi et Heinsii mutationibus scribendum est: *cum herus heri summa cena eum indicasset.* nam si *summa cēna* ablativum esse putamus, id quod mihi haud dubium videtur, desideratur subiectum. hoc autem, cum aperte *convivis* opponatur, aptissime datur significatione Trimalchionis. in coniunctione autem verborum fere eodem modo sonantium, ut *herus* et *heri*, minime offendendum esse iam supra p. 7 satis demonstravi exemplisque confirmavi. tum Trimalchio eos cibos, quos apponi iussit, semper ipse videtur indicavisse. in capite enim 47 (55, 2) e tribus subus unum designat, qui occidatur. et certe verisimile est Trimalchionem *lautissimum hominem* cotidie fere eosdem ludos ingeniosos conficere.

In c. 71 (85, 6) legimus: *et urnam* (ita iam J. Gronovius recte scripsit pro *unam*) *licet fractam sculpas et super eam puerum plorantem.* in hac sententia *licet* ineptum est. nec enim est concedentis vel permittentis hoc enuntiatum, verum iubentis. praeterea in omnibus prioribus sententiis, quibus Trimalchio monumentum suum describit, semper solo coniunctivo utitur, velut: *faciatur, facias, ponas, ducat.* quare hic quoque *sculpas* per se sufficere et *licet* in *scilicet* mutandum esse puto.

In c. 93 (112, 11) codd. habent: *nam si aliquis ex eis, qui in eodem synoecio potant, nomen poetae olfecerit, totam concitabit viciniam et nos omnes sub eadem causa obruet.* quid

est *sub eadem causa obruere?* aptius fortasse legitur: *sub eodem casu.*

In c. 125 (172, 14) codd. habent: *nempe rursus fugiendum erit et tandem expugnata paupertas nova mendicitate revocanda.* narrat Encolpios paulatim se et collegas e pauperibus divites factos esse. sed huic sententiae enuntiatum supra allatum aperte adversatur. nonne igitur *ubertas* pro *paupertas* scribendum est?

Conspectus locorum, quos ipse emendare studui:

Omisi eos locos, quibus aut codicum scripturam aut prioris cuiusdam viri docti emendationem contra Buechelerum defendere conatus sum.

L. HOLLAENDER:

DE MILITUM COLONIIS AB AUGUSTO IN ITALIA DEDUCTIS.

De coloniis, quas in Italia deduxit, Augustus ipse in indice rerum a se gestarum, quem monumentum Ancyranum nominare consuevimus (c. 28 ed Th. Mommsen) pronuntiavit haec: „Italia autem ....[1]) colonias, quae vivo me celeberrimae et frequentissimae fuerunt, duodetriginta a me deductas habet." Idem refert Suetonius in Augusti vit. c. 46 Augustum, nisi egregie fallimur, secutus[2]). Sed oppidorum, in quae Augustus milites deduxit, nomina diserte neque ab Augusto neque ab aliis veteribus scriptoribus commemorantur, nisi quod nunc hoc, nunc illud fortuito invenitur. Itaque nobis, ut de his rebus iudicare possimus, primum horum oppidorum nomina eruenda sunt.

Quare primum perquirendi sunt rerum scriptores, qui quamquam perrara, nonnulla tamen de his rebus memoriae prodiderunt, Vellejus Tacitus Suetonius Appianus Cassius Dio; deinde adhibendi sunt geographi Strabo Pomponius Mela Plinius Ptolemaeus liber coloniarum; postremo tituli, quorum ad nos memoria venit.

Neque negligendae sunt recentiorum virorum doctorum, qui de hac re scripserunt, dissertationes: Sigonii in libro de antiquo iure Italiae p. 221, Zumptii de coloniis Romanorum militaribus in commentationibus epigraphicis p. 193, Borghesii (opp. 5. p. 257) in disputatione egregia, cui inscribitur „sulla iscrizione Perugina della porta Marcia"; Mommsenus autem in commentario monumenti Ancyrani l. l. et Marquardtius in enchir. 4 p. 450 ita de hac re egerunt, ut magis agere vitavisse videantur.

Quorum neque Sigonius neque Zumptius, quamquam summa hic subtilitate, ille diligentia inquisiverunt, argumentum ipsum

[1]) „militum" verisimile supplendum est.

[2]) cf. praef. ad Suet. ed. Roth p. XV.

expedire potuerunt; neque Borghesius, quamquam optime etiam de hac re ut semper iudicavit, multum profecisse existimandus est. Namque hi omnes minoribus auxiliis, quam nos ad hoc argumentum tractandum accesserunt. Nostra autem aetate, cum ex corporis inscriptionum latinarum voluminibus undique nova materia ad haec studia promovenda adlata sit, omnibus et scriptorum et titulorum testimoniis de quovis Italiae oppido congestis atque diiudicatis haec quaestio ipsa poscit, ut denuo instituatur.

Quod cum coepissem, benevolentia Mommseni et Bormanni egregia adiutus sum; hic enim permisit, ut corporis volumina, nonum et decimum, nondum edita sed typis expressa, ille ut undecimi schedas inspicere liceret. Quare spero fore, ut titulis qui ad hanc quaestionem instituendam opus sunt, usus sim omnibus; si nonnullos vel graviores neglexerim, mea culpa factum esse profiteor. Venia autem petenda est mihi, quod cum dissertationis partes, de quibus corporis inscriptionum voluminibus ipsis usus sim, aliis valde praestent, disputatio mea aequabilitate caret.

Quae cum ita sint, primum enarranda mihi sunt ea, quae rerum scriptores de coloniis ab Augusto in Italia deductis prodiderint, deinde agendum de coloniarum indicibus, qui inveniuntur in libro coloniarum librisque geographorum, tum de coloniarum nominibus, quae quaestio ad titulos maxime spectat. Postremo Plinii indicem secutus quae de singulis coloniis memoriae prodita sunt, adiungam.

Cap. I.

Quibus fontibus disquisitio de coloniis ab Augusto in Italia deductis nitatur.

§ 1.

De coloniis Augusti quid rerum scriptores prodiderint.

Ut indicem coloniarum, utut constituendus est, etiam rerum ordini inseramus, primum videamus, quid rerum scriptores et de coloniis, quae deductae sunt a Caesaris usque ad Augusti mortem, et de tempore, quo hae deductiones factae sunt, tradant. Caesar dictator in Italia colonias non deduxit (CIL. V. p. 779); sed eo vivo apparatus incepti neque cum mortuus esset, intermissi sunt [1]. Itaque Octavianus, cum patris hereditatem suscepisset, veteranos praemiorum cupidos permultos invenit. Qui omnes iis non exceptis, qui iam in coloniis habitabant, apud eum denuo stipendia facere libentissime voluerunt. Et haec causa fuit Antonio, ut aliis quam celerrime possessiones suas per senatum confirmari iuberet, alios fratris L. Antonii lege agraria sibi consciscere studeret. [2] Qua lege inter Idus Martios

[1]) Cic. ad Att. 16. 6 A. 5.
[2]) Drumann III p. 670.

anni 710 et bellum Mutinense, quod mense Aprili sequentis anni exortum est, lata omnem Italiam moderato homini L. Antonio dividendum dari verisimile solus Cicero vidit et pronuntiavit.[1]) Sed quidquid id erat, ex hac lege Antonius, ut Cicero nobis tradidit in oratione secunda Philippica 39, quae inter diem XIII a. Cal. Octobr. et XIII Cal. Jan. concepta est[2]), colonias Capuam et Casilinum deduxit, quamvis omni auspiciorum iure turbato. Nam paullo ante lege Iulia a. 695 haec oppida in coloniarum formam constituta erant. Sed hae Antonii deductiones in posterum tempus nihil valent. Nam lex Antonii iam mense Ianuario anni 711 dissoluta est, possessores territoriis suis exire debuerunt. Quod, si Ciceroni[3]) credendum est, aequo animo fecerunt: nam „nullam impensam fecerant: nondum instruxerant, partim quia non fidebant, partim quia non habebant."

Ex quo tempore usque ad bellum Philippense de coloniis deductis nihil audimus. Sed ante hoc proelium tresviri r. p. c. duodeviginti Italiae splendidissima oppida militibus, ut fidem et animos firmarent, ad diripiendum destinaverunt. Quorum oppidorum Appianus b. c. 4. 3., qui solus huius foederis inter imperatores militesque mentionem fecit, septem nominavit: Capuam Regium Venusiam Nuceriam Ariminum Hipponium Beneventum. — Et Bruti Cassiique viribus fractis Octavianus in Italiam rediit eo consilio, ut coloniae militibus ibi destinatae conderentur, dum Antonius ex Asia pecunias compelleret, quas oppidani pro territoriis ademptis acciperent. Sed Octavianus quidem iam ea re impeditus est, quod L. Antonius et Fulvia permittere noluerunt, ut ille solus colonias condendo magnum militum numerum sibi conciliaret. Cessit Octavianus, contigit Antonio, ut nonnullas fratris legiones in Italia deduceret. Quod quidem et Appianus refert (b. c. S. 43) et fortasse vestigia ad nos venerunt duorum oppidorum ab Antonio hoc tempore deductorum, Bononiae et Perusiae. — Sed hae deductiones Octaviani et Antonii omnes in utrisque partibus invite acceptae

---

1) 5. Phil. 3. 7.
2) Teuffel H. L. R. p. 308.
3) 6. Phil. 14.

sunt: oppidani suis bonis privati Romam venerunt rem suam dicturi, veterani non solum pecunia, sed etiam voluntate caruerunt possessiones instruendi, satis habuerunt sibi ad ea, quae iam possederunt, etiam aliorum oppidanorum bona rapuisse.[1] Quae cum ita essent, L. Antonius et Fulvia denuo animum et agendi rationem mutaverunt. Nam patronos miserorum oppidanorum se gesturi veteranis pro bonis pecunias polliciti sunt. — Sed hac re offensiones et inter Antonium et Fulviam et inter hos et Octavianum in dies vehementiores fieri, frustra veterani iam Anconae deducti rixantes conciliare conari. Nam cum et Octavianus et Antonius consilium veteranorum secuturi ad colloquium Gabios convenire vellent, bellum exortum est. Antonius Perusiae oppugnatus oppido capto veniam accepit.

Inde autem Augustus solus colonias deduxit. Et videntur, cum bellum Sicilicum (716—718) gereretur, coloniae Philippenses nondum omnes deductae fuisse. Nam ante a. 716 Regium et Vibo oppida ab hac misera condicione liberata sunt.[2] Anno autem 718 seditione inter milites coorta Octavianus veteranos, qui iam apud Mutinam et Philippos pugnaverant, dimittere et deducere coactus est. Et accepimus illo tempore deductam esse Capuam, et Regium, quia vacuum esset, classiarios missos esse, sed hac condicione, ut oppidum in coloniae formam non redigeretur (CIL. X. p. 3, Mon. Anc. p. 40). Anno sequenti 719 Octavianus bella gessit cum populis Alpinis, Liburnis aliisque, quibus confectis in Gallia transpadana milites deduxisse videtur Polam Tergestem Parentium Concordiam.

Sed coloni quos undique disperserat, verisimile non quieti manserunt, cum paullo post bellum cum Antonio et Cleopatra exoreretur. Quomodo imperatori auxilium tulerint, non commemoratur. — Insigni proelio apud Actium facto milites in Italia seditionem moverunt, praemia stipendiorum et victoriarum poposcerunt. Cuius rei cum a Maecenate ad Octavianum nuntius allatus esset, statim Brundisium profectus, tamen in Italia solum viginti septem dies commoratus satis habuit natu maximos et ferocissimos sedasse et collocasse; certe intra hoc

---

[1]) cf. poetarum Tibulli Propertii Horatii Virgilii questus.

[2]) App. l. l. IIII. 84. Drum. IIII. 266.

breve temporis spatium fieri non potuit, quin magnus militum numerus deduceretur.

De deductionibus, quae inde ab anno 724 secutae sunt, solus Augustus in indice rerum a se gestarum sic scripsit (3, 22): „Pecunia[m pro] agris, quos in consulatu meo quarto et postea consulibus | M. Cr[asso e]t Cn. Lentulo Augure adsignavi militibus, solvi municipis. Ea | [s]u[mma sest]ertium circiter sexsiens milliens fuit, quam [pro] colla[t]icis | praed[is n]umeravi, et ci[r]citer bis milliens et sescenties, quod pro agris | provin[c]ialibus solvi. Id primus et solus omnium, qui [d]eduxerunt | colonias militum in Italia aut in provincis ad memoriam aetatis | meae feci." — Ex his verbis perspicitur deductionem anni 724 spectare ad Italiam, anni 740 ad provincias, ut Actiaci victores in Italia ipsa deducti sint. Sola Augusta Praetoria non veteranis Actiacis colonia fuit. Sed cum haec colonia constituta sit in castris ipsis exercitus Varroniani militibus huius exercitus, qui cum Galassis bellum gesserat, deductis, hac ipsa re sententia, qua veteranos et Actiacos et Mutinenses in Italia ipsa deductos esse existimamus, adeo non redarguitur, ut confirmetur. —

Et quam late patuerit haec tota deductio, apparet ex alia Augusti sententia, quam caput dissertationis fecimus. Quae fuerint hae duodetriginta coloniae, eruere studuimus. Satis nobis est plerasque destinavisse, quae aliqua probabilitate inter Augusti colonias referri possunt; prorsus nobis aliena est ambitio illa ridicula Francogalli Renieri, qui ausus omnes duodetriginta certe nominare, complures nominavit, quae Augusti coloniae certe numquam fuerunt.[1])

Certe hae coloniae non fuerunt, ut Rudorffius putat (Agrim. II p. 415) misera iuvalidorum domicilia; tempus est, ut sententiae tales magis magisque evanescant. Non omnes Augusti coloniae effloruerunt, certe pleraeque. Neque iniuria inde ab hoc tempore in primo loco oppidorum Italicorum coloniae commemorantur. Namque eas, ut Suetonius Aug. 46 refert, Augustus „frequentavit operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit, etiam iure ac dignatione urbi quodam modo pro parte aliqua adaequavit excogitato genere suffragiorum,

[1]) cf. Borghesii opp. 5. p. 275 adn. 3.

quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent et sub die comitiorum obsignata Romam mitterent.[1]) Ac necubi aut honestorum deficeret copia aut multitudinis suboles, equestrem militiam petentis etiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat; at iis, qui e plebe regiones sibi reviseuti filios filiasve approbarent, singula nummorum milia pro singulis dividebat."

§ 2.

De coloniarum indicibus.

Liber coloniarum publici iuris factus in editione Agrimensorum Romanorum I p. 209—262 in nostra quaestione diiudicanda prorsus reiciendus est. Nam postquam Mommsenus l. l. II p. 144—210 egregie de eo disputavit, constat inter omnes hunc librum epitomatorum et librariorum negligentia mire corruptum et depravatum esse. In quo quamquam non desunt, quae ad bonos fortasse auctores redire videntur, tamen sic vitiis et erroribus redundat, ut in quavis sententia diiudicanda primum videndum sit, num id quod in libro coloniarum inest, cum iis, quae aliunde colligi possunt, conveniat necne. Quo facto solum ea adhibenda sunt, quae aliorum scriptorum vel titulorum testimoniis respondent. — Cuius rei insignia documenta non solum in Mommseni dissertatione iam laudata, sed etiam in quavis corporis inscriptionum parte insunt, ut de hac re multis verbis opus non sit. — Qua de causa librum illum prorsus abicere proposui, colonias, quas Augusto tribuit, hoc loco commemorasse satis habeo: Graviscae Acerrae Atella Beneventum Capua Cumae Liternum Nuceria Constantia Teanum Sidicinum Venafrum.

Strabo 4, 6. 7 solam nominat coloniam Augustam Praetoriam.

Pomponius Mela (ed Parthey) II. 58, 64 modo tres colonias novit: Mutina Bononia Fanestris.

Ptolemaeus quattuor decim habet. Cuius testimonia nobis nullius momenti sunt, quia inter Augustum et eum nimium temporis spatium interest.

---

[1]) cf. Mommsen enchir 2. p. 691; Eph. Epigr. II p. 227.

Plinius autem in tertio naturalis historiae libro magnum et gravissimum coloniarum indicem habet nominum quadraginta octo. Sed priusquam hoc indice uti possumus, de Plinii fontibus in describenda Italia disputandum est.

§ 3.[1])

De fontibus quibus Plinius in Italia describenda sit usus.

Italiam Plinius naturalis historiae III, § 38—76, § 95—133 [§ 77—95 descriptio insularum maris Tusci continetur] sic describit, ut Augusti discriptionis in undecim regiones ratione habita a flumine Varo regionis nonae incipiat, ordinem', qui litorum tractu efficitur, sequatur usque ad flumen Arsam regionis decimae. In omni regione frequentissima litoris oppida enumerat, cursum fluminum describit, colonias nominat, oppida vicosque literarum ordine disponit, adiungit eos, qui iam interierant.

Atque primum, si indicem auctorum Plinianum libri tertii inspicimus, ut auctores, qui potissimum in Italia describenda adhibiti sunt, cognoscamus, invenimus omnes auctores, qui et in indice et in ipsis scriptoris verbis commemorantur, etiam in hac libri parte nominari. Sed hanc quaerendi viam relinquere, aliam ingredi Plinius ipse docet Italiae descriptioni sic praefatus (§ 46): „Nunc ambitum eius (sc. Italiae) urbesque enumerabimus, qua in re praefari necessarium est nos divum Augustum secuturos, discriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI, sed ordine eo qui litorum tractu fiet urbium quidem vicinitates oratione utique praepropera servari non posse, itaque interiore exin parte digestionem in literas eiusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata quas ille in eo prodidit numero.

[1]) cf. Brunn: de auctor. iudic. Plin. Bonn 1846.
Marquardt: Staatsverw. II, p. 200 (ubi cf. priorum scripta).
Detlefsen i. Comm. Momms. p. 23—34. Quellenschriftsteller des Plin. in d. Geogr. Span.
Partsch: Darstellg. Europas i. d. geogr. Werk des Agrippa.
Philippi: de tab. Peuting. Diss. Bonn 1876. [1876.
Schweder: Beiträge z. Kritik d. Chorogr. d. Aug. 1876. I u. II.
Riese: Geogr. lat. minores Proleg. p. VII—XVII.

nec situs origines persequi facile est Tugannis Liguribus (ut ceteri omittantur) agro tricies dato." Ab hoc loco exoriundum primumque cum Zumptio [1]) et Detlefseno [2]) statuendum est Plinium ex Augusti quodam libro sumpsisse

discriptionem in undecim regiones
oppida vicosque in literas digestos
colonias.

Quae cum ita sint, hac tota quaestione supersederemus, nisi duo mirabilia occurrerent. Primum hoc est, quod Augusti liber quidem in auctorum indice libri tertii nat. hist. nominatur, in libro tertio ipso autem his duobus locis § 46 et § 17, de quorum altero mox accuratius dicetur; at Agrippa saepissime commemoratur, si de terrarum tractu et mensura sermo est. — Alter hic locus invenitur § 17, quo Plinius de numeris mensurarum diversis, qui de Hispaniae provinciis produntur, agens causas affert, cur terrarum tractus mutatus sit, et sic pergit: „Agrippam quidem in tanta viri diligentia praeterque in hoc opere cura, cum orbem terrarum urbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat et cum eo divum Augustum? is namque complexam eum porticum ex destinatione et commentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam peregit." Ex quo apparet Agrippam tantum operis apparatu constituto mortuum esse, deinde opus sororem Pollam incohasse, postremo Augustum aut ob eius mortem aut ob aliam causam incohatum perfecisse.

Quae si cum eis comparamus, quae § 46 scripta inveniuntur, quaerendum videtur esse hoc: num post porticum perfectam commentarii illi editi sint aeque atque porticus ex communi principum labore orti? num hi commentarii idem sint liber, quem Plinius sub Agrippae nomine in geographicis rebus laudare solet? num hic liber idem sit atque ille Augusti, cuius argumentum § 46 significatur?

Priusquam autem ad primam quaestionem tractandam accedamus, opus est, ut cognoscamus quid sibi velit illa vox Plinii „ex destinatione et commentariis Agrippae." Philippius enim, quem Detlefsenus secutus est, hanc vocem non ad operis

[1]) Comm. epigr. I p. 196.
[2]) l. l. p. 32.

Plinius autem in tertio naturalis historiae libro magnum et gravissimum coloniarum indicem habet nominum quadraginta octo. Sed priusquam hoc indice uti possumus, de Plinii fontibus in describenda Italia disputandum est.

§ 3.[1])

De fontibus quibus Plinius in Italia describenda sit usus.

Italiam Plinius naturalis historiae III, § 38—76, § 95—133 [§ 77—95 descriptio insularum maris Tusci continetur] sic describit, ut Augusti discriptionis in undecim regiones ratione habita a flumine Varo regionis nonae incipiat, ordinem', qui litorum tractu efficitur, sequatur usque ad flumen Arsam regionis decimae. In omni regione frequentissima litoris oppida enumerat, cursum fluminum describit, colonias nominat, oppida vicosque literarum ordine disponit, adiungit eos, qui iam interierant.

Atque primum, si indicem auctorum Plinianum libri tertii inspicimus, ut auctores, qui potissimum in Italia describenda adhibiti sunt, cognoscamus, invenimus omnes auctores, qui et in indice et in ipsis scriptoris verbis commemorantur, etiam in hac libri parte nominari. Sed hanc quaerendi viam relinquere, aliam ingredi Plinius ipse docet Italiae descriptioni sic praefatus (§ 46): „Nunc ambitum eius (sc. Italiae) urbesque enumerabimus, qua in re praefari necessarium est nos divum Augustum secuturos, discriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI, sed ordine eo qui litorum tractu fiet urbium quidem vicinitates oratione utique praepropera servari non posse, itaque interiore exin parte digestionem in literas eiusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata quas ille in eo prodidit numero.

---

[1]) cf. Brunn: de auctor. iudic. Plin. Bonn 1846.
Marquardt: Staatsverw. II, p. 200 (ubi cf. priorum scripta).
Detlefsen i. Comm. Momms. p. 23—34. Quellenschriftsteller des Plin. in d. Geogr. Span.
Partsch: Darstellg. Europas i. d. geogr. Werk des Agrippa. [1876.
Philippi: de tab. Peuting. Diss. Bonn 1876.
Schweder: Beiträge z. Kritik d. Chorogr. d. Aug. 1876. I u. II.
Riese: Geogr. lat. minores Proleg. p. VII—XVII.

nec situs origines persequi facile est Tugannis Liguribus (ut ceteri omittantur) agro tricies dato.“ Ab hoc loco exoriundum primumque cum Zumptio[1]) et Detlefseno[2]) statuendum est Plinium ex Augusti quodam libro sumpsisse

discriptionem in undecim regiones
oppida vicosque in literas digestos
colonias.

Quae cum ita sint, hac tota quaestione supersederemus, nisi duo mirabilia occurrerent. Primum hoc est, quod Augusti liber quidem in auctorum indice libri tertii nat. hist. nominatur, in libro tertio ipso autem his duobus locis § 46 et § 17, de quorum altero mox accuratius dicetur; at Agrippa saepissime commemoratur, si de terrarum tractu et mensura sermo est. — Alter hic locus invenitur § 17, quo Plinius de numeris mensurarum diversis, qui de Hispaniae provinciis produntur, agens causas affert, cur terrarum tractus mutatus sit, et sic pergit: „Agrippam quidem in tanta viri diligentia praeterque in hoc opere cura, cum orbem terrarum urbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat et cum eo divum Augustum? is namque complexam eum porticum ex destinatione et commentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam peregit.“ Ex quo apparet Agrippam tantum operis apparatu constituto mortuum esse, deinde opus sororem Pollam incohasse, postremo Augustum aut ob eius mortem aut ob aliam causam incohatum perfecisse.

Quae si cum eis comparamus, quae § 46 scripta inveniuntur, quaerendum videtur esse hoc: num post porticum perfectam commentarii illi editi sint aeque atque porticus ex communi principum labore orti? num hi commentarii idem sint liber, quem Plinius sub Agrippae nomine in geographicis rebus laudare solet? num hic liber idem sit atque ille Augusti, cuius argumentum § 46 significatur?

Priusquam autem ad primam quaestionem tractandam accedamus, opus est, ut cognoscamus quid sibi velit illa vox Plinii „ex destinatione et commentariis Agrippae.“ Philippius enim, quem Detlefsenus secutus est, hanc vocem non ad operis

---

[1]) Comm. epigr. I p. 196.
[2]) l. l. p. 32.

instituti commentarios, sed solum ad ea, quae in Agrippae testamento scripta erant, refert; Ritschelius[1]) autem vocabulo „destinatio“ discriptionem vel formam vel speciem significari voluit. Ex quibus sententiis certe Ritschelii probanda, Philippii reicienda est. Namque destinatio significatione, quam Philippius ponit, nusquam invenitur. Est enim deliberatio, voluntas, certum consilium apud Plin. N. H. 36. 12 Tac. H. 2, 47; neque aptum esset „commentarios“ scribere pro testamento. Nam iureconsulti tabulas scribunt pro testamento; commentarii autem a Cicerone in Bruto 75 libri appellantur, „in quibus res diligenter, simpliciter tamen et sine ornamentis memoriae gratia describuntur.“ — Atque si cum Philippio voces „destinatio et commentarii“ pro testamento intelligis, etiam cum eo contendas oportet, eas quas Plinius sub Agrippae nomine terrarum mensuras significet, in porticu Vipsania ipsa scripta fuisse. Sed hoc omnino falsum est. Namque primum Plinius, cum de situ oppidi Persici sinus Characis ab Alexandro Alexandria nominati quaerat, num in litore maris ipso situm sit, porticum ipsam se inspexisse ait in libro 6. § 139[2]); deinde praeter orbes vel itineraria pictos etiam perscriptos in usu fuisse et Mommsenus[3]) posuit et loco Vegetii iam a Marquardtio (enchir 5 p. 204) laudato luculenter demonstratur (ed Lang. III. 8 p. 74): „Ideo omni cura omnique diligentia dux providere debet ne proficiscens patiatur incursum vel facile ac sine damno repellet illatum. Primum itineraria omnium regionum in quibus bellum geritur, plenissime debet habere perscripta ita, ut locorum intervalla non solum passuum numero, sed etiam viarum qualitate perdiscat, compendia devertieula montes flumina ad fidem descripta consideret usque eo, ut sollertiores duces itineraria provinciarum, in quibus necessitas gerebatur, non tantum adnotata, sed etiam picta habuisse firmentur, ut non solum consilio mentis, verum aspectu oculorum viam profecturus eligeret.“ Postremo traditi sunt nonnulli libri eiusdem formae atque argumenti, quam Agrippae fragmenta, apud Plinium servata prae se ferunt. Dico Dicuili de mensura

[1]) Mus. Rhen. IV. S. 1842 p. 511 adn. 35a.

[2]) „Primo fuit a libore stadios X et maritimum etiam porticus Vipsania habet.“

[3]) Acta (Ber.) Soc. Sax. 1851. p. 103.

orbis librum, divisionem orbis in cod. Palat. 1357, dimensurationem provinciarum, nuper publicatos a Schwedero l. l., Orosii chorographiam editam a Zangemeistero in Comm. Mommsen. p. 715. Qui omnes redeunt ad unum communem auctorem, ut praeter orbem terrarum in porticu spectandum etiam librum perscriptum fuisse facile intelligi possit. Neque id quisquam infitietur, huius libri auctorem nullum alium esse praeter Agrippam, sub cuius nomine fragmenta illa a Plinio laudantur. Id solum dubitari potest, num commentarii, ex quibus fragmenta repetita videntur esse, ab Agrippa an ab Augusto editi sint.[1])

Sed hic Agrippae vel Augusti liber non idem fuit atque ille, quem Plinius (§ 46) in Italia describenda se secuturum esse praefatur.[2]) Qui complectebatur, ut fragmenta a Plinio servata, nuper a Philippio et Riesio denuo collecta demonstrant nomina et mensuras mundi hoc tempore noti[3]); ille, de quo apud Plinium (46) sermo est, ut iam supra commemoratum est, Italiae discriptionem in undecim regiones, provinciarum certe in conventus, oppida vicosque in literas digestos, colonias. — Liber Agrippae vel Augusti, ut Schwederus[4]) demonstravit incipiebatur hac eadem voce, quae divisionem incipit: „Terrarum orbis tribus dividitur nominibus Europa Asia Africa vel Libya, quod divus Augustus primus omnium per chorographiam ostendit", ob quod testimonium hodie „chorographia" appellatur. Quam chorographiam aeque ac divisionem et dimensurationem periplus formam habuisse nemo negabit. — Contra concedendum est Augusti librum eiusdem formae non fuisse potuisse, dum Italiae discriptionem in regiones, provinciarum in conventus exhiberet. Nam in Italia aliter ordiri non potuit, quam a prima regione et Roma ipsa, quod et rerum natura et Plinii ipsius testimonio docetur, qui se ordinem, qui litorum tractu fiat, secuturum esse

---

[1]) cf. Müllenhoff. in. Herm. ephem. IX. 25.

[2]) De Baeticae ora Plinius 3. 8 sic dicit: „Oram eam in universum originis Poenorum existimavit M. Agrippa." Quae vox sola alius argumenti quam ceterae a Plinio Agrippae tributae, tamen cogitari potest in Agrippae libro neque nos ponere cogit eam in alio Agrippae libro scriptam fuisse.

[3]) cf. Ritschl Opusc. III. 271 = mus. Rhen. 1842, p. 508.

[4]) l. l. I, 42. II, 40.

dicens, hunc ordinem alium esse atque illum Augusti planissime indicat.

Quibus expositis Plinium in describenda Italia libro Augusti ipsius, quo coloniarum index continebatur, usum fuisse constat.[1])

§ 4.

Disquisitio de indice Pliniano continuatur et ad finem perducitur.

Liceat nobis iam hoc loco de iudice Pliniano universe pronuntiare sententiam. Argumenta singula, quibus nitatur, in capite secundo invenies, ubi coloniae omnes quas Plinius sive habet sive omisit, enumerabuntur eaque de iis afferentur, quae et ex rerum scriptoribus et ex titulis innotuerunt.

De Augusti autem indice nihil proferre pro certo audeo, quam quod iam supra certis argumentis exposui, eum a Plinio in opere suo adhibitum esse.

Pliniano autem indice continebantur primum, ut videbimus, coloniae maritimae aut civium Romanorum, quas iure atque honore coloniae nunquam vacavisse constat hae:

Ostia	Castrum Novum Etr.	
Antium	Graviscae	[Pisaurum]
Puteoli	Pyrgi	Parma
Minturnae	Tarentum	Mutina

Pisaurum igne deletum ab Antonio deductum est.

Deinde continebantur coloniae post Augusti tempus deductae: Bovianum Luceria Teanum Sidicinum.

Errore in indicem receptae sunt:

Placentia Aquileja (col. lat.)

Omissae sunt coloniae: Firmum

Nuceria	Abellinum [2])
Abella	Florentia [2])
Cumae	[Castrum novum Piceni]

De ceteris Augusti non est, sed Sullae colonia: Hadria [2]).

---

[1]) Hic liber num idem sit atque breviarium imperii ab Augusto editum, discerni nequit. cf. Detlefsen l. l.

[2]) Pompeii Hadria Abellinum Florentia Praeneste me iudice coloniae Sullae fuerunt.

Restant igitur coloniae hae:

Capua	Fanum Fortunae
Aquinum	Pisaurum
Suessa	Hispellum
Venafrum	Tuder
Sora	Luca
Nola	Pisae
Venusia	Ariminum
Beneventum	Bononia
[Asculum]	[Brixillum]
Ancona	Concordia
Tergeste	Aug. Taurinorum
Pola	Aug. Praetoria
Cremona	[Lucus Feronensis]
Brixia	[Rusellae]
Ateste	[Sena]

Quarum eae, quae uncis inclusa sunt, eiusmodi se habent, ut certa argumenta non exsistant, quibus effici possit, utrum Augusti coloniae sint necne. Aliis si addis supra nominatas: Firmum Abellam Nuceriam Cumas, habes indicem coloniarum Augusti. Nolo affirmare nos ex reliquiis antiquitatis, quae nobis tradita sunt, certum indicem restituere posse, hoc solum contendo inter has, quas nominavi, colonias duodetriginta, quas Italia habuit ab Augusto deductas, certe inesse.

Restat, ut de coloniis, quas Antonius deduxit hoc loco pauca addamus. Constat eas ab Augusto relatas esse inter colonias a se deductas. Sed nemo mirari potest nominis, quod Antonius coloniis suis imposuit, Octaviano victore, deinde imperante, ad nos nullum vestigium pervenisse. Colonias autem duas inter Augusti colonias ab Antonio deductas esse scimus, Bononiam et Perusiam. Nomina illarum non innotuerunt. Si Antoniana nominata fuerunt, certe hoc nomen deletum est evanuitque sive ex imperatoris et colonorum voluntate sive propter illius imperium eorumque obsequentiam.

§ 5.

De coloniarum nominibus.

Si sola antiquorum scriptorum testimonia spectamus, haec tota coloniarum quaestio optime coloniarum ipsis nominibus solvatur oportuisset. Nam primum quidem[1]) Vellejus 1. 14 sic refert: „militarium (coloniarum) et causae et auctores ex ipsarum praefulgent nomine.“ Et idem Josephus *κατὰ Ἀπίωνος* 2. 4: *„πάντες γὰρ ἐς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρωσι ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσιν“*. Neque aliter Dio iudicat 54. 23: *„καὶ τὰς ἐπωνυμίας ταῖς πόλεσιν ἡ γερουσία ἐν μέρει τιμῆς ἔνεμε καὶ οὐχ ὥσπερ νῦν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἕκαστοι καταλόγους ὀνομάτων οὓς, ἂν ἐθελήσωσι ὡς πλήθει ποιοῦνται“* quamquam eius testimonio, qui a 222 p. Ch. opus suum conclusit, solum id docetur ante Dionis aetatem cognomina coloniis indita esse a senatu, non a colonis ipsis. Quorum scriptorum vestigia secutus Borghesius, qui, ut iam supra dictum est, de Augusti coloniis militaribus, si hoc vocabulo uti licet[2]), egregie disputavit, colonias ad nomina illorum disposuit et Julias eas indicavit, quae ante a. 727 aut a III viris r. p. c. aut ab Octaviano deductae sunt, Julias Augustas, quae iterum auctae sunt post a. 727, Augustas, quae post a. 727 conditae sunt. Quod quo iure fieri possit, ut intelligatur, apponam omnia harum coloniarum Italicarum nomina, quae innotuerunt.

col. Iulia Felix classica Suessa	X n. 4832[3])
col. Iulia Fan. Fortunae	Gr. 625. 9.
col. Iulia Felix Pisaurum	Or. n. 81.
col. Iulia Hispelli	Gr. 351. 1.
col. Iulia Fida Tuder	Mur. 1111. 4.
col. Obsequens Iulia Pisana	Wi. n. 883.
col. Iulia Felix Lucoferonensis	Or. n. 4099.
col. coniunc. Iulia Sutrina	Gr. 302. 1.
col. Iulia Concordia	V. n. 1901.

---

[1]) cf. Noris Cenot. Pisana p. 21.

[2]) cf. Mommsen enchir. II(2) p. 715 adn. 3.

[3]) = I. N. n. 4324 = Or. n. 5152.

col. Iulia Pola Pollentia Herculanea	V. n. 8139.
col. Iulia Venafrum	I. N. n. 4603.
col. Iulia Dertona	Or. n. 74.
col. Iulia Parentium	V. n. 335.
[col]onia Iulia prae[toria ? Sora]	X. n. 5711.
col. Iulia Castrum novum	Or. n. 1009.
col. Iulia Felix Augusta Capua	X. n. 3832.[1]
col. Aug. Iul. Venafrum	I. N. n. 4622.
col. [iulia a]ugusta Dertona	V. n. 7376.
col. Iul. Aug. Parma	Gr. 492. 5.
col. Iul. Concordia Aug. Felix Beneventum	IX. n. 2165.[2]
col. Iul. Aug. Taurinorum	V. n. 6954.
col. Iul. Aug. Flor(entia) V(en)	cod. Taur.[3]
col. Aug. Ariminum	Wi. n. 2123.
col. Felix Aug. Nola	X. n. 1244.[4]
col. civica Aug. Brixia	V. n. 4212.
col. Aug. Taurinorum	V. n. 6480.
col. Aug. praet. Salassorum	Plin. 3. 123.
col. Vibia Aug. Perusia	Or. n. 94.
col. Put(eolana) Aug.	Ren. n. 2182.
col. Veneria Livia Alexandr. Abellinatium	X. n. 1117.[5]

Et nomen Iulia quo spectet, optime Borghesius diiudicavit. Addendum est solum id, quod tempore, quo Borghesius suam dissertationem scripsit, nondum innotuit, etiam colonias, quas Caesare deducere paraverat, postea alii deduxerunt illius nomine honoratas esse. Quod factum esse novimus in colonia Iulia Genetiva condenda ex lege eius, quam invenimus (cf. Eph. Epigr. 2. 119). Atque etiam hoc videtur concedendum esse, non semper nomine „Iulia" colonias ab Octaviano deductas significari. Nam capite secundo afferentur exempla vicorum, qui hoc Iulium nomen retinuerunt, cum postea coloniae ius adipiscerentur: dico Iulium Carnicum et Jul. Iriensium. Quid

---

1) = I. N. n. 3593.
2) = I. N. n. 1411.
3) = cf. cap. II. s. v. Florentia.
4) = I. N. n. 1976.
5) = I. N. n. 1875.

enim valent tituli tertii vel quarti saeculi ad oppidorum ius ac condicionem cognoscendam, quae fuerit primo ineunte? Atque haec est causa, cur nullo modo affirmare aut dicere audeam, Castrum novum Lucoferonensem Senam Iulii colonias Augusti fuisse.

Idem, quod statuit Borghesius de coloniis nomen „Augusta" habentibus, rectum se habet; nam ex nomine coloniae in Galassorum finibus a. 729 conditae optime effici potest. — Sed opus est, ut teneamus hoc „Augusta" nomen omnibus coloniis imponi potuisse, quas quivis imperator deduxerit. Itaque, si de colonia aliqua hoc nobis nomen traditur, conquirenda sunt etiam alia testimonia, quae eam ab Augusto conditam esse monstrant. Quam ob causam Perusiam Puteolos Abellinum Veronam inter Augusti colonias non referemus, donec graviora testimonia adlata sint.

Maxime autem offendimur nomine „Iulia Augusta." Nam haec nominum cumulatio Augusti tempori et ingenio minime quadrat, quamvis Trajanum, qui grandia nomina et verba semper quaesivit, colonias Ulpias Traianas nominasse notum sit. De quo nomine, quod Borghesius, ut iam supra dixi, protulit iudicium certis argumentis effici non potest, quamquam facile fieri potuisse non nego, quin coloniae ante a. 727 deductae postea firmarentur. Et in duabus harum coloniis Borghesii coniectura aliis rebus comprobatur: in Benevento et in Capua. Tamen si omnia haec nomina in unum locum collocata contemplaris, facile concedes huic nomini non tantum tribui posse, quantum Borghesius tribuit. — Namque harum septem coloniarum solum duarum nomina sic sincera et certa se habent, ut iudicium de iis ferri possit: Capua et Beneventum. Ceterorum quodvis aliquid mirabilis prae se fest: titulus Venafranus ponit Aug. Iul., Dertonensis lectionis est sic incertae, ut „Iulia" suppleta sit. Coloniae Taurinae tam diversa nomina proferuntur, ut rectum inveniri non possit. Florentiam et Parmam omnino non credo recte Iulias appellari. De Florentia hoc dico: Sullana colonia est, lapicidae Sabaudiensis errore Iul. Aug. nominata. Parma in Pliniano indice nominatur, quia colonia erat civium Romanorum; titulus tertii seculi mihi demonstrare non videtur eam Augusti tempore deductam esse, praesertim cum hic titulus in-

certae sit et depravatae lectionis. — Deinde autem hoc tenendum est nos de coloniis Capua Venafro Dertona Benevento Taurina etiam optime iudicare posse, si his titulis nomen „Iulia Augusta“ exhibentibus careremus. — Itaque de hoc nomine usque adhuc nihil certi effici potuit. Ut meum iudicium profitear: colonias Iulias in seculis, quae a simplicitate et dignitate primi abhorruerunt, etiam nomen „Augusta“ sibi arripuisse (cf. Cassii Dion. l. l.). Neque enim ullus horum titulorum ante Hadriani tempus scriptus est.

Quae cum ita sint, ex hac disputatione hic consequitur fructus, ut, quod Vellejus suo tempore pronuntiare potuit, militarium coloniarum Romanorum et causas et auctores ex ipsarum nomine praefulgere, nostra aetate omnino dici non posse censeamus.

Cap. II.

De singulis coloniis quid proditum sit, disquisitio ad Plinianum indicem accommodata.

Ut iam supra promisimus, ad Pliniani indicis formam ac naturam prorsus cognoscendum primum omnes Italiae colonias, quas habet, deinde, quas omittere visus est, regionum ordine enumerabimus eaque afferemus, quae de illarum iure ac condicione aliunde comparari potuerunt. Quo in opere ordiendum videtur esse a regione prima, qua etiam Augustum in libro suo incepisse exposuisse videamur (cf. p. 357).

§ 1.

Index Plinianus.

Sed priusquam haec aggrediar, primum Plinii totus index hic exhibendus est.

Regio I. § 56. **Ostia** colonia a Romano rege deducta.

§ 57. **Antium** colonia.

§ 59. est colonia **Minturnae** Liri amni divisa, Glanica appellata.

§ 61. dein **Puteoli** colonia Dicaearchia dicta.

§ 63. Intus coloniae **Capua** a XL campo dicta, **Aquinum Suessa Venafrum Sora Teanum Sidicinum** cognomine, **Nola.**

Regio II. § 99. contributa eo maritima colonia, quae ibi fuerat (**Tarentum**).

§ 104. Dauniorum praeter supra dicta coloniae **Luceria Venusia.**

§ 105. Cetera intus in secunda regione Hirpinorum colonia una **Beneventum.**

Regio IV. § 107. colonia **Bovianum** vetus et alterum cognomine Undecumanorum.

Regio V. § 111. Castellum Firmanorum et super id colonia **Asculum** Piceni nobilissima.

ab iisdem (Siculis) colonia **Ancona** adposita promuntario Cunero.

§ 110. **Hadria** colonia a mari VI p.

Regio VI. § 113. coloniae **Fanum Fortunae Pisaurum** cum amne et intus **Hispellum, Tuder.**

Regio VII. § 50. colonia **Luca** a mari recedens propiorque **Pisae** .. ortae a Pelopidis sive a Teutanis Graeca gente.

§ 51. a populo Romano deducta **Graviscae, Castrum novum Pyrgi** [1]).

§ 51. Intus coloniae **Falisca** Argis orta, ut auctor est Cato, quae cognominantur Etruscorum, **Lucus Feroniae Rusellana Seniensis Sutrina.**

Regio [2]) VIII. § 115. **Ariminum** colonia .... intus coloniae **Bononia,** Felsina vocitatum, cum princeps Etruriae esset, **Brixillum Mutina Parma Placentia.**

Regio IX. § 40. **Dertona** colonia.

Regio X. § 126. colonia **Concordia** ...

Aquilejam coloniam (praefluentes).

§ 127. colonia **Tergeste.**

§ 129. colonia **Pola,** quae nunc **Pietas Iulia,** quondam a Colchis condita.

§ 130. In mediterraneo regionis decimae colonia **Cremona Brixia** Cenomanorum agro, Venetorum autem **Ateste.**

Regio XI. § 123. coloniae ab Alpium radicibus **Augusta Taurinorum**, inde navigabilis Pado, antiqua Ligurum stirpe, dein Salassorum **Augusta Praetoria** iuxta geminas Alpium fores.

---

[1]) Monitus a Mommseno non ut Detlefsenus post deducta, sed post Cosa Volcientium interpungo.

[2]) Detlefsen l. l. p. 32 existimavit ex Augusti libro demptas colonias sextae septimae octavae regionis.

Regio I.

Ostia

colonia maritima fuit; neque mirandum est ob eam causam in titulis imperatoriae aetatis Ostiae repertis invenire „patronum coloniae", „coloniam Ostiensem" alia eiusdem rei documenta. Vide titulos Wilm. n. 1720, 1721, 1733, 1749, 1723. — Causa, cur hanc coloniam deductis ab Augusto tribuamus, non exstat.

Antium

fuit colonia maritima iam a. u. c. 416 deducta et a Tacito A. 15. 23 et a Suetonio v. Neron c. 9 et in titulis Or. n. 3180, Mur. 1100, 5 colonia nuncupatur. Itaque ius coloniae in aetatem imperatoriam servavit. Atque ob eam causam, cum Nero, quia Antium colonia matri puerperio locus fuisset, suo nomine hanc coloniam rursus deduceret, Tacitus A. 14. 27 et Suetonius l. l. de hac re idem referentes, veteranos non deductos, sed adscriptos esse dicunt. Itaque oppidani non expulsi sunt, sed solum coacti novos colonos in civitatem recipere, quod et Augusti temporibus saepe factum est. — Quod Strabo 5, 3. 5 affert: „(*Ἄντιον*) *νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῖται τοῖς ἡγεμόσιν εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν, ὅτε λάβοιεν καιρὸν καὶ διὰ τοῦτο κατῳκοδόμηνται πολυτελεῖς οἰκήσεις ἐν τῇ πόλει, συχναὶ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιδημίας*" id ad condicionem reipublicae cognoscendam nihil affert.

Minturnae

fuit colonia maritima; neque mirandum est ideo, quod in titulis Hadriani temporis I. N. n. 4059, 4060 colonia nuncupatur. — Quod Hyginus refert p. 178 de Augusti deductionibus dicens: „sicut in Compania finibus Minturnensium quorum nova adsignatio trans fluvium Lirim limitibus continetur: citra Lirim postea adsignatum per professiones veterum possessorum, ubi iam opportunarum finium commutatione relictis primae adsignation terminis more arcifinio possidetur" non tantum valere mihi videtur, ut inter oppida ab Augusto deducta duodetriginta numeraretur.

[1]) cf. de col. marit. Marqu. enchir. 4 p. 38.

Puteoli [1])

cf. C. I. L. X p. 182 fuit colonia maritima. Sed etiam ab Augusto deductam esse affirmat liber coloniarum p. 236 „Puteolis colonia Augusta. Augustus deduxit“, per se nullius auctoritatis. Neque huic loco aliquid momenti affertur ex eo, quod in titulo Rusicadensi (Renier Inscr. d'Algérie n. 2182) ante Neronem, ut Mommsenus putat, scripto „col. Put. Aug.“ invenitur. Nam primum in hoc titulo mirum in modum „Augusta“ nomini oppidi postponitur, deinde tituli Puteolis ipsis aut in Italia ipsa reperti, alter parietarius Pompejanus C. IV n. 2152, alter Fundanus I. N. n. 707 Puteolos coloniam Claud. Neron., mox Neronis memoria damnata alii certae autoritatis tituli Flav. Aug. Puteol. nuncupant. Atque etiam Tacitus A. 14. 27 Puteolos primum a Nerone coloniae ius ac cognomentum adeptos esse testatur, ut et lapicidam Rusicadensem et epitomatorem libri coloniarum errore deceptos esse facile efficiatur.

Itaque Puteoli in Plinii indice locum habent, non quia est colonia Augusti, sed quia est colonia aut maritima aut a Vespasiano deducta Plinii temporibus florentissima. Magis autem crediderim nuncupari a Plinio, quia maritima fuit.

Capua [2])

cf. C. X p. 695. Deduxerunt primum viginti viri lege Iulia Capuam coloniam (Caes. b. c. I. 14). — Caesare interfecto Antonius consul vere anni 710 lege agraria, quae paulo post sublata est, colonos iterum deduxit. (Cic. Phil. 2. 39.) Deinde tresviri r. p. c. ante pugnam Philippensem inter Italiae urbes splendidissimas veteranis suis destinatas etiam Capuam posuerunt App. b. c. 4. 3. Octavianus autem a. 718 coloniae certum numerum colonorum adiecit, (Vellej. 2. 81, Dio. 49. 14, Plin. n. h. 18. 114), sed ut severitatem temperaret, veteribus colonis retentis, pro agro, qui auferebatur, et aquaeductum et agros vectigales in Creta civitati donavit. Tituli, alter imperante Hadriano scriptus X. n. 3832 (3593), ubi haec supersunt [col. iu] LIA · FELIX · AUG., alter X. n. 3867 (3613) aetatis Dio-

---

[1]) cf. Belochii Campania p. 96.
[2]) cf. Beloch. l. l. p. 306.

Regio I.

Ostia

colonia maritima fuit; neque mirandum est ob eam causam in titulis imperatoriae aetatis Ostiae repertis invenire „patronum coloniae“, „coloniam Ostiensem“ alia eiusdem rei documenta. Vide titulos Wilm. n. 1720, 1721, 1733, 1749, 1723. — Causa, cur hanc coloniam deductis ab Augusto tribuamus, non exstat.

Antium

fuit colonia maritima iam a. u. c. 416 deducta et a Tacito A. 15. 23 et a Suetonio v. Neron c. 9 et in titulis Or. n. 3180, Mur. 1100, 5 colonia nuncupatur. Itaque ius coloniae in aetatem imperatoriam servavit. Atque ob eam causam, cum Nero, quia Antium colonia matri puerperio locus fuisset, suo nomine hanc coloniam rursus deduceret, Tacitus A. 14. 27 et Suetonius l. l. de hac re idem referentes, veteranos non deductos, sed adscriptos esse dicunt. Itaque oppidani non expulsi sunt, sed solum coacti novos colonos in civitatem recipere, quod et Augusti temporibus saepe factum est. — Quod Strabo 5, 3. 5 affert: „(*Ἄντιον*) *νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῖται τοῖς ἡγεμόσιν εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν, ὅτε λάβοιεν καιρὸν καὶ διὰ τοῦτο κατῳκοδόμηνται πολυτελεῖς οἰκήσεις ἐν τῇ πόλει, συχναὶ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιδημίας*“ id ad condicionem reipublicae cognoscendam nihil affert.

Minturnae

fuit colonia maritima; neque mirandum est ideo, quod in titulis Hadriani temporis I. N. n. 4059, 4060 colonia nuncupatur. — Quod Hyginus refert p. 178 de Augusti deductionibus dicens: „sicut in Compania finibus Minturnensium quorum nova adsignatio trans fluvium Lirim limitibus continetur: citra Lirim postea adsignatum per professiones veterum possessorum, ubi iam opportunarum finium commutatione relictis primae adsignation terminis more arcifinio possidetur“ non tantum valere mihi videtur, ut inter oppida ab Augusto deducta duodetriginta numeraretur.

---

¹) cf. de col. marit. Marqu. enchir. 4 p. 38.

Puteoli [1])

cf. C. I. L. X p. 182 fuit colonia maritima. Sed etiam ab Augusto deductam esse affirmat liber coloniarum p. 236 „Puteolis colonia Augusta. Augustus deduxit“, per se nullius auctoritatis. Neque huic loco aliquid momenti affertur ex eo, quod in titulo Rusicadensi (Renier Inscr. d'Algérie n. 2182) ante Neronem, ut Mommsenus putat, scripto „col. Put. Aug.“ invenitur. Nam primum in hoc titulo mirum in modum „Augusta“ nomini oppidi postponitur, deinde tituli Puteolis ipsis aut in Italia ipsa reperti, alter parietarius Pompejanus C. IV n. 2152, alter Fundanus I. N. n. 707 Puteolos coloniam Claud. Neron., mox Neronis memoria damnata alii certae autoritatis tituli Flav. Aug. Puteol. nuncupant. Atque etiam Tacitus A. 14. 27 Puteolos primum a Nerone coloniae ius ac cognomentum adeptos esse testatur, ut et lapicidam Rusicadensem et epitomatorem libri coloniarum errore deceptos esse facile efficiatur.

Itaque Puteoli in Plinii indice locum habent, non quia est colonia Augusti, sed quia est colonia aut maritima aut a Vespasiano deducta Plinii temporibus florentissima. Magis autem crediderim nuncupari a Plinio, quia maritima fuit.

Capua [2])

cf. C. X p. 695. Deduxerunt primum viginti viri lege Iulia Capuam coloniam (Caes. b. c. I. 14). — Caesare interfecto Antonius consul vere anni 710 lege agraria, quae paulo post sublata est, colonos iterum deduxit. (Cic. Phil. 2. 39.) Deinde tresviri r. p. c. ante pugnam Philippensem inter Italiae urbes splendidissimas veteranis suis destinatas etiam Capuam posuerunt App. b. c. 4. 3. Octavianus autem a. 718 coloniae certum numerum colonorum adiecit, (Vellej. 2. 81, Dio. 49. 14, Plin. n. h. 18. 114), sed ut severitatem temperaret, veteribus colonis retentis, pro agro, qui auferebatur, et aquaeductum et agros vectigales in Creta civitati donavit. Tituli, alter imperante Hadriano scriptus X. n. 3832 (3593), ubi haec supersunt [col. iu] LIA · FELIX · AUG., alter X. n. 3867 (3613) aetatis Dio-

---

[1]) cf. Belochii Campania p. 96.

[2]) cf. Beloch. l. l. p. 306.

cletianae, ubi legitur „Concordia Iulia Valeria Felix Capua“ cum scriptorum testimoniis optime consentiunt. Nam nomen „Iulia“ et „Felix“ a dictatore Caesare fortasse ei impositum est; „Augustae“ nomen probabile est proficisci ab imp. Augusto, sive quia Augustus colonos iterum deduxit, sive quia hoc nomen coloniae impetranti tribuit. — Valeriae nomen spectat ad aetatem Diocletianam. — Concordiae nomen, quid sibi velit, ignoratur. Fortasse spectat ad tresviros r. p. c., conditores, qui se optime censentire semper prae se tulerunt.

Aquinum

cf. C. X p. 530. Ciceronis aetate (Phil. 2, 41. 106) municipium fuit. Sed cum et tempore, quo Plinius et Tacitus (H. I. 88, II. 63) scripserunt, colonia fuerit et tituli eiusdem temporis idem probaverint, neque inter colonias ante Augustum deductos referri possit, inter Augusti colonias duodetriginta numeranda est.

Suessa Aurunca

cf. C. X. p. 465, colonia Augusti habenda est. — Nam a. 711 (cf. Cic. Phil. 13, 8. 18) municipium fuit. Sed colonia nuncupatur et a Plinio et in titulis I. N. n. 4033, 4040; atque plenum nomen I. N. n. 4324 = Or. n. 5152 sic exstat: „col. Iul. Fel. classica. Suessa.“

Venafrum

cf. de Ven. Mommseni diss. in Ephem. Jurisprud. hist. 15, p. 288, Henzen Rh. Mus. IX p. 543, C. X p. 477.

Venafrum inter Augusti colonias referendum est. Id iam Sigonius l. l. acutissime ex libri coloniarum loco p. 239 effecit. Sed quia nos huic libello nullam auctoritatem concedunt, alia testimonia circumspicimus. Atque primum in edicto divi Augusti X. n. 4875 = Wi. n. 784 iam colonia appellatur, deinde duo tituli afferri possunt I. N. n. 4603, 4622, in quibus Venafrum colonia Iul. et colonia Iulia Augusta nominatur. —

Solum hoc ex libri col. loco efficimus deam aliquam ab Augusto terris donatam esse; deinde Augustus coloniam ornari iussit et aedificiis publicis, cuius rei vestigium est titulus I. N.

n. 4623, et magno aequaeductu, de quo edixit Wi. n. 784, per quem coloni non solum aquam omnibus reipublicae muneribus, sed etiam fortasse magnos annuos reditus adepti sunt.

Sora.

C. X p. 560, 561. Praeter Plinium ex titulis duobus X n. 5711 et n. 5713 (= Wi. n. 1427) Soram coloniam Augusti fuisse efficitur. Nam in altero nuncupatur [col]onia Iul. pra[etoria? Sora] alter autem hic est: L. Firmio. L. f. prim. pil. tr. mil | IIII vir i. d. | colonia deducta | prim. pontifici | leg. IIII Sorana, honoris et virtutis causa. De quo titulo in adnotatione Mommsenus sic iudicavit, ut legionem quartam Sorae delectam et illuc deductam esse, L. Firmium autem ex magistratu municipii primum coloniae pontificem factum esse putaret.

Quod Wilmannsius adnotat hunc titulum (n. 1427) documentum esse eius rei, quam Tacitus refert A. 14. 27 totas legiones cum tribunis et centurionibus deductas esse dicens, maxime dubium est. Nam si Tacitus Augusti aetatem significare voluisset, certe non vocem „ut olim“ posuisset.

Teanum Sidicinum.

cf. X p. 471; Agrim II p. 287. Certi tituli I. N. n. 3989 et n. 3999 Teanum coloniam Claudiam Firmam appellant, demonstrant hanc coloniam non ab Augusto deductam esse, quod liber col. p. 238 ponit, sed a Claudio; nam Augusti nomen deest. Idque stabilitur ea re, quod in aliis titulis aevi Claudio anterioris quattuorviri inveniuntur, posterioris duoviri.

Nola [1]).

Cf. C. X. p. 142. Praeter Plinii testimonium Nolam coloniam fuisse docetur titulis X. n. 1236, 1244, 1249, 1265; ab Augusto deductam esse efficitur titulo Diocletiani aevi n. 1244 (= 1976), ubi appellatur col. Felix Aug.

---

[1]) Belochius p. 392 l. l. falso suspicatur, Nolam Sullae coloniam fuisse, quia „Felix“ appellatur.

Regio II.

Tarentum

a Plinio ipso colonia maritima significatur.

Luceria.

C. IX. p. 74. — De Luceria solum id statuere licet, eam Plinii temporibus coloniam fuisse. Nuncupatur colonia in titulis saeculi tertii ineuntis, sed inveniuntur in titulis aevo Vespasiano anterioribus IIIIviri. — Itaque Luceria Augusti coloniis tribuenda non est.

Venusia.

C. IX p. 44. — Veteranis ante pugnam apud Philippos factam hanc urbem coloniam destinatam esse Appianus commemorat b. c. 4. 3, deductam Horatii clarissimum testimonium Ep. 2, 2. 50 affirmat. Etiam posterioris aevi tituli coloniam appellant IX n. 449 (= 735), 472 (= 745).

Beneventum.

C. IX p. 136. Iam a. u. c. 712, ut promiserunt tresviri r. p. c. ante pugnam Philippensem Beneventum coloniam factam esse demonstrat L. Munatii Planci elogium I. N. n. 4089 = Wi. n. 1112, qui „agros divisit in Italia Beneventi." Atque etiam Augustum post proelium Actiacum veteranos VI et XXX legionis Beneventum colonos deduxisse probabile est maxime ex titulo IX n. 1616 (= 1458). Nomen coloniae innotuit ex titulo IX n. 2165 (= 1411) „Iul. Concordia Felix." „Concordiam" coloniae nomen et liber col. et tituli IX n. 1538 (= 1399) et 1445 (= 1387), in quibus coloniae liberti „Concordii" appellantur, prae se ferunt.

Regio IIII.

Bovianum.

C. IX p. 239. Sullana colonia, ut Drumannus (II p. 479 adn. 4) putat, certe non fuit; nam Caesaris dictatoris tempore, ut declarat titulus n. 2563 (= 4986) municipium fuit. Sed exstat titulus Marcelli centurionis legionis XI Claudiae IX n. 2564,

quem, si comparas cum Plinii loco, qui Bovianum Undecumanorum appellat, probabile fit Bovianum Flaviano tempore coloniam deductam esse. IX 2564.

imp CaesaRI · VESPASIANO
aug. pont.MAX · TRIB · POTESt VI
cos VI design[t]·VII·IMP·XIIII·P·P·Cens p. C. 75
EX · TESTAMENent
MARCELLI·Ↄ·LEG·XI·CLaud
IATIVM·PRAEF·CHOR III ALpinorum
prAEF·CIVITATIS·MAEZEiorum
IANORVM·II VIR·I·D·QVINQenn
patrONI COLONIAE

Regio V.

Hadria

C. IX p. 409. colonia appellatur I. N. 6128 et 6129; titulus autem I. N. 6130 „Venerius col. l. Felix“ nomen Veneria ei fuisse testatur. Certe Plinii temporibus colonia fuit; cognomen „Veneria“ monstrare videtur, si recordaris coloniae Veneriae Corneliae Pompeiorum (cf. Wi. n. 1908), non ab Augusto sed fortasse a Sulla deductam eam esse.

Ancona et Asculum.

Anconam coloniam fuisse titulus VI n. 1511 demonstrat, ab Augusto deductam Appianus refert l. c. 5. 23: *δύο δὲ στρατοῦ τέλη τὰ ἐς Ἀγκῶνα πόλιν ᾠκισμένα, Καίσαρι δὲ ὄντα πατρῷα καὶ ἐστρατευμένα Ἀντωνίῳ.*

Asculum solo in titulo urbano VI. n. 1512 colonia appellatur. Quo tempore deducta sit, definiri nequit.

VI 1511 C Gallio Aristaeneto
. . . .
decuriones et plebs coloniae
Anconitarum

1512 C. Gallio Aristaeneto
. . . .
decuriones et plebs coloniae
Asculanorum.

Regio VI.

Fanum Fortunae

colonia appellatur Grut. 445. 8 et titulo Bull. d. Inst. 1860 p. 200. Nomen innotuit ex titulo apud Orellium n. 83: L. Titulenus L. f. tertius oriundus colonia Iulia Fano Fortunae e. q. s. Quod nomen una cum Plinii testimonio cogit, ut Fanum Fortunae coloniam Augusti esse credamus.

Pisaurum

colonia civium Romanorum fuit. Sed legimus apud Plutarchum vit. Anton c. 60: *Πείσαυρα μὲν Ἀντωνία πόλις κληρουχία ᾠκισμένη παρὰ τὸν Ἀδρίαν χασμάτων ὑπορραγέντων κατεπόθη*; atque invenimus titulos posterioris aetatis Or. n. 83 Fabr. 435. 17, in quibus colonia nominatur. Quae id oppidum post terrae motum rursus revixisse demonstrant. Et quia Or. n. 83 nominatur „colonia Iulia Felix Pisaurum" coloniis ab Augusto deductis tribuitur. Sed ut iam dictum est, Pisaurum colonia fuit civium Romanorum et ob hanc causam, priusquam terrae motu deleta est, non *Ἀντωνία πόλις κληρουχία* vocari potuit. Quomodo id sese habuit, discerni nequit. Videmus autem Augustum omne vestigium Antonianae deductionis, quam Plutarchus testatur, sic delevisse, ut colonia etiam nomine „Iulia" usa sit.

Hispellum

colonia nominatur in titulis Mur. 1104. 21 (splendidissimus ordo colon. Hispellatium) et Or. n. 2170 (C. Matrinio Aurelio . . . huius splendidissimae coloniae curatori. Nomen innotuit ex titulo Grut. 351, 1. Alfius C. f. Lem. Ruf. II vir quin | col. Iul. Hispelli et II vir . . . . .,) ut coloniis ab Augusto deductis recte adnumerari possit.

Tuder

colonia nominatur saepius, inter quos titulos laudo Wilm. n. 2100, qui descriptus est a Nisseno sic incipientem: Pro salute | coloniae et ordinis | decurionum et populi | Tudertis . . . . . .

Atque ab Augusto videtur deducta esse, quia legitur apud Mur. 1111, 21

... IORVM .... CAR ...
CAE ... RIS NERVAE TRAIANI ...
AVG . GERMANICI . DACICI . PRO . PRO ...
. . . .
COL. IVLIA . FIDA . TVD ..
PATRONO EX D. D.

Regio VII.

Luca.

Henzen n. 6493 = Wi. n. 111. 3: L. Memmius. C. f. Gal. Q. tr. pl. pr. | frumenti curator ex s. c. | praefectus leg. XXVI et VII | Lucae ad agros dividendos | pontifex Albanus | Memmia filia testamento suo fieri iussit. Praeter hunc titulum, qui Lucae triumvirorum iussu terrae adsignationes factas esse (de quare vide Momms. enchir. 2 [2] p. 716 adn. 2.) declarat, et Plinii testimonium nihil habemus, quod de Luca proferamus. Sed satis haec duo testimonia videntur esse, ut Lucam coloniis Augusti adnumeremus.

Pisae.

Nomen coloniae cognoscimus ex clarissimis cenotaphiis Pisanis Wilm. n. 883, ubi v. 42 haec leguntur: petantque ab eo, uti colonis Iuliensibus coloniae Obsequentis Iuliae Pisanae ex hoc decreto ea omnia facere exsequique permittat — Liberti coloniae „Obsequentii“ nominabantur, ut perspicitur ex titulo Grut. p. 444: D. M. | Mettia Iannaria hic adq. con. | b. m. | Quintus Obsequentius Severinus | Aug. Pisis ......

Graviscae Castrum novum Pyrgi

notissimae sunt coloniae civium Romanorum. De Castro novo res non liquet; nam exstat aliud Castrum novum in Piceno et hoc a Marquardtio l. l. coniectura colonia civium Romanorum existimatur. Sed illud non erat colonia civ. Rom., sed col. Iul. Castrum novum, de qua re postea dicetur.

Falisca

quia Plinius addit „Argis orta, ut auctor est Cato“ Augusti colonia non habenda est.

Rusellae.

Nihil invenio quae adferam.

Lucus Feroniae.

Solum titulum novi Orellianum n. 4099, ubi sic legitur: M. Silio Epaphrodito patrono .... Lucoferonenses ... quod amphitheatrum col. Iul. Felici. Lucofer. s. p. f. dedicavitque. l. d. d. d.

Sena.

In tabula Peutingeriana legitur „Sena Iulii“, quod certe non sufficit, ut Seniensem urbem coloniam aut coloniam Augusti fuisse dicamus.

Sutrium.

Exstat titulus apud Grut. 302. 1 col. coniunc. Iulia Sutrina.

Regio VIII.

Ariminum.

Iam inter splendidissima oppida fuit ante pugnam Philippensem App. b. c. 4. 3 veteranis destinata. Coloniam fuisse ex titulo Vettii Valentis, aevo Flaviano scripto et L. Betutii Furiani perspicitur, Wi. n. 1617, Grut. 1091. 12; ab Augusto deductam nomen docet in duobus titulis servatum Or. n. 5124 (= Wi. n. 2123) et Or. n. 4025: col. Aug. Ariminum.

Magni momenti est inscriptio pontis Ariminensis Or. n. 604. Quae hic laudari potest, quia hic pons probabiliter donum domus imperatoriae existimatur et inter ea publica aedificia vel instrumenta referri potest, quibus coloniae nuper deductae per Augustum et filios suos ornatae et ditatae sunt. — Augustus hunc pontem aedificasse fertur, eius statua in illo conspiciebatur, ut Dio 53. 22 refert: „*εἰκόνες αὐτῷ ἐφ᾽ ἀψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβερίδος γεφύρᾳ καὶ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν*.

Bononia [1])

colonia appellatur a Tacito Ann. 12. 58. — Quis deduxerit hanc coloniam, legimus apud Dionem 50. 6: „πάντας γὰρ (Καῖσαρ) τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἀποικισθέντας τὰ μὲν ἐκφοβήσας, ἅτε ὀλίγους ὄντας, τὰ δὲ καὶ εὐεργετήσας, προσετέθειτο. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς τὴν Βονωνίαν ἐποικοῦντας, αὐτὸς αὖθις, ἵνα δὴ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀπῳκίσθαι δοκῶσι προςκατεστήσατο." Idem testatur Suetonius vit. d. Aug. 17. Itaque fuit Bononia colonia Antonii, quam postea Augustus in se suscepit. Quare inter Augusti duodetriginta iure numerari potest.

Titulorum Bononiensium ad statum reipublicae spectantium unus mansit, de quo Borghesius opp. 8 p. 296 egregie disputavit. Est enim hic Or. n. 3325

Divus Augustus parens
dedit
.... Augustus
Germanicus ....
refecit.
e. q. s.

Nomen deletum Neronis sit oportet; scimus enim ex Tacito A. 12. 58 (= Suet. Nero 7) Neronem, cum Bononia igne deleta esset, tamquam patronum infelicissimi oppidi a consule largitionem impetrasse. Et in Neronem clientela Bononiae, de qua apud Suetonium sermo est Aug. 17.[2]), ab Antoniis venerat, quia Antonia maior, Marci Antonii et Octaviae filia, eius avia fuit. — Quare, si Neronem patronum coloniae balineum deletum refecisse concedes, dubitari nequit, quin Augustus parens coloniae, qui balineum dedit, etiam deduxerit coloniam. — Qua in re solum hoc addendum videtur esse, quod Bononienses, qui hunc titulum scribi iusserunt, iuris coloniae ab Antonio accepti prorsus obliti erant aut oblitos esse simulaverunt.[3]) De nomine coloniae nihil constat.

---

[1]) cf. Schiller, Gesch. des Röm. Kaiserr. unter Nero p. 79.
[2]) cf. Momms. in Mon. Ancyr. p. 69.
[3]) cf. ea quae de Pisauro dicta sunt.

Brixillum.

De Brixillo nihil comperi.

Placentia

fuit colonia Latina a. 536 deducta. — Lege Iulia pervenit ad civitatem Romanam et post id tempus municipium vocatur et a Cicerone in Pisoniana apud Asconium p. 3 (cf. Marquardt enchir 4 p. 60) et in titulis, si recte a Mommseno suppletur titulus V. n. 5847 ex alio Placentino titulo reperto: Mur. 1067. 4. Et etiam in alio titulo Mur. 679, 1 reperitur pro II vir IIII vir, alicubi II vir.

Mutina

fuit colonia civium Romanorum. — Etiam ob eam causam imperatoria aetate colonia nuncupatur in titulo apud Mur. 1112, 5 qui vitiatus invenitur apud Grut. 1160, 3 (cf. Marq. l. c.)

Parma

fuit colonia civium Romanorum a. 571 deducta et colonia appellatur in titulo honorario V. n. 8659. Sed etiam testimonia exstant, quibus ab Augusto veteranos Parmam deductos esse probari possit. Nam invenimus Parmae titulum hunc (Wilm. 1448):

...... Tertia | uxo r
L. Vettidius C. f. veteranus leg. XII | Paternae
sexvir aed

Sed solum unus vel alter veteranus deductus videtur esse, nam legio XII etiam post bellum civile retenta est et postea nomen „Fulminata" accepit.[1]) — Coloniae autem nomen cognoscere videmur ex titulo posterioris aevi apud Grut. 492, 5. [qui apud Mur. 1110, 5 vitiatus invenitur], ubi legimus „patr. col. Iul. Aug. Parm." Ceterum iudicandum est non deesse iis testimonia, qui Parmam Augusti coloniam fuisse censeant, certe discerni rem non posse.

---

[1]) Wilmannsius adnotat: paterna appellata est legio, cum Augusti exercitui adscriberetur necdum fulminatae nomen accepisset.

Regio VIIII.

Dertona.

C. V p. 832. Titulus urbanus Or. n. 74 exhibet nomen: P. Vibi. P. f. Mariani e. m. v. . . . . oriundo ex Ital. Iul. Dertona: Quod legitur in titulo V. n. 7376 col[. . . . . . a]ug Dertona negligendum est, quia titulus lectionis est parum certae et fortasse interpolatae. Tamen Plinio et titulo urbano consentiente coloniam deductam esse ab Augusto statuendum est.

Regio X.

Aquileja.

C. V p. 83. A Plinio commemoratur. Sed, ut Mommsenus vidit, Plinium cogitavisse de colonia latina ex eo optime perspici potest, quod eodem loco L. Pisonis de Aquileja condita relationem citavit. — A. u. c. 664 (cf. enchir 3, 1. 48) municipium factum est, postea Hadriano vel Pio imperante nomen honorificentius coloniae accepit. Quare non mirandum est, quod in duobus titulis huius aut posterioris aevi n. 1084 et n. 1127 inveniuntur servi col.

Concordia.

C. V p. 178. Iulia Concordia appellatur in titulis quattuor n. 1901, 1884. Grut. 549, 7. C. III n. 5238. Coloniam fuisse testantur Plinius, Ptolemaeus 3, 1. 29, Fronto, qui (ep. ad am ed Niebuhr p. 220) legem coloniae huius commemorat paucaque ex ea descripsit. Itaque Concordia Augusti colonia fuit.

Tergeste.

C. V p. 53. Titulis tacentibus solis scriptorum testimoniis usi Tergestem coloniam Augusti statuimus. Nam commemoratur colonia a Plinio et Ptolemaeo idemque ab Appiano Illyr. 18. — Fortasse, ut suspicatur Mommsenus, Appianus errat, qui eam refert a. u. c. 719 conditam esse. Namque ex titulo n. 525 „Imp. Caesar cos desig. tert. | III vir. r. i. c. iter. | murum turresque fecit“, quem non convenire nisi anno 721

facile apparet, concludi potest Augustum eodem anno, quo turrem murosque fecit, etiam coloniam condidisse.

adn. Caesar consul iterum factus est a. 721, consul tertium a. 723, triumvir r. p. c. iterum fuit ab a. 717 ad. a. 721.

Pola.

C. V p. 3. Polam ab Augusto deductam esse colligitur ex plenis coloniae nominibus „Iulia Pola Pollentia Herculanea", quae innotuerunt ex titulo V. n. 8139, deinde, quia a Plinio colonia „Pola quae nunc Pietas Iulia" significatur. Optimeque huic rei convenit, quod in titulo n. 50 invenitur tribunus leg. XXIX, quae Caesariana ex earum numero fuit, quae ante a. 727 certe exauctoratae sunt (cf. Momms. adn.). — Coloniae liberta in titulo n. 83 appellatur Pollentia, ut „Pollentia" nomen praecipuum coloniae fuisse possit. — Ex eo, quod colonia a Plinio „Pietas" vocatur, colligi non potest L. Antonium hanc coloniam condidisse. Nam quamquam hoc nomen accepit (Dio. 48. 5) et suos nummos sic inscripsit (cf. Ekhel D. N. 6 p. 42), ut haec res amoris fraternae splendidissimum testimonium exsisteret, tamen haec pietatis et concordiae vocabula a triumviris solam ob eam causam data esse existimanda sunt, ut eorum optimum consensum in rebus domesticis demonstrarent (cf. Beneventum).

Cremona.

C. V p. 413. Augustum veteranis suis in Cremona, quae lege Iulia municipium factum erat, agros divisisse Probus in comm. ad eclog. p. 6 retulit. Inde Cremona colonia vocatur et a Tacito h. 3. 32 et a Strabone V p. 206 et a Plut. Otho. 7. — In titulo n. 4191 invenitur miles leg. X Veneriae. — Virgilio bonum suum Cremonense ab Augusti militibus ablatum esse notissimum est.

Brixia.

C. V p. 439. In titulo Augusti tempore scripto colonia nominatur [1]; plenum nomen col. Aug. civica Brixia, quod innotuit ex titulo n. 4212, aliquam rem significare videtur, qua Brixia

---

[1]) V. n. 4307: Divus Augustus | Ti. Caesar divi Augusti f. divi n. | Augustus | aquas in coloniam | perduxerunt.

colonia diversa fuit ab aliis Augusti coloniis. Certe Augusti colonia habenda est.

Ateste.

C. V p. 240. colonia nuncupatur in titulo Augusti vel Tiberii temporibus scripto n. 2561. Nomen, quod habuit, notum non est. Deducti sunt, ut tituli docent, praecipue legionis XI et V urbanae milites; sed etiam tituli militum, qui in aliis legionibus aut in cohortibus praetoriis stipendia fecerunt, inveniuntur. — Coloniam post proelium Actiacum deductam esse ex eo cernitur, quia milites nonnulli, qui omnes probabiliter Atestem deducti erant, honorificum nomen Actiacum habent. Tituli militum hoc nomine insignium hi sunt n. 2503, 2501, 2839, 890, 2389, quorum tres Atestae inventi sunt; quartus Aquilejae, quintus Patavii; sed etiam hi duo tribum Romiliam habentes, Atestae tribuendi sunt, praesertim cum ex Ateste Patavium titulos ablatos esse constet.

De titulo n. 2501 egregie Mommsenus disputavit in comm. mon. Ancyr. p. 40.

Regio XI.

Augusta Taurinorum

C. V. 2 p. 779. colonia nominatur a Tacito h. 2. 66 et in titulis n. 7002, 7003, 7007 item in suburbano Or. 2179. Deinde appellatur in titulis „Iulia Augusta Taurinorum“ et „Iulia Augusta“ et „Augusta Taurinorum“. Dubium esse non potest, quin Augustus eam deduxerit, sed nescimus, quo anno id factum sit.

Augusta Praetoria Salassorum

colonia appellatur a Plinio et Ptolemaeo. Scriptores Cassiod. ad a. 729, Suet Aug. 21, Strabo 4, 6. 7, Dio. 53. 25 consentiunt devictis Salassis in loco castrorum Varronianorum coloniam militum conditam esse nomine imposito „col. Augusta Praetoria“.

§ 2.

Coloniae quae desunt indici Pliniano.

Desunt Pliniano indici coloniae, quae aut a Borghesio aut a nobis coloniae iudicantur exceptis iis, quae sola libri coloniarum auctoritate nituntur, hae: Abella Abellinum Cumae Nuceria Castrum novum (Piceni) Florentia Perusia Parentium Verona Augusta Bagiennorum. Videamus quid de iis dicendum sit.

Abella. [1])

C. X, p. 136. Abellam coloniam fuisse perspicitur ex titulo Trajanae aetatis X. n. 1202 (= 1947), ubi legitur „N. Marcio .... donis donato a divo Traiano ... patrono col. d. d.“ Sed iam Augusti tempore colonia fuit, cuius rei testimonium invenitur titulus n. 1210 (= 1958), ubi legitur „colonei et incolae“.[2])

Abellinum.

C. X. p. 127. Nomen, quod innotuit ex titulo X. n. 1117 (= 1875) singulare neque lectionis prorsus certae „Ven(eria) Livia Augusta Alexandriana Abellinatium“ incertum relinquit, num inter Augusti colonias recte referenda sit. — Fortasse nomen „Veneria“ Sullanam originem monstrat.

Cumae.

C. X. p. 351. — Si titulos X. n. 3703 (=2568) et 3704 (=2569), ubi Cumae colonia vocatur, respicis neque Petronii narrationem c. 57 negligis, qua probabiliter Cumae significantur, Cumas coloniam Augusti fuisse facile concedes. Quod Plinius Cumas in indice suo omisit, fortasse ob eam causam fieri potuit, quia iam in ora describenda (3, 61) eas commemoraverat. Alio loco in errorem oppositum deductus est: § 104 Venusiam inter colonias recenset, deinde iterum inter oppida.

Nuceria

C. X. p. 124. erat inter Italiae splendidissima oppida ante pugnam Philippensem veteranis destinata. — Neque solum a Plinio et

---

[1]) Beloch. p. 412.

[2]) titulus I. N. n. 1945 = X. n. 1200 adferri non potest. Solum enim hoc superest SEX POM
COS PATI

Ptolemaeo, sed etiam et a Tacito A. 13. 31; 14. 17 et a Seneca nat. quaest. 6. 12 colonia nuncupatur, cui rei optime consentit tituli fragmentum hoc X. n. 1090 VS . COL . L . PHIALVS
ET . SVIS. —
Itaque fuit certe Augusti colonia. — Sed videtur colonia ab antiquo municipii splendore decrevisse, propterea quoniam Tacitus l. l. a. p. C. 57 eam supplemento firmatam esse dixit, deinde ob titulorum paucitatem.

Florentia.

Apud Plinium 3. 52 Florentini in oppidorum recensu [1]) locum habent. Sed hic Plinii error videtur latere. Nam exstat titulus Or. 3711 Florentiae repertus, ubi „colon. adlectus“ invenitur. Atque alter titulus affertur iam a Borghesio (l. l. p. 275), qui nomen coloniae Flor. exhibet „Iul. Aug.“ Repertus est in pago Arbin Sabaudiae, Montemiliani in arcem translatus, deinde primum publici iuris factus a Guichenon Hist. Sabaud. p. 32. — Sed Guichenon et Borghesius exhibent lectionem incertam et depravatam, habemus, ut Hirschfeldius a me rogatus benevolentissime per literas me docuit, si non lapidem ipsum, egregie de lapido ipso, qui fortasse etiam nunc exstat, exemplum a Perizonio expressum in cod. Taurino (cf. C. I. L. V p. 772) f. 155:

T · POMPEIO · T · F · vol[tinia]
ALBINO
TRIBVNO · MIL · LEG · vi
VICTRIC · SVB · PROc
PROVINCIAE · LVSITANIAE iivir
I · D · COL · IVL · AVG · FLOR · V · ·
POMPEIA · T · FIL · SCATINA · · · ·

Quae adscripsi Hirschfeldii supplementa sunt. — Ex quo exemplo apparet V neque V(iva) suppleri neque ad Pompeiam referri posse, ut Borghesius voluit, praesertim cum Hirschfeldio

[1]) In eodem oppidorum recensu scribitur „Arretini Veteres Arretini Fidentiones Arretini Iulienses.“ Borghesius l. l. Arretium ob hanc causam inter colonias Augusti retulit; ego sequi non possum. Nam Arretini Iulienses esse potuerunt, Arretium colonia sit non oportuit.

teste in illis regionibus, ubi titulus repertus est, hic vocabuli „vivus“ usus adhuc inveniri non potuerit, sed hoc V referendum esse ad coloniae nomen. — Duo coloniarum nomina novi litera V incipientia: Valeria et Veneria. Quorum „Valeria“ Diocletianam originem significans huic titulo, qui omnia optimae aetatis signa prae se fert, apta non est, altera „Veneria“ optime convenit. Nam etiam Augusti coloniae facile Veneriae nominari potuerunt. — Magis autem crediderim Florentiam coloniam Sullanam fuisse ab Augusto auctam et firmatam. Cuius rei solum vestigium nobis superest haec litera V. Nam Flori locus (2. 9. 27): „municipia Italiae splendidissima sub hasta venierunt Spoletium Interamnium Praeneste Florentia“ non cogit, ut Ihnium secuti (H. R. 5 p. 408 A. 3) haec oppida Sullae colonias existimemus; alias enim res respicit. Sed fieri potuit, ut haec oppida vendita etiam deducerentur. Neque solum ex his oppidis Florentiam coloniam Sullanam fuisse efficiatur oportet, sed etiam Praenestem. Namque Gellius N. A. 16. 13 Hadrianum in oratione de Italicensibus, quam in senatu habuit, dixisse affert: Praenestinos maximo opere a Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur. Ex quibus apparet Praenestem et Tiberii tempore coloniam fuisse et, cum nullo modo coloniis Augusti tempore deductis adnumerari possit, a Sulla conditam esse.

Perusia.

Quod Dio. 48. 14[1]) et Appianus b. c. 5. 49 referunt, Augustum, quia oppidum anno 713 omne, praeter Hephaesteum igne deletum esset iis, qui vellent permisisse, ut ibi habitarent, optime consentit cum eo, quod oppidum in titulo Or. n. 93 nomen habet „Augusta Perusia“, quod legitur in titulo Or. n. 608 „Aug. sacr. Perusia restituta“, quod tituli quatuorvirorum municipalium reperiuntur, ut titulus Or. n. 3707.

---

[1]) *ἡ πόλις αὐτὴ πλὴν τοῦ Ἡφαιστείου τοῦ τε τῆς Ἥρας ἕδους πᾶσα κατεκαύθη. τοῦτο δὲ ἐσώθη γάρ πως κατὰ τύχην ἀνήχθη τε ἐς τὴν Ῥώμην ἐξ ὄψεως ὀνείρου, ἣν ὁ Καῖσαρ εἶδε καὶ παρέσχε καὶ τῇ πόλει πρὸς τῶν βουλομένων συνοικισθῆναι, πλὴν ὅτι τῆς χώρας οὐδὲν ὑπὲρ ἑπτὰ καὶ ἥμισυ σταδίους ἐκτήσαντο.*

Sed ob portae Marciae inscriptionem, quae legitur in titulo Or. n. 94 „colonia Vibia Aug. Perusia“, Borghesius[1]) Perusiam inter Italiae colonias retulit. Et etiam in edicto Perusino, anni a. C. 161 duoviri inveniuntur, qui solum in coloniis reperiri solent. Sed etiam in eodem ipso edicto oppidum non colonia, sed solum „Augusta Perusia“ vocatur. — Res aeque atque in oppidis Iulium Carnicum et Iulium Iriensium (V p. 829 et 172) ita explicanda est, ut Perusia nomine „Augusta Perusia“ vicus esset, postea coloniae magistratus acciperet, postremo cum imperante C. Vibio Gallo (251—253), qui Perusinorum patronus fuit aut ideo creatus est, ad nomen et ius coloniae pervenisset, nomen „Augusta“ priorum temporum servaret.

Castrum Novum (Piceni).

Existimatur colonia civium Romanorum, sed nullum certum testimonium exstat, quo id stabilitur. — In Plinii indice inter Etruriae oppida invenimus coloniam Castrum Novum, tituli Or. n. 1009 et n. 5543 col. Iuliam Castrum novum in Piceno situm nuncupant; titulus enim Or. n. 1009 prope ad oppidum, quod hodie Civitavecchia est, repertus est. Sed hi duo tituli ineuntis quarti saeculi omnino non videntur sufficere, ut Castrum Novum Augusti coloniam existimemus.

Firmum.

C. IX p. 508. — Apud Plinium 3. 111 solum de castello Firmanorum sermo est. — Tamen Firmum inter Augusti colonias referendum est. Nam quamquam titulus n. 534 „Imp. Caesar Aug. | Pont. Max parens | coloniae dedit“, ex quo Borghesius (opp. V. 271) effecit Augustum coloniam Firmum deduxisse, si non recte falsus graviter suspectus est (IX. 28*), tamen ex edicto Domitiani n. 5420 (= Or. 3118) legionem quartam C. Caesaris Firmum deductam esse constat; et in aliis titulis n. 5337, 5363 seq. colonia nuncupatur. Nomen „Iulia“ habuisse recte effici non potest ex reliquiis tituli VI. n. 1481 cur(atoris) rei p(ublicae) L.... Firman(orum).

---

[1]) cf. Borghesi l. l.

Parentium

C. V. p. 35 apud Plinium oppidum appellatur, sed in titulo n. 335 „col. Iulia Parentium“ dicitur, ut eodem tempore, quo Pola deducta esse videatur.

Verona

V. p. 327. apud Plinium 3. 130 municipium vocatur. Sed obstat solum huic vocabulo, quia in titulo n. 3329, qui a. p. Chr. 265 scriptus est, dicitur colonia „Augusta nova Gallieniana“ et apud Tacitum H. 3. 8 colonia vocatur. Sed fieri potuit, ut Tacitus erraret aeque atque, cum Augustam Vindelicorum coloniam nuncuparet (Germ. c. 41), neque titulo a. 265 p. Chr. scripto videtur satis effici posse, ut cum Borghesio coloniam inter Augusti colonias referamus.

Augusta Bagiennorum

V. p. 873. certe Augusti colonia non est, in titulo n. 7153 inter municipia refertur.

[1]) cf. C. I. L. III. p. 711.

Summarium.

H. KARBE:

DE CENTURIONIBUS ROMANORUM QUAESTIONES EPIGRAPHICAE.

I.

De primipilaribus et de centurionum ad ampliores gradus processu.

De centurionum in ipsis gradibus centurionicis processu cum nuper a Mommseno scriptum sit [1]), magnaque copia titulorum composita, qui ad varios gradus spectant, operae pretium esse videtur, quaestionem instituere, quae fuerit aetatibus imperatorum condicio centurionum stipendiis centurionicis ad summum gradum emeritis. Cui rei inquirendae qui operam dederit, maxime mirabitur non exiguam esse copiam titulorum, qui cursus honorum a militia gregali vel a centurionatu incipientes et supra centurionatum ad militias equestres progredientes exhibent; propterea gravissima hujus quaestionis pars erit de processu centurionum ad munera equestria. [2]) In omnibus autem iis titulis inter militias inferiores et superiores interpositum invenitur: primipilus, primpilaris aut forma aliqua abbreviata, velut „primip." vel „prim. pil." aut denique, idque saepissime, sigla „p. p."

In his notis explicandis recentiores viri docti, qui inscriptionum collectiones ediderunt, duplici modo erraverunt: Alii quid significaret sigla „p. p." non satis perspexerunt, ut

[1]) Mommsen, ephemeris epigraphica IV. p. 226 sqq.: nomina et gradus centurionum.

[2]) Madvigius quod posuit in commentatione quae inscripta est: „Die römischen Officiere" (Klein. philol. Schriften p. 536.), primipilares ad superiores militias ordinarias non promotos esse, titulos si respicimus, evidenter refelli videtur. cf. infra.

Muratorius, Gruterus, Orellius[3]), alii quid fuerit discriminis inter primipilum et primipilarem plane neglexerunt, ut Kellermannus[4]), qui in indice omnes titulos, qui aut „p. p." aut aliud quiddam ex iis quae supra rettuli, afferunt sub vocabulo „primipilares" enumerat.[5])

Contra recentissimi collectionum editores Henzenus Wil mannsius Mommsenus cum, quid significaret sigla „p. p." tum discrimen esse inter primipilos et primipilares penitus perspexerunt jamque inter omnes viros doctos, qui titulis colligendis atque explicandis operam dederunt, constat 1) siglam „p. p.", ubi in talibus titulis posita est, ad primipilarem dignitatem referendam esse 2) in hac dignitate distinguendum esse inter primipilorum ordinem et primipilarium.

Iam vero cum primipilaris dignitas, ut vidimus, cum centurionum ad majores gradus provectu artissime cohaereat, in utramque rem accuratius inquiramus.

Qui fuerint primipilares, ex Pandectarum loco XXVII. 1. 8. 10 discimus: „primipilares οἱ διανύσαντες τό πριμίπιλον"[6]) et fere recte judicavit Lipsius[7]) „primipilaris qui habuit dignitatem, primipilus qui habet — nam certum est Romano usu dici primipilares qui fuerunt, ut consulares." Aptissima est haec comparatio primipilaris cum consulari; quamquam Lipsium hanc similitudinem nondum penitus perspexisse puto; habuerunt enim non solum et consulares et primipilares dignitatem sed adhuc habent. — Primipilares igitur fiebant ex primipilis, primipili autem erant primi totius legionis centuriones, qui primum ordinem pilum id est primam legionis centuriam ducebant.[8])

---

3) Orellius quamquam nonnullis locis „p. p." notam recte intelligit, tamen plerumque per errorem „praepositus" legit, etiam ubi talis dignitas minime ferri potest; ita ad 3160: p. p. leg. XXX Ulpiae centurioni" annotat „praepositus."

4) Kellermann, Inscriptiones vigilum.

5) In vulgaribus vocabulorum indicibus, quid peccatum sit in hoc verbo explicando, Madvigius demonstrat l. c. p. 535, 1.

6) male ibi vertitur: qui exercent primipilum, recte Madv. l. c.: qui consummaverunt primipilum.

7) de militia Romana p. 122 (ed. Antverp. ann. MDXCVI.)

8) controversia est, quid significaverit notio primipili; jam Lipsius l. c. p. 83 (haec verba in editione supra memorata non insunt; in-

Atque ut ad fontes veniamus, unde harum rerum cognitio haurienda est, minus scriptoribus quam titulis perlegendis opera danda erat; pauca enim illi de primipilaribus memoriae prodiderunt. — Occurrit autem hac in re singulare quiddam, quod paucis explicandum videtur esse; nam cum fere ubique in nominibus atque honoribus perscribendis, qui titulos composuerunt multo majorem curam impenderint quam scriptores, tamen hi accuratissime distinguunt primipilares et primipilos, illi passim confundunt, et ubi id verbum perscriptum habent hic „primipilaris", illic „primipilus", nusquam vero utrumque afferunt.

Cujus rei quae fuerit causa, facile intelligitur; munus enim primipili et dignitas primipilaris ita inter se conjuncta et consociata erant, ut alterum nominatim referre satis esset; ac concludere nobis licet ex hac re, primum quidem omnes qui ex primipilatu honesta missione missi erant, dignitatis primipilarium participes factos esse, deinde nullos alios centuriones, nisi qui ipso primipilatu functi erant, in ordinem primipilarium receptos esse.

Quae cum ita sint, sequitur ut ad hanc primipilarium in-

---

veni in altera editione anni MDCXIV.) contra eos disputat, „qui totum ordinem non pilum sed primumpilum appellant, qui secundum primumpilum, tertium primumpilum fuisse volunt"; ex recentioribus viris doctis Schneiderus „de censione hastaria" Berol. 1847 p. 47 idem posuit, quod Lipsius improbavit, argumentis ut mihi videtur levioribus nixus; Mommsenus l. c. de ea controversia omnino tacet et cum Lipsio primumpilum solum primum totius legionis centurionem appellat; me titulos centurionum a Mommseno collectos inspicientem magis quam quae Schneiderus affert argumenta, offendit, quod cum primipilorum tituli permulti servati sint, de iis, qui primis reliquarum cohortium ordinibus praeerant, quos „coh. II pilus prior, coh. III. IV. etc. pilus prior" recte appellat Mommsenus, unus titulus adhuc exstat (56 apud Mommsenum); tamen cum Lipsio et Mommseno primumpilum fuisse unum in una quaque legione et reliquos aliter appellatos esse, primum adducor ipso illo titulo (Mommsen 56) deinde Livii verbis VII. 41: „primus centurio (legionis), quem nunc primi pili appellant", tum Vegetii verbis II. 21: „primipili centurio in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequitur" et II. 8, denique analogia reliquorum graduum, qui omnes cohortis numero distincti sunt (cf. Mommsen. l. c.).

Muratorius, Gruterus, Orellius[3]), alii quid fuerit discriminis inter primipilum et primipilarem plane neglexerunt, ut Kellermannus[4]), qui in indice omnes titulos, qui aut „p. p.“ aut aliud quiddam ex iis quae supra rettuli, afferunt sub vocabulo „primipilares“ enumerat.[5])

Contra recentissimi collectionum editores Henzenus Wil mannsius Mommsenus cum, quid significaret sigla „p. p.“ tum discrimen esse inter primipilos et primipilares penitus perspexerunt jamque inter omnes viros doctos, qui titulis colligendis atque explicandis operam dederunt, constat 1) siglam „p. p.“, ubi in talibus titulis posita est, ad primipilarem dignitatem referendam esse 2) in hac dignitate distinguendum esse inter primipilorum ordinem et primipilarium.

Iam vero cum primipilaris dignitas, ut vidimus, cum centurionum ad majores gradus provectu artissime cohaereat, in utramque rem accuratius inquiramus.

Qui fuerint primipilares, ex Pandectarum loco XXVII. 1. 8. 10 discimus: „primipilares *οἱ διανύσαντες τό πριμίπιλον*“[6]) et fere recte judicavit Lipsius[7]) „primipilaris qui habuit dignitatem, primipilus qui habet — nam certum est Romano usu dici primipilares qui fuerunt, ut consulares.“ Aptissima est haec comparatio primipilaris cum consulari; quamquam Lipsium hanc similitudinem nondum penitus perspexisse puto; habuerunt enim non solum et consulares et primipilares dignitatem sed adhuc habent. — Primipilares igitur fiebant ex primipilis, primipili autem erant primi totius legionis centuriones, qui primum ordinem pilum id est primam legionis centuriam ducebant.[8])

---

[3]) Orellius quamquam nonnullis locis „p. p.“ notam recte intelligit, tamen plerumque per errorem „praepositus“ legit, etiam ubi talis dignitas minime ferri potest; ita ad 3160: p. p. leg. XXX Ulpiae centurioni“ annotat „praepositus.“

[4]) Kellermann, Inscriptiones vigilum.

[5]) In vulgaribus vocabulorum indicibus, quid peccatum sit in hoc verbo explicando, Madvigius demonstrat l. c. p. 535, 1.

[6]) male ibi vertitur: qui exercent primipilum, recte Madv. l. c.: qui consummaverunt primipilum.

[7]) de militia Romana p. 122 (ed. Antverp. ann. MDXCVI.)

[8]) controversia est, quid significaverit notio primipili; jam Lipsius l. c. p. 83 (haec verba in editione supra memorata non insunt; in-

Atque ut ad fontes veniamus, unde harum rerum cognitio haurienda est, minus scriptoribus quam titulis perlegendis opera danda erat; pauca enim illi de primipilaribus memoriae prodiderunt. — Occurrit autem hac in re singulare quiddam, quod paucis explicandum videtur esse; nam cum fere ubique in nominibus atque honoribus perscribendis, qui titulos composuerunt multo majorem curam impenderint quam scriptores, tamen hi accuratissime distinguunt primipilares et primipilos, illi passim confundunt, et ubi id verbum perscriptum habent hic „primipilaris", illic „primipilus", nusquam vero utrumque afferunt.

Cujus rei quae fuerit causa, facile intelligitur; munus enim primipili et dignitas primipilaris ita inter se conjuncta et consociata erant, ut alterum nominatim referre satis esset; ac concludere nobis licet ex hac re, primum quidem omnes qui ex primipilatu honesta missione missi erant, dignitatis primipilarium participes factos esse, deinde nullos alios centuriones, nisi qui ipso primipilatu functi erant, in ordinem primipilarium receptos esse.

Quae cum ita sint, sequitur ut ad hanc primipilarium in-

---

veni in altera editione anni MDCXIV.) contra eos disputat, „qui totum ordinem non pilum sed primumpilum appellant, qui secundum primumpilum, tertium primumpilum fuisse volunt"; ex recentioribus viris doctis Schneiderus „de censione hastaria" Berol. 1847 p. 47 idem posuit, quod Lipsius improbavit, argumentis ut mihi videtur levioribus nixus; Mommsenus l. c. de ea controversia omnino tacet et cum Lipsio primumpilum solum primum totius legionis centurionem appellat; me titulos centurionum a Mommseno collectos inspicientem magis quam quae Schneiderus affert argumenta, offendit, quod cum primipilorum tituli permulti servati sint, de iis, qui primis reliquarum cohortium ordinibus praeerant, quos „coh. II pilus prior, coh. III. IV. etc. pilus prior" recte appellat Mommsenus, unus titulus adhuc exstat (56 apud Mommsenum); tamen cum Lipsio et Mommseno primumpilum fuisse unum in una quaque legione et reliquos aliter appellatos esse, primum adducor ipso illo titulo (Mommsen 56) deinde Livii verbis VII. 41: „primus centurio (legionis), quem nunc primi pili appellant", tum Vegetii verbis II. 21: „primipili centurio in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequitur" et II. 8, denique analogia reliquorum graduum, qui omnes cohortis numero distincti sunt (cf. Mommsen. l. c.).

stitutionem cognoscendam etiam omnes eos titulos conferre liceat, qui vel primumpilum perscriptum vel formam aliquam compendiosam, ut „p. p.“, „primipil“ etc. habent, nimirum exceptis illis monumentis, quae primipili centurionibus, dum centuriis praeerant, posita esse apparet.

De ordine primipilarium.

Ordinem fuisse primipilarium certis imperatorum edictis constitum et a reliquorum centurionum emeritorum numero disjunctum compluribus scriptorum locis comprobatur: Tac. ann. II. 11. „e numero primipilarium Aemilius“, IV. 72 „Olennius e primipilaribus“ hist. III. 70. Sueton. Caligula 38: „testamenta primipilarium ut ingrata rescidit“. Fragm. Vatic. de donationibus 141: Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, vacatio a tutelis a Divo Hadriano dari coepit. multa alia.

Hunc ordinem potissimum civilem fuisse verisimile est, tamen est quod eum ad numerorum militarium similitudinem conformatum esse existimem: Centuriones enim, ut infra videbimus, non raro supra primipilatum ad militias equestres provehebantur; tales primipilares autem non statim ex primipilatu in municipia digressos sed, dum ab imperatoribus novis officiis praeficerentur, vinculo quodam communi inter se conjunctos apud exercitum fuisse, e rei ipsius natura efficitur; nam imperatores si quem primipilarem altius promovere vellent, ex municipio eum arcessivisse omnino credi non potest. Hoc autem temporis spatium, quod inter primipilatum et superius munus interjectum erat, longum esse potuit, cum non saepius ad ordinaria munera equestria quam ad extraordinaria, maxime castrorum praefecturam provehi solerent, neque talia munera omni tempore vacasse verisimile sit. — Quam ob rem hos primipilares quodammodo in cohortem vel numerum, qui imperatorem sive vicarios ejus qui exercitibus praeerant, quoque versus comitabatur coactos fuisse puto[9]); hoc ita se habuisse,

[9]) fere ut cohors amicorum vel comitum, qui cum firma constitutione carerent, tamen in senatu nominabantur et reipublicae sumptibus alebantur, in castris quoque proprium locum habebant. (Hygin.

ipsi loci Tacitei s. s. comprobare videntur; idem fere sensit Madvigius l. c. p. 536, 2: „Tacitus ann. IV. 72 u. hist. III. 70 gebraucht den Ausdruck „e primipilaribus“ wie von einem eignen Officiercorps“; confirmatur autem ea conjectura Hygini gromatici loco (de castramet. c. 6): cohortes praetoriae lateribus praetorii tendere debent .... primipilares etiam et evocati in eadem pedatura locum accipiunt.

Primipilarium numerum plerumque ipsius imperatoris exercitum comitatos esse verisimile est; legatos vero Augusti quoque nonnunquam primipilares secum habuisse, exemplis Paccii Orfiti et Arrii Vari (Tac. ann. XIII. 36. hist. III. 6) demonstratur.

Quo tempore ordo primipilarium creatus sit, quamquam certo argumento non comprobatur, tamen cum magna verisimilitudine conjici potest. Nam cum usque ad finem reipublicae liberae neque scriptores neque inscriptiones quicquam de primipilaribus narrant, inde ab Augusti aetate in utroque monumentorum historicorum genere saepius de iis scriptum videmus.[10]) Propterea autem de tempore hujus instituti difficilius judicatur, quia in titulis, qui formam abbreviatam vel notam p. p. habent, inter primipilum et primipilarem distingui non potest; ita in titulis antiquissimis quas inveni Henzen 6939 et Mommsen J. R. N. 4628 dubium est, utrum „primipilus“ an „primipilaris“ legendum sit; primipilorum autem institutio tam vetus habenda est, quam omnino legionis. — Cum vero ex his titulis apertissime cognoscatur, centurionibus ab Augusto spem altioris processus, qua reipublicae liberae aetate carebant, oblatam esse cumque ea spes ad primipilarium institutum penitus pertineret, hunc imperatorem in republica et exercitu constituendis primipilarium ordine creato, ut milites gregarii spe majorum fructuum ad

---

l. c. C. 10.) Ac nescio an similitudo quaedam sit his primipilaribus cum tribunis vacantibus, de quibus apud Vegetium saepius legitur. cf. Marquardt. Roem. Staatsverwaltg. II p. 447.

[10]) vetustissimi loci qui de primipilaribus exstant sunt Tacitei: ann. II. 11. IV. 72; Henzen 6939: prim. pil. leg. XXI. praef. Raetis, Vindelicis, Vall. Poeninae .... praef. Germanici Caesaris Quinquennalici juris etc. Mommsen I. R. N. 4628: primo pil. II trib. milit. praef. etc. praef. castr. imp. Caesar. Aug. et Ti. Caesaris Augusti.

majorem industriam militandi et modestiorem imperii patientiam incitarentur, operam dedisse puto.

Numero illi primipilarium, qui imperatorem vel legatos Augusti comitabantur, eos solos adscribi potuisse apparet, qui militiae amplius operam dare vellent; cum vero copiam eorum qui stipendiis fessi, ut aetatis vacatione optime merita fruerentur, majores honores recusarent, satis magnam fuisse verisimile sit, duo genera primipilarium fuisse videntur, alterum eorum, qui militiis muneribusque civilibus vere vacabant, alterum eorum, quibus primipilaris dignitas initium fiebat majorum honorum. Quorum utrorumque condicio cum re vera prorsus diversa fuerit, sejunctim de iis agam.

1. De primipilaribus, qui ex primipilatu honesta missione missi sunt.

De commodis.

Primipilatum fuisse cum summum gradum honorum, qui militibus gregariis patebant, tum munus maximis praemiis donatum compluribus scriptorum locis quam certissime comprobatur:

Martial. I. 31. Grata Pudens tulerit merita cum praemia pili.

VI. 58 (ad Aulum quendam): Et referes pili praemia clarus eques. — cf. I. 93.

Iuvenal. XIV. 197: ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Adferat.[11])

Plinius XIV. 19: quid quod inserta castris summam rerum imperiumque continet centurionum in manu vitis et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas.[12])

[11]) „Quia aquila in primipili tutela et ei velut assignata, inde manavit, ut aquila pro ipso illo munere et primopilatu usurparetur.“ (Lipsius l. c. p. 120.)

[12]) vitis erat insigne centurionum; opimo praemio pro „spe opimi praemii“, nam praemia centurionum non ita opima erant (similiter Caesar b. c. I. 4. 2. regum appellandorum largitionibus movetur pro „spe largitionum“. cf. Naegelsb. lat. Stilist. p. 56.). Lipsius l. c.

Digest. XXXII. 23 commoda primipili.

Veget. II. 21: v. supra infinita commoda. II. 8: primipilus tamquam caput totius legionis merita consequebatur et commoda.

Quo spectant omnes illae primipilatus laudes? num salarium centurionis primipili tantum fuisse putamus, ut „infinita commoda" recte appellaretur? Hoc propterea parum verisimile est, quia primipilatus sicut ceteri gradus centurionum per breve temporis spatium a singulis administratus esse videtur [13]) neque putandum est, primipili salarium majus fuisse quam tribuni legionis, quod tertio quidem saeculo HS XXV N (sestertium viginti quinque milia nummum) fuisse constat. [14])

De aliis autem commodis centurionis primipili nihil comperimus ex veterum scriptis; quid in animo habuerint scriptores illi ex Martialis verbis I. 31 recte intelligi potest: „praemia meriti pili"; praemia, quae militibus cum honesta missione dari solebant, centuriones majora acceperunt quam milites gregarii; qui vero omnes militiarum scholas percurrerat, in missione „tamquam caput totius legionis merita consequebatur et commoda." Quanta fuerint haec praemia Suetonius nobis dicit,

p. 120: „laetas pro lentas, ut duorum similium verborum cumulatio tollatur"; mihi ex laetas lentas corruptum esse parum verisimile est; tardi ordines ii sunt, qui tarde pratereunt, lenta aquila quae sero accipitur cf. „reductus ad longiorem ordinem." Frontin Strateg. IV. 6. 4. cf. infra.

[13]) v. Mommsen, Berichte der K. Sächs. Gesellsch. der Wiss. hist. phil. Classe 1852 p. 240.

[14]) Centuriones in singulis gradibus non diu constitisse ex magna graduum copia — sexageni in legione — quorum aliquam partem unusquisque percurrere debebat, concludere licet; omnino munerum militarium apud Romanos numerus tam ingens est, ut haud dubie breve tempus singuli in singulis substiterint; in primipilatu quidem, quod plerisque extremum munus erat, diutius eos remansisse non incredibile esset, quin etiam, si ita factum esset, magno commodo fuisset earum legionum, quarum primi erant ductores; tamen primipilos non diutius hoc loco constitisse puto, quam in ceteris gradibus, propter multitudinem primipilarium, qui, quantum quidem ex magna titulorum copia conjici licet, omni tempore fuerunt; nam quo breviores erant singulorum primipilorum curationes, eo major fiebat primipilarium numerus atque ita multidudo primipilarium declarat brevitatem primipilatus.

qui Gajum commoda emeritae militiae ad sescentorum milium summam recidisse narrat[15]), unde eam antea octingena milia vel decies sestertium fuisse colligas.

Hanc summam igitur omnes accipiebant, qui in ordinem primipilarium recipiebantur[16]); nec vero hoc solo beneficio affecti esse videntur primipilares, sed aliis quoque privilegiis exornati; tradita est sola „vacatio a tutela“ quae iis ob id ipsum, quod primipilares sunt, a Divo Hadriano dari coepta est[17]).

Quid mirum igitur in tali amplitudine praemiorum, quod ordo primipilarium magnis divitiis florebat, ita ut nonnulla exstent exempla donationum, quae a primipilaribus ad municipia redundabant:

1) P. Magnius Amandus P. P. inter quinquennalicios adlectus praeter summam honorariam flamoni p. p. et quinquennalitatis amplius H S L N obtulit etc. (lego cum Wilmannsio $\overline{L}$ quinquaginta milia.) (Wilm. exempl. inscr. lat. 688.)

2) P. Minnius . . vias circa aedem Minervae lapide turbinato sterni jussit. (Corp. I. Lat. V 1892, prope col. Iuliam Concordiam Reg. X. Momms. cont.) cf. C. I. L. V. 6513.

Duae vero res ex ingentibus primipilarium commodis necessario consequebantur 1) ut inter centuriones summum oreretur studium altiorem gradum ascendendi et aemulatio vere perniciosa

---

15) Sueton. Gajus 44; Lipsius Suetonii verba „commoda emeritae militiae“ ad praemia veteranorum refert propptereaque pro „sescentorum milium“ sex milium scribit; quae lectio a plerisque editoribus recepta est: me Mommsenus ne tot virorum doctorum exemplo in eundem errorem inducerer, admonuit; ac profecto totius loci contextum considerantibus nobis de commodis centurionum primipilorum, qui proxime antea memorantur, dici videtur; id si ita est, codicum lectio optime servari potest; nam sescenta milia, quamvis ingens sit praemium, tamen non majus quam quod secundum eximias poëtarum laudes exspectare possimus.

16) Poëtarum laudes ad haec praemia in missione data recte referri supra demonstrasse mihi videor; errat igitur Kuhnius cum has laudes ad commoda primipilorum ex officio eorum distribuendae annonae profecta spectare suspicetur. — Kuhn, die städt. u. bürgerl. Verfassung des röm. Reichs; Bd. I. p. 170.

17) Fragm. Vaticanum d. donat. § 141. cf. p. 7.

2) ut primipilares fierent fidelissimi ministri imperatorum et ad quodvis facinus optimum et pessimum paratissimi.

De priore re queritur Vegetius II, 3: „legionum robur infractum, cum praemia militiae occuparet ambitio“, et quibus artibus nonnunquam ad hanc palmam perventum, sit optime demonstrat exemplum Arrii Vari (Tac. hist. III. 6) qui „secretis apud Neronem sermonibus Corbulonis — ejusdem, cujus benevolentia in Armenia promotus erat — virtutes criminatus infami gratia primum pilum adeptus est.“ Alterum illud etiam aliis locis obvium nobis fiet, ubi de officiis primipilarium agetur; hic duos locos Suetonii afferam, quibus quomodo obsecuti sint primipilares imperatoribus, aperte comprobatur.

Cal. 38: testamenta primipilarium, qui ab initio Tiberi principatus neque illum neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit.

Nero 9: Antium coloniam deduxit adscriptis veteranis e praetoria additisque per domicilii translationem ditissimis primipilarium.

Uterque imperator bona primipilarium fere sua vindicat; Gajus se ipsum heredem institui vult a primipilaribus, quasi primipilaribus magna illa pecunia tantum in usum et fructum data sit. Nero opibus primipilarium ad amplificandum splendorem patriae suae Antiatis usus est.

Quae necessitudo intercesserit inter primipilares et ordinem equestrem.

1) p. p. leg. I Ital. ex eq. Romano. (Corp. III. 750. Bukuresti rep.)

2) P. P. Amastriano ex eq. R. (I. R. N. 1072. Trojae rep. prope Luceriam Apuliae.)

3) Henzen 7088: eq. R. p. p. (lapis Algeriae, misit eum Henzeno Gerhardus.)

4) primipilo — a Trajano in ordinem equitum Romanorum adscito. (Orelli 3048; prope Fabrianum. Marini Atti 2 p. 530.)

5) Martial. VI. 58: et referes pili praemia clarus eques.

6) Ovid. amor. III. 8 v. 9 fg.:

Ecce recens dives parto per vulnera censu
Praefertur nobis sanguine pastus eques. —
Laeva manus, cui nunc serum male convenit aurum,
Scuta tulit. —
Discite, qui sapitis, non quae nos scimus inertes,
Sed trepidas acies et fera castra sequi
Proque bono versu primum deducite pilum.

7) D. M. Ael. Luciliano p. p. Aelius Flavianus eq. R. filius patri. (C. I. L. VI, 3552. Romae. compluribus collectionibus servatus.)

8) P. P. filius equo publico (Or. Henz. 3768; Pisis. Gori Etr. 3 p. 154).

9) P. Magnio . . p. p. . . . . Q. Magnius Maximus Flavianus fil. ejus eq. R. (Wilm. 688.)

10) *ἱππικός πριμοπιλαρίου υἱός.* (C. I. Gr. 2792).

Primipilares, siquidem de magnitudine praemiorum recte judicavimus, per ipsam missionem censum equestrem excessisse apparet; tamen ordo primipilarium plebejus erat, quod quam evidentissime comprobatur duobus titulis 1 et 2; horum primipilarium, qui haud dubie equestri loco orti erant, uterque consummatis stipendiis centurionicis equum publicum, quem initio stipendiorum amiserat, nondum receperat.

Haec rerum repugnantia facile sic solvitur: alia res erat censum equestrem, alia equum publicum habere; primipilares hominum existimatione cum propter laudes bellicas tum propter divitiarum magnitudinem permultos homines equestri loco natos non modo aequasse sed etiam superasse certissimum mihi est; quod vero homines, qui ipsorum virtute atque industria ad inferiorum militiarum summum gradum pervenerant et sua sponte equestria munera repudiaverant, equo publico donato inter equites Romanos proprie dictos non recepti sunt, nemo mirabitur; equus publicus donum erat vilius, quam quod primipilari ad sescenta vel octingenta milia nummum supra adderetur. Primipilarium potius ut praefectorum castrorum ordo (v. infra)

vel amplissimus maximeque honoratus fuisse videtur totius ordinis plebeji.[18])

At multo plurimis locis supra perscriptis primipilares equites Romani appellantur; recte quidem aliquis sic mihi fortasse opponat, quamquam Martialem non proprie ordinem, sed censum equestrem spectare verisimile est, cum praemia primipilatus ante omnia praedicet; Ovidii vero verba aperte de homine dicta sunt, qui primipilatu defunctus erat neque solum censum equestrem, sed etiam insigne ordinis equestris, aureum anulum, possidebat, eques igitur Romanus proprio sensu erat; aeque in titulis 3 et 4 de primipilaribus quibusdam legitur, qui et ipsi equites Romani erant. Sed centurionum quoque, qui equestrem ordinem habebant, tituli exstant nonnulli — Mommsen. I. R. N. 4551 = Or. 3457; Or. 3049. cf. de „centurionibus ex equite Rom.“ infra quae dixi. — ita ut fere eodem jure centurionum ac primipilarium ordinem aliquis equestrem nominare possit. Ac ne illud quidem ex his titulis colligere licet, unquam primipilos, cum primipilares fiebant, equites factos esse; nam unde sciri potest eos, de quibus tituli s. s. nuntiant, tum ordinem equestrem accepisse, cum ex primipilatu mittebantur? Immo vero unum illud constat, centuriones nonnunquam in ordinem equestrem receptos esse.

Accedit, quod numerus titulorum, quos de primipilaribus equitibus Romanis habemus, tam exiguus est, ut ex hac paucitate satis certe argumentari possimus: constat enim, ad honores inferiores ut praefecturam fabrum, cohortis etc. multo saepius notam „eq. publ.“ vel „eq. R.“ apponi quam ad superiores[19]); proptereaque ea in primipilarium titulis haud dubie saepe inveniretur, si saepe eam ponere licuisset.

Ita primipilarium ordinem fuisse vere plebejum neque poëtarum verbis neque titulis refellitur.

---

[18]) recte Madvigius cognovit, condicionem primipilarium fuisse plebejam; errat Lipsius cum dicit: certe adjunctus is honos (equester) et pro equite erant qui primopilatu functi. Quale fuerit discrimen inter homines censu equestri et equites equo publico v. Hirschfeld Untersuchungen üb. Roem. Staatsverwaltg. p. 244.

[19]) cf. Mommsen. Berichte etc. p. 250.

Filios vero primipilarium inter homines equestri loco ortos numeratos esse, cum ipsius rei probabilitate tum titulis s. s. 7—10 expressis verbis comprobatur.[20])

Primipilares in re municipali.

Exempla: 1) C. Arrio C. F. Corn. Clementi ... primipilari II viro quinquennali patrono municipii curatori reipublicae. (Henzen 6771; Wilm. 1598. Matilicae).

2) P. Magnio Amando p. p. inter quinquennalicios adlecto (Sufetae Sbiba. Guérin voy. arch. I p. 372, qui descr. Wilm. 688).

3) Sex. Pedio Hirruto prim. pil. ..... IV vir j. d. praef. Germanici Caesaris quinquennalici juris ex S. C. quinquen. iterum (in pariete ecclesiae D. Donati pagi S. Valentini. I. R. N. 5330. Henzen 6939).

4) L. Betutio ... Furniano p. p. .. II vir j. d. III vir aed. cur. ... patron. colon. (Arimini. Henzen 3868) cf. aed. II vir C. I. L. V 7600.

5) N. Marcio Plaetorio Celeri quaest. II vir. (Abellae; Henzen 6749. I. R. N. 1947.)

6) P. Minnius .. Salvius primip. decur. grat. ornam. II viralibus ..... (Corp. V 1892, Wilm. 2142.)

7) Herennius Priscus primipilaris leg. II .. patronus munic. (I. R. N. 2483; idem honos patroni municipii Wilm. 2111. 1598.)

8) C. Oppio ... p. p. p. c. pr. j. d. Aux. (primipilaris patronus coloniae praefectus juri dicundo Auximi) (Auximi; Wilm. 1596; Or. Henz. 3868; scripsi ut Gruter. 445. 9 alium textum. Oppio ... p. c. pr. Aux.“ Smetius a Pighio accepit).

primipilares patroni coloniae praeterea Henzen 3836. 6749. C. I. L. III. 2028.

9) C. Julio Lepido p. p. ... adlecto in numerum decurion. ab ordine Barcinonensium. (Aesone Tarraconensis; Corpus II. 4463.)

10) Quod C. Caesius Silvester p. p. v(erba) f(ecit) Aetrium Ferocem. etc. q(uid) f(ieri) p(laceret) d(e) e(a) r(e) referente

---

[20]) idem centurionum filiis obtigit: Wilm. 1602; cf. de Atejo Capitone centurionis Sullani nepote, viri praetorii filio Madw. l. c. p. 523.

L. Vario Firmo IIII viro .. censente C. Cluvio Sabino . ita cens(uerunt). (tabula marmorea Tufici rep. — Wilm. 692 a.)

11) Ex auctoritate Imp. T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii. P. P. sententia dicta per Tuscennium p. p. II determinante Blaesio Taurino mil. .. mesore agrario. (Orelli 3225. ex membr. vet. grom. Balbi; v. ed. Lachmanni p. 251.)

Centuriones emeritos in municipiis, ubi consederant condicione valde honesta usos, quin etiam in nobilitate municipali numeratos esse notissimum est[21]); primipilares autem, qui ex primipilatu honesta missione missi erant, centuriones municipalium hominum existimatione tanta superasse probabile est, quanto primipilarium ordo reliquis centurionibus amplitudine anteibat; et re vera tituli de primipilarium in re municipali occupatione multo plura afferunt, quam de centurionum, quamquam numerum illorum multo minorem fuisse constat.

Summum in municipio munus erat II (IV) virorum quinquennalium, qui munere censorio fungebantur; quo honore ornatum videmus C. Arrium Clementem (1).

Proximus honor erat II (IV) virorum juri dicundo; ad hunc vel omnes primipilares, qui quidem in re municipali administranda paulo diutius versarentur neque statim ad summum quinquennalitatis honorem promoti essent, pervenisse verisimile est.[22]) (3. 4. 5. multa alia exempla extant).

Plerumque autem primipilares statim ad summos rei municipalis honores perveniebant (1. 2. 3), cum raro antea minora munera administrarent. (4. aedilitatem, 5. quaesturam.)

Imperatores, qua erant benevolentia erga primipilares, in re municipali quoque, quantum possent, iis praestitisse ex titulis 1. 3. 8. cognoscitur. Curatores enim fiebant municipiorum (1), qui magistratus omnibus reliquis auctoritate antecellebant et ab imperatore creabantur[23]); praeterea habemus exemplum „praefecti Germanici Caesaris quinquennalici juris“ (3) id

---

[21]) Madv. l. c. p. 523.

[22]) „P. Minnio Salvio (6) ornamenta II viralia post mortem sepulturae causa decreta esse videntur“, — Mommsen ad e. tit.

[23]) Marq. Roem. Staatsverw. p. 487 sq.

est ejus, qui a Germanico, cum II vir. quinquennalis creatus esset, vicarius constitutus erat[24]), denique Oppii Bassi praefecti juri dic. Auximi; hic quoque ab imperatore missus videtur esse.

Senatus vice in oppidis fungebatur decurionum collegium; primipilares quin hujus dignitatis participes fuerint, in dubium vocari non potest, quippe cum iis honoribus saepissime functi essent, ex quibus decuriones fiebant; tamen memorabilia quaedam tituli nos docent: C. Julius Lepidus (9) nullo munere municipali functus in numerum decurionum, P. Magnius Amandus (2) vero statim inter quinquennalicios, i. e. in primum decurionum gradum adlegitur.

In titulo 10 difficultas quaedam inest: plerumque enim in senatu unus magistratus verba facit sive refert (cf. Wilm. 693. 695); hic vero primipilaris, qui nulli muneri municipali praeerat, verba facit de meritis illius statuamque ponendam censet, deinde IV vir de ea re refert; propterea Caesium Silvestrem primipilarem parvo Tuficensium municipio ab imperatore praepositum fuisse puto, similiter ac P. Tuscennius Felix (11) extraordinaria quadam potestate ornatus municipio alicui praepositus videtur fuisse.

Ex his omnibus apparet, primipilarium in municipiis condicionem splendidissimam fuisse; quod nulla re certius confirmatur quam multitudine titulorum, qui primipilares patronos coloniarum fuisse narrant (7. 8.), quae quidem dignitas tanti habebatur, ut potentissimis utriusque ordinis viris offerri soleret et ne ab imperatoribus quidem recusaretur.

Primipilares, qui munera equestria recusaverant, minime omnes ab omni cura publica remoti erant, potius saepius occasione data officia publica denuo videntur suscepisse.

Contuli infra titulos primipilarium, qui rebus extraordinariis iisque certe plebejis praepositi erant, disjunxi ab his eos primipilares, qui quamquam extraordinaria, tamen aperte equestria

---

[24]) Sex. Pedius Hirrutus alteram quinquennalitatem jussu Germanici, alteram ex senatus i. e. decurionum consultu, sed eam quoque vicarius Caesaris gessit. (cf. Momms. Stadtr. v. Salpensa u. Malaca. Leips. 1855 p. 448).

munera curabant, etsi utrumque genus aliquoties difficile esse ad discernendum non nego; neque vero tantum equestria munera a plebejis discerni interest, quantum quae primipilarium h. m. missorum fuerint ab iis, quae equestrium honorum petitoribus obvenerint:

1) hanc viam derectam per Atium centurionem restituit jussu Ti. Claudii Caesaris Aug. Germanici Imperatoris Rufellius Severus primipilaris. (Corp. V. 698 prope Tergesten. Mommsen cont.)

2) Suet. Cal. 21: destinaverat imperator Isthmum in Achaja perfodere miseratque jam ad dimetiendum opus primipilarem.

3) T. Aurelio Flaviano p. p. leg. IV Flaviae item praepositus Umbriae et Piceni et Apuliae ..... conjunx marito cum quo vixit annis XX. (Pisauri. Henzen 3175.)

4) Spart. Did. Jul. 5: (Julianus) Nigrum misso primipilario occidi praeceperat.

Haec exempla etsi pauca sunt, tamen satis multa nos docent; milites Romanos ad vias struendas fossasque faciendas saepe adhibitos esse notissimum est; quibus operibus cum centuriones praefici solerent (1), quid est probabilius quam aliquos eorum, qui ex primipilatu missi erant, quia antea ejusmodi operibus cum laude operam dederant, ex aetatis vacatione iterum ad hanc curam minime laboriosam evocatos esse? (1. 2.)

T. Aurelii Flaviani exemplum, cur hoc loco attulerim, ex iis, quae supra dixi, facile intelligetur; equestris quidem an plebeja fuerit praepositi dignitas, vix judicari potest, cum vero lapis sit sepulcralis, primipilarem illum a primipilatu usque ad obitum Umbriae, Piceno, Apuliae praepositum fuisse vel certe hoc tempore nullo alio munere functum esse apparet; qua propter ille inter munerum equestrium petitores non numerandus videtur esse.

Uno denique exemplo (4) primipilares ab imperatoribus ut saepius centuriones ad homines invisos de medio tollendos missos esse discimus; idem primipilaris alio loco (Sever. 5) in „notis ducum interfectoribus“ numeratur. Cognoscimus ex hoc exemplo, quomodo primipilares nonnulli imperatoribus pro magnis beneficiis gratos se praestiterint. (cf. supra.)

2. De primipilaribus munerum equestrium petitoribus.

Venio jam ad alterum primipilarium genus, eorum, qui honore divitiisque ad id tempus partis non contenti, ut altius proveherentur operam dabant[25]). Atque ut eandem partitionis rationem sequar, quam in proximo capite, primum dicam de commodis.

De commodis.

Ambigi potest, utrum magna illa praemia missionis, quae fuisse supra statuimus, his quoque primipilaribus, qui re vera non mittebantur, data sint necne. Mihi quidem ea data esse persuasum est, neque ulla causa magis moveor, quam quod, si negata essent, ut nemo inveniretur, qui altius se provehi cuperet, futurum fuisse credo. Praeterea his ipsis hominibus, qui munera equestria administraturi erant, talis donatio optatissima et ad vitam pro ordinis dignitate agendam fere necessaria erat (cf. infra); denique si tot homines tanta praemia recusavissent, certe, ut videtur, si non omnes, at unus alterque hanc continentiam modestiamque in titulo diserte laudavisset.[26])

---

[25]) Marquardtius l. c. p. 367, 2 hos homines, scilicet antequam petitas militias adepti essent, militiae petitores nominatos fuisse ponit; adolescentes nobiles, qui militias appeterent sive equestres sive centurionicas, ita appellatos esse, negari non potest (cf. Wilm. 1602); centurionum autem permulta stipendia meritorum atque adeo primipilarium hanc appellationem fuisse, nullo modo comprobatur; nam tituli „veteranorum militiae petitorum“ (Gruter 531, 9 et 528, 2) huc nihil attinent, cum centuriones vel primipilares simpliciter „veteranos“ vel „veteranos evccatos“ (Gruter 531. 10) appellatos esse incredibile sit; equidem eos centuriones, quibus consilium erat altius ascendendi, dum ordinem ducebant, a ceteris centurionibus omnino non distinctos esse puto, ut singulari appellatione iis non opus esset; postea autem stipendiis centurionicis absolutis, omnes, qui se altius promoveri volebant, primipilarium ordine ac nomine continebantur.

[26]) Romanos talia gloriari solitos esse, apertissime cognoscitur ex formula, quae passim legitur in tit. honorariis „h. c. i. r.“ honore contentus impensam remisit.

Reliqua primipilarium commoda, ut vacationem a tutela, iis, dum primipilares erant, obtigisse verisimillimum est.

Quae necessitudo fuerit inter hujus generis primipilares et equestrem ordinem dubium esse non potest; scilicet dum primipilares erant, ut supra vidimus, plebejo loco, posteaquam muneribus equestribus praefecti sunt, equestri loco erant; priusquam aliquis ad militias equestres proveheretur, eum extra ordinem equo publico exornatum esse non traditum est; idque cur minime probabile mihi videatur, supra exposui.

De officiis et honoribus primipilarium.

Quomodo imperatores primipilaribus et in republica et in re militari administranda amplius usi sint, hanc gravissimam totius commentationis quaestionem tribus partibus tractare instituí: primum agam de iis primipilaribus, quibus extraordinariae curationes militares mandatae erant; tum de processu eorum ad militias equestres ordinarias; denique de primipilaribus in administratione civili.

A. Curae militares extraordinariae.

Quae in titulis et scriptoribus inveniuntur haec sunt, secundum temporum ordinem perscripta:

1) Tac. ann. II. 11: praefuit equitatui Aemilius e numero primipilarium.

2) ann. XIII. 36 Corbulo Paccio Orfito primipili honore perfuncto curam praesidiorum (i. e. cohortium auxiliarium) mandat. — paruerunt ei igitur praefecti cohortium (c. 36 extr.)

3) hist. I. 31: missus est (a Galba) Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in portu tendentes; praeceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio arcesserent.

4) hist. I. 87: Summa expeditionis Antonio Novello Suedio Clementi primipilaribus, Aemilio Pacensi, cui ademptum a Galba tribunatum reddiderat (Otho), permissa.

5) hist. II. 22: tradidit se .. Caecinae Turullius Cerealis primipilaris.

6) hist. III. 6: Antonio ... comes fuit Arrius Varus ..... infami gratia primum pilum adeptus; sed Primus ac Varus occupata Aquileja proxima quaeque (lacuna statuitur).

7) hist. III. 70: Sabinus .. Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur.

8) hist. IV. 15: signa vexillaque et quod militum in superiorem insulae partem congregantur duce Aquilio primipilari.

9) primipilaris praefuit alae Gaetulorum bello Judaico sub Divo Vespasiano Augusto. (C. I. L. V. 7007. rep. Taurinis a. 1579. ex schedis Scaligeri. cod. Lugdunensis Papenbroek. p. 78.)

10) Plaetorius Celer donis donatus a Divo Trajano bello Parthico p. p. leg. I adj. praepositus numerorum tendentium in Ponto Absaro (Mommsen I. R. N. 1947. Henzen 6749; Abellae).

11) primus pilus leg. VII Aug. praepositus vexillationibus milliariis tribus expeditione Britannica .. donis donatus a Divo Hadriano (exped. Britannica a. 114—117) (Ferentini, Henzen 5456. Wilm. 1620).

12) M. Aquillius ... praef. vexillat. p. p. leg. XI Cl. (idem a. 193 procurator erat operum publ.; (Antii, Kellermann. descr. Wilm. 1275).

13) praepositus vexillat .... primipil. leg. III Aug. Piae Vindicis. (Emeritae; Maffei Mus. Ver. 425. 1. Or. Henz. 3664. legio III Aug. cognomen Piae Vindicis habebat a Septimio Severo imperatore usque ad Maximinum. Henzen ann. del. instit. 1860 p. 62).

Inter haec XIII exempla maximi momenti eorum est series, quae ex Taciti historiis sumpta sunt; cognoscimus enim ex hac copiosissima rerum gestarum narratione multo manifestius quam ex ceterorum temporum contractiore memoria, frequentissime primipilares rebus publicis curandis operam dedisse.

Mandata gravia et honesta accipiunt Amulius Serenus, Domitius Sabinus (3) Antonius Novellus, Suedius Clemens (4); illi enim a Galba, cum extremo periculo circumventus esset, ad Germanicos milites a seditione continendos mittuntur; ad quam rem bene perficiendam quanta auctoritate opus fuerit, optime ex eo cognoscimus quod plane cum eodem mandato ad exercitus Illyrici electos Marius Celsus consul designatus mittitur; hi expeditioni Gallicae a Vitellio praeponuntur (quo loco cave, quae

verbum „immutatus“ sequuntur cum praecedentibus conjungas; lacuna statuenda est).

Ex reliquis quoque locis Taciteis, praecipue qui sub 1. 2. 6. 8 perscripti sunt, primipilares a ducibus exercituum saepe majoribus officiis praepositos esse discimus. Paccius Orfitus (2) et Aquilius (8) ipsis cohortium praefectis imperavisse videntur; quod de Paccio apparet ex verbis (c. 36 extr.): „Corbulo increpitum Paccium (qui curam male gesserat) et praefectos militesque tendere extra vallum jussit; Aquilio autem duce praefectos cohortium, qui castella a Canninefatibus obsessa incenderant, in superiorem insulae partem cum signis vexillis militum reliquiis congregatos esse, non est cur infitiemur.

Ex titulis 10—13 primipilares vexillationibus vel numeris militum praepositos esse comperimus; vexillationes a centurionibus quoque regebantur (C. I. L. III 1980); sed hae vexillationes erant ducenariae, primipilarium miliariae (11); numeros autem tendentes in Ponto Absaro quinque cohortes fuisse discimus ex Arrian. *περιπλ. Π. Εὐξ.* C. 6.[27])

Maxime autem mirari licet, quod saepius aliqui ex ipso primipilatu equitibus praefecti sunt. (1. 9.); nam qui in bello periculoso (9) vel ante ipsam pugnam (1) tales curas acceperunt, ad eas administrandas maxime idoneos visos esse putandum est; simile nobis occurret, ubi de processu primipilarium ad ordinarias militias equestres agetur; sed ibi illud minus offendet, quippe cum sciamus praefecturas nonnunquam magis honores, quam munera fuisse.

De primipilaribus, qui praefecti castrorum vel legionis et duces legionis facti sunt.

14) p. p. praef. castror. leg. III Cyrenaicae. (Pisis. Gori. Etr. 3 p. 154. Orelli. Henz. 3768.)

15) p. p. leg. XXII. praef. leg. XIII (Henzen 3464).

Ad utrumque exemplum permulta similia addi possunt. cf. Wilmanns eph. epigr. I. p. 80 sq.

---

[27]) (*ἤλθομεν*) *εἰς Ἄψαρον ἵνάπερ αἱ πέντε σπεῖραι εἰσὶν ἱδρυμέναι.* — Arrianus a. p. C. 136 propraetore erat Cappadociae.

16) p. p. praepositus classis Misenatium praef. leg. VI Victr. dux leg. proc. ... (Epetii in Dalmatia, in arca marmorea. C. I. L. III. 1919).

17) p. p. leg. II Ital. dux leg. III Ital. dux et praep. leg. III Aug. (Herzendorf in ecclesia rep. Noricum. Mommsen cont.) C. I. L. III. 4855.

Inter illas curas extra ordinem et ex tempore datas interque ordinaria munera militaria officium quoddam quasi positum est, quod neque in unaquaque legione omni tempore exstabat neque certum inter militaria munera locum obtinebat, quod tamen cum primipilarium institutione artissime conjunctum fuisse videtur, praefecturam dico castrorum. Qua de re cum Wilmannsius accurate egerit (l. c.), me paucis exponere satis est, quid sentiam de ratione, quae inter utramque dignitatem intercedit.

Facio cum Wilmannsio, qui imperatoribus in usu fuisse statuit, praefectos castrorum ex primipilarium numero eligere. Paulo confidentius vero quam pro argumentorum gravitate licet, „omnes castrorum praefectos summum centurionatum duxisse" posuit; ipse duo exempla praefectorum equestri loco ortorum affert, neque scio, cur non etiam ex aliis centurionum gradibus aliquos ad hanc dignitatem promotos esse credamus. (cf. C. I. L. III. 3427: praefectus legionis ex trecenario.) Sed sine dubio plerique eorum primum pilum duxerant.

Wilmannsius praefectos castrorum dignitate equestri fuisse putat; argumentis utitur paucis titulis, quibus dona militaria majora et sacerdotia equestria eos accepisse narratur: sed hastas puras et vexilla nonnunquam vel milites[28]) et centuriones[29]) acceperunt, duobus autem illis sacerdotiis equestribus non tantum tribuendum vel certe de toto ordine nihil ex iis argumentandum erat, cum, ut ex primipilarium exemplo videmus,

[28]) Rufus Helvius gregarius miles donatus est torquibus et hasta (Tac. ann. III. 21).

[29]) 7 leg. XX ... ex CCC (trecenario) .. principi castrorum eq. p. exorn. et donis donato ab imperatt. Severo et Antonino Augg. ..... hasta pura corona aurea (Henzen 3457 = I. R. N. 4551) cf. Henzen 6771. „trecenarius .. hasta pura ... primipilari. Henz. 3488.

etiam hominibus plebejis optimeque meritis honores equestres dati sint. Omnibus autem iis, quae Wilmannsius de praefectorum castrorum spe et curis castrensibus exponit, certissime comprobari videtur, praefectos castrorum ut primipilares summum gradum ordinis plebeji non excessisse.

Sub finem saeculi secundi cum praefectorum auctoritas ac potestas augeretur, ita ut ex curatoribus castrorum legionis praefecti fierent, etiam spem primipilarium magnopere crevisse putandum est; nam illi quoque ex primipilarium numero videntur profecti esse.[30])

Similis atque etiam major honor fuisse videtur ducis legionis; duces — legionis vel exercitus — ii nominabantur, quibus major cura, quam pro gradus dignitate solebat, extra ordinem commissa erat[31]); ita legati legionum exercitibus praepositi vel homines, qui a centurionatu profecti legionem ducebant, „duces" nominabantur. Duo autem habemus exempla primipilarium, qui ad hanc dignitatem nullo alio munere interjecto promoti sunt (16. 17), quorum dignitas eo major habenda est, cum legiones, quibus praeerant, singulae in provinciis castra haberent, ita ut duces simul provinciam regerent.

Omnes illae curae supra enumeratae (1—17) exceptis paucis castrorum praefecturis, ab ipsis primipilaribus nullo alio munere interjecto administratae sunt. Quam ob rem recte de primipilarium curis extraordinariis dici potuit. Omnia vero haec officia extraordinaria inde ab iis, quae Tiberio imperante administrata sunt, usque ad praefecti vel ducis legionis dignitatem valde honesta et equestribus militiis ordinariis non minora erant; omniaque cum ordinariis militiis et dignitatum et munerum aequitate tam arte conjuncta erant, ut sine dubio facile aliquis ex alteris ad altera transire posset; propterea cur ab iis, quae supra enumeravi, sejunxerim, apparebit. De castrorum praefectis posteaquam multum dubitavi, quo loco eos insererem, singulari eorum extra communem cursum honorum

[30]) Wilm. l. c. rationem artissimam inter p. p. II (v. infra) et praefectos legionis recte statuisse videtur, quamquam ut infra videbimus p. p. II etiam saepius continuo ad procuraturam evecti sunt.

[31]) Mommsen in appendice ad Sallet: Fürsten von Palmyra.

condicione, ut curis extraordinariis, eximia in castris potestate, ut equestribus muneribus adjungerem, adductus sum.

B. De processu primipilarium ad militas equestres ordinarias.

I. militiae provinciales.

1) Rutilius C. F. Aem. (pri)m. pil. leg. VI Prae. coh. tr. mil. praef. equit. praef. fabr. II vir. (I. R. N. 4338. prope Aquinum rep. 1841).

2) primipilaris p(raef. cohortis) tribunus militum, praef. fabrum. (C. I. L. V. 6969. Taurinis.)

3) primo pilo praef. cohort. praef. fabr. pontif. (Brixiae; lapis non exstat. C. I. L. V. 4373.)

4) pr(imipilo) leg. IIII Scythicae trib. coh. (I. R. N. 2866).

5) prim. pil. trib. milit. praef. castror. (Troade Mysiae. Newton descr. C. I. L. III. 381).

6) prim. pil. leg. VI praef. equit. IIII vir. (Veronae Momms. cont. C. I. L. V. 3366).

Ex titulis s. s. 1—3 comperimus, primipilares, qui ad militias equestres provenerant, aut tribus militiis rite defunctos esse aut duabus aut denique infimo gradu „praefecti cohortis" contentos fuisse. Quod omnes postea praefecturam fabrum accipiunt, ad hanc quaestionem non pertinet; pauci autem fuisse videntur, qui tali progrediendi modo uterentur, cum praeter tres illos titulos supra scriptos duos similes habeam, quos afferam, Wilm. 1249. I. R. N. 4636, quorum in priorem „primipilaris" nota supplendo a Borghesio illata est.

Quae sequuntur tria exempla (4—6) singulare quiddam nos docent; comprobant enim primipilares non semper ab infimo gradu incepisse, sed aliquoties statim in secundum „tribuni cohortis vel legionis" vel etiam in primum locum „praefecti equitum" [32]) evectos esse; neque id ita raro factum esse videtur, quin etiam saepius, quam ut ab infimo inciperent; primipilarium enim, qui cohortem sociorum ducendam acceperunt, quinque

---

[32]) de primipilaribus equitum numeris praefectis supra copiosius expositum est.

exempla (praeter titulos 1—3 Wilm. 1249. I. R. N. 4636), qui hac praefectura praetermissa statim ad superiora munera pervenerunt, septem habemus exempla. (praeter titulos s. s. 4—6 I. R. N. 1992. 4498. C. I. L. V. 533. I. R. N. 3619.) Quod eo mirabilius est, cum in reliquorum hominum equestrium processu tam constanter certus honorum ordo „praef. coh., trib. milit. coh. vel. leg., praef. alae" observatus sit, ut perpauci tituli inveniantur, qui unum eorum honorum omittunt.

Equidem hac ex re nescio, an primipili primipilarisve dignitatem, quam cohortis praefecti pluris habitam esse concludam; certe tamen quod Marquardtius II. p. 459 posuit: praefectum cohortis veterem esse primumpilum legionis stipendiis centurionicis emeritis i. e. primipilarem, supra dictis refellisse mihi videor; praefectura cohortis auxiliariae infima est militiarum equestrium neque ad primipilatum magis pertinet, quam reliqua munera equestria.

II. Militiae urbanae.

1) primipilari leg VIII Aug. tribuno coh. II Vigilum tribuno coh. XIII urban. tribun. coh. XII praetor. etc. (Augustae Taurinorum. Maffei. Mus. Veron. 218, 2. Or. Henz. 3568, Wilm. 1616).

2—10) idem militiarum ordo invenitur: C. I. L. V. 930, 7003, 534, 867. VI. 1626. 1636. Wilm. 638. Orelli 3100 = Wilm. 1629. Or. Henz. 3568.

11) prim. pil. leg. XIV Gem. trib. milit. cohort. XI. urb. trib. milit. coh. III praet. praef. fabr. II vir. Venafri. descr. Mommsen. I. R. Neap. 4641.

12) C. I. L. VI. 1627 eundem cursum honorum exhibet ut 10.

13) p. p. bis trib. coh. VIIII praet. procurator (Novariae reg. XI transpadanae) a Mommseno conlatus; C. I. L. V. 6513).

14) T. Desticius Severus p. p. leg. X Gem. sub. praef. vigil. (C. I. L. V. 8660. Concordiae recogn. Momms.).

Titulos s. s. inspicientibus primum apparebit, provectionem illam extraordinariam, ita ut inferioria munera omitterentur, in militiis urbanis rariorem fuisse quam in provincialibus; decem enim ex quattuordecim titulis, quos de hac re habemus,

tres illos honores „tribuni coh. vigilum, coh. urbanae, coh. praetoriae“ afferunt, bis primipilarem continuo ad tribunatum coh. urbanae (11. 12), semel ad tribunatum coh: praetoriae (13), semel ad subpraefecturam vigilum (14) promotum videmus esse.

Numerus autem eorum, qui in Urbe militiis equestribus operam dabant, major fuisse videtur, quam qui in provinciis, quantum ex titulorum quidem numero concludi potest; propterea inter XXI tribunos, qui cohortibus praetoriis, urbanis, vigilum praeeerant, plerumque nonnullos fuisse putandum est, qui antea stipendiis centurionicis functi erant.

Qua in re id potissimum mirari licet, quod veteribus legionum centurionibus, qui per multos annos in provinciis versati summa hominum ac locorum cognitione finitimorumque barbarorum peritia praediti erant, minus officia provincialia quam urbana commissa sunt[33]; cujus rei nullam aliam invenio causam, nisi ut militibus illis diu et optime meritis, quos plerosque etîam equestri loco ortos esse verisimile est[34]), post longam castrorum solitudinem[35]) Urbis gaudia ac delicias tandem revisendi occasio daretur.

Qui militiis equestribus urbanis praeerant, multo majorem spem habebant ad summos honores equestres progrediendi, quam qui provincialibus; tamen primipilares ad summos illos gradus praefectorum praetorio, Urbi, Aegypti, vigilum perraro pervenisse, potius ex summo tribunatu missi esse videntur; nam in ingenti virorum clarorum numero, quorum nomina ac facta memoriae prodita sunt, paucos invenies, qui ex centurionatu „magna ad fastigia rerum“ provecti sunt; quorum exempla cum a Marquardtio (l. c. p. 365, 10) diligenter collecta sint, non habeo quae addam; in titulum enim T. Haterii „primipilus“ nota a Borghesio supplemento non prorsus certo illata est.

---

[33]) contraria ratio in procuraturis assignandis observabatur v. infra.

[34]) cf. infra.

[35]) Castra stativa plerumque ab amplioribus urbibus remota fuisse Mommsenus comprobavit („die römischen Lagerstädte“ Hermes VII p. 301 fg.).

III. Militiae navales.

1) M. Calpurnio Senecae . . . praef. classis Misenensis praef. classis praetoriae Ravennatis . . proc. . . . p. p. leg. I Adjutricis. (Hispali Sevilla Huebnerus descr. C. I. L. II. 1178).

2) M. Aquilio Felici . . . praef. cl. Pr. Ravennat. proc. (quater.) praep. vexillat. p. p. leg. XI Cl. (Antii. Kellerm. descr. Wilm. 1275).

3) Sex. Aulieno . . . primopil. II tr. mil. praef. levis armat. praef. castr. imp. Caes. Aug. et Ti. Caesaris Augusti praef. classis praef. fabr. etc. (Venafri Henz. 3426.)

Cognoscimus ex exemplis s. s., primipilares nonnunquam ad summum gradum militiarum navalium promotos esse; neque magis mirar licet, quod ipsi primipilares tales curas susceperunt, quam quod omnino summa rei navalis exercitus pedestris ductoribus credebatur (cf. Marq. l. c. p. 495).[36]

C. De primipilarium in republica administranda occupatione.

1) Olenniu se primipilaribus regendis Frisiis impositus: Tac. ann. IV. 72.

2) Sex Pedius prim. pil. leg. XXI praef. Raetis Vindelicis, Vall(is) Poeninae praef. Germanici Caesaris. (in pariete ecclesiae D. Donati pagi S. Valentini; Mommsen I.R. N. 5330. Henz. 6939).

3) C. Baebius primopil. leg. V Macedonic. praef. civitatium Moesiae et Treballiae praef. civitatium in Alpibus maritumis trib. mil. coh. VIII Pr. primo pil. iterum procurator Ti. Claudii Caesaris Germanici in Norico (rep. prope Julium Carnicum, nunc in Museo civitatis Cividale. Henzen 6938).

---

4) Desticio .. Severo p. p. leg. X Gem. subpraef. vigil. proc. Aug. prov. Daciae superior. proc. provinc. Cappadociae item,

[36]) In duobus titulis: J. R. N. 2651. Wilm. 1689 „primipilares praepositi reliquationis classis" occurrunt; ex ordine autem honorum, quos titulus Wilm. 1689 exhibet: praef. leg. III Cyren. p. p. leq. XX. praepositus reliquationi classis" apparet, praepositi reliquationis munus a centurionibus ante primipilatum administratum esse; praepositos reliquationis, quos Marq. p. 496 „Vorsteher des Flottendepots" fuisse ponit, potius curatores fuisse follium, quibus pecunia militum navalium servabatur, Mommsenus benigne me docuit (de follibus cf. Marq. II p. 543).

ponti mediterranei et Armeniae minoris et Lycaoniae, procuratori Raetiae flamini Divi Hadriani (Concordiae. recogn. Momms. C. I. L. V. 8660).

5) M. Calpurnio Senecae praef. classis ... proc. provinciae Lusitaniae et Vettoniae p. p. leg. I adjutr. (C. I. L. II. 1178 Wilm. 1696: aevi optimi Antoniniani).

6) M. Aquilius .. acensus equit. Rom. praef. classis Praet. Raven. proc. patrim. priv. proc. oper. publ. p. p. leg. (Antii; Kellerm. descr. Wilm. 1275; procurator oper. publ. a. 193).

7) L. Cammius Secundinus p. p. praef. leg. X proc. Aug. (Firmi. Muratori 705, 6. Or. 3157. Wilm. 1638; tertio saeculo tribuendus est titulus propter praefectum legionis (cf. Henzen ann. del. Inst. 1860 p. 62).

8) .... p. p. praef. leg. (proc. prov. Gallia)rum Lug. et Aqu. proc. prolegato pro(vinciae) (in aedibus publicis Reatinis vid. Mommsen. Henz. 6933).

9) C. Titius proc. prov. primipil. leg. III. Aug. Piae Vindicis (Emeritae. C. I. L. II. 484) propter cognomen legionis Piae Vindicis titulum post Septimium Severum scriptum esse constat. cf. supra.

10) D. M. L. Comini .... p. p. bis procuratori M. Antonini Aug. praef. leg. II Trajanae fortis CC trib. chor. etc. (Tibure Orelli 3444 cf. infra).

11) L. Mussio Aemiliano IIII milit. v. e. praef. vehicul. trium. prov. Gall. Lugd. et Aquitaniae ad S—S LX proc. Alex. Pelusi p. praet ad S—S C etc. (Romae. Orelli 3178 de illis „IIII militiae“ sive „a quattuor militiis“ v. Marq. II 366 et infra.)

Titulos ex ordine chronologico perscriptos si perlustramus, primipilarium in administratione publica condicionem sub imperatoribus gentis Iuliae diversam fuisse atque inferioribus aetatibus cognoscimus. Ac primum quidem quae de vetustioribus illis temporibus, ad quae loci s. s. 1—3 spectant, dicenda sunt, paucis exponam.

Inter locos s. s. 1 — 3 alter praeter ceteros memorabilis esse videtur; docet enim Raetiam et Vindeliciam et Vallem Poeninam, quae postea ab uno procuratore, inde a M. Aurelio a

legato Augusti pro praetore regebantur[37]), Augusti aetate per praefectum eumque primipilarem administratas esse; scilicet nondum in provinciae formam redactae erant illae regiones.

Aliter res sese habet in titulo 3; Moesia jam sub finem imperii Augusti provincia facta erat[38]). Baebius ille, qui iterato primipilatu procurator Ti. Claudii Caesaris Germanici fiebat, sub Tiberio praefectus fuisse videtur in Moesia: neque tamen ipsi provinciae Moesiae praeerat, sed civitatibus, quae intra fines provinciae liberae vel stipendiariae relictae erant.

Similis cura fuisse videtur Olennii primipilaris regendis Frisiis impositi (1); hujus enim regimen nihil aliud erat, quam cura coria boum a Frisiis exigendi, quod unicum erat tributum eorum; praeterea fortasse „civium sociorumque manum, quae litora Oceani praesidebut", regebat (cf. Tac. l. c. s. fin. cap.).

Titulorum 4—11 ille, qui sub 10 perscriptus est, suam aetatem non indicat, omnes reliqui Hadriani tempore recentiores sunt; omnes autem procuraturas primipilarium afferunt; unde colligendum videtur esse, primipilares ante Antoninorum aetatem perraro vel nunquam, inde ab hac aetate saepius ad procuratorum dignitatem pervenisse.[39]) Plerumque autem in provinciis functi videntur esse procuraturis; legimus eos ditissimis provinciis praepositos fuisse, ut Galliae Lugdunensi (8. 10) et Cappadociae (4), quarum utraque ducenaria erat; plerisque

[37]) Marq. I p. 134.

[38]) cf. Marq. I p. 147.

[39]) Hirschfeld, Roem. Staatsverwaltung p. 241 immutatam esse hoc tempore rationem, quae intercederet inter procuraturas et militias equestres recte cognovit; duobus primis enim p. Chr. saeculis homines equestres postquam per breve tempus praefecturas vel tribunatus apud militias provinciales gesserunt, procuraturis ornari solitos esse in iisque plurimum aetatis degisse, ita ut militiis quasi proluderetur procuraturae, quod proprium fuit ordinis equestris officium; inferioribus aetatibus militias equestres auctas esse addita praefectura legionis, quae veteribus primipilaribus committi solebat; hisque „primipilaribus praefectis legionis" post diuturna stipendia et quasi pro praemio procuraturas datas esse; tamen dissentio ab Hirschfeldio quod Septimii Severi aetate hoc factum esse ponit, cum t. t. s. s. 4—6 ad Hadriani aevum redeant; praeterea v. d. plane neglexit, quod haud raro etiam optima aetate iteratus primipilatus gradus erat ad procuraturam (cf. proximo capite).

quidem centenariae, uni (11) sexagenaria obtingebat; procuratores quoque vice praesidis fiebant, velut Desticius Severus (4) vel procuratores pro legato (8).

In administratione urbana soli M. Aquilius (6) et L. Cominius (10) occupati erant, uterque trecenaria dignitate ornatus, alter acensus equit. Roman., alter procurator Aug. a rationibus.

Qua in re miramur, quod in procuraturis assignandis contraria ratione usi sunt imperatores atque in militiis equestribus; nam cum militiis magis urbanis operam dedisse videantur primipilares quam provincialibus (cf. supra), civilia illa munera magis in provinciis gerebant; et si illius rei, nescio an recte, eam causam statuimus, ut veteribus et optime meritis militibus occasio redderetur post longam solitudinem castrensem Urbem ludosque denuo revisendi, contraria ratio, quae quidem in procuraturis dandis observabatur, ad causas magis consentaneas referenda videtur esse; nam ex pristino genere vitae primipilares sine dubio magis idonei fiebant ad curas provinciales quam ad urbanas agendas; in provinciis enim fiebant aut ipsi praesides (4. 8) aut adjutores praesidum, qui rationes provinciales curabant et vectigalia tributaque, quae ad fiscum redibant, exigebant et administrabant[40]); optime igitur ad has curas provinciales summam hominum ac locorum peritiam diuturnis militiis partam conferre potuerunt, cum in Urbe fere scribarum vel ratiocinatorum munere fungerentur. Praeterea ea ratio, qua adducti imperatores primipilaribus militias equestres urbanas dedisse videntur, in procuraturis assignandis minus valebat; nam cum praefecti tribunique castris continerentur, procuratores in nobilissimis provinciarum urbibus vitam agebant, ubi ludi omnesque delectationes florebant.

Inter primipilaris dignitatem et procuraturam plerumque militiae equestres nonnullae vel praefectura legionis interjectae sunt; bis hunc honorem illam dignitatem continuo secutum esse legimus. Quapropter cum procuratura minime pro usitato primipilaris praemio habenda sit, tamen qui ordines usque ad primum pilum honeste percurrerant, cum quidem postea non-

---

[40]) de procuraturis cf. Hirschfeld „die procurator. Carriere“, Roem. Staatsverwaltung p. 241 et Marq. I 414.

nullas militias equestres vel praefecturam legionis gessissent, inde ab Antoninorum aetate in procuraturis accipiendis ceteris antepositi esse videntur.

3. De iteratione primipilatus.

Tituli qui de hac re exstant, quantum fieri potuit, secundum ordinem chronologicum compositi sunt; tamen disjunxi exempla „primipilorum bis" ab exemplis „primipilorum iterum"; cur ita fecerim infra copiosius exponam.

A. 1) Sex. Aulieno . . . primo pil. II tr. mil. praef. levis armaturae praef. castr. imp. Caesar. Aug. et Ti Caesaris Augusti praef. classis praef. fabrum. (Venafri Henzen 3426.)

2) Q. Petronius Modestus p. p. bis leg. XII fulm. et leg. I Adjutr. trib. mil. coh. vig. . . urb. . . praet. proc. Divi Nervae et imp. Caes. Nervae Trajani Aug. Germanici provinc. (hi) spaniae citer. Asturiae et Gallaeciarum. (Tergeste. descr. Mommsen, C. I. L. V. 534. Wilm. 1247.)

3) C. Valerius . . flamen divorum Vespasiani Trajani Hadriani p. p. bis trib. coh. VIIII pr. proc. Aug. provinciae Britanniae. (Novariae; Momms. contulit. C. I. L. V. 6513.)

4) D. M. L. Conini . . Maximi . . p. p. bis procuratori M. Antonini Aug. praef. leg. . . . . C. C. trib. chor. Pr. . . urb. vig. centurio chortis pr. . . urb. . . vig. . . evocato . . beneficiario. (Tibure; Henzen 3444.)

5) Bassaeo M. F. S. . . Rufo pr. pr. imperatorum M. Aureli Antonini et L. Aureli Veri et L. Aureli Commodi Augg. consularibus ornamentis honorato . . . praef. Aegypti praef. . . . . proc. a rationibus proc. Belgicae etc. etc. trib. coh. . . . . p. p. bis (Romae in vinea extra portam Collatinam; Wilm. 638 de Bassaeo Rufo cf. Dio epit. 71. 5.)

6) L. Petroni Sabini p. p. bis procurator. Augg. rationis hereditatium item provinciae Narbonens. (Anconae Wilm. 1265.)

7) Cn. Pompejo Homullo p. p. bis leg. II Aug. et leg. X fret. trib. coh. . . . . . donis donatus . . proc. Augusti prov. Britanniae proc. Aug. provinc. duarum Lugud. et Aquit. proc. Aug. a rationibus. (Romae in aedd. Barberinis. — descr. Mommsen. et Huebner. Wilm. 1274.

8) Paulo Aemilio primipilo bis praefecto equitum tribuno chort. IIII praetor. (I. R. N. 3619.)

tituli 7 et 8 incertae sunt aetatis.)

B. 9) primipilus iterum leg. XVI Ga. proc. Ti. Claudi Caesaris Au. (rep. Miseni. I. R. N. 2866).

10) C. Baebius P. F. .. primopil. iterum procurator Ti. Claudi Caesaris Germanici in Norico (rep. prope Iulium Carnicum. Henz. 6938).

11) T. Pontius Sabinus primipilus leg. III Aug. praepositus etc. donis donatus a Divo Trajano ... p. p. II proc. provinciae Narbon. IV vir j. d. etc. (Ferentini. Henzen 5456. Wilm. 1620.)

12) P. Vibi Mariani proc. et praesidi prov. Sardiniae p. p. bis trib. .. praef. leg. .. p. p. leg. III Gall. 7 fr. (exstat adh. loco antiquo ad Viam Cassiam quinto fere lapide. descr. Huebner. C. I. L. VI 1636).

13) L. Cirpinio T. f. Vel. pri. pil. iter. praef. leg. XXII (Maceratae. Orelli 3423.)

14) Ti. Claudio Secundino .. p. p. leg. IIII f. f. trib. coh. prim. vig. urb. pr. p. p. iterum praef. leg. II Traj. f. proc. XX her. proc. provinc. Lugdunens. et Aquitanicae. a rationibus Aug. (Aquilejae. Momms. cont. C. I. L. V. 867. Wilm. 1627).

Iam, quid fuerit primipilatus iteratus, quoque consilio institutus sit, titulis s. s. diligentius pertractandis cognoscere conemur.

Ac primum quidem utrum „p. p. bis (II)" (titt. 1—8) et „p. p. iterum" (9—14) duo fuerint ejusdem rei nomina an vere duae resita significatae sint in disceptationem vocari potest. Primipilus iterum quis fuerit, inspectis titulis dubitari non potest. Apparet enim eos tales fuisse homines, qui ex equestri ad primipili vel primipilaris dignitatem descenderant; „primipilos bis" vero nemo negabit et eos nominari licuisse, qui duos primipilatus continuos gessissent et eos qui compluribus aliis militiis interjectis ad primipilatum rediissent[41]), ita quidem, ut

[41]) Similiter ac consules, imperatores etc. II. III non solum ii nominantur, qui duos, tres continuos consulatus etc. gesserunt, sed qui omnino bis, ter consules fuerunt.

in curriculo honorum haec nota eo loco poneretur, ubi primus primipilatus locum suum habebat. Ac cum certa exempla exstent hominum, qui duos deinceps primipilatus gesserunt (v. infra) duo primipilorum II genera fuisse statuendum esse videtur, quorum utrique duos primipilatus gesserunt, sed alteri duos inter se excipientes, alteri majore temporis spatio aliisque muneribus interpositis.[42])

Posteriori generi cum exempla ss. 9—14 adnumeranda esse appareat, de prioribus titulis cui numero quidque addatur incertum est; certe tamen unus L. Petronius Sabinus (6) ex altero primipilatu continuo ad alterum transiit, neque minus certe id de Sex. Aulieno (1) dixeris, qui quidem progrediendi modo ab omnibus reliquis valde distat; atque equidem persuasum habeo, ex reliquis quoque p. p. bis, quorum memoria exstat, unum alterumque ad hunc numerum accedere.

De his „primipilis bis“ pauca addenda sunt; habent enim similitudinis aliquantum cum tribunis militum II. III. IV, qui in titulis reipublicae liberae saepe, imperatorum aetate certe aliquoties inveniuntur[43]); quamquam id discriminis intercedit, quod, cum tribunatus militum magistratus esset annuus, primipilatus ut omnes centurionum gradus per incertum temporis spatium administrabatur; unde efficitur, tribunos militum bis, ter etc. eos fuisse, qui per duos, tres etc. annos tribunatu fungebantur, primipilos bis, qui in duabus deinceps legionibus primum ordinem ducebant.

Quo consilio haec iteratio primipilatus instituta sit, minime nos fallet, cum cogitaverimus quibus artibus imperatores vel gregarios milites ultra tempus constitutum sub signis retinere studuerint; quanto magis eorum interesse debebat, primipilos, homines probatissimos, antequam cum ingenti praemio mitterentur, quam diutissime stipendia mereri.

Ex iis quae supra exposuimus elucere videtur, ad primipi-

---

[42]) ne duae illae dignitates, id quod propter similitudinem facile fieri potest, confundantur, alteram „p. p. bis“ alteram „p. p. iterum“ appellare placet, quamquam ut supra vidimus „p. p. bis“ appellatio de utroque genere usurpari potest.

[43]) Orelli 539. 554. 2254. 3138. 3964.

larium dignitatem hanc iterationem nihil attinere; scilicet non haec sed centurionis primipili munus iterabatur.

Quae commoda primipilatum duplicem secuta sint, ex duobus illis titulis, quos necessario huc referendos esse supra demonstravimus, dilucide cognosci non potest[44]); tantum vero ex titulis s. s. cognoscimus, nullum unquam „primipilum bis" non ad majores honores aut rei militaris aut reipublicae administrandae evectum esse.

Alterum primipilorum II genus, quos p. p. iterum cum titulis appellabo, tales fuisse homines apparet, qui ex splendidiore dignitate equestri ad primipilatum rediissent. Qua in re difficillime dijudicatur, qua ratione adducti sint ii, qui equestribus militiis jam praefuerant, ut stipendiis legionariis denuo operam darent.

Mommsenus[45]) opinatur, eos privilegiis quibusdam, quibus milites ex primo pilo honeste dimissi usi essent quaeque non competivissent dimisso ex tribunatu vel praefectura, commotos priusquam a milita abirent primipilatum alterum accepisse, ita ut in numeros quidem non referrentur, sed statim ex hoc gradu dimitterentur.

Sed quae erant ea privilegia, quae primipilis, cum mittebantur, vel primipilaribus obtingebant et quae „primipilis iterum" data esse putemus? Una nobis nota est „vacatio a tutela"[46]); sed etiam si compluria alia fuisse putamus, ea non diutius iis patebant, quam dum primipilares erant; videbimus autem, omnes p. p. iterum ad majores honores evectos esse; propterea his privilegiis non moveri poterant, ut primipilatum alterum susciperent. Procuraturas, quas primipili iterum semper accipiebant, primipilares qui uno primopilatu functi erant, ante Antoninorum aetatem nunquam accepisse vidimus; quocirca eae nullo pacto inter privilegia primipilorum vel primipilarium numerari possunt. Praemia denique quae in honesta missione primipilis dabantur et quae ingentia fuisse vidimus, forsitan quispiam causam fuisse suspicetur, cur illi homines alterum primipilatum

---

[44]) propterea copiosius de hac re infra agetur una cum „primipilorum iterum" processu.

[45]) ad C. I. L. V 867.

[46]) cf. supra de commodis.

susciperent; tamen utrum primipilis iterum ea bis data an iis qui supra primipilatum sese evehi vellent in primo primipilatu omnino non data esse putemus?

Utrumque mihi negandum esse videtur et alia ratio statuenda, cur primipilatum illi iteraverint; ad quam rationem probe intellegendam alterum illud, quod Mommsenus posuit, primipilos iterum non in numeros relatos, sed statim ex hoc gradu dimissos esse, paulo accuratius inquirendum videtur.

Mommsenus quattuor affert titulos, C. I. L. V. 867. Orelli 74. Henzen 5456. 6938, qui omnes legionem primipilatus iterati omittunt, cum prioris enuntient; fugit eum „primipilus iterum leg. XVI Ga. (9). Complures autem tituli inveniuntur, qui cum in reliquis muneribus militaribus legionem nominent, in primipilatu omittant[47]); accedit, quod ut mihi quidem persuasum est, in duobus titulis s. s. (13. 14) eae legiones, quarum praefecti ex primipilaribus facti erant, etiam „ad p. p. iterum" supplendae sunt.[48])

Quam ob rem hos titulos paulo negligentius conceptos esse suspicari licet nec Mommseno assentiendum videtur, qui primipilos iterum honorarios tantum fuisse censet. Immo eos stipendia legionaria denuo suscepisse, imperatores autem eo consilio hoc instituisse verisimile est, ut legionibus peritissimi et multitudine stipendiorum exercitatissimi ductores redderentur; quod nescio an praecipue factum sit in legionibus, quarum centuriones pacis diuturnitate vel quavis alia causa depravati erant, ita ut primipilo iterum difficillimum quidem, sed honestissimum officium centurionum ordinis quasi recreandi obtingeret. Certe equidem ne Mommseni quidem auctoritate adducor, talem institutionem vanae speciei causa conditam esse. Quid enim primipilatum honorarium fuisse putemus?

Officium aliquod idque molestum non honorem solum cum iterato primipilatu conjunctum fuisse, praecipue amplitudine commodorum, quae eum sequebantur, comprobatur; haec commoda cum non ea essent, quae simplicibus primipilaribus dari solebant (v. supra) restat, ut accuratius quaeramus, qualia ea fuerint.

---

[47]) C. I. L. II. 4461. 4463. Henzen 6853.

[48]) de ratione quae inter primipilatum iteratum et praefecturam leg. intercesserit, v. infra.

Ad quam quaestionem instituendam, quoniam ut vidimus de majore parte titulorum s. s. pro certo proponi non potest, ad utrum genus iterationis referendi sint, neque tamen magnum discrimen inter utrumque genus in hac re fuisse videatur, omnes titulos s. s. 1—14 conferre licet.

Ex quattuor decem primipilaribus bis vel iterum, exceptis tribus Sex Aulieno (1) Paulo Aemilio (8) L. Cirpinio (13) omnes procuraturam acceperunt; ex tribus illis Paulus Aemilius et Cirpinius an altius provecti sint nescimus, cum tituli non sepulcrales, sed honorarii et vivis positi esse videantur; tertius Aulieni antiquissimus est omnium, Augusti et Tiberii temporibus tribuendus; hujus provectio cum a reliquis prorsus differat, iteratus primipilatus eo tempore nondum tam firmiter quam postea constitutus fuisse neque certum locum in honorum militarium ordine jam obtinuisse videtur. Sub Claudio vero eam iis commodis quibus postea floruit, ornatam esse concludere licet ex titulis 8 et 10.

Nonnunquam secundum primipilatum praefectura legionis proxime sequitur (13. 14 fortasse etiam 4), neque quidquam probabilius est, quam eos, qui sua sponte ad primipilatum legionis redierant, ad praefecturam ejusdem legionis promotos esse. Tamen multo saepius procuratura statim primipilis iterum data videtur esse (9—12).[49])

Procuraturas p. p. iterum acceperunt valde quaestuosas; in undecim titulis (2—7, 9—12, 14) septemdecim procuraturae insunt, quarum decem provinciales, quinque urbanae sunt, de duobus non liquet (4. 9). Provincialium sex sunt ducenariae: Lugdunensis et Aquitaniae (7. 14), Belgicae (5), Britanniae (3. 7), Sardiniae (12); reliquae sunt centenariae.[50]) In officiorum urbanorum numero ter summam procuraturam „a rationibus“, quae trecenaria fuit, invenimus (7. 14).

---

[49]) Wilm. eph. epigr. I p. 101 primipilatum proxime ante praefecturam legionis iteratum argumentum esse judicat, quam arte praefectura primipilaritati juncta fuerit.

[50]) De procuratorum gradibus cf. Hirschfeld, l. c. p. 241. Procurator Sardiniae, qui simul provinciae praeerat, procuratoribus maximarum provinciarum par aestimandus est. (Cf. Hirschfeld; de Sardinia, provincia procuratoria cf. Marq. I p. 48.)

Quae cum ita sint, satis elucere videtur, qua ratione commoti homines equestribus militiis functi ad primipilatum redierint; spe procuraturarum capiebantur, quae „primipilis iterum“ multo certior erat, quam praefectis aut tribunis; neque minus elucet, quibus causis ut tribunis praefectisve denuo primipilatum adsignarent, adducti sint imperatores, quippe quorum ut ipsi optimi atque peritissimi homines in centurionatu, quod verum erat robur exercitus, quam longissime retinerentur, non minus interesset, quam ut fortissimus quisque optimum ac quod virtuti par esset praemium acciperet.

Haec fere habui, quae de primipilarium institutione dicenda esse viderentur; jam ea quae supra copiosius exposita sunt et argumentis confirmata, paucis verbis comprehendere placet.

Ab Augusto institutum est, ut ii qui stipendiis ad summum centurionatum honeste perfuncti erant, egregio primipilarium ordine continerentur. Erant autem in hoc ordine duo genera hominum, alterum eorum, qui contenti essent honore parto et instanti senectuti vacationem pararent, alterum eorum, qui imperatoribus ad quodvis officium explendum paratos se praeberent; hi quasi in cohortem congregati imperatorem vel duces exercituum quoquoversus comitati videntur esse, ut quocunque tempore opus foret, praesto essent.

Ingens praemium missionis omnibus datum videtur esse, qui primipilares fiebant, non solum iis qui vere dimittebantur; quo fiebat, ut primipilarium fortuna a poetis et historicis eximie laudaretur. Aliis quoque privilegiis eum ordinem ornatum fuisse verisimile est, quamquam nobis nihil aliud notum est, quam vacatio a tutela. Neque vero libera erat primipilaribus res praemiis parta; immo imperatores, a quibus acceperant, potestatem quandam ejus vindicaverunt.

Primipilarium ordo vere plebejus habendus est, quamquam censu equestri erat; ac si nonnunquam centuriones equo publico ornabantur, primipilari id contigisse traditum non est. Filii vero primipilarium equo publico videntur meruisse.

Qui de re militari decesserant, in municipiis ubi domicilium collocaverant, summa auctoritate florebant, et in omni munici-

palis administrationis genere versabantur; ac quod ipsa hujus institutionis natura ferre videtur, saepius ab imperatoribus praefecti vel curatores municipiorum creabantur. Tamen hi quoque nonnunquam minoribus muneribus publicis extra ordinem praeponebantur, vel sicut saepius centuriones, ab imperatoribus mittebantur, ut homines invisos interficerent.

Primipilarium, qui equestres honores recusarent, majorem fuisse numerum censeo quam eorum qui eos appeterent, quamquam tituli de his plura afferunt.

Eorum qui, ut altius eveherentur, imperatorem vel duces exercitus sequebantur, multis extraordinariae curae committebantur, quae omnes militiis equestribus dignitate fere pares erant.

Frequentissime autem castrorum praefectura ab iis gerebatur, ex qua cura, quamquam initio aeque plebeja ac primipilaris dignitas fuit, inferiore aetate praefectura legionis profecta est. Neque vero parva fuisse videtur eorum copia, qui in militiis ordinariis proveherentur; atque in urbanis quidem militiis plures inveniuntur, quam in provincialibus; nec non in re navali aliquotiens veteres centuriones versabantur.

Cum igitur in omnibus militiarum gradibus haud pauci primipilares occurrant in republica administranda rariores inveniuntur. Ad procuraturas post Hadriani demum aetatem pervenire coeperunt, ac ne tum quidem ex ipso primipilatu sed aliis muneribus interjectis; fere omnes procuraturas autem in provinciis gesserunt.

Si commoda emeritorum primipilorum erant magna, majora sequebantur iteratum primipilatum. Ac fuerunt et qui duos deinceps primipilatus gererent et qui a militiis equestribus ad primipilarem dignitatem iterum descenderent, id quod praecipue omni laude maximisque praemiis dignum habebatur; nam etsi praemia missionis, quae simplicibus primipilaribus dabantur, iis denuo data esse minime verisimile est, tamen omnes procuraturas easque quaestuosissimas cum in Urbe, tum in provincia acceperunt.

Sed ut extremum habeat aliquid disputatio mea, primum atque proprium primipilarium institutionis illud fuit, quod imperatores hac ratione ordinem virorum fidelissimorum ac peritissimorum sibi creaverunt, quorum fidei unum quodque officium

locis vel disjunctissimis maximeque diversis concredere licebat; nam quibus omnia dederant, ab iis omnia repetere poterant.

Appendix: De iis, qui primipilatu omisso ex inferiori gradu centurionico ad militias equetres pervenerunt.

Exempla epigraphica:

1) M. Vettius M. f. Ani. Valens mil. coh. VIII pr., benef. praef. pr., evoc. Aug., 7 (quater), exercitator equit. speculatorum, princeps praetori leg. XIII gem. extrec. leg. VI victr. trib. coh. vig. urb. praet. (trib.) leg. XIIII gem. Mart. victr., proc. imp. Caes. (Neronis) Aug. prov. Lusitan. (Arimini anni p. Chr. 66, Henzen 6767; Mommsen eph. epigr. IV. 231. 4. ante leg. VI victr. „pp" excidisse putat, „quod sine exemplo est e caliga ad militias equestres aliter atque per primipilatum perveniri"; tamen ut videmus exempla pauca exstant, proptereaque non opus esse videtur supplere.)

2) Manilio Cordo 7 leg. XXI Rapac. praef. equit. exactor. tribut. civitat. Gall. (Bononiae Orelli 3341. Grut. 4346. De exactoris tributi munere aliunde nihil notum est).

3) C. Julius Caninus praefectus leg. ex trecenario (C. I. L. III. 3427. Aquinci; a. p. C. 233 cf. Mommsen eph. ep. IV p. 242 No. 84. Wilm. eph. epigr. I p. 96).

4) M. Valeriae Augustae M. Artonius Vicasius procurat. August. a rat. XX hered. procurat. lud. matutini proc. lud. magni 7 leg. I Parthic. (Cuprae Maritime. Orelli 1065. aetatis Diocletianae.)

Concludere licet ex paucitate exemplorum, rarissime centuriones primipilatu non functos ad ampliores gradus provenisse. Singulos titulos si respicimus, unum „ex trecenario" sicut saepissime primipilares ordinarium cursum honorum equestrium percurrisse, (1) alterum (3) ex trecenario praefectum legionis factum esse videmus; ceteri sine dubio singulari fortuna usi statim a centurionatu ad praefecturam equitum (2) aut procuraturam evehuntur. Quae exempla ejus modi esse videntur, quibus comprobetur atque affirmetur haec regula: Imperatorum aetate nullum centurionem ad equestres honores promotum esse, nisi qui e primipilatu in primipilarium ordinem missus esset.

II.

De hominibus, qui a centurionatu militiam auspicati sunt.

A) Exempla ex scriptoribus hausta et secundum temporis[1]) ordinem perscripta:

1) Census in castris ordinem promovet, census in foro judices legit. (Seneca controv. 9; Seneca scr. sub imperatore Tiberio, post annum p. Chr. 31).

2) M. Valerius Probus, Berytius, diu centurionatum petiit, donec taedio ad studia se contulit. (Suet. d. gramm. 24; Hieronymus ad a. Abr. 2072 = Neron. 2 = 56 p. Chr. „Probus Berytius .... Romae agnoscitur". Ante quod tempus eum centurionatus petitorem fuisse credendum est.)

3) Divus Augustus Vespasianus cum quendam adolescentem honeste natum militiae inhabilem angustiarum rei familiaris causa eductum ad longiorem ordinem rescisset, constituto censu honesta missione exauctoravit. (Frontin. Strateg. IV. 6. 4).

4) Inter officia Abascantii, aetate Domitiani, numerantur haec:

Pandere quis centum valeat frenare maniplo
Intermissus[2]) eques, quis praecepisse cohorti,
Quem deceat clari praestantior ordo tribuni,
Quisnam frenigerae signum dare dignior alae.

(Statius, silv. V. 1. 94; silvarum libros quinque intra extremos decem annos saec. I compositos editosque esse constat.)

5) Clamosus juvenem pater excitat: accipe ceras
Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras
Majorum leges aut vitem posce libello etc.
Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,
Ut locupletem aquilam tibi sexagensimus annus Adferat.

Iuvenal. XIV. 193 sqq.; sub imperatoribus Trajano vel Hadriano.)

---

[1]) scilicet temporis non scriptorum sed rerum.

[2]) lego „intermissus" pro „intermixtus" cum Madv. opusc. I. 39.

6) Plinius scribit: metilius Crispus municeps meus: huic ego ordinem impetraveram atque etiam proficiscenti quadraginta milia nummum ad instruendum ornandumque donaveram. — (epist. VI. 25. epistolae in annos p. Ch. 97—108 referuntur.)

7) Florus dicit: Nempe si mihi maximus imperator vitem id est centum homines regendos tradidisset, non mediocris honos habitus mihi videretur; cedo si praefecturam, tribunatum: nempe idem honos, nisi quod merces amplior. (Florus fragm. Halm. p. 108).

8) P. Helvius Pertinax grammaticen professus est; sed cum in ea minus quaestus proficeret, per Lollianum Avitum consularem virum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatem petiit ... dein praefectus cohortis in Syriam profectus est. (Pertinax imperator a. 187 p. Ch. Scr. hist. Aug. 102. 12 Jordan et Eyssenhardt).

9) locus notissimus, ubi Maecenus de constituenda republica consultans fingitur: *Ἐσγραφέσθωσαν (ἐς τὴν βουλὴν), κἂν λελοχαγηκότες τινὲς ἐν τοῖς πολιτικοῖς στρατοπέδοις ὦσι, πλὴν τῶν ἐν τῷ τεταγμένῳ ἐστρατευμένων — — ἐκ δὲ δὴ τῶν ἀπ ἀρχῆς ἑκατονταρχησάντων οὐδὲν κωλύει τοὺς ἐλλογιμωτάτους αὐτῶν μεταλαμβάνειν.* (Dio Cassius LII. 25. Ex his verbis, ne quid de Augusti aetate concludatur, recte monet Marquardt. l. c. p. 366. 1.)

B. Exempla epigraphica.

1) Sex Pilonius Modestus 7 leg. IV F. F. III hast. post. ann. XXXVII. ordinem accepit ex equite Romano militavit in leg. VII .. stipendiis centurionicis XVIII (Sarmizegetusae. descr. Mommsen. C. I. L. III. 1480. Wilm. 1591. Henzen 3455).

2) Q. Eniboudius Montanus .. 7 ordinatus ex eq. Rom. ab domino imp. M. Aur. Antonino. (Villavecchia. C. I. L. V. 7865. Henzen 6772.)

3) D. M. M. Aelio Caesioniano P. P. Amastriano ex eq. R. ann. LXV. (Trojae prope Luceriam. I. R. N. 1072.)

4) C. Julius Carianus p. p. I leg. Ital. ex eq. Romano. (Bukuresti. C. I. L. III 750).

Omnes hi loci de hominibus narrant, qui despecto gregariorum militum labore a centurionatu militiam orsi sunt. Jam vero ex his exemplis singula sumamus, conemurque, quale fuerit illud institutum animo informare.

Ac de tempore quidem, quo haec res valuerit, constat, neque ante exeuntem Tiberii aetatem neque post finem secundi vel initium tertii saeculi aliquid de ea re traditum esse; ea autem aetate, quae inter hos fines interjecta est, institutum illud non intermissum videtur; cur tamen etiam post hanc aetatem ejusmodi centuriones exstitisse putem, infra exponam.

Numerum hujus generis centurionum omni tempore satis magnum fuisse cum frequenti apud scriptores commemoratione tum verbis s. s. Senecae, Statii, Cassii Dionis comprobatur; et quod in rebus militaribus raro accidit, hanc institutionem qualis fuerit ex scriptorum locis clarius perspicimus, quam ex inscriptionibus. Cujus rei nullam aliam causam inveni, nisi quod nequaquam omnes centuriones equestri loco nati. nobiliorem originem in titulis professi sunt. (cf. infra.)

Qui fuerunt, qui hanc vitae rationem maxime capesserent? Eos nascendi condicione plane eadem fuisse ac praefectos tribunosque ex locis s. s. 4 et 7 apparet. Etiam litteris satis eruditi esse solebant ad majora munera suscipienda, nam „Valerius Probus diu centurionatum petiit“, antequam summus grammaticus factus est, et Pertinax inverso ordine prius grammaticen professus, post centurionatum adeptus est. Tenuioribus autem fortunis ornati fuisse vel rectius ipsum censum equestrem non videntur implesse; nam Vespaniani tempore adolescens nobilis „angustiarum rei familiaris causa“ ad ordinem ducendum redit (3) et Plinius Metilio Crispo quadraginta milia donat, quibus se instruat et ornet. (6)

Dignitatem equestrem eos amisisse, cum ordinem acciperent, omnibus titulis aperte narratur.

Adolescentes igitur erant honesto loco nati neque litterarum rudes, sed qui minus larga fortuna fruerentur, ita ut dignitate equestri objecta militiam a centurionatu inciperent.

Sed quibus causis hi adducti sunt, ut ad inferiorem ordinem redirent?

Centurionum salarium tribunorum praefectorumque salario multum cessisse constat, quapropter horum juvenum nobiliore loco natorum condicio admodum misera fuisse videtur. Cum vero splendidiora munera, quamquam ipsa large ornata erant, tamen nisi hominibus equestri censu non tribuebantur, ii qui sine censu erant ingentem operam impendere debebant, ut munere aliquo honesto potirentur. Quibus modis tales homines quaestum paraverint, maxime cognoscitur ex verbis Juvenalis s. s. (5): Scribae, causidici, juris periti fiebant vel, ut Probus Berytius, grammaticen profitebantur; omnes hae artes minime fructuosae erant (9) et magnum laborem habebant honore exiguo. Quid mirum, quod illi inter honoratissimum centurionum numerum se recipi cupiebant, quorum ad summum gradum si pervenerant, summam ipso censu equestri majorem recepturi erant (v. supra).

Ad ipsam igitur hominum pauperiorum fere desperatam condicionem revocandum videtur esse, quod adolescentes sua sponte nobiliore statu abjecto ad inferiorem confugiebant, dummodo honorificum quaestum sibi pararent.

Neque vero omnibus, qui hunc mediocrem honorem petebant, ille obtigisse videtur. Probus frustra centurionatum petiit, Metilius Crispus et Helvius Pertinax eum non adepti sunt nisi commendatione virorum consularium. Ac profecto plurimum imperatorum intererat, ut in centurionum numero copia eorum, qui e gregario labore provenerant, major esset his adolescentibus honeste natis, qui fieri non poterat, quin initio quidem stipendiorum centurionicorum imperitissimi essent.

Gravissimae totius rei quaestiones sunt 1) in ipsis stipendiis centurionicis num praepositi sint hi juvenes nobiliores militibus diu meritis 2) supra centurionatum utrum ad equestres dignitates ii promoveri soliti sint, an in ordine ducendo plerumque acquieverint.

Qua ratione promoti sint per varios centurionum gradus, loci supra scripti parum nos docent. Frontinus de homine „educto ad longiorem ordinem" narrat, sed is erat „inhabilis militiae"; plura discimus ex titulo Sex. Pilonii Modesti (1), qui XVIIII stipendiis centurionicis emeritis centurio III hastatus posterior erat, septimum decimum igitur inter cen-

turiones legionis locum obtinebat; hic quoque adolescens XVIII annos natus ordinem acceperat, neque tamen intra undeviginti annos amplius progressus erat, quam qui ex milite gregario centurio factus erat; neque minus Juvenalis verba (5), quamquam, cum ironia quadam dicta sint, non plane vera sunt habenda, hanc rem laboriosam ac diutinam fuisse ostendunt.

Quae cum ita sint, in ipso centurionatu juvenes nobiliores veteribus militibus non praelatos esse puto.

Jam vero ut ad alteram illam quaestionem, quam proposuimus, veniamus, de provectione supra centurionatum neque in scriptorum locis neque in titulis aperte quidquam dictum est, praeter Helvium Pertinacem, qui ad praefecturam evehitur. (9) Tamen conjectando ad hujus rei cognitionem proxime accessisse mihi videor et ut id, quod caput est quaestionis, statim in medio ponam: Eorum centurionum, qui supra primipilatum ascenderent, multo major pars equestri loco nati videntur fuisse.

Rem ita se habuisse, primum quidem ex ipsius rei natura probabiliter concludi potest. Namque de iis, qui gradus centurionicos ad summum percurrerant, nemo magis idoneus erat, qui altius promoveretur, quam qui honesto loco nati, litteris non ineruditi, diuturnis stipendiis exercitati erant; et si eos, qui forte e gregariorum labore ad equestres honores provenerant, „propter nimiam imperitiam", quae militum gregariorum esse solebat, ab ipsis comparibus despectos et contemptos esse verisimile est, hujus generis centuriones, postquam dignitatem equestrem recuperaverunt, sine dubio inter praefectos tribunosque scientia rei militaris excellebant neque tamen litterarum artiumque peritia valde superabantur; posteaquam census per praemiorum magnitudinem restitutus est, nihil erat, cur muneribus equestribus amplius abstinerent.

Idque ita factum esse, Statii versibus comprobatur; ibi enim quattuor militiae: centurionatus et tres illae militiae equestres una nominantur, ita ut paene concludendum videretur, centurionatum jam tum fuisse infimum gradum militiarum equestrium, nisi ex verbis „intermissus eques" aperte cognosceremus, eum centurionatum plebejum fuisse munus et a reliquis dignitate longe distantem; certe tamen ex iis ipsis verbis

„intermissus eques“ concludere licet, dignitatem equestrem et munera equestria centurionatu emerito ab iis recepta esse.

At in titulis, qui exstant de centurionibus honesto loco ortis nemo invenitur, qui a centurionatu ad munera equestria redierit. Hoc loco, ut raro, argumento „ex silentio“ quod dicitur uti licet; nam si ejusmodi homines in titulis non inveniuntur, numerum eorum aut minimum fuisse putandum est aut tam magnum, ut recte de origine equestri taceri posset et quisquis talem titulum legebat, eum ad hominem equestri loco natum pertinere suspicaretur; mihi quidem illud tam incredibile quam hoc verisimile est, praesertim cum jam supra aliis argumentis demonstratum sit, originem equestrem in multis titulis omissam esse.

Jam alio modo illud, quod supra propositum est, verumne sit tentemus, inquirendo, quid ea exempla nos doceant, quae cum munera centurionatu minora afferant, de hominibus humili loco natis agere apparet; supersedi autem omnes titulos centurionum e labore gregario profectorum componere satisque putavi eorum lapides conferre, qui a caliga usque ad primipilaris dignitatem vel altius ascenderunt.

1) L. Lepidio .... mil. leg. V Macedon. **7** (quater) prim. leg. XII Gemin. donis donato (minoribus). — (Arimini. Henzen 749.)

2) C. Arrio Clementi militi — equiti singulari praefectorum praetorii tesserario — optioni — corniculario tribuni evocato Aug. **7** (ter) trecenario primipilari (sequuntur dignitates municipales. — Matilicae, in Umbria Henzen 6771).

3) L. Arbustio .. p. p. leg. IIII — evoc. Aug. ex coh. IIII Pr. **7** (quinquies — Romae. Kellerm. Vigil. 59. Henzen 6775).

4) C. Nummius Constans p. p. leg. II Traj. centurioni — evocato — militi coh. III Pr. (Henzen 832. I. R. N. 3542).

5) M. Gavio .. praef. praet. consular. ornam. orn. T. Claudius Firmus p. p. ex corniculario ipsius Firmi. Murat. 705, 6. Or. 3157. Wilm. 1638a).

6) C. Oppio Basso p. p. p(atron.) c(oloniae). **7** evocato Aug. mil. (Auximi. Wilm. 1596).

7) ...... p. p. (sign)ifero .... mil. leg. XXII Adj. (Mommsen. Inscript. Helvet. 70).

8) . . . . . . praef. ve(hicul.) proc. lud ma. proc. Lusit. trib. . . . . p. p. duci leg. Dac.[3]) cornic. praef. (Romae. descr. Henzen. C. I. L. VI. 1645).

9) D. M. L. Comini Maximi p. p. bis procurat. M. Antonini Aug. praef. leg. II . . C C trib. — evocato — beneficiario praef. praet. (Tibure. Henzen 3444.)

10) M. Apicio . . Trioni p. p. — praef. leg. XIII Gem. 7 leg. XV — evoc. (in agro Ravennati. Henzen 3464).

11) C. Sulgio Caeciliano praef. leg. III Cyren. 7 leg. III. optioni peregrinorum et exercitatori militum frumentariorum. (Ex Africa Florentiam advectus. Henzen 6871. Wilm. 1689.)

12) M. Vettio . . . Valenti mil. coh. VIII Pr. benef. praef. pr. . . evocato Aug. . . 7 (quater) exercitatori 7 leg. XIII Gem. ex trec. leg. VI . . donis donato . . trib. coh. vig. urb. praet. leg(ionis) proc. prov. Lusitan. (Arimini. Henzen 6767).

Haec sunt exempla eorum, qui a caliga ad primipilatum vel altius pervenerunt; concludere licet ex iis, duobus primis post Christum saeculis milites gregales fere nunquam ad equestres dignitates evectos esse, immo vero eos quoque, qui maxime virtute florerent, primipilarium dignitate contentos fuisse; nam ex omnibus titulis s. s. quinque (8—12) cursum honorum supra primipilatum ascendentem exhibent, quorum tres (9—11) propter praefectum legionis tertio saeculo tribuendi sunt, ad 8 vero dubito an „cornicularius praefectorum praetorio“ ut saepius centuriones ex equite Romano factus sit, ut unus relinquatur Vettius Valens, qui e labore castrensi ad militias equestres provenerat; isque, ut supra vidimus, omnino singulari progrediendi ratione usus est.

Quae cum ita sint, evidenter comprobatum videtur illud, quod supra proposuimus: Eorum centurionum, qui supra primipilatum ascenderent, multo plurimos equestri loco natos fuisse. Neque tamen vereor, ne quis ex his colligat, omnes „centuriones ex equite Romano“ necessario amplius promotos esse. Solum id recte ex illis concluditur, hominibus, qui ad stipendia cen-

---

[3]) ducis legionis munus, ante primipilatum administratum, quale fuerit, haud perspicio.

turionica merenda ad inferiorem ordinem descenderant, spem pristinae dignitatis recuperandae non defuisse.

Haec fere sunt, quae de ejusmodi centurionibus ex scriptoribus et monumentis saeculorum p. C. I et II vel certa argumentatione vel conjectura erui posse videntur. Sed antequam ad inferiorem aetatem transeam, ea quae supra copiosius exposita sunt, ut facilius cum iis, quae sequuntur, comparentur, paucis verbis repetam.

Ab aetate Tiberii usque ad finem saeculi secundi filii nobiliorum familiarum litterarum scientia satis instructi, quia angustiis rerum familiarium prohibebantur, quominus militiarum equestrium sumptus ferrent, abjecta dignitate equestri ad militiam inferiorem sese accomodarunt, ut haberent, unde vitam honeste tolerarent; et horum adolescentium copia omni tempore satis magna fuisse videtur, ut is, quem non fautor aliquis potens commendaret, saepe frustra peteret.

Remittebantur autem talibus hominibus stipendia gregalia, ita ut ab ordine ducendo inciperent; in ipsis stipendiis centurionicis autem sicuti omnes per diversos gradus currere debebant neque pauci vel in inferioribus gradibus haerebant.

Tamen qui strenuum se praestiterat et ad primipilatum pervenerat, optima spe altius progrediendi et dignitatis equestris recuperandae tenebatur.

Quae adhuc exposui de duobus primis post Christum saeculis valent. Post finem secundi vel initium tertii saeculi, quod sciam, neque auctores neque tituli aperte quidquam de centurionibus nuntiant, qui honesto loco nati militiam a centurionatu auspicati sunt; tamen hoc tempore vel saepius eos exstitisse, quam antea, his potissimum rebus adducor: 1) Ordinarius est hujus aetatis cursus honorum: „centurio, primipilus, praefectus legionis" vel interpositis inter p. p. et praefectum legionis quibusdam militiis equestribus.

Praefectura legionis, quae paulatim e praefectura castrorum profecta est[4]), inde a Gallieni aetate legatorum legionis loco erat et haud dubie pro equestri dignitate habebatur. Quocirca

---

[4]) De praefectura legionis cf. Wilmanns eph. epigr. I.

si recte judicavit Wilmannsius [5]) — et persuasum mihi est eum recte judicasse — omnes praefectos legionis antea ordinem duxisse et centuriones fuisse, facere non possumus, quin centurionatum equestrem fuisse honorem atque infimum quidem gradum militiarum equestrium putemus. Idque si ita est, non est cur hos centuriones equestri ordine fuisse infitiemur; certe tribus illis titulis (supra Nr. 9. 10. 11) nullo pacto tantum tribuendum est, ut ex iis praefectos legionis a caliga proficisci solitos esse concludamus. [6])

2) Ea aetate, de qua agitur, saepius procuraturae primipilaribus adsignantur, quod antea non factum est (v. supra); procuraturas, certe quidem majores, cum essent munera equestria, hominibus, qui humilibus parentibus nati erant, datas esse parum verisimile est.

3) Quod in nonnullis titulis invenitur [7]), „a quattuor militiis" necessario ad centurionatum vel primipilatum et tres militias equestres refertur; apparet autem, illos „a quattuor militiis" militiarum initium a centurionatu fecisse.

Fuerunt igitur tertio saeculo ut antea centuriones honesto loco nati et qui a centurionatu militiam auspicati erant; tamen ex iis, quae supra exposita sunt, id institutum hac aetate plane diversum fuisse ac pristina apparet.

Cum enim antea angustiis rei familiaris adolescentes nonnulli coacti sint, ut dignitate equestri deposita ab inferiore munere centurionatus inciperent, jam omnibus, qui id agerent, ut ad praefecturam legionis, quae summa fiebat dignitas militiae provincialis, pervenirent, a centurionatu incipiendum erat; neque hos homines, cum centurionatum inirent, equestrem dignitatem exuisse verisimile est, immo vero centurionatus infimus erat honorum equestrium. Tamen, ne quis putet, omnes centuriones

---

[5]) l. c. p. 101.

[6]) Falso igitur Wilmannsius conclusisse videtur (l. c. p. 101): omnes praefecti legionum stipendia centurionica fecerunt, ut eos homines fuisse appareat humiliore loco natos, qui inde a caliga ad hunc locum pervenerint; recte vero Hirschfeldius. l. c. p. 249: Seit Septimius Severus bildet das Centurionat, einmal oder mehrere Male bekleidet, das erste ritterliche Militäramt."

[7]) vide Marquard l. c. II p. 366. 4.

hujus aetatis fuisse equestri loco, duo genera centurionum statuenda esse videntur, alterum eorum, qui a caliga provenerant quibusque spes altioris processus quam ad primipilaritatem non erat, alterum eorum, qui a centurionatu orsi sunt, ut postea praefectura legionis functi procuraturae participes fierent.

Jam si quaerimus, id institutum „centurionum equestrium" utrum commodo fuerit imperii et exercitus Romani necne, qualis fuerit status militiae equestris aetate imperatorum cogitemus necesse est.

Scimus in militia Romana, ex quo ab Augusto firmiter constituta erat, eam quasi pestem inhaesisse, quod superiora munera militaria minus credebantur hominibus militiae peritis, quam iis, qui propter rem familiarem idonei habebantur, quodque militiae suscipiebantur non tam ad laudes bellicas, quam ad procuraturas quam ditissimas comparandas; cujus pestis unicum remedium erat illud institutum; jam enim legionum ductores non, ut antea, cum tribuni vel praefecti dignitate militiam incohaverunt, sed centurionis, et multa stipendia centurionica meriti erant, priusquam ad gradus centurionatu superiores pervenirent; jam procuraturae non tam praefectis cohortium alarumve et tribunis quam iis assignabantur, qui centuriones, primipili, praefecti legionum fuerant (cf. Hirschfeld l. c. p. 249).

Apparet igitur militiarum equestrium auctoritatem et amplitudinem instituto „centurionum equestrium" creato mirum quantum crevisse. Tamen si augebantur militiae equestres, fieri non potuit, quin imminueretur ordinis centurionici dignitas, quippe cujus jam participes fierent adolescentuli duodeviginti annorum (v. supra), qui initio quidem stipendiorum in re militari plane rudes erant.

Talia consequebantur ex hoc instituto, si probe et sapienter administrabatur. Attamen quis est, qui infitietur, imperatorum aetate saepe longe aliis rebus consultum esse quam reipublicae vel institutionum publicarum saluti? Ac si in exiguo centurionum equestrium numero, quorum memoria tradita est, complures habuimus, qui non promoti sunt, nisi adjuvante potentium virorum gratia, qua varietate libidineque imperatores ceteris temporibus in ordinibus assignandis uti soliti sint, optime cognoscitur ex Spartiani laudibus de Hadriano: cum nulli vitem nisi ro-

busto et bonae famae daret (Spartian. v. Hadr. 10. Jord. Eyssenh. p. 11).

Quae cum ita sint, de hoc instituto idem judicandum esse videtur quod de multis institutis publicis: Salubre erat, dum ii, qui ejus curatores erant, nihil aliud sequebantur, nisi quod imperii et rei militaris interesset; cum autem plerumque longe aliae rationes valerent, perniciosum fiebat, quod bonum ac salutare esse poterat.